8.48. Cc. 16

1632

Digitized by Google

8.48.G.16

Digitized by Google

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE



AD LECTOREM
AVTHORIS PRAEFATIO.

MVLTA quidem, Candide Lector, prima fronte animum meum ab hoc opere conſcribendo auocare videbantur. Occurrebat primò exigua, immo nulla propè ſpes præfixæ metæ, laudationis ſcilicet Deiparæ, attingendæ. Si enim vera laus à ſolo viro laudato tribui poteſt, ex hoc capite ſatis apertè conſtabat, nullam à me innumerabilium culparum reo Virgini ſanctiſsimę poſſe afferri laudem. Verùm ad eam celebrandam animabat adhuc magnifica D. Hieronymi authoritas qui *ſerm. de Aſſumpt.* *Etſi*, ait, *ad hac* (ideſt ad Deiparæ laudes) *nemo idoneus inuenitur, votis tamen omnibus ceſſare non debet quilibet etiam peccator à laudibus, quamuis explere non queat quod ſentitur.* Et, quod caput eſt, ipſa met Deipara lætabunda aliquando cecinit: *Ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes:* quibus verbis nullum reſpuere, ſed quemlibet laudatorem admittere, approbare, immò, & allicere videtur. Accedit quòd, ſi rem diligenter perpendamus, in alijs quidem admitti poterit quod romanæ eloquentiæ Parens protulit laudabile eſſe laudari à viro laudato: in Maria verò dicere non dubitabo, laudabile etiam eſſe, quòd ipſa à viro non laudato poſſit laudari; hoc enim modo magis magisq. elucet ſumma eius erga miſeros clementia, vt à quolibet, vel improbo, atque flagitioſo ideò ſe laudari ſinat, quia hinc veluti quodam grati animi iure ad veniam, & gratiam pro eo obtinendam vinciatur. Audiamus, obſecro, Sophronium inter opera præcitati Hieronymi *ſerm. de Aßumpt.* ad rem noſtram optime differentem. *Quamuis*, inquit, *non ſit ſpecioſa laus in ore peccatoris, noli ceſſare à laude, quia inde tibi promittitur venia.* Auertebat quoque à comendanda Virgine eius excellentia nullis ferè incluſa limitibus, cui impar omne humanæ linguæ præconium, vt pijſſimus adnotat Petrus Damianus *Serm. 2. de Natiuit.* quamq. omnium encomiorum legem excedere affirmat Damaſcenus ille eloquentiſſimus. Quæ cùm ita ſint, quid, quæſo, ingenij mei imbecillitate, & tenuitate doctrinæ pro dignitate de Virgine effari potero? Et ſi Maria gratiarum mare eſt (ſic enim eam appellat Seraph. Doctor *in Speculo c. 3. Maria*, inquit, *mare eſt gratia affluendo*) quomodo huius maris immenſitatem anguſto meo captu includere tentabo? Verùm, ſi Ariſtoteles, vt fama eſt, cùm Euripi freti (inter Aulidem Boetiæ portum, & Eubæam Inſulam) reciprocos fluxus ingenio aſſequi non poſſet, tandem labore, atque tædio confectus vitam finiuit, vnde in prouerbium abijt, *Ariſtoteles non capit Euripum, Euripus capiat Ariſtotelem*: ita, Marianum hoc mare gratiarum, & priuilegiorum iterata affluentia vaſtiſsimum ſi capere non poſſum, vtinam ipſum me capiat, me recipiat, me ſuis abſorbeat fluctibus: ſic enim huiuſmodi gratiarum viuificis aquis immerſo mors mihi nulla timenda, ſed vita ſperanda æuiterna. Cæterùm nil mirum, ſi Virgineas laudes omni ex parte nullus queat agnoſcere. Nam, vt ſpectabilem hanc rerum vniuerſitatem, quam Mundum appellamus, ita diuina Sapientia varietate ſemper magis admiranda diſtinxit, atque concinnauit, *vt* multa nobis in eius conſideratione partim nota, ignota partim eſſe voluerit: vndè eruditiſsimè Author ille celeberrimus, qui nonnullos de mirabilibus ſacræ Scripturæ libros edidit, dum de maris reciproco fluxu diſceptabat; *Non minorem*, inquit, *profectum neſcientibus præparat ſcientia hominis: nam qui veram ſapientiam cupit, ad æternum regnum, vbi nulla eſt ignorantia, feſtinare contendat:* ſic dicere licet,

ignora-

ignorationem multorum, quæ de noſtræ Virginis eminentia in hac mortali vita humana cognitione attingere non poſſumus, nobis multum prodeſſe, ſi hinc deſiderio inflammemur illius beatæ patriæ aſſequendæ, in qua non per ſpeculum, aut in ænigmate, ſed reuelata facie Deum, atque ipſius Matrem ſuauiſsimè contemplabimur.

Reſtat vt quod me potiſsimum impulerit ad hunc tractatum conficiendum, atque in lucem edendum, aperiam. Scias ergo velim, amice Lector, quòd Religio, ad quam beneficus Spiritus ſancti impulſus me traxit, eo die, qui Immaculatæ Conceptioni Deiparæ Virginis ſacer eſt, prima ſolemnis profeſsionis fundamenta felicisſimis his auſpicijs, Apoſtolicaq. auctoritate iecit: vt omittam innumera alia, quæ ab eadem Deipara beneficia recepi, maiora ſemper ſperans. Quare quieſcere non poteram, niſi aliquam erga ipſam grati, & venerabundi animi ſignificationem in vniuerſi orbis conſpectu exhiberem.

Porrò per Capita, & Quæſtiones maioris dilucidationis gratia diſtinxi hoc opus, quòd ad Theologicam doctrinam ſpectare nemini dubium eſſe poteſt: ſi enim Theologus de Angelis ex profeſſo agit, cur non diligentiùs de Angelorum Regina pertractet? Placuit verò non ſemper ſcholaſtico more procedere, quia ſic nimis gracilis, & ieiunus alicui forſan viſus fuiſſet diſcurſus: ſed aliqua immiſcui concionatoribus, & ſacræ Scripturæ ſtudioſis, vt ſpero, non iniucunda: ita enim natura comparatum eſt, vt varietate mirificè recreentur homines; quod eò libentiùs præſtiti, quò eadem Cæli Regina varietate circundata à Pſalmographo nobis conſideranda proponitur. Tu, beneuole Lector, omnia hæc boni conſule, & ad Virginem excolendam, ac comendandam mecum conſpira; & ſi placet, quod ſanè votis omnibus opto, ad meliora de ipſa inueſtiganda, atque promulganda te accinge. Vale.

Digitized by Google

S. D. N.
VRBANO VIII.
PONT. OPT. MAX.

RELIGIOSÆ, menti altiùs ſemper imprimendum eſſet, BEATISSIME PATER, egregium illud Ruperti de Virgine Deipara(*lib.6.in Cant.*): Totus honor impenſus Matri redundat in Filium. Quare, ſi Summi Pontificis eſt gloriam Filij Dei nunquam ſatis celebratam longè, lateq. propagare, eiuſdem etiam erit Deiparæ cultum, & venerationem, vtpotè à Filij gloria penè indiſtinctam, pro virili amplificare. Hoc ego cùm animo perpenderem, tutelam Sanctitatis Veſtræ ad elucidandas Mariæ laudes plurimùm conferentem mihi pollicitus, maiori, qua poſſum, animi ſubmiſſione opus hoc offerre non dubitaui, ſpectato quidem Auctoris ingenio minimum, argumento maximum; vbi nempè de Eminentia Deiparæ agitur, quis non maxima omnia fateatur? Et nouo planè titulo maxima, ſi Pontificis Maximi màxima tutela adiungatur. Quam eò firmiùs ſpero, quò omnibus compertum eſt, ita Sanctitatem Veſtram in hanc Virginem piè affici, vt quod ad eam excolendam facit, prætermittat nihil, quinimo ſolerti indagine, maioriq. ſemper religionis ſtudio meditetur. Accedit quòd in clariſſimo excelſæ tuæ Proſapiæ ſtemmate non ſine peculiari omine fulgere video Virginitatis inſignia (Digna Virginitas, quæ apibus compararetur, ait mellifer, Ambr. *lib.1. de Virgin.*): Ex quo facilè conijcio, te ad ſemper immaculatæ Virginis honorem defendendum, ac diffundendum diuinitùs eſſe prælectum. Fortunatum planè volumen hoc ſub patrocinio harum apum feliciſſimo, quarum volatus illud, ſi humilitate Scriptoris deprimitur, in altum euehet, per orbem deferet; mel, ſi quid inſipidum ex inſipido Auctore effluxerit, condiet, dulcorabit; aculeus temerè appropinquantes Criticorum linguas punget, feriet, arcebit. Reliquum eſt, B. P. vt beneuola fronte amoris, atque obſeruantiæ monimentum hoc admittas, quo mea mecum Religio quàm altè de tuis meritis ſentiat, vniuerſo orbi teſtatum relinquit. Deus faciat, Diua Parens faciat, vt vita tua, qua viuit felix Chriſtiana Reſpublica, diù ſeruetur incolumis, quod aſſiduè, vt noſtrarum partium eſt, deprecamur: ea ipſa præſertim intercedente, quam qui propitiam inuenerit, inueniet vitam, & hauriet ſalutem à Domino.

Ad ſacratiſſimorum pedum tuorum oſculum fauſtam poſtulans benedictionem

Ioannes Baptiſta Nouatus.

APPROBATIO.

FRedianus Pierius Religionis Clericorum Regularium Miniſtrantium Infirmis Præfectus Generalis. Opus hoc *De Eminentia Deiparæ Virginis Mariæ* ſemper Immaculatæ, quam nunquam ſatis extulerint Auctores, ab adm. R. P. Io. Baptiſta Nouato Noſtræ Religionis Theologo, atque Conſultæ Generalis Arbitro elaboratum, deq. noſtrorum Conſultorum conſenſu approbatum, vtpotè multum ad ipſius Virginis commendationem conducens, vt typis mandetur, facultatem concedimus.

Datum Romæ in Aedibus noſtris Sanctæ Mariæ Magdalenæ 18. Calend. Februarij, Anno Domini 1629.

Fredianus Pierius Generalis.

Io. Paulus Zatius Conſultæ Generalis Secretarius.

Imprimatur, ſi videbitur Reuerendiſſimo Patri Mag. Sac. Pal. Apoſt.

A. Epiſc. Bellicaſtren. Vicesg.

EX commiſſione Reuerendiſs. Patris Sacri Apoſtolici Palatij Magiſtri, qua potui, diligenti attentione Tomum hunc De Eminentia Beatiſſimæ Virginis Mariæ *ab adm. R. P. Ioanne Baptiſta Nouato Ordinis Miniſtrantium Infirmis compoſitum, perlegi; in eoque nihil reperi, quod Catholicæ fidei, bonis moribus, aut ſanæ Theologiæ contrarium vtcumq. videatur. Quin verò, quod credam opus eſt excellentia Beatiſſimæ Virginis dignum, ſanctorum* Patrum *doctrinæ conforme, doctum pariter, ac pium; dignumq. quod typis mandetur, ſi Reuerendiſs.* Patri *viſum fuerit. Sic teſtor ex Conuentu S. Martini de Montibus Ord. Carmelit. die 2. Iulij Ann. 1629.*

Magiſter Fr. Ioannes Baptiſta de Lezana.

Imprimatur. Fr. Nicolaus Riccardius Sac. Pal. Apoſt. Mag. Ord. Prædicatorum.

EMINENTISSIMAE VIRGINI MARIAE
SEMPER IMMACVLATAE SEMPER ILLIBATAE
HOMINVM, ET ANGELOR. DOMINÆ, REGINÆ, IMPERATRICI,
MONARCHISSAE POTENTISSIMAE
FILIÆ, SPONSÆ, MATRI DEI
PRAEELECTAE PRAEDILECTAE,
RESTAVRATIONIS HVMANAE COOPERATRICI,
SVPERBIENTEM TARTAREI COLVBRI CERVICEM.
CALCANTI, CONTERENTI,
DOCTORVM DOCTRICI,
MARTYRVM SOLI,
VIRGINVM ANTESIGNANAE
AB IPSO PRIMO CONCEPTIONIS MOMENTO
CAELESTIBVS DONIS
VIRTVTIBVS CVNCTIS DIVINITVS
DECORATAE,
SANCTITATIS EXEMPLO,
MIRACVLORVM MIRACVLO,
SINGVLARI DEI SIMVLACRO,
A NEMINE SATIS, A SOLO DEO DIGNE LAVDANDAE,
OMNIVM PIISSIMAE MATRI,
OMNIVM AD OMNIA PARATISSIMO
PROFVGIO
IO. BAPTISTA NOVATVS
SE IPSVM
SVPPLICI AFFECTV
VENERABVNDVS
DEVOVEBAT.

APPROBATIO.

FRedianus Pierius Religionis Clericorum Regularium Miniſtrantium Infirmis Præfectus Generalis. Opus hoc *De Eminentia Deiparæ Virginis Mariæ* ſemper Immaculatæ, quam nunquam ſatis extulerint Auctores, ab adm. R. P. Io. Baptiſta Nouato Noſtræ Religionis Theologo, atque Conſultæ Generalis Arbitro elaboratum, deq. noſtrorum Conſultorum conſenſu approbatum, vtpotè multum ad ipſius Virginis commendationem conducens, vt typis mandetur, facultatem concedimus.

Datum Romæ in Aedibus noſtris Sanctę Mariæ Magdalenæ 18. Calend. Februarij, Anno Domini 1629.

Fredianus Pierius Generalis.

Io. Paulus Zatius Conſultæ Generalis Secretarius.

Imprimatur, ſi videbitur Reuerendiſſimo Patri Mag. Sac. Pal. Apoſt.

A. Epiſc. Bellicaſtren. Viceſg.

EX *commiſſione Reuerendiſs. Patris Sacri Apoſtolici Palatij Magiſtri, qua potui, diligenti attentione Tomum hunc* De Eminentia Beatiſſimæ Virginis Mariæ *ab adm. R. P. Ioanne Baptiſta Nouato Ordinis Miniſtrantium Infirmis compoſitum, perlegi; in eoque nihil reperi, quod Catholicæ fidei, bonis moribus, aut ſanæ Theologiæ contrarium vtcumq. videatur. Quin verò, quod credam opus eſt excellentia Beatiſſimæ Virginis dignum, ſanctorum* Patrum *doctrinæ conforme, doctum pariter, ac pium; dignumq. quod typis mandetur, ſi Reuerendiſs.* Patri *viſum fuerit. Sic teſtor ex Conuentu S. Martini de Montibus Ord. Carmelit. die 2. Iulij Ann. 1629.*

Magiſter Fr. Ioannes Baptiſta de Lezana.

Imprimatur. Fr. Nicolaus Riccardius Sac. Pal. Apoſt. Mag. Ord. Prædicatorum.

EMINENTISSIMAE VIRGINI MARIAE
SEMPER IMMACVLATAE SEMPER ILLIBATAE
HOMINVM, ET ANGELOR. DOMINÆ, REGINÆ, IMPERATRICI,
MONARCHISSAE POTENTISSIMAE
FILIÆ, SPONSÆ, MATRI DEI
PRAEELECTAE PRAEDILECTAE,
RESTAVRATIONIS HVMANAE COOPERATRICI,
SVPERBIENTEM TARTAREI COLVBRI CERVICEM.
CALCANTI, CONTERENTI,
DOCTORVM DOCTRICI,
MARTYRVM SOLI,
VIRGINVM ANTESIGNANAE
AB IPSO PRIMO CONCEPTIONIS MOMENTO
CAELESTIBVS DONIS
VIRTVTIBVS CVNCTIS DIVINITVS
DECORATAE,
SANCTITATIS EXEMPLO,
MIRACVLORVM MIRACVLO,
SINGVLARI DEI SIMVLACRO,
A NEMINE SATIS, A SOLO DEO DIGNE LAVDANDAE,
OMNIVM PIISSIMAE MATRI,
OMNIVM AD OMNIA PARATISSIMO
PROFVGIO
IO. BAPTISTA NOVATVS
SE IPSVM
SVPPLICI AFFECTV
VENERABVNDVS
DEVOVEBAT.

IN TOMVM PRIMVM
DE DEIPARAE VIRGINIS
EMINENTIA

AB ADM. R. P. IO. BAPTISTA NOVATO
Religionis Cleric. Regularium Miniſtrantium
Infirmis Theologo Euulgatum

IOANNIS AMEDEI ROTAE
Eiuſdem Religionis Profeſſi.

CARMEN.

FELIX ob tanto grauidam qui Numine mentem
Nactus, te in noſtram potuit, Liber, edere lucem
Felices, pinguesq. canam ſine more fodinas,
Atque auro meliore graues quibus hoſce ſub auras
Theſauros proferre datum. Procul eſte iocoſæ
Illecebræ: non furta Iouis, Bromijue furores,
Non ibi degeneres Oetæi Herois amores,
Aut fera Treycij cantantur bella Tyranni,
Tentatisve doli; inceſtum portenta Deorum.
Aſt mage ſepoſitos innuptæ Palladis hortos
Hyblæas imitatus apes percurrit, & inde
Optima diſcreta calamus populatus habena
Extulit electos, coeleſti munere, ſuccos.
Sacra Paleſtinæ pandit præconia Diuæ
Ipſe ſuum miratus opus liber auſibus impar.
Pandit ab æternis Summi Omniregentis adoptam
Conſilijs: Solymum genus alto à ſanguine Regum:
Vix labyrinthea intrperuntem viſcera Matris
Horrida tartarei calcantem cornua Tauri.
Concelebrat teneris Regali ſponte ſub annis
Sacratam Templo, Templum quæ electa Tonantis:
Hinc caſto iunctam Ioſeph ſine labe pudoris
Virginei: alati ſelecto è Principe cœtus
Cœlica diuini captantem nuntia Partus:
Inde repentino curſu Iudæa petentem
Culmina, vt Eliſabeth cognatas viſeret ædes.

Inctatos,

Intactos, grauidoſq. ſinus ſine viro ſtupentem
Proſequitur, donec mortali corpore ſeptum,
Cuius ad obtutum tellus tremefacta pauebat,
Natura reuerente modum, produxit in auras:
Promit & exceptos Nabathæo è littore Reges:
Et lacrymas primò Pueri cum ſanguine mixtas,
Dum ſenſit cultri legalem innoxius ictum:
Partaq. ſub ſacras aras ex more ferentem
Pignora, quæ gemino ſummiſſa volucre redemit.
Neue Canopæas tenera cum Prole ſub oras
Præterit abſceſſum deſerta per inuia, & alpes,
Cùm ferus imbelles mactaret vndique puellos.
Nec ſilet, amiſſa duodenni Prole, per Vrbem
Virgineos largo mergentem flumine vultus,
Donec in electo Sapientum flore ſedentem
Repperit: & veterum nudantem oracula Vatum.
Aut, cùm poſtremum ſex luſtris viueret annum,
Finitimaſq. nouis dictaret legibus Vrbes:
Chriſtus, adhærentem lateri, comitemq. benignam,
Per rapidos ſoles, hyememq. & dura laborum
Pondera ſollicitam cunctis, fidamq. miniſtram;
Donec in horribili pendentem ſtipite vidit;
Heu vidit (crudele nefas!) teneroq. decoras
Lauit rore genas immani preſſa dolore:
Vtque, triumphata vitales morte, ſub auras
Regreſſum, & claras fuſo de Dite trahentem
Exuuias, nulliſq. inde obſcuranda tenebris
Ora per, & niueos iaculantem lumina vultus
Aſpexit, ſubitò triſtes dulcedine curas
Pellens, & profugos reuocans è pectore riſus.
Aſt tandem, aſtriferam cùm aſſurrexiſſet in aulam
Solidum, ſol vnde micat; ſinubuſq. paternis
Merſus maiori radios vibraret in Orbe;
Ceu flos, qui vegetus, clementi lampade ſolis
Arridens, ſtetit; mergente ſed æquore flammas,
Languidulas tremulo dimittit ſtipite frondes;
Sic, abſente ſuo terris iam Sole, decora
Languebat Virgo Genitrix; ſed languor amoris;
Languor amoris erat: cunctis lacrymoſa ſub horis,
Neſtoreos annos, & ſæcula mille trahebat:
Donec ab excelſo flammas miſeratus Olympo
Filius excepit vultu pia vota ſereno;
Iuſſit & emerito mentem cum corpore terras
Linquere, & aſtrigeri Capitolia ſcandere Cæli.

Ito igitur proprijs ſat diues honoribus, ito;
Ito, liber, celebreſq; audax te interſere cœtus;
Neu loca diffugias, vbi docta frequentior extat
Pallas, & arguta bis trutinat omnia lance.
Ito per auguſtas Vrbes, patriamq; peroſus
Clima per ignotos tranſcurre licenter Orbes:
Explicat ipſa ſuas in te ſapientia pompas;
Diuinas abſcondis opes; Oracula ſeruas
Nobiliora, vocibus quàm olim Cortina ferebat.
Ne mirere nucis ſtrictè ſub cortice clauſas
Meonij illiadas Vatis; ſeu cælica paruo
Arte Syracuſij comprehenſa palatia vitro:
Tu maiora refers, tenuiq; volumine conſtans
Reginam extollis cælo, terriſq; potentem.
Fas tibi inexhauſtos laudum concludere fontes,
Quas mirata canit ſtellantis Regia cæli;
Neue Amphionio primas concedere plectro,
Treijcijſve decet fidibus; licèt illud in Vrbis
Mœnia Thebana lapides traxiſſe volantes,
Hæ ventos, dicta, rapidoq; ſtitiſſe liquores.
Veloces ſapientum oculos te ſiſtere dignum,
Et trahere è cælo volucres ſine corpore mentes;
Queis dulce eſt Diuæ laudes captare Parentis.
Aurea demittant humiles diademata Reges;
Et ſacras venerentur opes; quibus aſtra laceſſis.
Quin ſuperas generoſus iter molire ſub oras;
Te dignas exquire plagas, pete tecta Tonantis:
Si te blanda velit rapidum Dictynna morari,
Hæc reſponſa ferat: vah cæli Principis almæ
Quæ pedibus ſubſtrata iaces, ferar altius; illam
Qua tibi, qua fratri, reliquiſq; potentior aſtris
Imperat, inquiro: neque tot tibi lumina, crede,
Inuideo, Diuæ ſelectus Præco Parentis.
Hinc tibi Iunonis ſignatus ab vbere callis
(Hac via, ſupremam per quam gradiuntur in aulam
Heroes) reliquos facilis pandetur in axes.
Perge, aude, ſtellata premis faſtigia rerum.
Fors Ariadnææ miraberis aſtra coronæ;
Sed celerem ne ſiſte gradum, ne cede coruſcis
Pompis; ſydereo longè eſt pretioſius auro
Quod tibi Virgineis fas eſt imponere ſertum
Temporibus, laudum germana luce decorum.
Mox tibi ſe obijciet formoſi Regia Solis
Cuncta replens radijs, nitido puriſſima in orbe.

Quam

Quam ſlammante trahunt volucres temone iugales:
Si tibi forte, minax greſſus prohibere ſupremos
Cinthius audebit, rutilumq. intenderit arcum:
Quis mihi, fare, vetas vultu, telisq. ſuperbus
Aeternas tentare domos? Proh Delius altæ
Virginis ad ſuperos inſignia ſacra ferenti
Obſiſtet? famulus vix dum toleraris, & vmbra
Vmbra Marianos ſemper veritura nitores:
I, miſeras abſconde faces, factumq. remiſſus,
Quas claudo, venereris opes: fero fidus honores,
Quais Matrem ornauit ſummi Sapientia Patris.
His vbi Phœbeos tutò pacaueris ignes,
Arreptum renouabis iter; cùm purior ecce
Nictantes oculos lux in ſublime vocabit:
Lux erit, Empyreæ quæ per cryſtallina portæ
Clauſtra micans, radijs vicinum verberat Orbem.
Impiger ad rutilos poteris contendere poſtes,
Candidaq. explicitis, expandens tegmina, vinclis,
Ter regale nitens Vrbani prodere ſtemma,
Inſcripta quod fronte geris: mox, cardine verſo,
Lucida cognatis inſignibus oſtia pandet
Ianitor, & ſuperum ſpecioſam admittet in Aulam.
Tu fidas ſecteris apes: hæ florida cœli
Atria percurrent intacti floris amicæ:
Plures, quos caſtus candorq. virorq. decorat,
Diſpicient paſſim, vitiato aſt germine natos:
Hos vbi ſuſpenſo tentarint forte volatu,
Irrequietæ aliquem candore, & origine purum
Altiùs exquirent; donec pulcherrimus illas,
Floridulos inter cœtus, gyrosq. frequentes
Alliciet, tenuis quem nec labecula fuſcat.
Huius in illuſtrem, poſito diademate, pronas
Aduertes volitare ſinum, leniq. ſuſurro
Teſtatas ſublime decus procumbere, dignum
Germen adorantes, & Virginitatis amicum
Fulgorem: quæſitam olim tu noris adeſſe
Reginam, cui Luna ſubeſt, quam Phœbus adorat,
Totaq. ſtellarum Dominam Reſpublica clamat.
Stellimico priùs in ſolio venerare ſedentem;
Hinc potes in ſimiles humilis te effundere voces.
O quæ placati Genitrix Auguſta Tonantis
Regnas ſyderea ſceptro ſublimis in aula,
Cœlica mortales ſi nec dum deſpicis oras,
Aduenio ſupplex induſtris teſtis amoris,

Quo in te (ſida Parens) mortalia pectora ſeruent;
Unde tibi in proprias manant certamina laudes.
Hos inter temet ſtudijs; & amore colentes.
Clarus ad haſce ruens plantas, quais ſydera calcas,
Me tibi, ſeq. ſacrat reuerenti fronte NOVATVS.
Quòd ſi vix homini prior ille piacula tolli
Credidit; vnde tui laſa eſt clementia Nati;
Hic illum cælo ad nos per tua viſcera lapſum
Prædicat humanos facilem miſereſcere lapſus:
Sic nouus antiqui condemnat menda Nouati.
Excipe maioris minimum Vectigal amoris,
Inq. tuos admitte ſinus: hoc Aegide tutus
Cęca pharetrati Cenſoris tela repellam.

Digitized by Google

INDEX
CAPITVM, ET QVAESTIONVM, QVIBVS CONSTAT HIC TOMVS.

CAPVT I.

De Prædeſtinatione B. Virginis Mariæ.

Quæſtio I. Vtrùm electio Mariæ Virginis ad maternitatem Dei anteceſſerit præuiſionem meritorum. Pag. 1. Col. 1
Quæſtio II. Vtrùm B. Virgo ante omnes alios prædeſtinatos electa, & prædeſtinata ſit. 14. 2
Quæſtio III. An B. Virgo ante peccati præuiſionem electa ſit ad maternitatem Dei, & prædeſtinata ad gloriam. 15. 1
Quæſtio IV. Quo ordine fuerit Chriſti Incarnatio prædeſtinata, & Maria Virgo electa ad maternitatem Dei. 21. 1

CAPVT II.

De Genealogia, & Parentibus B. Virginis.

Quæſtio I. Vtrùm B. Virgo ex regia Salomonis ſtirpe originem traxerit. Pag. 31.
Quæſtio II. Vtrùm Maria Virgo traxerit etiam originem à Sacerdotali ſtirpe. 32. 1
Quæſtio III. Cur Lucas parentem Ioſephi vocat Heli: Filius Ioſeph, qui fuit Heli: *Matthæus autẽ appellat Iacob:* Iacob autem genuit Ioſeph, Virum Mariæ. 32. 2
Quæſtio IV. An B. Virgo fuerit vnica filia ſanctorum Ioachim, & Annæ. 33. 2
Quæſtio V. Cùm plures ſint Reges in Genealogia à Matthæo relata, cur expreſsè ſolus Dauid Rex appelletur. 34. 2
Quæſtio VI. Cur in prædictam Genealogiam à Matthæo relatam aliquæ perſonæ peccatis maculatæ fuerunt admiſſæ, vt Rahab, Ruth, Bethſabee, & Dauid. 35. 1
Quæſtio VII. Cur Euangeliſtæ nomen Parentum Virginis Mariæ non expreſſerunt. 36. 2
Quæſtio VIII. Ex quibus capitibus dignoſci poſſit ſanctitas Parentum Virginis, ſcilicet Ioachim, & Annæ. 37. 1
Quæſtio IX. An Ioachim, & Anna, dum erant in ſterilitate, votum emiſerint, ſi quam prolem habuiſſent, eam Dei obſequio dicandi. 40. 1
Quæſtio X. Cur ex Parentibus ſterilibus generatur Deipara. 40. 2

CA-

INDEX

CAPVT III.

De Immaculata Virginis Conceptione.

Quæſtio I. An Mariæ Conceptio fuerit ab aliquo Angelo annunciata. Pag. 4.
Quæſtio II. An ſine vlla cõcupiſcentia fuerit cõcubitus, quo Maria fuit progenita. 41.c.2
Quæſtio III. Vtrùm B. Virgo ſine peccato originali fuerit concepta. 42.2
Quæſtio IV. An Eccleſia poſsit definire, Virg. Mariã abſq. originali fuiſſe conceptã. 49.2
Quæſtio V. Vtrùm magis laudent Virginem, qui eius immaculatam Conceptionem prædicãt, quàm qui alia eius priuilegia, prærogatiuas, & gratias gratìs datas celebrãt. 51.1
Quæſtio VI. Cur per aliquod tẽpus immaculata Virginis Conceptio multos latuerit. 52.1
Quæſtio VII. Vtrùm Corpus Mariæ fuerit eo dierum ſpatio in vtero materno formatum, quo aliarum fœminarum corpora ſolent efformari. 54.2
Quæſtio VIII. Cur B. Virgo ex alia Virgine non fuerit generata. 58.1
Quæſtio IX. An fomes peccati fuerit extinctus in Virg. primo Conceptionis momẽto. 58.2
Quæſtio X. Vtrùm B. Virgini in prima ſanctificatione fuerint infuſæ virtutes fidei, ſpei, & charitatis, nec non ſeptem Spiritus ſancti dona. 61.2
Quæſtio XI. Vtrùm B. Virgini in prima eius iuſtificatione fuerint infuſæ virtutes morales acquiſitæ. 62.1
Quæſtio XII. Vtrùm B. Virgini fuerint infuſæ virtutes morales, quæ dicuntur infuſæ, eo momento, quo fuit ſanctificata. 63.1
Quæſtio XIII. An B. Virgo à primo Concept. momẽto decorata fuerit iuſtitia originali. 64.1
Quæſtio XIV. An B. Virgo à primo Conceptionis momento donum perſeuerantiæ, & confirmationis in gratia acceperit. 66.1
Quæſtio XV. Vtrùm B. Virgo à primo Conceptionis momento ita fuerit in bono confirmata, vt nec venialiter peccare potuerit. 67.2
Quæſtio XVI. In quo conſiſteret donum, virtute cuius B. Virgo à primo Conceptionis momento ita in bono confirmata fuit, vt culpam omnem venialem euitarit. 69.1
Quæſtio XVII. Vtrùm B. Virgini in Conceptione affulſerit rationis vſus. 71.1
Quæſtio XVIII. An Deipara more adultorum per actum arbitrij ex gratia iuſtificata ſit momento Conceptionis. 73.2
Quæſtio XIX. An B. Virgo per actum conuerſionis ad Deum à primo inſtanti Conceptionis elicitum meruerit gloriam de condigno. 74.2

CAPVT IV.

De Fauſto B. Mariæ Virginis Natali.

Quæſtio I. Quo tempore nata ſit B. Virgo? Pag. 78.
Quæſtio II. Quo loco nata ſit B. Virgo. 79.c.2
Quæſtio III. An B. Virgo nata ſit abſque dolore D. Annæ Matris ſuæ. 80.1
Quæſtio IV. Quibus potiſsimùm de cauſis Natiu. Virginis gaudium mũdo attulerit. 82.2
Quæſtio V. Vtrùm B. Virgo corporalem complexionem habuerit perfectiſsimam, & ad pondus temperatam. 84.2
Quæſtio VI. An B. Virgo corporali pulchritudine fuerit eximia. 86.2

Quæſtio

Quæſtio VII. An B. Virginis corpus ſuauéolentiam emitteret. 88. 1
Quæſtio VIII. An odor, quem ſecundùm prædictos Auctores efflabat corpus Virginis, naturalis eſſet. 88. 1
Quæſtio IX. Vtrùm Anima B. Virginis haberet aliquam naturalem perfectionem ſupra alias animas rationales. 89. 1
Quæſtio X. Vtrùm nomen Mariæ fuerit ex diuina reuelatione impoſitum Virgini à Parentibus. 91. 1
Quæſtio XI. Quid ſignificet nomen Mariæ. 92. 1
Quæſtio XII. Vtrùm nomen Maria habeat aliquam virtutem. 93. 2

CAPVT V.

De Præſentatione Virginis ad Templum.

Quæſtio I. Qua ætate, & quas ob cauſas B. Virgo Hieroſolymitanum Templum eſt ingreſſa. Pag. 96.
Quæſtio II. Quid potiſſimùm meruerit Virgo, Templũ in tenerrima ætate ingrediẽdo. 98. 2
Quæſtio III. An B. Virgo habitauerit in ſecretiori loco Templi, qui Sancta Sanctorum vocabatur. 99. 1
Quæſtio IV. An B. Virgo in Templo contẽplatiuam, vel actiuam duxerit vitam. 100. 1
Quæſtio V. Vtrùm B. Virgo in Templo ab Angelis viſitaretur, & nutriretur. 100. 2
Quæſtio VI. Quodnam myſterium fuerit, Virginem trimulam aſcendere quindecim gradus Templi. 102. 2
Quæſtio VII. Cur Eccleſia in feſto Præſentationis legit Euangeliũ illud Luc. 11. Extollens Mulier vocem de turba dixit illi: Beatus venter, qui te portauit, & vbera, quæ ſuxiſti. 103. 1

CAPVT VI.

De Matrimonio Virginis cum Sancto Ioſepho.

Quæſtio I. Vtrùm inter B. Virginem, & Sanctum Ioſephum verum matrimonium interceſſerit. Pag. 105.
Quæſtio II. An ſit de fide, matrimonium fuiſſe verũ inter Virginẽ, & S. Ioſephum. 106. 1
Quæſtio III. An Virgo, quando contraxit matrimonium cum S. Ioſepho, habuerit expreſſum animum non conſentiendi in copulam maritalem. 106. 1
Quæſtio IV. An matrimonium hoc fuerit inter Virginẽ, & S. Ioſephum peculiari Spiritus ſancti monitione celebratum. 108. 1
Quæſtio V. Vtrùm ex diuina reuelatione B. Virgo certò ſciret, nulli periculo exponendam fore ſuam illibatam Virginitatem in matrimonio, quod cum Sancto Ioſepho inire debebat. 109. 2
Quæſtio VI. Quo tempore fuit celebratum matrimonium inter Virginem, & Sanctum Ioſephum, an, ſcilicet, ante, vel poſt Incarnationem. 109. 2
Quæſtio VII. Qua ætate Virgo matrimonium contraxerit. 111. 1
Quæſtio VIII. Quibus potiſſimùm de cauſis Sanctiſſima Virgo matrimonium cum Sancto Ioſepho contraxerit. 111. 2

CA-

CAPVT VII.

De B. Virgine Annunciationem Angelicam excipiente, & concipiente, ope Spiritus ſancti, Filium Dei.

Quæſtio I. Quo tẽpore, & qua hora Verbũ in vtero Virginis carnẽ aſſumpſit. Pag. 114. c. 1
Quæſtio II. Quo in loco fuit B. Virgini ab Angelo annunciata Verbi Incarnatio. 115. 1
Quæſtio III. Cùr Angelus, & non homo miſſus eſt ad Virginem. 115. 2
Quæſtio IV. Vtrùm Angelus, cui annuncianda Virgini Incarnationis prouincia demandata eſt, in aſſumpto corpore Virgini apparuerit. 116. 2
Quæſtio V. Cùr Angelus Virgini viſione corporali apparuerit. 118. 1
Quæſtio VI. Cuius ordinis cæleſtis fuerit Gabriel miſſus ad Virginem. 118. 1
Quæſtio VII. An B. Virgo viderit eſſentiam Angeli Gabrielis, dum illi apparuit. 120. 2
Quæſtio VIII. Cur Angelus, antequam exponeret diuinam legationem, laudes Virginis præmiſerit. 121. 1
Quæſtio IX. Quid ſignificet vox, Aue, *quam primò protulit Gabriel.* 121. 2
Quæſtio X. Qualiſnam ſit ſenſus verborum illorum: Gratia plena. 122. 2
Quæſtio XI. Quiſnam ſit ſenſus illorum verborum, Dominus tecum. 125. 2
Quæſtio XII. Qualis ſit ſenſus illorum verborum: Benedicta tu in mulieribus. 127. 2
Quæſt. XIII. Quãtũ nobis proſit Angelicã ſalutationẽ debita cũ veneratione proferre. 128. 2
Quæſtio XIV. Qualis ſit ſenſus illorum verborum: Quæ cùm audiſſet, turbata eſt in ſermone eius. 129. 1
Quæſtio XV. Cùr cogitabat Virgo, qualis eſſet iſta ſalutatio. 130. 2
Quæſtio XVI. Qualis ſenſus ſit horũ verborũ: Inueniſti gratiam apud Deum. 131. 2
Quæſtio XVII. An illa verba: Ecce concipies, & paries: *ſic intelligenda ſint, vt in conceptione, qua Virgo Chriſtum concepit, omnia concurrerint, quæ neceſſaria ſunt ad humanam, ſeu maternam filij generationem.* 132. 2
Quæſtio XVIII. Vtrùm in corpore Chriſti ſint aliquæ partes, in quibus anima Virginis, tamquam forma, priùs extiterit. 136. 2
Quæſtio XIX. Cùr Angelus dixit Virgini: Vocabis nomen eius Ieſum. 138. 2
Quæſtio XX. In quo ſenſu Filius, quem Virgo paritura erat, dicitur hic ab Angelo, quòd erit magnus. 140. 2
Quæſtio XXI. Cùr prænunciatur ab Angelo, quòd Filius Virginis Filius Altiſſimi vocabitur. 143. 2
Quæſtio XXII. An ex illis verbis: Dabit illi Dominus Deus ſedem Dauid patris eius, & regnabit in domo Iacob; & regni eius non erit finis: *colligatur, quòd Chriſtus fuerit verus Rex ſecundùm humanitatem, & conſequenter Virgo eius Mater vera, & propria Regina.* 147. 1
Quæſtio XXIII. An Virgo tunc ſolùm cœperit eſſe Regina, quando Chriſtum concepit, vel etiam priùs. 154. 1
Quæſtio XXIV. Cùr Filio Virginis potiùs ſedes Dauid, quàm alterius Regis, danda annunciatur. 157. 1
Quæſtio XXV. Cùr dicitur ab Angelo, quòd Filius Virginis regnabit in domo Iacob, *& non alius Patriarchæ.* 158. 2

Quæſtio XXVII. An ex illis verbis à Virgine prolatis : Quomodo fiet iſtud, quoniam virum non cognoſco? *colligi poſsit, non ſolum firmum propoſitum, ſed etiam votum virginitatis ab illa emiſſum.* 159. 2

Quæſtio XXVIII. Quo tempore Deipara votum virginitatis emiſit. 162. 2

Quæſtio XXIX. Cur, ſi B. Virgo optimè ſciebat, Meſsiam naſciturum ex Virgine, vt oracula Prophetarum prædixerant, interrogat, Quomodo fiet iſtud, quoniam virum non cognoſco? 164. 1

Quæſtio XXX. Vtrùm Deipara fuerit prima, quæ virginitatem ſeruauerit, & vouerit. 165. 2

Quæſtio XXXI. Cur Angelus dicat Virgini : Spiritus ſanctus ſuperueniet in te, & virtus Altiſſimi obumbrabit tibi. 167. 1

Quæſtio XXXII. Cur ſubijcit Angelus Virgini : Ideoq. & quod naſcetur ex te ſanctum vocabitur Filius Dei. 168. 1

Quæſtio XXXIII. Cur Angelus in exemplum adduxit Virgini ſterilis Eliſabeth conceptum, dum dixit : Et ecce Eliſabeth cognata tua, & ipſa concepit filium in ſenectute ſua. 173. 1

Quæſtio XXXIV. An B. Virgo ſtatim prolatis his verbis : Ecce Ancilla Domini: fiat mihi ſecundum verbum tuum, *Verbum æterni Patris in vtero conceperit.* 173. 2

Quæſtio XXXV. An in vtero Virginis fuerit formatum Chriſti corpus tempore, vel inſtanti. 174. 2

Quæſtio XXXVI. Vtrùm in vtero Virgineo vno, eodemq. momento, & corpus Chriſti fuerit organizatum, & anima eius creata, eidemq. corpori vnita. 177. 1

Quæſtio XXXVII. Vtrùm vno illo, eodemq. momento, quo in vtero Virgineo fuit formatum Chriſti corpus, eiusq. anima creata, & infuſa, ſimul etiam hæc omnia vnita fuerint Verbo. 177. 2

Quæſtio XXXVIII. Vtrùm B. Virgo, vt inſtrumentum Dei, effectiuè attigerit vnionem hypoſtaticam humanitatis ad Verbum. 178. 2

Quæſtio XXXIX. Cur Verbum voluerit à conſenſu Virginis pendere in aſſumenda carne. 185. 2

Quæſtio XXXX. An, quando B. Virgo conſenſit, vt Verbum ex ſuis viſceribus carnem aſſumeret, ſimul conſenſerit, vt determinato tempore in Cruce moreretur. 187. 1

Quæſtio XXXXI. An, quando B. Virgo conſenſit, vt ex ſuis viſceribus carnem, & ſanguinem Verbum ſumeret, ſimul etiam conſenſerit futuræ inſtitutioni Euchariſtici Sacramenti. 189. 1

Quæſtio XXXXII. Cur Virgo, antequàm conſentiret, vt Verbum ex ſe carnem ſumeret actum humilitatis præmiſit, dicendo : Ecce Ancilla Domini, &c. 191. 2

Quæſtio XXXXIII. Quantum Beata Virgo meruerit annuendo dictis Angeli Gabrielis. 193. 2

Quæſtio XXXXIV. An B. Virgo, quando concepit filium, ni diuinitùs in vita fuiſſet detenta, præ nimio gaudio obijſſet. 194. 2

Quæſtio XXXXV. Cur Angelus, poſtquam Beata Virgo reſpondit : Ecce Ancilla

Domini: fiat mihi ſecundum verbum tuum, *non declarauit, executioni mandatam eſſe Verbi Incarnationem, dicendo, verbi gratia. Ecce concepiſti, vel* Verbum caro factum eſt *in vtero tuo.* 195.2

CAPVT VIII.

De Virgine inuiſente Sanctam Eliſabeth.

Quæſtio I. Vtrùm ex his verbis. Exurgens autem Maria abijt in montana, *colligatur, ipſam Virginem excitatam eſſe ab ecſtaſi.* *Pag.* 197. *col.*

Quæſtio II. Cùr cum feſtinatione abijt Maria in montana. 198.2

Quæſtio III. Quænam ſit ciuitas Iuda, ad quam perrexit Maria cum feſtinatione. 200.2

Quæſtio IV. An cum Virgine S. Ioſeph abierit in montana ad viſitandam Eliſabeth. 201.1

Quæſtio V. Cùr Beata Virgo priùs ſalutauit Eliſabeth, quàm Zacchariam. 201.2

Quæſtio VI. Cùr ſalutationi Deiparæ, & non præſentiæ Chriſti tribuitur exultatio Io. Baptiſtæ, dum dicitur: Et factum eſt, vt audiuit ſalutationem Mariæ Eliſabeth, exultauit infans in vtero eius. 202.1

Quæſtio VII. Cùr Eliſabeth, ſtatim atque fuit Spiritu ſancto repleta celebrauit Virginem Mariam. Et repleta eſt Spiritu Sancto Eliſabeth, & exclamauit voce magna, & dixit: Benedicta tu inter mulieres. 203.1

Quæſtio VIII. Vtrùm B. Virgo verè, & propriè dici poſſit Mater Dei: & vtrùm hoc colligi poſſit ex his verbis: Vndè hoc mihi, vt veniat Mater Domini mei ad me? *à Sancta Eliſabeth prolatis.* 203.2

Quæſtio IX. An dignitas Matris Dei ſit ſuprema excellentia Virginis. 204.2

Quæſtio X. An ab Eliſabeth idcircò dicatur verbum Incarnatum fructus ventris Virginei, quia Virgo meruerit Incarnationem, vel eius circumſtantias, vel maternitatem Dei. 206.2

Quæſtio XI. Vtrùm Beata Virgo potuerit de condigno mereri maternitatem Dei. 212.1

Quæſtio XII. Cùr Beata Virgo in ſingulari dixit: Magnificat anima mea Dominum. 213.1

Quæſtio XIII. Cùr B. Virgo potiùs dixit: Exultauit ſpiritus meus in Deo ſalutari meo, *quàm, in Deo ſalutari noſtro.* 214.1

Quæſtio XIV. An Virgo loquatur de virtute humilitatis ſuæ, an verò humilitatem exerceat, proponendo abiectionem ſuam, à qua Deus ipſam ſic in altum extulit. 216.1

Quæſtio XV. An Virgo loquatur de Beatitudine æterna, an verò de Beatitudine, quæ in hac vita haberi poteſt. 217.2

Quæſtio XVI. Quæ nam ſint hæ generationes, quæ Virginem Beatam celebraturæ dicuntur. 219.1

Quæſtio XVII. Qua ratione abſque humilitatis detrimento Virgo, ſe beatam ab omni gene-

Digitized by Google

generatione acclamandam affirmet. 221. 1
Quaſtio XVIII. Quænam ſint hæc magna, quæ Deus omnipotens fecit Deiparæ. 221. 2
Quæſtio XIX. Cùr Virgo facit hìc mentionem de miſericordia Dei. 222. 2
Quæſtio XX. De quo timore hìc B. Virgo loquatur: 224. 2
Quæſtio XXI. Quid intellexerit B. Virgo per brachium. 226. 2
Quæſtio XXII. De qua potentia loquatur hìc B. Virgo. 227. 2
Quæſtio XXIII. De quibus potentibus loquatur hìc B. Virgo: 231. 1
Quæſtio XXIV. Quinam nomine humilium hìc intelligantur. 231. 2
Quæſtio XXV. Quinam ſint hi eſurientes, de quibus Deipara Virgo loquitur. 232. 1
Quæſtio XXVI. De quibus diuitibus loquatur hìc B. Virgo. 237. 1
Quæſtio XXVII. Quid intelligat B. Virgo exprimere in hoc verſiculo: Suſcepit Iſrael puerum ſuum. 238. 1
Quæſtio XXVIII. An opus Incarnationis fuerit ex ſola miſericordia, vel etiam ex iuſtitia, aut fidelitate. 238. 2
Quæſtio XXIX. An Beata Virgo tandiù cum Eliſabeth commorata ſit, donec illa pareret. 239. 2

CAPVT IX.

De Virgine vterum geſtante.

Quæſtio I. An fœtus aggrauaret Virginem. Pag. 241. col.
Quæſtio II. An Chriſtus in vtero Virgineo delitiaretur. 241. 2
Quæſtio III. An Angeli multi cuſtodirent Virginem, dum geſtabat Ieſum in vtero.
Quæſtio IV. An Sanctus Ioſeph videns Virginis vterum tumeſcentem aliquid mali de illa ſuſpicatus fuerit. 243. 1
Quæſtio V. Cùr B. Virgo ſciens Ioſephum eſſe turbatum ob ventris tumorem, quem in ea viderat, de rei veritate illum non admonuerit. 245. 1
Quæſtio VI. Vtrùm infantulus Chriſtus in vtero Virgineo per vmbilicarem venam Matri coniungeretur. 245. 2
Quæſtio VII. Ex qua ſubſtantia Chriſtus in vtero Virgineo aleretur. 247. 1
Quæſtio VIII. Vtrùm Virginis vultus fulgore irradiatus micaret, dum ipſa in vtero habebat Chriſtum. 247. 2

CAPVT X.

De Virgine Chriſtum parturiente.

Quæſtio I. Vtrùm B. Virgo Chriſtum pepererit ſine dolore. Pag. 249. col.
Quæſtio II. Vtrùm B. Virgo pepererit Chriſtum magno cum gaudio. 250. 2
Quæſtio III. An B. Virgo orationi, & contemplationi vacaret, quando Chriſtum peperit. 251. 2
Quæſtio IV. Vtrùm Virginitas Mariæ in partu, quo Chriſtum edidit, aucta ſit. 252. 1
Quæſtio V. Vtrùm Beata Virgo pepererit Chriſtum ſine vllis puerperij ſordibus & ſecundinis. 253. 1

Quæſtio VI. Utrùm B. Virgo actiuè etiã concurrerit ad parturiendum Chriſtum. 255.1
Quæſtio VII. Quo in loco Virgo pepererit Chriſtum. 255.1
Quæſtio VIII. Cur B. Virgo puerum Ieſum pannis inuoluerit. 256.2
Quæſtio IX. Utrùm B. Virgo, ex eo, quòd peperit Chriſtum, in eum patriam poteſtatem habuerit, ſicut cætera matres in filios. 257.1

CAPVT XI.

De Virgine Chriſtum lactante.

Quæſtio I. An conueniens fuerit, vt B. Virgo lactaret Chriſtum. Pag. 260. col.
Quæſtio II. Vtrùm lac, quo Virgo nutriebat infantē Chriſtum eſſet miraculoſum. 262.1
Quæſtio III. An Virgo, lactando infantē Ieſum, aliquid ei optimæ indolis cõferret. 263.2
Quæſtio IV. An Chriſtus in ſugendis Virgineis vberibus multùm delitiaretur. 265.1
Quæſtio V. An B. Virgo plus meruerit lactando Chriſtum, quàm Martyres omnes ſimul ſumpti effundendo ſanguinem. 266.2
Quæſito VI. Vtrùm Deipara vberibus, quæ ſugenda præbebat Chriſto, fideles etiam lactaret. 267.1
Quæſtio VII. An aliquid lactis Deiparæ in terris aſſeruetur. 268.1

CAPVT XII.

De Virgine cooperante Circuncifioni Chriſti.

Quæſtio I. Vtrùm decuerit Deiparam cooperari Chriſti Circuncifioni. Pag. 270. col.
Quæſtio II. Vtrùm à B. Virgine, vel ab alio fuerit Chriſtus circunciſus. 274.2
Quæſtio III. Quibus modis cooperata ſit B. Virgo circunciſioni Filij. 275.1
Quæſtio IV. Vtrùm B. Virgo, cooperando circunciſioni Chriſti, concurrerit ad actionem, & oblationem ſufficientem ad ſatisfaciendum pro nobis. 276.1
Quæſtio V. An conueniens fuerit, vt B. Virgo nomen Ieſu filio ſuo imponeret in circunciſione. 279.2
Quæſtio VI. Quamdiù B. Virgo aſſeruauerit præputium Chriſti circunciſi. 280.2
Quæſtio VII. Quãdiù B. Virgo aſſeruarit effuſum Chriſti ſanguinē in circũciſione. 285.2

CAPVT XIII.

De Virgine tres Magos Chriſti adoratores excipiente.

Quæſtio I. Quo tempore, & quo in loco Deipara Magos exceperit. Pag. 287. col.
Quæſtio II. Quid myſterij inſinuet Euangeliſta, Matthæi 2. dum ait: Inuenerunt Puerum cum Maria Matre eius, & procidentes adorauerunt eum, & apertis theſauris ſuis, obtulerunt ei munera, aurum, thus, & myrrham. 289.1
Quæſtio III. Vtrùm B. Virgo in myſterijs fidei inſtruxerit Magos. 292.1
Quæſtio IV. Vtrùm B. Virgo pauperibus diſtribuerit munera à Magis oblata. 293.1

CAPVT XIV.

De Virgine pro Purificationis, & Præſentationis legibus adimplendis ad Templum Hieroſolymitanum accedente.

Quæſtio I. Vtrùm B. Virgo teneretur legem purificationis ſeruare. Pag. 295. col.

Quæſtio

Quæſtio II. Cùr B. Virgo voluit purificari, cùm purificationis legi nō eſſet obnoxia. 298. 2
Quæſtio III. Vtrū B. Virgo nouos purificationis gradus adepta ſit in Purificatione. 300. 1
Quæſtio IV. Cùr B. Virgo non obtulit agnum potiùs, quàm par turturum, aut duos pullos columbarum. 300. 2
Quæſtio V. Vtrùm Beata Virgo teneretur ex vi Moſaicæ legis Filium præſentare in Templo. 302. 1
Quæſtio VI. Quibus de cauſis B. Virgo infantulum Ieſum præſentauit in Templo. 303. 2
Quæſtio VII. Vtrùm Deipara à Simeone fuerit ex more benedictum. 304. 2

CAPVT XV.

De Virgine cum puerulo Ieſu in Ægyptum fugiente.

Quæſtio I. Cùr Ioſeph potiùs, quàm Virgo admonitus fuit ab Angelo, vt in Aegyptum fugeret. Pag. 306. col.
Quæſtio II. Cùr à Virgine Matre voluit Ieſus in Aegyptum transferri. 307. 1
Quæſtio III. Cur potiùs in Aegyptum, quàm in aliam regionem voluit Chriſtus à Virgine Matre transferri. 309. 1
Quæſtio IV. Vtrū nauali, vel terreſtri expeditione B. Virgo profecta ſit in Aegyptū. 309. 1
Quæſtio V. Vtrùm Virgine cū infantulo Ieſu Aegyptū ingrediente, idola corruerint 311. 1
Quæſtio VI. Quas ex Aegypti ciuitatibus, & locis B. Virgo luſtrauerit. 312. 1
Quæſtio VII. Quot annis in Aegypto commorata ſit Deipara. 213. 1

CAPVT XVI.

De Virgine Templum Hieroſolymitanum in feſtiuitatibus frequentante, amiſſumq. ibi Filium exquirente, & inueniente.

Quæſtio I. An B. Virgo ſingulis annis in præcipuis feſtis Hieruſalē proficiſceretur. P. 315.
Quæſtio II. Cùr, inſcia Virgine Matre, Chriſtus in Templo remanſerit. 317. 2
Quæſtio III. Quo affectu B. Virgo protulerit illa verba: Fili, quid feciſti nobis ſic? 319. 1
Quæſtio IV. Cùr B. Virgo prius nominet Ioſephum, quàm ſe ipſam: Ecce Pater tuus, & ego dolentes quærebamus te. 320. 1
Quæſtio V. An ex his verbis à Chriſto puero prolatis: Quid eſt, quòd me quærebatis? neſciebatis, quia in ijs, quæ Patris mei ſunt, oportet me eſſe? *aliquid, quod ad Virginis commendationem faciat, inferri poſſit.* 321. 1
Quæſtio VI. Quiſnam ſit ſenſus illorum verborum Euangeliſtæ: Et ipſi non intellexerunt verbum, quod locutus eſt ad eos. 321. 2

CAPVT XVII.

De iis, quæ geſſit Deipara cum Chriſto prædicante vſque ad eius Paſſionem.

Quæſtio I. Cùr Beata Virgo non recuſarit intereſſe nuptijs in Cana Galilææ celebratis. Pag. 234. col.
Quæſtio II. Vtrùm aliquid eminens in Deiparæ commendationem inferatur ex illis ipſius verbis: Vinum non habent. 324. 2
Quæſtio III. Quomodo intelligenda ſint illa Chriſti verba: Quid mihi, & tibi eſt, Mulier? nondum venit hora mea. 326. 2

Quæſtio

Quæſtio IV. Quid in laudem Deiparæ emineat in his verbis ab ipſa prolatis : Quodcumque dixerit vobis, facite. 328. 1

Quæſtio V. Quæ bona euenerint ex miraculo à Chriſto, intercedente Virgine, in Cana perpetrato. 329. 1

Quæſtio VI. Vtrùm B. Virgo ſequuta ſit Chriſtum prædicationis cauſa ad diuerſa loca ſe conferentem. 329. 2

Quæſtio VII. Quinam ſit ſenſus verborum Chriſti dicentis : Quæ eſt mater mea, & qui ſunt fratres mei? (& extendens manum in diſcipulos ſuos dixit) Ecce mater mea, & fratres mei; quicunque enim fecerit voluntatem Patris mei, qui in cælis eſt, ipſe meus frater, & ſoror, & mater eſt, *Matth* 12. 331. 2

Quæſtio VIII. Cur Beata Virgo non fuerit à Chriſto aſſumpta, vt transfigurationi intereſſet. 333. 1

Quæſtio IX. Cur B. Virgo non interfuerit cœnæ Domini, in qua ſacroſanctum Euchariſtiæ Sacramentum fuit inſtitutum. 333. 2

Quæſtio X. Vtrùm Sacramentum Euchariſtiæ magis pro ſola Virgine, quàm pro reliquis fidelibus ſimul ſumptis, fuerit inſtitutum. 335. 2

Quæſtio XI. An Sacramentum Euchariſticum ex hoc ſpeciali capite, quòd ex carne inſtitutum eſt, quam ex Virgine Verbum aſſumpſit, aliquid in ſe contineat excellentiæ. 339. 1

CAPVT XVIII.

De ijs, quæ B. Virgo geſſit, & doloribus, quos pertulit, dum Filius Ieſus ſalutarem humano generi paſſionem ſuam amplexus, opus redemptionis conſummauit.

Quæſtio I. Vtrùm B. Virgo ob Filij ſui paſsionem verè doluerit. Pag. 341. col. 1

Quæſtio II. Vtrùm Deiparæ Virginis vterque appetitus, rationalis, & ſenſitiuus, doluerit ob paſsionem Chriſti. 343. c. 1

Quæſtio III. Vtrùm dolores, quos B. Virgo ob Chriſti filij paſsionem ſuſtinuit, effectiuè ab vtroq. appetitu, rationali, & ſenſitiuo penderent; an verò eſſent tantùm paſsiones vtriuſq. eiuſmodi appetitus. 344. 2

Quæſtio IV. Vtrùm Beata Virgo ob acerbiſsimos Filij ſui cruciatus lacrymas effuderit. 346. 1

Quæſtio V. An adeo vehemens fuerit dolor, quem B. Virgo ob Filij ſui paſsionem ſuſtinuit, vt illam ſuſtuliſſet è medio, niſi diuinitùs in vita fuiſſet detenta. 349. 1

Quæſtio VI. Vtrùm dolor, quem B. Virgo pertulit ob Filij paſsionem, exceſſerit cruciatus omnium Martyrum. 350. 1

Quæſtio VII. Vtrùm B. Virgo paſſa ſit ſpaſmum in paſsione Chriſti. 351. 2

Quæſtio VIII. Vtrùm in Beata Virgine dolor appetitus ſenſitiui ex paſsione Chriſti fuerit arbitrarius. 354. 1

Quæſtio IX. Vtrùm Deiparæ compaſsio perfectè reſponderit paſsioni Filij. 358. 1

Quæſtio X. Vtrùm ſecundùm aliquam rationem, maiorem dolorem ſuſtinuerit B. Virgo, quàm Chriſtus eius filius. 360. 1

Quæſtio

Quæſtio XI. Vtrùm Virgineæ dolor compaſsionis ſpecialem Chriſto cruciatum attulerit. 362.2
Quæſtio XII. Quibuſnam ex capitibus dolor Virginis augeretur. 364.1
Quæſtio XIII. Cur B. Virgo voluerit intereſſe paſsioni, & morti filij Ieſu. 367.2
Quæſtio XIV. Vtrùm B. Virgo Chriſto compatiendo, ipſumq. Deo Patri deuouendo humani generis redemptioni cooperata ſit. 370.1
Quæſtio XV. Quibuſnam de cauſis permiſerit Deus Virginem tam acerbis angi doloribus. 372.2
Quæſtio XVI. Vtrùm B. Virgo eo affectu compaſſionis dolores perpeſſa ſit, vt maioris etiam perferre exoptaret. 373.2
Quæſtio XVII. An nobis plurimũ conducat ſæpius Deiparæ dolores mente reuoluere. 375.1
Quæſtio XVIII. Vtrùm Angelus, qui confortauit Chriſtum in Horto, etiam ad Deiparam conſolandam acceſſerit. 376.1
Quæſtio XIX. Vtrùm B. Virgo dum filius ſuus patiebatur, non ſolum doleret, ſed etiam gauderet. 378.2
Quæſtio XX. Quomodo in B. Virgine ſimul eſſe potuerit gaudium, & dolor. 380.1
Quæſtio XXI. Quænam motiua gaudendi fuerint in B. Virgine tempore Chriſti paſsionis. 381.2
Quæſtio XXII. Vtrùm gaudium, quo afficiebatur Deipara tempore paſsionis filij ſui, compaſsionis dolorem in ipſa minueret. 383.2
Quæſtio XXIII. Vtrùm in ſuperiore parte B. Virginis lætitia maior fuerit, quàm triſtitia, eo tempore, quo Chriſtus patiebatur. 385.1
Quæſtio XXIV. Cur Chriſtus, dum è Cruce pendebat, Virginem nomine mulieris, & non matris appellauerit dicens: Mulier, ecce Filius tuus. 378.2
Quæſtio XXV. Vtrùm B. Virgo conſtituta ſit mater Ioannis, ac cæterorum fidelium per illa verba: Ecce Mater tua. 389.1
Quæſtio XXVI. Cùr B. Virgo nihil reſponderit Chriſto ipſam ſic alloquenti: Mulier, ecce Filius tuus. 391.2
Quæſtio XXVII. Vtrùm B. Virgo per mortem Filij ſui deſtituta fuerit relatione maternitatis. 392.1
Quæſtio XXVIII. Vtrùm per mortem Chriſti B. Virgo deſierit terminare relationem filiationis ipſius Chriſti. 393.2
Quæſtio XXIX. Vtrùm B. V. per mortem Chriſti dignitate matris orbata fuerit. 394.1
Quæſtio XXX. An B. Virgo poſt Chriſti mortem permanſerit in Caluario, ibique ſanguinem, & aquam ex Chriſti ipſius latere promanantem colligerit. 394.2
Quæſtio XXXI. Vtrùm B. Virgo exceperit ſanguinem è Chriſti latere fluentem ſeparatìm ab aqua, quæ ex eodem latere fluxit. 396.1
Quæſtio XXXII. Vtrùm Beata Virgo depoſitioni Filij ſui de Cruce cooperata ſit. 397.1
Quæſtio XXXIII. Vtrùm Beata Virgo aſſeruarit clauos, quibus Chriſtus Cruci fuit affixit. 398.1
Quæſtio XXXIV. An poſtquàm Chriſti corpus Sepulchro fuit reconditum, illi Deipara ad ſtare perſeuerarit, cæteris recedentibus. 398.2

Quæſtio XXXV. Vtrùm in ſola Virgine, Deipara fides permanſerit tempore Chriſti paſſionis, & mortis. 400. 1

CAPVT XIX.

De ijs, quæ à Chriſti vſque ad vitæ ſuæ extremum geſſit Deipara Virgo, illiq. euenerunt.

Quæſtio I. Vtrùm Chriſtus rediuiuus à mortuis primò apparuerit Matri ſuæ. P. 404. c. 1
Quæſtio II. Cùr Euangeliſtæ ſcriptis expreſsè non conſignarint Chriſtum rediuiuum Matri ſuæ apparuiſſe. 406. 2
Quæſtio III. An B. Virgo Chriſti rediuiui plagas deoſculata ſit. 407. 2
Quæſtio IV. Vtrùm B. Virgo oculis corporeis viderit claritatem corporis Chriſti rediuiui, ac glorioſi. 408. 1
Quæſtio V. Ex quot capitibus Deipara lætata ſit in reſurrectione Filij ſui. 410. 2
Quæſtio VI. Vtrùm etiam reſpectu Deiparæ Virginis Chriſto debita fuerit reſurrectio. 412. 1
Quæſtio VII. Vtrùm Deipara ſuis precibus impetrauerit celeritatem Reſurrectionis Chriſti. 413. 2
Quæſtio VIII. Vtrùm, Chriſto reſurgente phyſica relatio maternitatis in Deipara rurſus viguerit. 414. 2
Quæſtio IX. An B. Virgo viderit Chriſtum aſcendentem in cælum. 415. 2
Quæſtio X. Cùr B. Virgo vnà cum Chriſto non fuerit in cælum aſſumpta, ſed diù in terris ſuperſtes relicta. 417. 1
Quæſtio XI. Vtrùm B. Virgo profuerit Diſcipulis, & Apoſtolis ad recipiendum Spiritum ſanctum. 418. 2
Quæſtio XII. Quibus de cauſis debuit B. Virgo vnà cum Apoſtolis, & Diſcipulis orare, vt mitteretur Spiritus ſanctus, eiusq. aduentui intereſſe. 419. 2
Quæſtio XIII. Vtrum Beata Virgo adueniente Spiritu ſancto, ſeptem illius dona receperit. 420. 1
Quæſtio XIV. Diene aduentus Spiritus ſancti, an antea, B. Virgini collatæ fuerint omnes gratiæ gratis datæ. 421. 1

F I N I S.

CAPVT PRIMVM.

DE PRÆDESTINATIONE BEATÆ VIRGINIS MARIÆ

QVAESTIO PRIMA.

Vtrum Electio Mariæ Virginis ad Maternitatem Dei anteceſſerit præuiſionem meritorum.

Philippus Moncæus. INTER Auctores, qui tenent electionem ad gloriam eſſe ex præuiſis meritis; Philippus Moncæus diſp. 4. c. 5. docet, quòd, *ſicut idem affectus diuinus circa ſuam bonitatem poteſt iuxta ſententiam eorum, qui aſſerunt electionem ad gloriam non eſſe ex præuiſis meritis, eſſe Deo ratio eligendi aliquos ad gloriam ante præuiſa ipſorum merita, & non alios, ita* eius opinio *idem affectus ſimplicis complacentiæ erga beatitudinem omnium poſſet ſimilitèr eſſe ratio decernendi aliquibus efficacia media ſalutis, quamuis alijs non niſi inefficacia ſtatuat; eodemq; omninò modo ille affectus ſimplex, quem idem Deus habuit Matrem ſibi aſſumendi, ſufficere potuerit, vt Beatæ Virgini congrua ad eam dignitatem obtinendam media decreuerit, quæ alijs non dederit,* hæc præcitatus Philippus Moncæus.

Sed contra hanc ſententiam videntur eſſe communitèr patres aſſerentes intuitu Maternitatis Dei Virgini fuiſſe conceſſa tot priuilegia, & gratiam adeò largè, & profusè communicatam D. Anſelmus, quem citat, & ſequitur; D. Bernardinus Senenſis; *Tu ante omnem creaturam in mente Dei præordinata fuiſti, vt omnium fœminarum caſtiſſima Deum ipſum hominem, verum ex tua carne procreares.* (margin: D. Anſelmus)

Communis ferè ſententia affirmat Virginem ad maternitatem diuinam electam eſſe, non ex præuiſis meritis, & dona gratiæ, quibus Deus præuenit illam, ordinata fuiſſe, vt ipſa digna eſſe poſſet Mater ipſius filij Dei, vndè, quòd eam à peccato origi- (margin: communis opinio)

A nali, & quouis etiam minimo actuali præſeruarit, aliaq; huiuſmodi innumerabilia priuilegia ei cōtulerit; nō fuit ex ſolo ſimplici affectu illius dignitatis, quem affectum æquè habuit erga reliquas fœminas;

Sed ex decreto efficaci, quo ſtatuit hanc mulierem, ſcilicet Mariam, ſibi in Matrem eligere: cui opinioni adſtipulantur etiam aliqui eorum, qui tenent prædeſtinationem eſſe ex præuiſis meritis; exiſtimant enim Beatam Virginem, aliosq. eximiè Sanctos gratis eſſe electos ad gloriam; ita Occamus in p. diſt. 41. q. 1. & Gabr. diſt. 1. art. 2., (margin: Occamus)

B & conſequentèr etiam dicere debent ad maternitatem Dei eam nō ex prȩuiſis meritis electam eſſe. Vt hȩc quȩſtio, quȩ grauiſſima eſt, diligentèr enodetur; ſimùl hic videndum erit, quid ſentiendum in illa controuerſia: an prȩſcientia meritorum ſit cauſa prȩdeſtinationis: illa enim benè explicata clarè etiam apparebit, quid de electione Virginis tum ad maternitatem Dei, tum ad gloriam tenendum ſit. Prȩdicta controuerſia agitari poteſt in duplici ſenſu. Primò, vtrum per bona naturalia, ſaltèm de congruo, poſſit homo primam gratiam ſibi mereri, atq. adeò eſſe cauſa moralis, & meritoria ſuȩ prȩdeſtinationis, & in hoc ſenſu (margin: Gabr.)

C fuit error Pelagij, quem refert Auguſtinus hȩreſi 88. exiſtimantis primam gratiam dari iuxta bona opera liberi arbitrij, de qua re in materia de gratia diſputatur. Secundus ſenſus, vtrum ſaltèm bona opera ſupernaturalia prȩuiſa à Deo poſt primam gratiā poſſint eſſe cauſa meritoria, vt Deus hos prȩdeſtinet magis, quā illos ad gloriam; quia prȩuidit hos cooperaturos primæ gratiȩ, illos non itèm, qua in re grauitèr altercantur Theologi. (margin: error Pelagij)

opinio affirmans electionem ad gloriā eſſe ex prçuiſis meritis.
Alenſis, Albertus, Bonau. Hēricus Gandauens. Tho. Burgēs Occā. Gabr. Io. Maior, Alber. Pichius, Oſorius, Ruardus Dried. Echius, Turrianus, Stapleton. Bartholom. Camerar. Gregor. de valēt Vaſq. & alij. apud Leonar Leſſiū. Bec. Philippus Moncæus

Partem affirmatiuam, ſcilicet electionem A ad gloriam poſteriorem eſſe ordine rationis prçuiſione meritorum, quod eſt idem dicere prçdeſtinationem, ſeù efficacem electionem ad gloriam eſſe ex prçuiſis meritis tuentur Alenſis, Albertus, Bonau. Henricus. Gandauens. Thom. Burgens. Occam, Gabr. Io: Maior, Alber. Pichius, Oſorius, Ruardus, Driedo, Echius, Turrianus, Stapleton. Bartholom. Camerar. Gregor. de Valent. Vaſq. & alij apud Leonardum Leſsium in diſp. de prçdeſtinatione, quos ſequitur Beccanus p.p. cap. 14. quçſt. 4. & Philippus Moncçus. Fundamenta, & rationes pro B hac ſententia prçcipuas hic ſubijciam.

Rationes. Matth. Beccanus. ad Rom.

Primò ex Matth. 25. habemus, *poſſidete paratum vobis regnum ab origine mundi*, & aſsignans Chriſtus rationem quare fuerit paratum ſubdit *eſuriui enim, & dediſtis mihi manducare*, ergo cauſa huius prçparationis ab æterno ſunt merita prçuiſa; *neq; valet dicere*, inquit, Beccanus, *talem præparationem pertinere ad voluntatem exequentem, non autem ad prædeſtinantem*, quia hoc facile confutari poteſt ex illo ad Rom. 9. *vt oſtenderet diuitias gloriæ ſuæ in vaſa miſericordię ſuę, quę prçparauit in gloriam*, & p. ad Cor. 2 ex verbis Iſa. cap. 64. *oculus non vidit, quę prçparauit Deus ijs, qui diligunt illum*, nam ly prçparare pertinet ad voluntatem prçdeſtinantem, vt paſsim exponunt C interpretes, ergo etiam in altero loco ſuperiùs adducto. Adde ex Moncço citato, quòd *Chriſtus apud Mattheum eo modo iuſtis gloriam decretam fuiſſe ſignificat, quo pęnam damnationis reprobis, ſed poſt prçuiſionem peccatorum pęna eſt decreta reprobis, ergo ſimili modo de gloria decreta dicere debemus, ſcilicet eſſe poſt prçuiſionem meritorum*. Prçterea ordo executionis eſt in rebus ipſis, non autem in mente artificis, hic enim auctor excludit duplex illud decretum de gloria tribuenda, & duplicem ad eam prçdeſtinatorum electionem, alteram in ordine intentionis ante merita, alteram in ordine executionis poſt ipſa; inquit enim in d. diſp. c. 4. verſus finem, *electio medij, quod gratia finis* D *appetitur, cum ſit actus efficax, ſe ipſa abſq; alio nouo actu voluntatis ſpectante ad ordinem executionis poteſt applicare facultatem exequentem ad executionem operis, ſeù medij, quod ſub eam ipſam electionem cadit; vnde, quandò obtinendi finis gratia eligimus quamprimùm obtinere aliquod medium, non experimur circa illud duos actus voluntatis habere, ſed vnicum electionis, quòd ſi non tunc eligimus medium adhibere, ſed poſtea, alio quidem in nobis voluntatis actu opus eſt, vt quod eligimus exequamur, ſed non mirum, cum prior actus eſſe deſierit, qui ſi manſiſſet non fuiſſet neceſſarius, ideoq; alius hic, qui poſtea aduenit, non debet eſſe a priori diuerſus ſpecie, ſed ſolo numero, eſtq; antecedens electio meriti repetita? quæ certè in Deo locum habere non poteſt, cum qualibet eius electio, ac decretum æternum ſit, & immutabile, ac proindè abſq; vlla repetitione æquè aptum ſit, vt eius vi poſt multa tempora res fiat, atq; a principio, fiatq; omninò eo tempore, quo conſtituetur, vt fieret; quo circa Philoſophi duplicem ordinem conſtituentes, vnum intentionis, alterum executionis non ponunt vtrumq; in mente, & voluntate artificis, ſed priorem ſolum, poſteriorem verò in rebus ipſis, de quibus facta eſt conſultatio, ideoq; illud eorum axioma quod dicunt, prius in intentione &c. non ſic intelligunt, quaſi finito ordine intentionis, qui deſinit in mediū, quod remotiùs in finē influit, alium actum voluntatis exercere circa illud oporteat, vt executioni mādetur, rurſumq; poſtea alium circa medium propinquius fini, & ſic deinceps, vſq; ad finem ipſum; ſed, quia vi ipſius intentionis, ſeù actuum voluntatis, quibus hic ordo perficitur, ita ordinantur obiecta ipſorum, vt facultas exequens, primò applicet, ſe ad medium, quod remotiorem erga finem cauſalitatem habet, ac deindè ad illud, quod propinquiorem*: hæc Moncæus citatus.

Monceus.

Similem doctrinam habet Iacob. Granadus p.p. tract. 7. de cauſa prædeſtinationis diſp. 4. ſect. 4. n. 34, qui diſput. 5. dicti tract. reſpondet rationibus, quas afferr Petrus de Arubal in p.p. diſp. 74. cap. 2. vbi conatur tueri, præter decretum dandi gloriam, quod eſt per modum intentionis, & præcedit ſcientiam viſionis meritorum; concedendum eſſe in Deo aliud decretum, per modum executionis, quo Deus poſt præuiſa merita, per ſcientiam viſionis velit eamdem gloriam conferre.

Iacob. Granadus. ad rationes

Petri Arubal.

Secundò ex Iacob. 2. *nonne Deus elegit pauperes in hoc mundo diuites in fide, & hęredes regni, quod promiſit Deus diligentibus ſe*: ergo elegit Deus qui erant iam diuites in fide; ergo electio præſupponit merita, quæ ſunt diuitiæ fidei: & confirmatur, quia ſubdit: *quod promiſit diligentibus ſe*; ergo cauſa promiſsionis eſt dilectio.

Iacob.

Tertio illud Matthei 21. affertur à Leſsio *multi ſunt vocati, pauci verò electi*. *cur*, inquit, *electi pauci; niſi quia pauci venire voluerunt?* & c. 20: *ſedere ad dexteram meam, vel ſiniſtram non eſt meum dare vobis, ſed quibus paratum eſt a Patre meo*, ſcilicet ex præuiſis meritis, vt Sancti patres declarant: & ſimilitèr eodem c. 20. comparatur Deus patri familias, qui poſt viſum laborem operariorum, mercedem illis confert.

Matthei. Leſſius.

Quartò Apocal. 3. dicitur: *tene, quod habes, ne alius accipiat coronam tuam*; & alia loca ſcripturæ hic afferri poſſunt, in quibus vita æterna dicitur præmium, merces, brauium; vnde argumentum ſic confici poteſt; nemo efficaciter, & abſolutè vult alicui dare mercedem, ſeù retributionem, niſi ex meritis,

Apocal.

Digitized by Google

ritis, ergo nec Deus abſolutè, & efficacitèr voluit dare vitam æternam, tanquam per mercedem, & retributionẽ, niſi ex meritis; Neq; dicas hoc verum eſſe de voluntate exequente, non autem de prædeſtinante; quia hæ duæ voluntates non poſſunt diſtingui in decreto dandi mercedem; non enim intelligi poteſt quomodo voluntas efficax ſit dandi præmium, ſeù mercedem ante præuiſa merita. Et confirmari poteſt, quia; ſi Rex decernat dare præmium alicui, vt victori; debet aut expectare victoriam, aut ſaltem præuidere, & ex vi illius facere decretum de dando præmio; ergo Deus decernens gloriam, vt præmium victoriæ, debet neceſſariò præuidere victoriam, quæ eſt B præſcientia meritorum, & dependentèr ab hac decernere gloriam; Neq; dicas gloriam habere non ſolùm rationem mercedis, ſed etiam hæreditatis vnde, licet dependentèr à meritis detur, vt merces, tamen vt hæreditas efficaciter poteſt dari à Deo independenter à meritis. Nam contra eſt quia duo requiruntur ad hanc hæreditatem adeundam, primo vt adoptemur in filios Dei, quod fit per gratiam iuſtificantem, & colligitur ex illo ad Rom. 8. *accepiſtis Spiritum adoptionis filiorum*, ſcilicet gratiam iuſtificantem; & ratio eſt, quia homo in ipſa iuſti- (ad Rom.) ficatione acquirit ius ad hæreditatem, & tunc ſpiritualitèr renaſcitur, & fit Dei filius C adoptiuus, vt habet ? Io: 1. *& dedit eis poteſtatem filios Dei fieri, qui ex Deo nati ſunt;* (Io.) & ad Titum 3. *vt iuſtificati gratia ipſius hæredes ſimus ſecundum ſpem vitæ æternæ*; Secundò requiritur, vt poſt acquiſitam adoptionem per iuſtificationem, vt diximus, (ad Titum.) non amittamus per mala opera ius ad hæreditatem, ſed perſeuerando in bono adeamus hæreditatem, iuxta illud ad Colloſs. 3. *quodcumq; facitis, ex animo operamini, ſicut Domino, & non hominibus: ſcientes, quòd a Domino accipietis retributionem hæreditatis.* (ad Collos.)

Quintò ex illo 1. ad Timoth. 2. *Deus vult omnes ſaluos fieri*, ſic argumentari li- (ad Timoth.) D cet; Deus habet ante præuiſionem bonorum, vel malorum operum ſimplicem voluntatem conferendi gloriam omnibus, & ex illa voluntate omnibus præparauit ſufficientia media, quibus vitam æternam conſequi poſſent; ſed hæc voluntas conditionata, & inefficax non potuit fieri abſoluta, & efficax, niſi ex præuiſione meritorum; ergo Deus nemini abſolutè, & efficacitèr voluit dare vitam æternam, niſi ex præuiſis meritis. Confirmatur, quia, dum intelligitur Deus ita affectus erga omnes, vt ex ſe paratus ſit ad gloriam quemcũq; ad admittere; ſi tũc preuidiſſet reprobos iuxta diuinæ legis præſcriptũ victuros, bonnis operibus vacaturos, atq; adeò habituros merita, vtiq; illos ex vi vniuerſali, ſeu communi voluntate ſaluandi omnes, illos etiam abſolutè admiſiſſet ad gloriam; ſed tùnc intelligeretur admiſiſſe ex præuiſis meritis; ergo idem dicendum eſt omninò de facto adueniſſe quo ad prædeſtinatos.

Sextò, ſi decretum de danda quibuſdam gloria eſſet independens à meritis, ſequeretur etiam aliorum excluſionem ad gloriam eſſe independentem à demeritis; conſequens eſt abſurdum, ergo & antecedens; ſequela probatur: in decreto prædeſtinationis tot, & non plures intelliguntur ad gloriam, ergo ex vi huius decreti alij non electi à gloria excluduntur, ſed tale decretum non B dependet à meritis, ergo quòd hic, vel ille non ſaluetur, referri poteſt in decretum Dei, & non in proprias culpas, quod eſt contra communem ſenſum Eccleſiæ, & dicta Sanctorum. Confirmatur, quia non electi, etiam ſi nunqàum peccarent, ex vi illius decreti iam non includerentur in Regno; ergo, etiam ſi non peccarent, nunquàm acquirerent gloriam, alioquin aliqui illam acquirerent, qui non eſſent prædeſtinati à Deo; quod eſt abſurdiſſimum.

Septimò in tempore Deus confert gloriam dignis, & propter merita, ergo ab æterno decreuit dare gloriam hominibus dignis, & propter merita. Confirmatur, quia, C ſi electio ad gloriam præcederet, & non ſupponeret præuiſionem meritorum, ſequeretur, quòd homines gratis fuiſſent à Deo electi ad gloriam, quod eſt falſum, quia non gratis illam recipiunt, ſed propter merita. Neq; dicas Deum in primo ſigno voluiſſe (obiectio.) gloriam, vt premium; nam, quia gloria eſt obiectum indifferens, quod poteſt dari, vt præmium, & vt donum, priùs intelligitur actus in Deo circa gloriam in ſe, quam circa gloriam, vt præmium; cum prius ſit ſubiectum in ſe ipſo, quam vt affectum denominatione tali, vel tali: igitur in primo ſigno dices Deum abſolutè voluiſſe gloriam aliquibus, quaſi ne cogitando quidèm de D meritis: in ſecundo, quia excellentia quædam maior videbatur dare illam, vt præmium, quam vt donum, decreuit dare vt præmium; in tertio ſigno coordinauit practicè media in ordine ad finem: quartò elegit hęc, & illa media, ſcilicet talem, & talem gratiam: in quinto pręuidit exercitium futurum ex vi talis gratiæ: in ſexto pręuidit exercitium futurum gloriæ dependentèr ab his meritis, tamquam medijs: & ſic in primo ſigno dices electionem ad gloriam non eſſe tamquam ad præmium; atq; adeò eſſe omninò independentèr à meritis. Nam con- (confutatur.) tra eſt, quia electio ad gloriam in illo primo ſigno, vel eſt efficax, vel non efficax; ſi non eſt efficax, non pertinet ad rem noſtram; loquimur enim de voluntate, qua aliqui

ſunt efficacitèr electi ad gloriam: ſi vero eſt efficax, ergo vi illius voluntatis efficacis electi poſſent abſq; meritis conſequi gloriam, quòd eſt abſurdum, & ſacris ſcripturis repugnat, in quibus habetur voluntas efficax dandi gloriam ex præuiſis meritis, vt omnes Catholoci fatentur, & docet etiam Suar. lib. 1. de prædeſtinatione cap. 8. §. 14. Ex quo vlteriùs ſic arguere licet.

Suar.

Octauò in Deo eſt voluntas efficax dandi gloriam ex præuiſis meritis, ergo fruſtrà ponitur alia voluntas antecedens dandi gloriam independentèr à meritis; immo & impoſsibilis erit: conſequentia probatur, quia, vt repugnat eſſe in Deo actum liberum, cui ad extra non reſpondeat aliquis effectus, ita ſimilitèr repugnat eſſe diuerſas voluntates abſq; diuerſis effectibus, ſeù modis diuerſis, quibus res ſe habeant, & cum diuina eſſentia comparentur; quæro enim quid illi electioni merita præcedenti reſpondeat in rebus præter ipſam collationem gloriæ, quæ etiam efficacitèr vi alterius voluntatis eadem præuiſa merita conſequentis decreta eſt: non ergo ſimùl conſtituendæ ſunt in Deo illæ duæ voluntates. Verum, cum ea, quæ ſupponit merita præuiſa, neceſſariò admittenda ſit ex ſcripturis; reijcienda erit alia, quæ ponitur ab aduerſarijs, & ex ſcripturis ſufficientèr probari nequit.

Nonò efficax voluntas dandi gloriam ex præuiſis meritis incompoſſibilis eſt cum voluntate ſimilitèr efficaci dandi gloriam independentèr à meritis; quod exemplo declarari euidentèr poteſt; implicat, quòd ego motiuo liberalitatis velim efficaciter, & abſolutè tibi dare aureum, & ſimùl velim eundem aureum tibi dare ob remunerationem alicuius operis; nam hæc ſecunda voluntas, vt ſit efficax, neceſſariò euertit, & tollit primam voluntatem dandi eundem aureum gratis; ita voluntas Dei efficax dandi gloriam ex motiuo liberalitatis ante præuiſa merita, non poteſt intelligi, quo modò perſeueret, & ſuum ſortiatur effectum, ſi etiam ponitur voluntas efficax dandi gloriam ex præuiſis meritis, quæ ſimùl etiam ſuum ſortiatur effectum.

Decimò, ſi electio ad gloriam hominum ſaluandorum prior, ideſt in priori aliquo ſigno rationis ponitur in Deo præuiſione meritorum, ſequeretur quòd noſtra prædeſtinatio eſſet prior prædeſtinatione Chriſti; ſequela probatur, quia, ſicut hominum merita ſunt media ad exequutionem gloriæ, tanquam ad finem; ita prædeſtinatio Chriſti fuit medium ad noſtram prædeſtinationem; ſed prædicta ſequela nullo modo videtur admittenda, alioquin Chriſtus non eſſet primus ex hominibus prædeſtinatus, & ſcripturæ non obſcurè ſignificant illum eſſe primum prædeſtinatum. Plura pro hoc argumento habet Beccanus citatus.

Vndecimò afferri poſſunt auctoritates Patrum, & præcipuè Auguſt. lib. 1. ad Simplicianum q. 2. vbi habet, *quòd electio non præcedit iuſtificationem, ſed electionem iuſtificatio; nemo enim eligitur, niſi diſtans ab illo, qui reijcitur*; ergo ex Auguſtino electio præſupponit diſtantiam, & differentiam electi à reprobo, quæ non poteſt eſse, niſi per merita, & demerita; & t. 10. ſerm. 7. de verbis Domini, ſecundum Matth. duplex genus electionis admittit, vnum ſine examine, idest non propter merita, & hæc eſt electio ad gratiam, alterum præmiſſo examine, idest propter merita; verba autem eius hæc ſunt; *elegit autem Deus, ſicut inquit Apoſt, & ſecundum ſuam gratiam, & ſecundum illorum iuſtitiam*. Secundò Sancti Proſperi lib. 2. de vocatione gentium cap. 35. *Deus*, inquit, *quos elegit ſine meritis, dat vndè ornentur & meritis*: Tertiò S. Ambroſij in illa verba ad Rom. 9. *Iacob dilexit &c. iſtos*, inquit, *quos præſciuit ſibi deuotos, hos eligit ad promiſſa præmia capeſcenda*. Alios etiam patres affert Leonar. Leſs. in citata diſputatione. Hæc mihi videntur præcipua argumenta, quæ pro dicta ſententia afferri poſſunt; plura qui volet, legat apud citatos authores, & præcipuè apud Leſsium, Beccanum, & Monceum.

Authoritates Auguſtini.

Sancti Proſperi.

S. Ambroſij.

Leonar. Leſſ.

Secunda ſententia affirmat prædeſtinationem, ſeù electionem ad gloriam non eſſe poſt merita præuiſa, vt abſolutè futura, aut intuitu illorum, ſed eſſe omninò gratuitam; quam ſententiam tuentur grauiſsimi Theologi, Aegidius in diſt. 41. q. 1. a. 2. Scotus eadem diſt. & quæſt. §. *poteſt aliter*. Duran. ibidem num. 8. Maior diſt. 40. q. 2. §. *ad aliud diſtinguo*, & §. *ad cõfirmationẽ dicitur* S. Th. p. p. q. 23. art. 5. ad vltimum, vbi ait: *cur Deus hos elegit in gloriam, & illos reprobauit non habet aliam rationem, niſi diuinam voluntatem*: & Thomiſtæ communitèr, Suarez. lib. 3. de auxilijs cap. 16. & in p. p lib. 2. de cauſa prædeſtinationis cap. 23. Gonzalez. diſp. 37. Bellarm. t. 3. lib. 2. de gratia, & lib. arb. c. 15. Cardinalis Toletus in cap. 8. Epiſt. ad Rom. annotatione 31. Aluarez lib. 5. diſp. 37. num. 17. & alij, quos refert Arubal diſp. 72 cap. 2.

Secunda ſententia affirmans prædeſtinationem non eſſe ex præuiſis meritis

Ægidius. Scotus. Duran. S. Th. Suarez. Gonzalez. Bellarm. Cardinalis Toletus. Pererius. Aluarez.

Fundamenta, & rationes præcipuas pro dicta opinione hic ſubijciam. Primò habemus ex D. Paulo ad Eph. 1. *elegit nos in ipſo ante conſtitutionem mundi, vt eſſemus Sanctí*, quem locum ponderans Auguſtinus. de prædeſtinatione Sanctorum c. 17 & 18. *elegit*, inquit, *non quia eramus Sancti, ſed vt eſſemus Sancti*; idem habet S. Hyeronimus in eum locum. Neq; valet dicere cum Vaſq. Beccano, & Moncæo eſſe intelligendum non de electione ad gloriam, ſed ad primam gratiam, quam dari independenter à meri-

ad Eph. Auguſtinus S. Hyeronimus.

tis certum eſt. Nam contra eſt primò quòd expreſsè eſt contra Auguſtinum lib. 1. ad Simplic. q. 2. vbi hunc locum interpretatur de electione ad gloriam, quod etiam fatetur ipſe Moncæus citata diſp. 5. c. 8. vbi dicit *D. Auguſtinum re melius conſiderata* c. 19. *de prædeſtinatione Sanctorum, prædictum locum de prædeſtinatione ad gloriam intellexiſſe*; nam D. Auguſtinus cit. c. 17. & 18. de prædeſtinatione Sanctorum agit de electione, qua dicuntur electi prædeſtinati, aut vocati ſecundum propoſitum ex inſtituto, explicando verba Pauli ad Rom. 8. *omnia cooperantur in bonum his, qui ſecundum propoſitum vocati ſunt Sancti*; & in vniuerſum probabilior eſt ſententia aſſerens Auguſtinum in libris contra Pelagianos docuiſſe voluntatem dandi gloriam prædeſtinatis fuiſſe in Deo ante præſcientiam meritorum, quę ex gratia procedunt; de qua re videatur Petrus de Arubal p p. diſp. 72. a. cap 4. vſq. ad finem diſputationis, vbi rectè ponderat auctoritates Auguſtini & etiam auctores grauiſſimos, & plurimos exponentes D. Auguſtinum in prædicto ſenſu; ergo non eſt veriſimile, quòd D. Auguſtinus lib. de prędeſtinatione ſanctorum c. 19. de electione ſolùm ad gratiam intellexerit. Adde, quòd D. Chryſoſtomus in Epiſtolam prędictam ad Epheſ., declarans citatam ſententiam: *elegit nos in ipſo ante mundi conſtitutionem*; ſic ait; *quod autem dicit, eiuſmodi eſt, per quem bene dixit, nos per illum & elegit ipſe, igitur ille omnia nobis dabit; ipſe iudex eſt, qui dicit; venite benedicti Patris mei poſſidete regnum &c.* expreſſè ergo loquitur de electione ad gloriam; & S. Anſelmus explicans prædictam ſententiam: *elegit*, inquit, *non quia futuri eramus Sancti, ſed vt eſſemus Sancti, ideſt ipſe diligendo per gratiam, fecit vt eſſemus Sancti, & immaculati*, & infra: *gratis*, inquit *ab æterno prædeſtinauit*. Dices cum Beccano; ſi loqueretur Apoſtolus de efficaci electione ad gloriam; ſequeretur, primò gloriam eſſe medium ad gratiam, quod eſt omninò falſum; nam, ſi elegit nos ad gloriam, eo fine, vt eſſemus ſancti, & grati Deo, iam ſanctitas, & gratia eſt finis reſpectu gloriæ; ſecundò ſequeretur electionem ad gloriam fundari in Chriſto; *elegit*, inquit, *nos in ipſo*, ideſt in Chriſto, quod non videtur admittendum in hac ſecunda ſententia. Reſponderi poteſt ordine intentionis gloriam eſſe finem, ob quem dicuntur electi ad gratiam, & ſic gloria non habet rationem medij ad gratiam, ſed potius è contra gratia eſt medium ad gloriam, vt finem aſſequendum: ad ſecundum ſimilitèr reſponderi poteſt, quòd in Chriſto electio ad gloriam fundatur, quia in Chriſto, ideſt in virtute eius, prędeſtinati ſaluantur.

ad Rom.

Petrus de Arubal.

D. Chriſoſt.

S. Anſelmus.

Secùndò eſt illud eiuſdem Pauli ad Rom. 9. *ante quam quidquam boni, aut mali egiſſent, vt ſecundum electionem propoſitum Dei maneret, non ex operibus, ſed ex vocante dictum eſt, quia maior ſeruiet minori, ſicut ſcriptum eſt: Iacob dilexi, Eſau autem odio habui*; neq. dicas cum Caietano intelligi de electione Iacob ad primatum temporalem; inde enim ſubditur Malach. 1. (vnde hunc locum deſumpſit Paulus) *pones montes eius in ſolitudinem, & hæreditatem eius in dracones*. Nam contra eſt quia in ſenſu ſpirituali interpretantur de electis, & reprobis Auguſt. lib. primo ad Simplic. cap. 12. Chriſoſt. hom. 55. in Gen. Anſel. in epiſt ad Rom. 9. Bern. ſerm. 55. in Cant; & communiter Patres. Neq. dicas rurſus cum Vaſq. loqui Apoſtolum de electione ad gratiam. Nam contra eſt, quia idem Paulus proſequens eumdem ſermonem, *vt oſtenderet*, inquit, *diuitias gloriæ ſuæ in vaſa miſericordiæ, quæ præparauit in gloriam*, ergo loquitur de electione ad gloriam.

ad Rom.

Auguſt. Chryſoſt. Anſel. Bern.

Tertiò eſt illud Luc. 12. *nolite timere puſillus grex, quia complacuit Patri veſtro dare vobis Regnum*, ergo intentio dandi regnum cæleſte eſt ex mera complacentia, vt egregie adnotat Bellarm. Neq. dicas cum Beccano citato c. 14. q. 4. & Moncęo diſp. 4. c. 8. quòd, cum Iudas vnus eſſet ex ijs, cum quibus Chriſtus in eo loco agebat, certumq. ſit eum non fuiſſe electum efficaeiter, non videtur quod Chriſtus de efficaci electione ad gloriam tunc loqueretur. Secundò, licet hæc electio ad gloriam ſit poſt pręuiſa merita, adhuc appellari poteſt complacentia diuina, ſeù gratuita, quia merita, quorum intuitu datur gloria, fundatur in prima gratia, quę gratis, & ex puro Dei beneplacito datur. Reſponderi enim poteſt, quòd ob rationem prędictam videtur colligi, Iudam non interfuiſſe tunc; non enim ſemper omnes duodecim Apoſtoli erant cum Chriſto; ſecundò dici poteſt, quòd, ſi interfuit Iudas, non tamen fuit compręhenſus à Chriſto in dicta particula *vobis*; non enim dixit vobis omnibus, ſed tantùm *vobis* dirigendo ſermonem ad eos, qui efficaciter electi erant. Ad ſecundum reſponderi poteſt, quod, ſi Chriſtus loquutus fuiſſet de voluntate dandi regnum glorię poſt pręuiſa merita, quia talis voluntas eſt remuneratoria, & videtur fundata in quadam iuſtitia, non hinc apparebat ſatis euidens, & efficax ratio ad perſuadendum diſcipulis, vt deponerent curam nimiam rerum temporalium, quę ſunt neceſſarię ad vitam; è contra verò, ſi dicatur, quòd Deus ſua bonitate, & gratis decreuit dare regnum; hinc ſpem firmam concipere poterant diſcipuli, quòd non pateretur quicquam deeſſe ad vitam neceſſarium.

Luc.

Quartò eſt illud Io. 15. *non vos me elegiſtis, ſed ego elegi vos, vt eatis, & fructum afferatis*; & alia

Io.

& alia teſtimonia afferri ſolēt, quibus ſatisfacere conantur auctores primę ſententię, pręcipuè Leſſius, Moncęus, Vaſq. & Beccan. A

Authoritates. Auguſtini.

Quintò probatur auctoritate Patrum, & pręcipuè D. Auguſt. lib. 5. contra Iulian. c. 2. vbi, *quis*, inquit, *prior dedit ei, & retribuetur, nullum elegit dignum, ſed eligendo fecit dignum*, & paulò poſt; *ne forte ante conſtitutionem mundi ex operibus præcognitis putaretur electio* (ſecutus eſt Paulum) *ſi autem gratia, iam non ex operibus*; hęc Auguſtinus, quibus nihil clarius videtur. Neq; dicas cum Vaſq. loqui de electione ad gloriam contra Maſſilienſes, qui putabant gratiam dari ex operibus. Nam contra eſt, primò quia hoc ſatis eſſet pro prędicta ſententia, vt videbimus infra. B Contra eſt ſecundò, quia hoc eſt expreſſè contra mentem Auguſtini; nam immediatè poſt ſubdit *ex iſto numero electorum, & prædeſtinatorum*, & paulò infra *ex his nemo perit quocumq. tempore moriatur; abſit enim, vt prædeſtinatus ad vitam ſine Sacramento mediatoris finire permittatur vitam*, ergo clarè loquitur D. Auguſt. de prædeſtinatis ad vitā ſeu ad gloriā; alios Patres pro prędicta sētētia affert *Iacob. Granadus* in p. p. trac. 7. de cauſa prædeſtin. diſp. 3. ſect. 3.

Iacob. Granad. S. Th.

Sextò probatur ratione, cuius vis vt appareat; ſupponitur ex D. Th. merita eſſe cauſam prædeſtinationis, duplici modo intelligi poſſe, primò ex parte prædeſtinantis ita, C vt ſint cauſa volitionis Dei, ſiue actus prædeſtinationis, & in hoc ſenſu, cum actus Dei ſit increatus, nullo modo poteſt habere cauſam vllam, neq. phyſicam, neq. moralem; vndè dicunt aliqui nullum fuiſſe ita inſanæ mentis, qui dixerit merita eſſe cauſam prędeſtinationis ex parte actus prędeſtinantis; ſecundo modo merita eſſe cauſam prædeſtinationis intelligi poteſt ex parte prędeſtinati; ita, vt ſint cauſa obiecti voliti, ſiuè effectuum prædeſtinationis; & ſic idem Sanctus Doctor *ſub quæſtione*, inquit, *vertitur, vtrum ex parte effectus prædeſtinatio habeat aliquam cauſam*. Et ſanè, cum ratio liberi addat ad actum neceſſarium diuinum, D tantùm connotationem extrinſecam effectus, idem eſt quærere, vtrum merita ſint cauſa prędeſtinationis, ac vtrum ſint cauſa effectuum prędeſtinationis; ideſt an omnes effectus diuinę prędeſtinationis habeant aliquam cauſam, aut rationem, quę Deū mouerit, aut allexèrit ad illos volendū.

Supponitur ſecundò ex eodem Sācto Doctore tales effectus accipi poſſe bifariam, vel in vniuerſali, ideſt collectiuè compręhendendo omnes, vel in particulari, ideſt diſtributiuè comparando vnum effectum cum alio; in ſecundo ſenſu certum eſt, dari cauſam meritoriam in vno effectu prędeſtinationis, reſpectu alterius, quia per actus meritorios conſequentes primam gratiam meremur augumentum gratię, in primo autem ſenſu negat D. Th. dari poſſe cauſam prędeſtinationis quò ad omnes eius effectus, cum prima gratia non cadat ſub meritum. His poſitis.

Probatur à priori: prima gratia eſt principium omnis meriti, ergo non poteſt cadere ſub meritum, ſed prima gratia eſt effectus prędeſtinationis, ergo effectus omnes prędeſtinationis non poſſunt cadere ſub meritum. Quòd prima gratia ſit principium omnis meriti hic ſupponitur, & eſt definitum de fide ex Diuo Paulo ad Corinth. 3. ad Corinth. quòd verò non cadat ſub meritum etiam ſupponitur ex materia de merito, & breuitèr probari poteſt; nam vel cadit ſub meritum operis antecedentis, & hoc non; quia ipſa non eſſet principium omnis meriti; vel operis ſubſequentis, & hoc neque, quia, vt hoc cauſaret primam gratiam, deberet habere prioritatem exiſtentię, vel ſaltem prioritatem intentionis; ſed neutrum habet, non prioritatem exiſtentię, quia ſic non eſſet opus ſubſequens contra ſuppoſitum; neq. intentionis, quia priùs debet concipi gratia, quę eſt principium meriti, deindè opus meritorium, quod eſt principiatum à gratia; ergo, ſi nullā poteſt habere prioritatem in eſſendo, reſpectu primę gratię; neq. poterit habere in cauſando.

Concedunt multi totum hoc, ſed negant illam minorem, dicendo primam gratiam non eſſe effectum prędeſtinationis; nam, cum detur omnibus etiam reprobis, eſt potiùs effectus illius ſimplicis complacentię, quam Deus habet de ſalute omnium: *potuit igitur*, inquiunt, *Deus primò facere decretum de danda gloria omnibus, & hoc independentèr à meritis; ſecundò præuidère in aliquibus merita ſubſequentia talem gratiam; tertiò, his præuiſis, aliquos ex hac præſcientia prædeſtinare, alios non itèm, pro vt reſpondent, vel non reſpondent primæ gratiæ:* Sed contra eſt primò, quia primam gratiam, ſeu vocationem efficacem Auctores huius ſententię tuentur eſſe effectum prędeſtinationis ex Diuo Paulo ad Rom. 8. *quos prædeſtinauit, hos, & vocauit*. ad Rom. & ita hunc locum interpretantur Auguſtinus de prędeſtinatione c. 10. & alij; & confirmari poteſt ex eodem Auguſtino ibidem, vbi *prædeſtinatio*, inquit, *eſt gratiæ præparatio*; Auguſtinus ſed prima gratia eſt verè gratia, ergo. &c. Et confirmari adhùc poteſt, quia, cum prędeſtinatio verſetur circa media, quę conferunt ad executionem beatitudinis, patet vocationem efficacem eſſe huiuſmodi, vndè non quamlibet vocationem, ſed ſolùm efficacem dicunt eſſe effectum prędeſtinationis; nam inefficaces voluntates, quę prędeſtinatis interdùm tribuuntur, cum beatitudinem non operentur, cenſeri non debēt prędeſtinationis effectus.

Ex qua

Ex qua etiam ratione patet nihil aſſignari pro effectu prædeſtinationis, quod ſit commune prædeſtinatis, & reprobis; nam, & ſi reprobis dëtur vocationes etiam efficaces, illæ tamen, re ipſa nil in beatitudinē influūt, cum in illis interrumpatur gratia, quæ finalitèr non reparabitur. Contra ſecundò, quia hæc prima gratia datur inæqualitèr alicui maior, alicui minor, alicui efficax, & hoc independentèr à meritis, vt iam conceditur ab omnibus. Ex quo duo videntur colligi; primò, ſi Deus non eſt acceptator perſonarum ponendo hanc inæqualitatem ſine vllo merito præcedenti in prima gratia, ex qua pendet prædeſtinatio, neque erit acceptator perſonarum ponendo hanc inæqualitatem in ipſa prædeſtinatione, & independentèr à meritis; ſecundò voluntas Dei dandi vberiorem gratiam, & efficaciora auxilia videtur eſſe ex intentione efficaci dādi gloriam ijs, quibus talia vberiora auxilia conferuntur; nam qui vult finem efficacitèr, ſi eſt in eius poteſtate dare, ſeù applicare media, ſemper ea, quæ ſunt omninò efficacia dabit, & applicabit; ergo, cum Deus aliquibus efficaciora gratiæ auxilia det, dicēdum erit, quòd ex intentione efficaci gloriæ illis dandæ det. Sed Auctores primæ ſententiæ reſpondent huic rationi, quæ videtur potiſſima pro hac ſecunda ſententia, quòd, ſicut affectus diuinus circa ſuam bonitatem poteſt, iuxta prædictam ſentētiam, eſſe Deo ratio eligendi aliquos ad gloriam ante præuiſa ipſorum merita, & non alios; ita idem affectus ſimplicis complacentiæ erga beatitudinem omnium poteſt ſimilitèr eſſe ratio decernendi aliquibus efficacia media ſalutis, quamuis alijs non niſi inefficacia ſtatuat: vide Moncæum citatū diſp. 4. c. 10. & Petrum de Arubal in p. p. diſp. 73. c. 1. a. n. 4. & Beccā. cit. q. n. 46. Sed contra eſt, quia in Deo eſt voluntas dandi gloriam dependentèr à meritis, vt patet ex ſcripturis; ſed hæc non poteſt in Deo concipi poſterior voluntate dandi huic, vel illi merita maiora, vel minora, quia nullum habemus fundamentum ex ſcripturis illam concipiendi poſteriorem; ergo hoc ipſo, quòd voluit Deus alicui maiora merita per vberiorem, & efficaciorem gratiam; ſignum eſt, quòd illa voluit in ordine ad gloriam. Cōfirmatur ex illo ad Rom. 6. *gratia Dei vita æterna*, appellatur enim ſic gratia, quia connexionem habet cum gloria ex Dei decreto.

Moncæus

Arubal

Beccan.

ad Rom.

Septimò probatur ratione ducta ex Infantibus, quorum aliqui moriuntur poſt Baptiſmum, & ſic ſaluantur, alij ante, & ſic non ſaluantur; ſed hoc non poteſt pendere à meritis, aut demeritis, quæ in tali ætate nulla ſunt, ergo ſaltèm in illis ſaluatur prædeſtinatio independens à meritis, ergo idē dici poteſt in adultis. Neq; dicas primò hoc

A pendere à fide, aut merito parentum. Nam contra eſt, quia hoc etiam accidit in ijs, qui parentes habent infideles, in quorum baptiſmo admirabilis, & peculiaris Dei prouidentia cernitur. Neque dicas ſecundò Deū præuidiſſe bona opera quæ tales infantes facturi fuiſſent, ſi vixiſſent, & ex hac præuiſione prædeſtinaſſe. Nam contra eſt quia merita cōditionata non ſunt merita, vt ſuppono ex materia de merito: adde quòd talis mors immatura immittitur ſæpe à Deo ad præcauenda demerita; vndè Sap. 4 dicitur *raptus eſt, ne malitia mutaret intellectum*

Sap.

B *eius*. Neque dicas tertiò cum Moncæo diſputatione 4. quòd hi non conſequuntur gloriam ob vllum opus ſuum, ſed ob ſolam habitualem gratiam, quam in ſacramento recipiunt; vndè, ſicut adulti ex præſuppoſita honeſtate alicuius ſuæ actionis ſalutem obtinēt, ita paritèr infantes ob dignitatē gratiæ habitualis. Nam contra eſt, quòd adhùc argumentum recurrit; etenim, ſicut infantes ob dignitatem gratię habitualis, quæ illis gratis datur gloriam cōſequuntur æternam, ita paritèr idem dicendum erit de adultis. Confirmatur, quia alitèr duæ ſeries prædeſtinatorum eſſent conſtituendæ abſq. fundamento in ſcripturis.

Moncę.

C Octauò & vltimò probatur ratione ducta ab vltima gratia, ſeù perſeuerantia finali; ſic enim ratiocinari licet; vltima gratia, ſeù perſeuerantia finalis non poteſt cadere ſub meritum; ergo neque electio ad gloriam, quæ ex illa conſequitur. Ant. ſupponitur ex materia de merito, & eſt D. Tho. p. 2. q. c. 14. ar. 9. vbi Medina, & Zumel putant hoc eſſe de fide; Suar. tamen t. 3. de gratia, lib. 12. c. 26. putat tantùm eſſe concluſionem certam in Theologia Conſequentia probatur; nam qui meretur ſibi electionem finis, meretur etiā electionē ad mediū vltimò cōſequutiuū finis; ſed electio ad tale mediū, quod eſt perſeuerantia finalis, non poteſt cadere ſub meritū, ergo neque electio ad finem. Neq; dicas cū Beccano duo cōcurrere ad perſeuerantiam, alterum ex parte Dei, nempè auxilia gratiæ actualis, quæ neceſſaria ſunt ad continuam legis obſeruantiam, vt non interrumpatur per peccatum mortale; alterū ex parte noſtra, nempè cooperationem cum auxilijs gratiæ; igitur auxilia gratiæ poſſumus de condigno mereri; noſtram autem cooperationem non poſſumus; quia, cum noſtra ſit, & à noſtro arbitrio pendeat, non poteſt habere rationem premij. Nam contra eſt primò quòd perſeuerantia appellatur à Concilio Tridentino ſeſs. 6. c. 13. can. 16. magnum donum, ſed donum omninò gratis datur; ergo non ex merito de condigno dari poteſt tale augmentum gratiæ, quod verè dicatur perſeuerantiæ. Contra ſecundò eſt expreſſa

D. Tho.

Medina.

Zumel.

Suar.

Beccanus.

Triden.

auctori-

Digitized by Google

Auguſtini.

auctoritas Diui Auguſt. de dono perſeuerantiæ c.9. *inſcrutabile*, inquit, *eſſe Dei iudicium, cur vni iuſto det perſeuerantiam, non autem alteri, qui iam iuſtificatus eſt*, ergo, ſi perſeuerantia penderet à ſolo auxilio gratiæ, quod de condigno iuſtus meretur, non eſſet inſcrutabile Dei iudicium. Præterea omnia auxilia ad perſeuerandum efficacia non poſſumus de condigno mereri; nam, licet de condigno iuſtus poſſit augmentum gratiæ mereri, non tamen hoc augmentum gratiæ ſemper eſt efficax ad ſuperandas vehementes tentationes, quæ quandóq; iuſtum poſt acquiſita multa gratiæ augmenta adoriuntur. Vnde ſæpe à talibus tentationibus vehementibus iuſtus vincitur, vt patet experientia.

Tertia ſetentia affirmans prædeſtinationẽ aliquorum eximiè Sanctorũ nõ eſſe ex præuiſis meritis cæterorum verò poſt præuiſa merita.
Occam.
Gabriel.
Catharinus.

Tertia ſententia eſt ea, de qua mentionẽ fecimus à principio huius quæſtionis, quæ diſtinguit, & dicit aliquos eximiè Sanctos, vt Beatam Virginem, & Apoſtolos fuiſſe efficacitèr electos ad gloriam independentèr à meritis, cæteros verò non niſi poſt præuiſa merita; ita Occam. in 1. diſt. 41. q. 1. Gabriel. a 2 & Catharinus lib. 1. de prædeſtinatione c. vlt. & lib 3. c. 1. & 2. qui tamen non in omnibus conuenit cum dictis auctoribus; nam, cum illi omnes ſaluandos appellent prædeſtinatos; Catharinus tantùm eos, qui ſunt primi ordinis, vocat prædeſtinatos eo quòd exiſtimet particulam illam præſignificare prælationem, quoad alios, & ſumit etiã ipſe prædeſtinationẽ pro electione ad gloriã ſicut Occam. & Gabriel; hos autẽ eximiè prædeſtinatos dicit ita fuiſſe ad gloriam electos, vt nõ potuerint non ſaluari reliquos omnes dicit Catharinus cum omnibus auxilis fuiſſe relictos, & quos vidit Deus illis bene vſuros, eos ex præuiſis meritis ad gloriam elegiſſe; & hos, quos etiam alij prædeſtinatos appellant, ipſe vocat ſaluandos, alios verò, quos videt auxilijs non benè vſuros, poſt præuiſa demerita reprobaſſe, ſeù ad æternas pænas deſtinaſſe. Sed, vt omittam alia, quæ contra hanc ſententiam afferri poſſunt, nullo modo placet conſtituere vnam ſeriem prædeſtinatorum, alteram ſaluandorum; nam nullum fundamentum in ſcripturis ſolidum de hac duplici ſeriè habemus.

Quarta ſent. primam, & ſecundã amplectens. Iacob. Granad.

Quarta ſententia eſt Iacobi Granadi in p. p. tract 7. de cauſa prędeſtinationis diſp. 4. vbi ſect. 8. prædictas duas ſententias, ſcilicet primam, & ſecundam conciliare nititur triplici propoſitione, controuerſiam dirimendo his verbis. *Prima eſt: ſimplex illud diuinæ voluntatis decretum, quo voluit efficacitèr gloriam, ſi integrè, & completè accipiatur, non eſt ex meritis, ſed ex diuinæ gratiæ liberalitate. Secunda, licet actus diuinæ voluntatis ſimul gloriam, & merita volentis conſideretur præcisè, quatenus eſt decretum* A *conferendi gloriam adhùc non eſt propter merita præciſa in eo ſenſu, quo Vaſq. & alij contendunt, quaſi prius ratione viderit Deus ſcientia viſionis merita hominis prædeſtinati, & deindè efficaciter voluerit gloriam in præmium illorum. Tertia voluntas efficax conferendi merita prædeſtinato eſt aliquo modo ratio conferendi gloriam, & in hoc ſenſu dicit veriorem eſſe priorem ſententiam, quatenus affirmat hominem eſſe electum ad gloriam propter merita præuiſa, non quidem ſcientia viſionis, ſed media ipſa prædeſtinatione, quę ſupponit, & quodãmodo includit ſciẽtiam aliquam futurorum*; hæc citatus Auctor, qui ex antea dictis partim, & partim ex ijs, quæ ſub- B iungit, explicat, & probat prædictas propoſitiones, quorum aliqua præcipua nos infra ſubijciemus pro explicatione.

Notandum primò iuxta communem, & veram Theologorum ſententiam aſſignanda eſſe inſtantia, & ſigna prioris, & poſterioris in actibus diuini intellectus, & voluntatis; quam vis enim in ſe ſint omnes æterni, & omninò ijdem; ſicut tamen in ordine ad diuerſa obiecta in plures actus per rationẽ diſtinguntur, ita in ordine ad diuerſa obiecta, quorum vnũ, ſicut in ſe eſt altero prius, ac poſterius; poterunt etiam ijdem diuini actus concipi, & explicari per rationem ſecundùm prius, ac poſterius, & non ſolùm hoc habent Theologi ſcolaſtici, ſed etiam C colligitur ex Patribus, vt videre eſt apud Auguſtinum ſæpè, & præcipuè lib. 1. ad ſimplicianum q. 2. & in Epiſtola Proſperi ad Auguſtinum quę eſt ante librum de prædeſtinatione Sanctorum: difficultas tamen eſt; vndè ſumenda ſit ratio prioris, & poſterioris in ipſis diuinis actibus; breuitatis verò cauſa non omnes referam; vide ergo Scotum in 3. diſtinctione 7. q. 3. & diſti. 19. q. 1. qui non ſolùm hanc prioritatem admittit, ſed etiam vocat prioritatem naturæ; vide Caietanum 3. p. q. 1. ar. 3. vbi tres ſtatuit ordines rerum, primum naturæ, ſecundum gratiæ, tertiũ vnionis hypoſtaticę, quos ita vult ſe ad inuicem habere, vt primus ſupponatur ſecũdò, ſecũdus, tertiò & cõſequẽtèr quæ D ad primũ pertinent prius videantur à Deo, quam quæ ad ſecundum, & quæ ad ſecundum prius, quam quæ ad tertium; ſed hæc doctrina communitèr reijcitur; nam, licet ordo naturæ ſupponatur, vt fundamentum gratiæ, non tamen quidquid pertinet ad ordinem naturæ, connexionem habet cum gratia; nec etiam cùm vnione hypoſtatica; immò quam connexionem cum his habent alia multa valde diſparata, vt quot, tot ſint arbores, tot aues in aere è &c. Præterea increata bonitas eſt finis vltimus, obquem Deus quelibet bona creata vult quare, ſi hęc bona comparentur cum hoc fine vltimo tantùm rationem mediorum ſortiuntur, ergo

Auguſtinus.

Scot. Caiet.

iſta

Digitized by Google

iſta media ex natura ſua nullum habebunt ordinem inter ſe prioritatis, & poſterioritatis, niſi ex diuino arbitrio illa hoc, vel illo modo ordinante ad ſuam bonitatem increatam, tanquam ad finem; omitto alia, quæ dici poſſunt contra prædictam conſtitutionem ordinis prioritatis, & poſterioritatis in ſententia Caietani: de qua aliquid rurſus dicemus infra. Auctores ſecundæ ſententię communitèr duplicem ordinem concipiunt in actibus diuinis, ſcilicet ordinem intentionis, & ordinem exequutionis dicunt eſſe in mente artificis creati, & ſic etiã in Deo eſſe concipiendum, quia ratio prioris, & poſterioris, cum in diuinis actibus nõ poſſit aliundè peti, quam ex prioritate, & poſterioritate obiectorum, cum reſpectu eorumdem obiectorum ſit mutua prioritas, quę in vno, & eodem ordine ſaluari non poteſt, neceſſe eſt duos ordines aſſignare, in quorum vno ſit prius vnum, alterum verò in altero. Quare quod eſt finis, vt ſic in ſe, prius eſt medijs, quorum eſt cauſa, cum hæc propter ipſum ſint volita, media verò in executione ſunt priora fine, cum ſint efficiẽs cauſa eius: igitur aſſignari debet prior ordo intentionis, in quo Deus in primo ſigno intendat finem, & rationem illius; in ſecundo ſigno velit media; & poſterior ordo exequutionis, in quo è contra priùs velit media, vt effectiua finis, deindè finem: & in hoc nulla inuoluitur imperfectio; non enim poſt ordinem intentionis ponunt in Deo nouam conſultationem, tanquam neceſſariam ad exequutionem, ſed ſolùm dicunt exequutionem fieri per voluntatem ratione diſtinctã à priori: quę doctrina vera eſt, ſi intelligatur quòd voluntas finis ſaltèm aliquandò ſit prior, prioritate à quo, voluntate mediorum, non autem prior prioritate in quo: & in alio ordine voluntas mediorum ſaltèm aliquandò ſit ſolùm prior, prioritate à quo, voluntate finis, non autem prioritate in quo: vera, inquam, eſt hęc doctrina, quod vt perfectè intelligatur.

Granad. Notandum ſecundò ex Iacobo Granado tract. 5. de prędeſtinatione diſp. 8. num. 5. quòd duplex habemus fundamentum diſtinguendi per rationem actus diuinos; nam primò quidam actus diuini ſunt ita inter ſe connexim concipiendi à nobis, vt vnus quidèm prior altero concipiatur, ſed ille quoq; alter viciſsim exigat, vt prior concipiatur: quarè ob hanc ſimultatem naturę, & mutuam dependentiam, non eſt concipienda inter hos actus ſimplex prioritas, & poſterioritas, ſed tantùm prioritas à quò, per quam prioritatem denotatur quòd vnus ab altero ſupponitur, ſeù aliquo modo procedit ſecundùm aliquam formalitatem; & ille alter ab altero viciſsim; exempli gratia; actus ſcientię ſimplicis intelligentię, quo Deus perfectè ſe ipſum compræhenſiuè cognoſcit, ac proinde agnoſcit ſimùl actum voluntatis, quo ſuã bonitatẽ amat, neceſſariò prior eſt prædicto actu amoris, prioritate à quo; nam ſupponitur, & exigitur ab amore, quatenùs diuina bonitas concipitur à nobis, vt obiectum ab intellectu diuino cognitum, & propoſitum voluntati diuinæ, vt ametur. Sed rurſus ſimùl hic amor exigitur, & ſupponitur ab illo actu ſcientię; nam talis amor eſt de obiecto illius actus ſcientię ſimplicis intelligentię; ergo hi duo actus, pro vt à nobis concipiuntur, ſunt ſimùl natura ita viciſsim connexi etiam ſecundùm conceptionem noſtram, vt non niſi prioritas à quo concipi poſſit in illis modo explicato; ſecundò aliquandò inter actus diuinos à nobis ratione diſtinctos non reperitur prę dicta ſimultas, ſeù mutua illa connexio; ſed ita vnus concipitur prior alio, vt ille alius non cõcipiatur pręſupponi, aut præexigi ab illo priori; & hæc eſt prioritas naturæ, & rectè appellari poteſt prioritas in quo: exẽpli gratia, actus ſcientiæ, quo Deus cognoſcit poſſibilia, erit prior, prioritate in quo, actu libero voluntatis, quo Deus voluit aliquas è creaturis poſſibilibus creare; nam hic actus voluntatis creãdi ſupponit actum cognitionis rerum creandarum, ſecundùm ordinem naturæ, non autem hic actus, quo voluit creare, ſecundùm noſtrum modum cõcipiendi, ſupponitur ab actu illo, quo Deus cognoſcit poſſibilia; & confirmari hoc poteſt ratione, quam ſubijcit idem auctor; nam, etſi Deus noluiſſet aliquid creare, adhùc tamen permanſiſſet eodem modo Deus, quo nùnc eſt.

Notandum tertiò ex eodem Granado loco citato num. 7. non ſemper Deum velle finem priùs prioritate in quo, quam velit media: ſi enim ſupponamus Deum velle aliquem finem dependentèr ab hoc, vel illo medio, & non alitèr; certè voluntas illius finis eſt eadem cum voluntate mediorum; quia illa voluntas, etiam vt à nobis concipitur, dirigitur in finem, & illum vult, pro vt ille finis ex diuina ordinatione indiſſolubili nexu coniunctus eſt cum talibus medijs: ergo eſt eadem voluntas finis, & mediorum tùnc, quia media, & finis per modum vnius obiecti, ratione illius connexionis, terminant actum voluntatis; quoniam ergo, vt diximus notabili pręcedenti, inter duos actus reperitur ſimultas naturæ, & mutua dependentia, non poteſt in illis aſſignari alia prioritas, quam prioritas à quo; quarè dicere poſſumus actum, quo Deus vult media, & finem, duas veluti formalitates habere, quarum vna ſit voluntas mediorum, altera voluntas finis, & voluntatem mediorum eſſe voluntate finis priorem prioritate à quò, quatenùs media inſeruiunt ad exe-

cutionem finis, licet in alio genere voluntas finis ſit prior volũtate mediorum prioritate à quo, quatenus ſcilicet voluntas finis eſt ratio volendi media, quibus obtineatur. Affert pro exemplo Incarnationem eſſe volitam dependentèr à peccatorum permiſſione, vt à medio, ſine quo Deus eam vellet ex vi præſentis decreti, ſecundùm multorum ſententiam; affert etiam aliud exemplum de gloria, quæ eſt finis meritorum, & tamen nulli adulto vult Deus illam conferre, niſi dependentèr à meritis, & nulli infanti, niſi dependentèr à Sacramentis. Admittendum verò puto cum eodem Granado quandóq; intentionem eſſe priorem prioritate in quo, voluntate mediorum: duæ enim formalitates partiales, & veluti completę in vno diuino actu concipi poſſunt, quarum vna terminetur ad finem, altera ad media; & hoc eſt, inquit Granadus, quandò finis ille eſt volitus, non neceſſariò per talia media ſolùm, ſed etiam, illis deficientibus, per alia eſſet obtinendus, ac proindè intentio finis tùnc non pendet ab electione talium mediorum; exempli gratia; voluit Deus humanam naturam, atq; eius indiuidua innumera, veluti mediũ ad mundi pulchritudinem, & ornatum, tanquam ad finem; verum; ſi defuiſſet vnum naturæ humanæ indiuiduum; non propterea dicere debemus, quod Deus non adhùc voluiſſet prædictum finem, nempè vniuerſi pulchritudinem. Quod ſi dicas de hac Dei voluntate nihil nobis conſtare, & ideò hoc exemplum eſſe abſq; fundamento. Reſpondetur, dato quòd nobis nihil clarè conſtet, de facto ita eſſe intentam vniuerſi pulchritudinem, vt non dependentem ab omnibus, & ſingulis indiuiduis humanę naturæ ad talem pulchritudinem ordinatis; tamen neq; de contrario nobis conſtat: vndè, licet ſatis rationalitèr opinari Deum vel ità voluiſſe, vel ità potuiſſe velle pulchritudinem mundi, vt finem, non tamen dependentem ab omnibus, & ſingulis indiuiduis naturę humanę, quæ media ad dictam pulchritudinem, vt finem ſunt ordinata.

Pri. Conclu. Dico primò, quòd, & ſi Deus noluiſſet alicui dare gloriam, adhùc potuiſſet abſoluta ſua potentia ſupernaturalia dona illi conferre, & gratiam efficacem, virtute cuius etiam in ſanctitate vitam finijſſet.

Arubal. Granad. Hæc concluſio eſt Petri de Arubal in primã partem diſputatione 65. num. 2. & Iacobi Granadi in primam partem tract. 7. de cauſa prædeſtinationis, diſp. 4. ſect. 2. num. 16. verſus finem, & multorum, qui pro prima ſententia fuerunt citati, vt patet ex ſupradictis. Probatur euidentèr, quia Deus ob ſuam increatam bonitatem, veluti propter finem omnia alia vult; ergo ob ſuam ſolam increatam bonitatem poſſet dare alicui gratiam efficacem, per quam benè, & præcipuè in fine vitæ operaretur; ant. ab omnibus admittitur, conſequentia probatur; nam tùnc Deus, etiam vt à nobis concipitur, rectè operaretur, dirigendo ſcilicet vitam ſanctam, & finalem perſeuerantiam alicuius creaturę, quod eſt maximum bonum, veluti medium volitum ob ſuam increatam bonitatem, ita, vt affectus, quo Deus diligit ſuam bonitatem, eſſet ratio decernendi alicui talem gratiam efficacem. Plura pro hac concluſione vide apud citatum Arubal.

Sec. Conclu. Granad. Dico ſecundò, quòd, ſi aliquis nulla haberet merita, adhùc poſſet Deus de potentia abſoluta velle illi gloriam; ita Granadus citatus. Probatur, quia nulla eſt implicantia, & Deus eſt Dominus abſolutus gloriæ; ergo pro ſuo beneplacito poteſt cuilibet illam donare. Et confirmari adhùc poteſt ſimili diſcurſu, quo vſi ſumus ad probandam præcedentem concluſionem.

Ter. Conclu. Dico tertiò potuiſſe Deum ex ſimplici affectu, quo ſuam increatam bonitatem amat, velle potiùs vni, quam alteri maiora gratię auxilia, non ex intentione efficaci dandi gloriam potiùs illi, cui maiora, & efficaciora gratiæ auxilia darentur; & ex præuiſione poſtea meritorum, & finalis perſeuerantiæ in bono aliquorũ potuiſſe Deum illis gloriam decernere. Pro hac concluſione ſunt omnes auctores primæ ſententię. Probatur; nam, licet auxilia efficacia ſint media vtiliora ad gloriam aſſequendam, quàm auxilia non efficacia, & Deus præcognoſcat illam maiorem vtilitatem, poteſt tamen non moueri ab eo exceſſu ad conferẽda illa auxilia, ſed ob alium finem, ob increatam ſuam bonitatem; ergo poteſt velle dare illa auxilia præcisè, quia reddunt hominem efficacitèr aptum ad gloriam conſequendam, & quatenùs hoc ipſum, quod eſt hominem efficacitèr eſſe aptum ad gloriam conſequendam, reſpicit, tamquam finem, increatam Dei bonitatem: &, licet verum ſit, quòd, cęteris paribus, qui eligit ad eundem finem medium melius, & efficacius, magis amat illum finem, quam qui eligit medium minus aptum; licet, inquam, hoc verum ſit, quandò eligitur illud medium aptius, & efficacius, propter totam vtilitatem, quam habet ad eundem finem, ex. gr. qui ex motiuo liberalitatis donat mille, liberalior cenſetur, quam qui ex eodem motiuo donat centum, cum poſſit donare mille: ſecùs tamẽ res ſe habet, ſi non eligatur illud medium propter totam illam vtilitatem: exempli gratia; ſit Petrus, qui ex iuſtitia teneatur ſoluere mille Titio, & centum Paulo, & præcognoſcat ex illis mille Titium conſequuturum negotiando ingens lucrum, Paulum verò ex illis centum nil lucri, ſed multum damni reportaturum: Petrus ex

nul-

nullo capite moueatur, ſed ex ſolo motiuo A iuſtitiæ ſoluat vtriq; debitum, Petrus neutri in illa ſolutione, vt ſic, oſtendit maiorem beneuolentiam, nec ex intentione efficaci, vt Titius lucretur, ſoluit: ſimilitèr poteſt Deus inæqualia auxilia conferre ex motiuo generali, quòd omnia vult propter ſuam increatam bonitatem, & propter vtilitatem præciſam, quam vtrumq; auxilium habet ad hominis libertatem conſeruandam; in quo caſu à Deo darentur maiora auxilia ex intentione efficaci dãdi potiùs illi gloriam, cui illa maiora, & efficaciora gratiæ auxilia dantur. An verò ita factum ſit, ex reuelatione diuina tantùm ſcire poſſumus; quam reuelationem ex ſcripturis, & Concilijs maximè inueſtigare debemus.

Quarta concl.

Dico quartò probabilius eſſe, ſi affirmemus Deum voluiſſe predeſtinato media, ſcilicet merita, & finem, nempè gloriam, & ſic voluiſſe merita, & gloriam per modum vnius; vndè nec merita ſine gloria, nec gloriam ſine meritis voluit; exquo adhùc ſequitur quòd, ſicut merita ſine meritis fuerũt volita, quia fundantur in gratia, quæ gratis datur, ſic etiam gloria fuit volita ante præuiſionem meritorum abſolutam: pro hac concluſione eſt Iacob. Granadus diſputatione & ſect. citata. *(Granadus.)* Faciunt auctoritates ſcripturæ, quas ſupra pro ſecunda ſententia attulimus. Et præterea addi poteſt primò illud actorũ. 13. *(Act.)* C *Crediderũt quotquot præordinati erant ad vitam æternam*; vbi præordinatio dicit, propriè loquendo, præfinitionem ita, vt præordinati ijdẽ ſint, ac præfiniti à Deo, vt Chryſoſtomus refert in eum locum hom. 30. qui videtur germanus ſenſus, ſtando in vulgata editione; nam ſcio ex græco potiùs, ordinati, ſeù diſpoſiti, quam, præordinati, traduci ex verbo τάσσειν: & ſanè illud, præordinati, indicat actum alicuius præordinantis: qui non poteſt eſſe alius, niſi actus diuinus, vt rectè colligitur ex Auguſt. de correctione, & gratia cap. 6. *(Auguſt.)* vbi ex prędicto teſtimonio probat perſeuerantiam eſſe donũ Dei. *Quis*, inquit, *in æternam vitam potuit ordinari, niſi perſeuerantiæ dono? quandoquidẽm qui perſeuerauerit, ſaluus erit, qua ſalute, niſi æterna?* quibus poſitis, ſic argumentari licet: Deus aliquos præordinauit ad gloriã medio perſeuerantiæ dono; ergo illis decreuit gloriam, non niſi per merita habendam: ergo nec gloriam ſine meritis, nec merita ſine gloria voluit prędeſtinatis.

Obiectio Beccani

Nec valet dicere cũ Beccano citata q. n. 35. omnes illos credidiſſe in tempore, quos Deus præuidens ab æterno credituros, præordinauit ad vitam æternam;

Reſponſio.

quia talis expoſitio videtur violẽta; nam decernere gloriam expræuiſis meritis, nõ eſt propriè præordinare; præordinare enim ſignificat aliquid, tanquã medium ordinare ad aliud, tanquam ad finẽ.

A Secundò illud ad Rom. 6. *Gratia Dei eſt vita æterna*, *(ad Rom.)* ſed non poteſt dici, quòd ſenſus huius ſententiæ ſit, quòd gratis detur gloria in tempore ſine meritis, quia hoc eſſet Caluiniſticum, & etiam eſſet contra eundem Apoſtolum, qui alibi vocat gloriam brauiũ, coronam iuſtitiæ; vt omittam plura ſcripturę loca, in quibus apertè gloria ipſa decernitur, vt prẽmiũ, quia per merita datur; ergo debet dici, quòd vita æterna, quæ per merita datur, eſt donum gratuitum; nam hoc nomen, gratia, propriè ſignificat donum, vndè ille Poeta cecinit.

Quæ fieri properat, gratia, grata magis.

Tertiò eſt illud 2. ad Timoth. 1. *(ad Timoth.)* *Vocauit* B *nos vocatione ſua ſancta non ſecundum opera noſtra*, ecce gratuita vocatio, ſeù donatio gratiæ, quæ gratis datur; poſtea ſubditur; *ſecundum propoſitum ſuum, & gratiam*, ideſt ſecundùm ſuam gratuitam, & efficacem voluntatem dandi gloriam habentibus merita. Neque dicas propoſitum, & gratiam ſignificare gratuitam voluntatem iuſtificãdi aliquem. Nam contra eſt, quia in eo ſenſu accipitur hic propoſitum ab Apoſtolo, quo accipitur ad Rom 8. *(ad Rom.)* vbi ait, *ſcimus quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum his, qui ſecundum propoſitum vocati ſunt Sancti*. Sed hic propoſitum non ſignificat ſolam gratuitam, & efficacem voluntatem C iuſtificandi aliquem, quia hanc voluntatem erga reprobos etiam habet Deus, quorum aliqui ſępè ex Dei miſericordia iuſtificantur, ſed non preſeuerant finalitèr in iuſtificatione; quod apertè colligitur ex Apoſtolo, dum non de quibuſcunque diligentibus Deum loquitur, ſed de aliquibus tantùm, ideſt de ijs, qui ſecundùm propoſitum vocati ſunt Sancti, ſcilicet prædeſtinati; ijs enim tantùm omnia cooperari in bonum affirmat; quare propoſitum ſecundùm mentem Apoſtoli ſignificat voluntatem gratuitam, & efficacem dandi gloriam prædeſtinatis, quos tamen ſimùl gratuitò electos eſſe ad merita ſupponit, dum illos dicit vocatione ſancta eſſe vocatos non ſecundùm opera eorum. Ad Titum 3. *(ad Titum.)* *Non ex operibus iuſtitiæ, quæ fecimus nos, ſed ſecundùm ſuam miſericordiam ſaluos nos fecit*: ſi ergo intuitu meritorum præuiſorum in ſenſu primæ ſententiæ Deus ſaluaret, non poſſet ſic Paulus loqui, vt patet conſideranti.

Quartò ex ſacris paginis habemus, quòd *qui perſeuerauerit vſque in finem, ſaluus erit*: *(Matth. 10.)* ergo, ſi ex ſacris paginis conſtabit, quòd Deus eligit aliquos ad perſeuerantiam finalem, ſimùl conſtabit, quòd illos Deus efficacitèr ad gloriam eligat; ſed habemus ex ſacris paginis, quòd per acceleratam mortem aliquis rapitur, nè malitia mentem illius peruertat Sap. 4. *(Sapient.)* *Raptus eſt, ne malitia mutaret intellectum eius*: ergo ex ſacris paginis

habemus; quòd aliqui ſunt electi ad perſeuerantiam finalem, ſcilicet ij, qui per acceleratam mortem moriuntur, ne præuaricentur.

Concil. Valent. Quintò probatur ex Concilio Valent. celebrato ſub Benedicto III. Hoc habetur in t. 3. concil. *fatemur prædeſtinationem electorum ad vitam, & prædeſtinationem impiorum ad mortem; in electione tamen ſaluandorum miſericordiam* Dei *præcedere meritum bonum*, & clariùs in Concilio Tridentino ſeſſ. 6. cap. 16. *in Deum ſperantibus proponenda eſt vita æterna, & tanquam gratia filijs Dei per Ieſum Chriſtum miſericorditèr promiſſa, & tanquam merces fideliter reddenda*; ergo ex Tridentino, licet ipſa gloria per merita ſit obtinenda, tanquam præmium; promiſſio tamen, ſeù prædeſtinatio eſt mera gratia, & miſericordia, quòd ſi gratia, vt rectè infert Paulus, iam non ex operibus; alioquin gratia, non eſſet gratia.

Triden.

Quinta concluſ. Dico quinto quòd, etſi decretum diuinum dandi gloriam, & merita per modum vnius ſit indiuiſibile, in eo tamen neceſſariò diuerſam prioritatem à quo aſſignare debemus: pro hac concluſione eſt Iacobus Granadus citatus diſp. 4. ſect. 3. Explicatur, & probatur: actus diuinus, qui efficacitèr fertur in finem, & media per modum vnius, vt ſupra notauimus, duas veluti inadequatas formalitates includit, quarum vna eſt voluntas mediorum, altera voluntas finis; voluntas autẽ mediorum in vno genere, ſeù ſecúdùm vnam formalitatem eſt prior prioritate à quo voluntate finis, & hæc prioritas in eo cõſiſtit quòd merita ſunt morales cauſæ gloriæ, quam re vera impetrant, vt patet ex ſcripturis, & Concilijs ſupra cit; ita voluntas, qua Deus vult conferre hæc merita prædeſtinato, eſt ratio, ob quam vult illi conferre gloriam. Portò in alio genere, ſeù ſecundùm aliam formalitatem volũtas dandi gloriam eſt prior prioritate à quo voluntate dandi merita, ſcilicet quatenus voluntas efficax finis eſt ratio volendi media, quæ ad finem conſequendum faciunt; plura pro hac concluſione videri poſſunt apud citatum Granadum.

Collige primò ex his totum illud decretum dandi gloriam, & merita ſimul eſſe fundatum in liberalitate Dei, & ſic eſſe gratuitum; nam, ſi, vt dictum eſt, poteſt Deus velle alicui merita, & non gloriam, & ſimilitèr velle gloriam alicui ſine meritis; ergo quòd velit vtrumq; ſimùl alicui, totum erit gratuitum, & hoc eſt quod dicitur pſal. 102. *qui coronat te in miſericordia, & miſerationibus*, & ad Tit. 3. *non ex operibus iuſtitiæ, quæ fecimus nos, ſed ſecundùm miſericordiam ſuam ſaluos nos fecit*,

Pſalm. ad Titum.

Collige ſecũdò Deũ erga prædeſtinatos ante præuiſa merita habere aliquẽ ſpecialẽ affectũ, & beneuolentiã, ex qua beneuolẽtia, & affectu ſpeciali Deus largitur efficacia auxilia, per quæ datur gloria; hæc doctrina videtur ab omnibus admittenda; vndè Vaſq. ipſe diſp. 98. n. 38. ideò dicit collationem auxilij efficacis eſſe maiorem gratiam, quia non ſolùm attenditur ad id, quod datur, ſed etiam ad animum donantis: & ſanè quis negare poteſt, quòd prædeſtinati de facto plus debent Deo, quam reprobi; & maiorem Dei liberalitatem experti ſunt? Vt autem hoc verificetur, neceſſe eſt, quòd non ſolùm Deus materialitèr dederit aliquid vtilius, ſed formalitèr, quia vtilius, reſpiciendo illud maius bonum; alioquin non appareret quomodò eſſet magis liberalis, & miſericors erga illos; nam, ſicut Petrus, verbi gratia, non cenſetur liberalis, aut miſericors erga Titum ex eo quòd illi dat multam pecuniam, ſi non dat animo benefaciendi, & ſubleuandi illum ab aliqua miſeria, ſed ex alio fine diuerſo; eſt enim regula generalis, quòd ad honeſtatem actionis participandam debemus operari formalitèr ex motiuo illius; quod innuere voluit D. Ambroſius, quandò dixit: *affectus tuus operi tuo nomen imponit*; ita non cenſetur magis liberalis, aut miſericors, qui dat maius bonum, ſi non dat animo magis benefaciendi, aut ſubleuandi ab aliqua miſeria. Eſt enim propoſitio omninò vera; ſicut ſe habet ſimplicitèr ad ſimplicitèr, ita magis ad magis; ergo, vt verificetur; quòd Deus erga prædeſtinatos ſit magis liberalis, vel miſericors, debet velle ipſorum bonum maius, ex hoc motiuo formali, quia maius bonum eſt. Vaſq.

Supereſt, vt reſpondeamus argumentis pro prima opinione adductis. Ad illud ergo primum ex Matth. dico nihil aliud probari, niſi gloriam dandam eſſe per merita, quod nos veriſſimum fatemur. ad id verò, quod ſubdit Moncæus, eo ſcilicet modo iuſtis gloriam decretam fuiſſe, quo pœna damnationis reprobis, quæ poſt præuiſionem peccatorum decreta eſt. Reſpondeo non eſſe omninò parem rationem, quia, cum hoc totum negotium prædeſtinationis pendeat ex reuelatione diuina, per quam nobis, vt ſupra notauimus, ex varijs ſcripturę teſtimonijs, & Concilijs innoteſcit, decretum dandi gloriam per merita totum fundari in miſericordia, & liberalitate diuina. Vltimò ad id, quod additur de ordine vno tantùm conſtituendo, patet reſponſio ex ſupra notatis; nam neque nos conſtituimus ordinem intentionis priorem prioritate in quo ordine exequutionis. Reſpõſiones ad argumenta pro prima opinione adducta. Matth.

Ad ſecundum ex Iacobi ſecundo ſimilitèr reſpondeo nihil aliud colligi, niſi gloriã dandam eſſe per merita: idem ad tertium Matth. 21. & ad quartum Apocal. 3. Ad id verò, quod ſubijcitur, implicare duas volun-

rates efficaces, quarum vna ſit dandi gloriam ante præuiſa merita, altera verò dependentèr à meritis. Reſpondeo non eſſe contra nos, qui vnicam tantùm voluntatem, ſeù vnum tantùm decretum indiuiſibile agnoſcimus dandi gloriam per merita.

Ad quintum nihil aliud colligi, niſi, quòd Deus potuerit decernere gloriam ex præuiſis meritis, non autem quòd de facto ita decreuerit.

Ad ſextum reſpondeo illud tantùm probare aliquos negatiuè eſſe excluſos à gloriá, non autem poſitiuè, quod eſt veriſsimum; ad confirmationem dico, quòd, ſi non peccarent huiuſmodi non electi, gloriam conſequerentur, non ex vi decreti, quod nos ponimus in Deo dandi gloriam, & merita ſimùl per modum vnius; ſed vi alterius decreti dandi gloriam poſt præuiſa merita, formalitèr ſcientia viſionis, quod quidèm poſſibile agnoſcimus in Deo; non tamen de facto tale decretum efficax ponimus, quia ex ſcripturis, aut Concilijs non poteſt colligi: ex ijs, quæ in fine quæſtionis aduertemus, clarior hæc reſponſio apparebit.

Ad ſeptimum dico illud tantùm probare Deum conferre gloriam dignis, ſcilicet habentibus merita, quod nos libentiſsimè concedimus. Idem dico ad octauum, & nonū.

Ad decimum, ex quęſtione quarta patebit, quomodo poſſit eſſe verum, quòd in vno genere prædeſtinatio noſtra ſit prior prioritate à quo prædeſtinatione Chriſti, & è contra prædeſtinatio Chriſti ſit prior prioritate à quo prędeſtinatione noſtra; docebimus enim in genere cauſę finalis meritoriæ, & exemplaris Chriſtum exaltandum, & glorificandum priorem Adamo, reliquiſq; angelis, & hominibus; & ideo eſſe Chriſtum in diuina prædeſtinatione primum omnium; & ſimùl etiam videbimus Incarnationem Verbi eſſe medium ad redemptionem, & iuſtificationem hominum.

Ad vndecimum ſcilicet ad auctoritates Patrum, iam patet ex ſupradictis pro ſecunda opinione, & poſſunt omnes explicari de voluntate dandi gloriam per merita.

Reſpondetur argumentis ſecundæ opinionis.

Ad argumenta verò ſecundæ opinionis, non eſt cur reſpondeamus, quatenus faciūt pro noſtra ſententia; quatenus verò aliqua eorum probare videntur volūtatem aliquā in Deo dandi gloriam independentèr à meritis eſſe priorem prioritate à quò voluntate dandi illam dependentèr à meritis, ſatis patet ex ſupradictis in argumentis primæ opinionis prioritatem illam non eſſe admittendam.

Hac controuerſia tandèm pro viribus explicata, propoſitę quæſtioni initio quid reſpondendum ſit ſatis liquet.

Sexta Concl.

Dico ergo Beatā Virginē ad maternitatē Dei, & ad gloriā per merita cōſequēdā ita eſſe ab eterno electam, vt nec Deus voluerit illi gloriā, & maternitatē ſine meritis, nec merita ſine maternitate, & gloria, ſed per modū vniusatq; adeò hoc decretū eſſe indiuiſibile; in eo tamē admittimus duas illas formalitates, quas ſupra in quinta cōcluſione explicauimus: & hoc totū decretū dico eſſe fundatum in diuina liberalitate, quamuis nō excludamus ab eo aliquam etiam formalitatem fidelitatis, quę fidelitas conſiſtit in hoc, vt Deus ſimùl in eo decreto intellexerit pro actibus virtutū eximijs à virgine elicitis illi dare pro remuneratione tum augmentum gratiæ, tum ipſam gloriam.

B. Virgo fuit electa ad maternitatem, & gloriam per merita cōſequēdam per modum vnius.

Aduerte tamen, quòd, licet dicamus, quòd nec Deus voluerit Beatæ Virgini gloriam, nec maternitatem ſine meritis, nec merita ſinè maternitate & gloria, non tamen intendimus, quòd, ſicut Beata Virgo de condigno promeruit gloriam, ita etiam de condigno promeruerit maternitatem Dei; infra enim probabo, quòd tantùm de congruo promeruit maternitatem Dei; vbi etiam videbimus, quòd, licet merita Beatæ Virginis ortum habuerint à meritis Chriſti, hoc tamen non tollit, quin & ipſa Virgo meruerit de congruo maternitatem Dei.

B. Virgo de cōdigno promeruit gloriam, de congruo maternitatem Dei.

Vt autem hoc clariùs intelligatùr, & multa, quæ obijci poſſunt, diluantur, aduerte, quòd, quandò dicimus gloriam per merita eſſe decretam Beatæ Virgini, cæteriſq. prędeſtinatis, nos intelligimus merita etiam fuiſſe nō formalitèr quidèm, ſed actualitèr præuiſa, vt abſolutè futura in ipſa voluntate efficaci eligendi Virginem, cæteroſq. prędeſtinatos ad talem gratiam, cui correſpon ſuros ſcientia conditionata prænouerat. Secundùm noſtrum modum intelligendi hunc placet ordinem in diuina mente, & voluntate conſtituere, vt percipiatur à nobis, quomodò prædeſtinatio, & reprobatio peracta ſit; primò concipere poſſumus diuinum intellectum ſcientia ſimplicis intelligentię cognouiſſe, ſe poſſe velle hominibus, & Angelis gloriam ſine meritis, aut merita ſine gloria, aut ſimùl merita, & gloriam per modum vnius; ſimilitèr & Mariæ maternitatem diuinam ſine meritis, aut merita ſine maternitate, aut vtrumq; ſimùl; itèm alijs hominibus, & Angelis habentibus demerita ex ſola permiſsione diuina ſe poſſe decernere damnationem pro iuſta pœna. Secundò poſſumus concipere in Deo actum ſcientię cōditionatę hoc modo expreſſum. Si vellem hominibus, & Angelis merita, & gloriam per modum vnius, & Mariæ maternitatem diuinam, & merita ſimùl, atque adeò ipſam eligerem à primo conceptionis momento ad eximiam gratiā, & alia illi priuilegia concederem, quibus ad Maternitatem diuinā ad noua gratiæ augmenta, atq. adeò ad eminentiſſimā gloriam

prome-

promerendam ſe diſponeret, & cæteri præ- A
deſtinandi vocarentur à me ſupernaturali gratia, cui reſponderent, & ita cum illis agerem, vt in extremo vitæ reperirentur iuſti, ſic Maria Maternitatem, atq; eminentiſsimam gloriam haberet, & prædeſtinandi gloriam aſſequerentur. Contra vero Iudas, Lucifer; & cæteri reprobi, me permittente, aut originali peccato, aut alijs actualibus læthalibus inficerentur, &, licet ego illis ſufficientem gratiam conferrem, adhùc tamen ſine vera iuſtitia è vita migrarent, & ſic rei gehennæ æternæ eſſent, qui actualia læthalia haberent, indigni vero viſione beatifica, qui originale B
tantùm haberent. Tertiò concipiamus decretum efficax, quo omnia prædicta Deus voluerit per modum vnius obiecti, vt dictum eſt in concluſione quinta, & hac vltima: & in hoc tertio ſigno nota quòd merita Beatę Virginis, & cæterorum prædeſtinatorum, quæ fuerunt ſcientia conditionata præuiſa, poſito diuino decreto efficaci volendi illa, fiunt abſolutè futura, licet priùs eſſent tantùm ſub conditione futura: & ratio eſt euidens, quia ſcientia conditionata, poſita voluntate efficaci, volendi ea, quæ ab ipſa ſcientia conditionata fuerunt præcognita, tranſit in ſcientiam abſolutam, & ſic purificata conditione per decretum C
abſolutum, id, quod erat ſub conditione futurum, fit abſolutè futurum. Quare hic clarè intelligere potes, quid volo dicere, quandò dico quòd per merita non quidem formalitèr, ſed virtualitèr præuiſa, vt abſolutè futura in efficaci voluntate dandi talem gratiam, & ponendi homines in talibus circunſtantijs, in quibus ſcientia conditionata præuiſi ſunt meritoriè operaturi; per talia, inquam, merita ſic virtualitèr præuiſa aliquibus decernitur gloria, & maternitas Dei, & gloria eminentiſsima Mariæ. Porrò in hoc tertio ſigno, ſeù in prædicto decreto poſſunt concipi diuerſæ rationes prioritatis à quo, & poſterioritatis à quo, iuxta ea, quæ notauimus ſupra, & diximus concluſione quinta: fauet nobis Iacobus Granadus in prima parte tract. 5. de eſſentia prædeſtinationis diſputatione quarta, ſect. 4. vbi tres alios ordines ſubnectit ita, vt poſita prædicta voluntate efficaci, in quarto ſigno concipiendus ſit diuinus intellectus, vt non potuerit non diſponere, ac imperare omnia illa, quæ Deus efficacitèr velit. In quinto ſigno rurſus diuina voluntas non potuit non exequi hoc imperium, cum voluntas Dei efficax, quæ imperium præceſſerat, non poſſit irrita reddi. In ſexto ſigno Deus ſcientia viſionis videt in ſua temporum differentia hæc omnia futura. Verum quicquid ſit de quarto, & quinto ſigno, de quibus poſſet eſſe aliqua difficultas, maximè in opinione eorum, qui non admittunt in Deo actum imperij conſequentem voluntatis electionem, de qua re modò non diſputo; ſufficit nobis primum, ſecundum, tertium, & ſextum ſignum iuxta ſeriem à Granado conſtitutam, quod ſextum ſignum remaneret quartum, ſi excluderetur quartum, & quintum iuxta ſeriem poſitam.

Iacob. Granadus.

QVAESTIO SECVNDA

Vtrum Beata Virgo ante omnes alios prædeſtinatos electa, & prædeſtinata ſit,

AFFIRMANT multi Patres, Diuus Bernardinus Senenſis de Virgine ſerm. 51. cap. 4. ſic eam alloquitur. *Tu ante omnem creaturam in mente Dei prædeſtinata fuiſti, vt Deum hominem ipſum creares*; alios Patres citat Ioan. Cartag. t. 1. lib. 1. hom. ſecunda, & Salazar. de Conceptione c. 21.; hanc etiam partem ſequitur Spinellus in ſuo throno cap. 14.

D. Bernardinus. Io: Cartag. Salazar. Spinellus.

Notandum hìc non agi de prioritate temporis; certum enim eſt Deum ab æterno ſimùl omnia cognouiſſe, & præfiniuiſſe, ſed agitur hìc de prioritate rationis, ſeù dignitatis, & excellentiæ, ita, vt, ſicut Chriſtus dicitur primò prędeſtinatus, ſic quæritur, vtrum Virgo poſt Chriſtum prima fuerit prędeſtinata prioritate aliqua rationis, ſeù dignitatis, & excellentię.

Dico Deiparam prioritate excellentię, & dignitatis, & eminentię poſt Chriſtum ante omnes alias creaturas fuiſſe electam ad maternitatem Dei, & prædeſtinatam ad gloriam. Probari poteſt hęc concluſio teſtimonio illo Spiritus Sancti prouer. 8. *Dominus poſſedit me in initio viarum ſuarum, antequam quicquam faceret*; licet enim in primario ſenſu accipiatur de Sapientia Incarnata, ſic enim dictum locum interpretātur multi Patres, quos citat Salazar. in c. 8. Prouerb. verſ. 22. n. 243. in ſecundario tamē accipitur etiam de Beata Virgine ab Eccleſia; quare, ſi vię Domini dici poſſunt operationes eius ad extra, quia per tales operationes videtur Deus, veluti de occulto procedere ad notitiam noſtram, ergo valet illatio, Deus poſt Chriſtum in ęternis decretis, ac præfinitionibus, quibus mundum condere ſtatuit, & Sanctos ad gratiam, & ad gloriam, deſtinauit; Virgini Mariæ primarium dignitatis, & excellentiæ locum deputauit. Secundò afferri poteſt illud Eccleſiaſtici 24. *Ex ore Altiſſimi prodiui primogenita ante omnem creaturam*; nam etiam ibi in ſenſu primario eſt ſermo

Prima concl. B. Virgo prima poſt Chriſtum prędeſtinata. Prouer.

Salazar.

Eccleſiaſtic.

ſermo de filio Dei, in ſecundario accommodatur Deiparæ, Tertio Beata Virgo appellatur Soror, & Sponſa *quam pulchræ ſunt mammæ tuæ Soror mea Sponſa* Cant. 4 ex quibus titulis colligitur maxima ſimilitudo & approximatio cum Chriſto. Quarto hanc approximationem Virginis cum Filio Dei innuit cęleſtis nuntius, dum illa verba protulit: *inueniſti gratiam apud Deum*; quaſi dicat: nulla pura creatura adeò proxima eſt Deo per gratiam, ac tu; Facit ad hoc illud Cant. 6. *Pulchra es amica mea*, vbi ſeptuaginta legunt: *pulchra es proxima mea*: probatur ratione; quia non erat conueniens, vt in decreto diuinæ prædeſtinationis Mater à Filio ſepararetur, ergo poſt ipſum ordine excellentiæ, & dignitatis eſt prædeſtinata ante omnes alias creaturas. Confirmatur, quia, ſi ipſa eſt exaltata ſuper omnes creaturas in gloria, & ipſa conſtituit Hyerarchiam diſtinctam, vt videbimus ſuo loco, ergo etiam fuit electa ab ęterno ante omnes creaturas, quia gloria à Deo datur in tempore, ęo modo, & ordine, quo ab eo decreta eſt in æternitate.

Cant.

Cant.

Sed non eſt neceſſe, vt in hac concluſione, quę per ſe clara eſt, & ab omnibus debet admitti, ampliùs immoremur, difficultas eſt; An in aliquo alio ſenſu verum ſit, quòd Beata Virgo ante omnes alias creaturas electa, & prædeſtinata ſit, quare ſit.

QVAESTIO TERTIA.

An Beata Virgo ante peccati præuiſionē electa ſit ad maternitatem Dei, & prædeſtinata ad Gloriam.

SOLVTIO iſtius quęſtionis pendet neceſſariò ab illa celebri quæſtione; an peccato non exiſtente, Deus carnem aſſumpſiſſet: ſi enim hoc negatur, clarè etiam conſtabit, quòd Beata Virgo non futura fuiſſet Mater Chriſti, peccato non exiſtente, ſi verò admittatur, adhùc peccato non exiſtente, Verbum incarnandum fuiſſet in carne immortali, & impaſſibili; tùnc quæri poteſt; An Chriſtus paruulus, & infans natus fuiſſet ex Maria Virgine; an verò, ſicut Adamus creatus fuit in virili ætate in ita Chriſtus, virili ætate producēdus fuiſſet vndè tūc nulla Matre indiguiſſet. Sed rem aggrediamur.

Prima ſententia ſatis celebris eſt Scoti in tertio, diſt. 7. q. 3. & diſt. 9. q. 1. §. *in iſta quæſtione*, & in reportatis in tertio diſt. 7. q. 4. §. *dicto tamen*, & diſt. 19. q. 1. §. *ſciendum eſt* Licheti in tertio diſt. 7. q. 3. Alenſ. 3. p. q. 2. mem. 13. Alberti diſt. 30. a. 4. Catharini lib. de eximia Chriſti prædeſtinatione, & aliorum affirmantium, adhùc peccato non exiſtente, Filium Dei naturam humanam aſſumpturum fuiſſe in carne immortali, & impaſſibili: fundatur hæc ſententia, primò, quia, qui ordinatè vult, priùs vult finem, deindè, quæ ſunt fini propinquiora; ſed Deus omnia prudentiſſimè diſponit, & ordinatè vult, ergo prius vult ſe, deinde quæ ſunt propinquiora ſibi; ſed incarnatio eſt opus propinquiſſimum Deo, quia eſt omnium aptiſſimum medium ad eius gloriam manifeſtandam, ergo incarnatio fuit volita ante vllam creaturam, & conſequentèr ante vllum præuiſum peccatum. Secundò videtur ordo peruerſus, vt incarnatio, quæ eſt maius bonum, ordinetur ad remedium, quod eſt minus bonum; & videtur non veriſimile tantum bonum incarnationis fuiſſe occaſionatum occaſione peccati. Tertiò; prędeſtinatio puri hominis ad gloriam pręcedit obiectiuè peccatum, vel damnationem cuiuscumq; ergo, & hæc prædeſtinatio animæ Chriſti, quæ prædeſtinatur ad ſummam gloriam. Quartò ſequeretur Animam Chriſti gaudere de peccato Adami, dependentèr à quo fuit ad tantam gloriam prædeſtinata.

Prima ſententia. Licheti. Alenſ. Alberti. Catharini.

Secunda Sententia magis communitèr recepta, eſt Sancti Thomæ tertia parte q. 1. art. 3. Caietani Ferrarienſis contra gentes cap. 55. Capreoli in 3. diſt. 1. concluſ. 1. Argent. q. 1. art. 4. Vaſq. in 3. p. tom. p. diſputatione 10. cap. 4. Raguſa in tertiam partem, diſputatione 28. §. 9. fundatur autem potiſſimùm hęc ſententia in ſcripturis, & Patribus, ex quibus colligitur incarnationis finem fuiſſe remediū peccati. Porrò vtramq; Sententiam probabilem putat Riccardus in tertio diſt. 1. art. 2. q. 4. Gabriel diſt. 2. art. 3. dub. 3.

Secunda ſententia. S. Th. Caietani Ferrarienſis, Capreoli. Argent. Vaſq: Raguſa. Riccardus. Gabriel.

Tertia Sententia eſt Suar. in tertiam partem q. 1. diſp. 5. qui partim cum Scoto affirmat, adhùc, ſecluſo peccato, Verbum incarnandum fuiſſe ex vi præſentis decreti, partim cum Diuo Thoma negat, peccato non exiſtente, Verbum carnem aſſumpturum fuiſſe, vt autem clariùs appareat Sententia huius Auctoris, quæ pendet ex pluribus concluſionibus in diuerſis ſectionibus citatæ diſputationis; veluti in ſummam colligam omnia. Dicit ergo Sect. 4. dictæ diſputationis, quòd prima ratio, quæ diuinam voluntatem inclinauit ad volendam incarnationem, fuit excellentia ipſius miſterij, & alia bona, quæ ipſum per ſe conſequuntur abſq; neceſſitate, vel remedio peccati, & ex hac ratione prima in via intentionis intelligitur à nobis motus Deus ad permittendū peccatum in Adamo, quod

Tertia ſententia. Suar.

præuiſum fuerat in priori ſigno rationis; ratio autem, cùr Deus permiſit peccatum Adæ, fuit, quia Deus in prædeſtinando hoc myſterio intendebat, vt exequeretur perfectiſſimo quodam modo, perfectiſſimus autem modus illud exequendi erat, vt, permiſſo peccato, incarnationis myſterium dirigeretur in remedium peccati; ſic enim non ſolùm innoteſcit increata bonitas, liberalitas, & munificentia, dum diuina perſona communicatur humanæ naturæ; ſed etiam apparet miſericordia, & iuſtitia in liberando nos à miſeria peccati, pro eo condignam ſatisfactionem exhibendo: permiſſo autem peccato, atq; adeò præuiſo, ſecundum motiuum, quo ex occaſione peccati decreuit Deus ſui ipſius communicationem in paſſibili, fuit humana redemptio; dicit enim ſect. 4. eiuſdem citatæ diſputationis in ſecunda concluſione ſic: *Prima ratio, propter quam Deus voluit Chriſti paſſionem, & mortem, ſeu incarnationem carne paſſibili, fuit noſtra redemptio, ſeu remedium peccati*; in tertia verò concluſione ſic ſubdit, *non ſolùm modum incarnationis in carne paſſibili, ſed abſolutè, & ſimpliciter ipſam incarnationem, prout facta eſt, voluit propter noſtram redemptionem, & in remedium peccati*. Supponit ergo Suar. dicta diſputatione 5. ſect. 5. ſub. §. *neque contra*, duplicem finem totalem, & adæquatum incarnationis, vnum ſcilicet excellentiam ipſius myſterij, alium redemptionem humani generis, ita, vt primarius finis, ſcilicet excellentia myſterij incarnationis ſufficiens fuiſſet, vt Verbum carnem indueret, ſi peccatum nullum præuidiſſet: & ſic cum Scoto conſentit Suarez, ita enim ſect. 5. conclu. 1. dicit: *ſi homo ſuæ libertati relictus, & permiſſus dicto modo non eſſet peccaturus, nihilominus propoſitum Dei de incarnatione facienda conſiſtere poſſet, & habere ſuum effectum, & hoc modo vera eſt ſententia affirmans, etiam ſi homo non peccaſſet,* Deum *fuiſſe incarnandum. Poſito verò, quòd præuidit peccatum Adæ, voluit Deus incarnationem, tanquam remedium peccati; nam ita intelligitur* Deus *in primaria intentione voluiſſe myſterium incarnationis propter excellentiam, & amabilitatem eius, ſeu communicationem bonitatis diuinæ, vt voluerit executionem illius altiſſimo modo*. Ex quo deducitur, præuiſo cōditionalitèr peccato Adami futuro, ſi Deus noluiſſet illud permittere; ex vi illius decreti, quo Deus ſtatuit incarnationem altiori modo exequendam, Verbum incarnandum non fuiſſe; & ſic cōſentit Suar. cum ſententia Diui Thomæ; ratio autem huius eſt, quia perfectiſſimus, & altiſſimus modus erat exequēdi incarnationem, quòd Verbū, permiſſo peccato, carnem aſſumeret vt Redemptor; dicit enim concluſione ſecunda, ſectione quinta ſic: *Suppoſita præſcientia conditionali, quam Deus habuit de lapſu hominis futuro, ſi illum permitteret; veriſimile eſt non potuiſſe habere Deum illud decretū incarnationis, prout nunc illud habuit, quin conſequentèr habuerit voluntatem permittendi peccatum, vt illa via exequeretur myſterium perfectiſſimo quodam modo ſuæ intentioni accōmodato*. Fundatur autem hæc ſentētia, in eo, quòd, vt infra videbimus, ex ſcripturis habetur Chriſtum eſſe prædeſtinatum caput, Regem, & Exemplar omnium prędeſtinatorum, nec non finem: pro qua re multa congerit ipſe Suar. dicta diſputatione quinta, ſectione ſecunda, concl. 1. Quo poſito, ſic licet diſcurrere. Voluit Deus Chriſtum prædeſtinatum eſſe Caput, Regem, & Exemplar omnium prædeſtinatorum; ergo, vt ſaluetur ſapientiſſimus modus operandi in Deo, debemus dicere quòd ex tali fine intento media potiùs electa fuerunt à Deo, quam ex occaſione medij occurētis finis fuerit intentus, & conſequentèr affirmandum eſt, non ideò Deum prædeſtinaſſe Chriſtum, quia peccatum præuidit, ſed ideò peccatum permiſiſſe, quia Chriſtum ad ſui gloriam optimo modo manifeſtandam præfiniuerat: quia verò Deus non poterat prædeſtinare Chriſtum vt Redemptorem, ante præuiſum peccatum per ſcientiam abſolutam, alioquin virtualitèr voluiſſet peccatum; prædeſtinauit eum vt Redemptorem in carne paſſibili poſt præuiſum peccatum non ſcientia conditionata, quia hæc non eſt ſatis, vt Deus non dicatur velle virtualitèr peccatū, ſed ſcientia viſionis, quæ ſupponit decretum de prædeſtinatione Chriſti: & ſic ſaluantur ſcripturę docentes Verbum incarnatum fuiſſe propter remedium peccati; hæ enim ſcripturæ intelliguntur de prædeſtinatione in carne paſsibili, quæ prædeſtinatio, vt ex dictis ſupra, decreta eſt in ſecundo ſigno rationis dependentèr à peccato Adami præuiſo ſcientia viſionis, poſt primum decretum in priori ſigno ſimplicitèr factum de prędeſtinatione Chriſti proptèr excellentiam myſterij.

Contra hanc ſententiam Suarij Raguſa opponit ſex difficultates; quę apud ipſum videri poſſunt: & quò ad primam difficultatē, quam citatus Auctor facit in eo, quòd Suar. ſupponit voluntatem à duplici fine adæquato, & integro moueri poſſe, plura habet Salazar. de Conceptione cap. 11. & num. 8. impugnat. Opinio Raguſæ. Salazar.

Sunt præterea varij modi explicandi opinionem cōmunē de incarnatione decreta dependētèr à peccato, qui apud ipſum Raguſam diſputatione 28. videri poſſunt à §. 4.

Dico primò Verbum carnem aſſumpſiſſe, vt Redemptorem in carne paſsibili dependentèr à peccato; hæc concluſio eſt communi- Prima concluſio.

Digitized by Google

Verbum carnem paſſibilem aſſumpſit, vt Redemptor dependentèr a peccato. Matth. Marc.

munirèr recepta, & patet ex Scripturis, A Matth. 18. *Venit filius hominis quærere, & ſaluum facere, quod perierat*: & Marc. 8. *Filius non venit miniſtrari, ſed miniſtrare, & dare animam ſuam, redemptionem pro multis*. Ratio autem eſt euidens, quia Redemptor ſupponit captiuitatem, ad quam redimendam ordinatur; ergo, vbi non eſt captiuitas, non eſt opus redemptore; ergo, ſi non fuiſſet peccatum, neceſſarius non fuiſſet Redemptor: & in hoc ſenſu euidentèr explicari poſſunt verba Gregorij in benedictione cerei paſchalis: *O felix culpa, ò vere neceſſariũ Adæ peccatum, fuit enim neceſſarium Adæ peccatum, vt redemptorem haberemus*.

Gregorius.

Secunda conclusio.

Dico ſecundò in præſenti decreto, quo Deus præfiniuiſſe intelligitur incarnationem in remedium peccati, nos debere concipere Deum ſimùl voluiſſe incarnationem ob excellentiam ipſius myſterij. Colligitur ex Sacris Scripturis, Io. 3. *Sic Deus dilexit mũdum, vt Filium ſuum vnigenitum daret, vt omnis, qui credit in ipſum, non pereat*; vbi, licet fiat expreſſa mentio de decreto incarnationis ordinatæ ad redemptionem noſtram; tamen ſimùl innuitur Amor diuinus ſui communicatiuus in natura aſſumpta, & hoc ſolum probant varia teſtimonia, quę pro ſententia Scoti afferri ſolent. Probatur ratione: incarnatio Verbi non ſolùm eſt bona, & amabilis, pro vt eſt in remedium peccati, quia ſic miſericordia, & iuſtitia diuina elucet in ſubleuanda noſtra miſeria, oblata ſatisfactione condigna pro peccato; ſed etiam eadem incarnatio Verbi eſt amabilis præcisè ob ſui excellentiam, quia manifeſtatur increata bonitas, ac munificentia in communicanda perſona diuina; ergo etiam ſub hac formalitate intelligitur, quòd diuina voluntas verſata ſit circa myſterium hoc incarnationis; difficultas eſt, an iſta voluntas diuina circa excellentiam incarnationis fuerit adeò efficax in Deo, vt, ſecluſa præuiſione peccati, mouiſſet Deum ad naturam humanam in carne impaſſibili aſſumendam. Quare

Io.

Tertia concluſio.

Dico tertiò nullum ſatis firmum fundamentum nos habere affirmandi diuinam voluntatem fuiſſe adeò efficacem circa incarnationem, vt, ſecluſa præuiſione peccati, Deum mouiſſet ad aſſumendam naturam humanam in carne impaſſibili. Hæc concluſio eſt contra Scotum, & Suariũ, vt patet ex dictis ſupra.

Probatur: adæquatum motiuum incarnationis fuiſſe remedium peccati, habemus ex Scripturis, & Patribus, ergo, ſecluſa prę uiſione peccati, nullum habemus fundamentum firmum affirmandi efficacem voluntatem Dei circa exequutionem incarnationis: conſequentia patet, quia opus incarnationis, cum fieri poſſit à Deo ob varia motiua, & ordinari ad diuerſos fines, nequit certò cognoſci, quo motiuo, aut fine de facto Deus motus fuerit ad illud volendum, niſi reuelatione, ſed ex hac vnicum motiuũ fuiſſe habemus, ſcilicet remedium peccati, ergo hoc etiam, & non aliud eſt aſſerendum quia in rebus, quæ pendent ex libera voluntate diuina, non debemus affimare, niſi id, quod nobis per reuelationem manifeſtatur, aut ex ea certò deducitur. Probatur primum ant. ſcilicet, adæquatum motiuum incarnationis fuiſſe remedium peccati ex Scripturis, & Patribus; huiuſmodi autem Sacra teſtimonia ſunt in duplici differentia, quædam motiuum aſſignant incarnationis tantùm remedium peccati, alia ſignatè omne aliud excludunt. Primi generis ſunt. B Matth. 18. Lucæ 19. *Venit filius hominis quęrere, & ſaluum facere, quod perierat*. Ad Hebreos; *Miſit Deus Filiũ ſuum factum ex Muliere, vt eos, qui ſub lege erant, &c.* Primæ ad Timoth. *Venit Ieſus peccatores ſaluos facere*; hùc pertinet parabola de Oue perdita, Lucæ 15. Io. 7. *Sic Deus dilexit mundum vt Filium ſuum vnigenitum daret, vt omnis, qui credit in eum, non pereat*. Io. 4. *Miſit Filium ſuum propitiationem pro peccatis noſtris*; & in Simbolo Niceno expreſſè dicitur: *Qui propter noſtram ſalutem deſcendit de cælis*. Inter ſecundi generis authoritates, quæ videntur excludere omne aliud motiuum incarnationis diſtinctum à motiuo remedij peccati, C eſt illud ex capite ſecundo ad Hebreos: *Ecce ego, & pueri, quos dedit mihi Deus; quia ergo pueri communicauerunt carni, & ſanguini, & ipse* (nempè Chriſtus) *ſimilitèr participauit eiſdem. vt per mortem deſtrueret eũ, qui mortis habebat imperium, & liberaret eos, qui timore mortis per totam vitam obnoxij erant ſeruituti*: & paulò poſt ſubdit: *nuſquã enim Angelos apprahendit, ſed ſemen Abrahæ apprahendit, vndè debuit per omnia fratribus aſſimilari, vt fieret miſericors*; quem locum rectè ponderat Raguſa diſp. 18. §. 14. & notat hic ab Apoſtolo aſſignari cauſam huius myſterij remedium peccati; poſt quam enim dixit *nuſquàm Angelos, &c.* ſubdit, *vt miſeri-* D *cors fieret, & fidelis Pontifex ad Deum, vt repropitiaret delicta populi*: & ſupra dixit: *vt per mortem deſtrueret eum, &c. ergo remedium peccati eſt cauſa incarnationis ſecundũ ſubſtantiam ſuam, atq; ex hoc loco colligunt cauſam huius myſterij ſecundùm ſubſtantiam Atanas. Ambroſ. Theophil. Theodor. Anſelm. Cyril. Alexandrin. lib. 2. de fide ad Reg.* hæc Raguſa, & paulò poſt notat cũ Theodor. in eumdẽ locum, *ideò Chriſtũ non aſſumpſiſſe naturam Angelicam, ne eſſet potentior morte, ſed humanam, vt moreretur*; loquitur autem de myſterio ſecundũ ſubſtantiã, dum reddit cauſã, cur non aſſumpſerit naturam angelicã, ſed humanã, vt moreretur: ergo mori,

Matth. Luc. Ad Hebr. ad Timoth. Lucæ. Io. Io. Simbol Nicen. ad Hebreos. Raguſa.

C & pa-

Digitized by Google

& pati fuit cauſa incarnationis ſimplicitèr: confirmatur; nam, ſi eſſet alia cauſa præter propoſitum moriendi, & redimendi, &c. cur incarnaretur, verbi gratia, excellentia myſterij; non rectè diceretur, ideò non appræhendiſſe Angelos, quia volebat mori; nã, etiamſi non debuiſſet mori, adhùc ſecundùm aduerſarios fuiſſet incarnatus; ergo non fuiſſet voluntas moriendi cauſa, qua Angelos non appræhendiſſet; ita Raguſa, apud quem plura legi poſſunt pro explicatione prædictæ authoritatis.

Item parabola de filio miſſo ad agricolas, quia alitèr non fuiſſet miſſus, ſi coloni *August.* benè egiſſent: Auguſtinus ſerm. 8. de verbis Apoſtoli: *Si homo*, inquit, *non peccaſſet: Filius hominis non veniſſet &c. nulla veniendi cauſa fuit Chriſto, niſi vt peccatores ſaluos faceret, tolle morbos, tolle vulnera, nulla cauſa medicina*. *Ambroſius, Athanaſius.* Ambros. in 3 caput ad Hebreos; *Non eſt alia*, inquit, *cauſa, quã hæc, &c.* Athanas. ſerm. 3. contra Arrian. *Cauſam cur Verbum carnem geſtauerit, hominum indigentiam*, *Niſſenus* ait, *qua ſublata, carnem non induiſſet*. Niſſenus oratione de Chriſti natiuitate: *Expectaſſe neceſſariò, vt omne peccatum germina-* *Nasiãzenus,* *ret, quaſi non alitèr venturus*. Nanzianz. oratione 4. de Theologia, cum dixerit humanitatis ſuſceptæ cauſam fuiſſe noſtram ſalutem, ſubdit: *Quid enim aliud cauſa afferri* *Leo.* *potuit!* Sanct. Leo Serm. 2. de Pentecoſte: *Si enim homo in ſua natura honore manſiſſet,* *Gregorius.* *Creator mundi non fieret creatura*. Gregorius lib. 4. in 1. Regum ca. 1. *Niſi Adam pec-* *Ireneus.* *caſſet, Redemptorem noſtrum carnem ſuſcipere non opporteret*. Ireneus lib. 3. c. 21. & lib. 1. cap. 14. *Si non haberet caro ſaluari, neq; Verbum Dei caro factum eſſet*.

Prima obiectio Scoti. Dices cum Scoto, & eius Sectatoribus ſimilia teſtimonia intelligi de Aduentu Chri- *Reſponſio.* ſti in carne paſſibili. Reſpondeo hoc eſſe effugium inefficax. Primò quia in ſcripturis, & Patribus nunquàm fit mentio de Aduentu Chriſti in carne impaſſibili; ergo ſine fundamento aſſeritur, cum ſit veritas hæc ex ſola reuelatione pendens. Secundò multa teſtimonia excludunt alias cauſas incarnationis, & negant, ſublato peccato, futuram incarnationem.

Secũda obiectio Suarij. Dices ſecundò cum Suario dicta diſp. 54. ſect. 4. cuius verba placet fidelitèr referre. *Dicendum eſt ſcripturam frequentiùs explicare rationem incarnationis, pro vt in executione facta eſt, & hæc eſt redemptio à peccato, vt vidimus; primæ enim rationes diuinæ prædeſtinationis rarò explicantur in ſcripturis, quia hæ aptiores ſunt, & earum cognitio minus eſt nobis neceſſaria, vt frequentiſſimè, cum Scriptura loquitur de hominum glorificatione, docet illam eſſe futuram iuxta eorum merita, proximam rationem glorificationis aſſignando, & non primam rationem prædeſtinationis,* A *quia illius cognito neq; eſt tam accommodata, nec tam vtilis hominibus; ſic etiam in propoſito frequentiùs aſſignatur ratio incarnationis ex peccato, quia illa fuit proxima ordine exequutionis, & illa, quomodo cæteras rationes in ſe complectitur, & eſt vtiliſſima hominibus ad declarandam acerbitatem peccati, & amorem Dei erga peccatores; ac deniq; quia in ea euidentiùs oſtenditur neceſſitas myſterij: & ferè eodem modo procedunt Sancti locis citatis, cuius ſignum eſt, quia non ſolùm poſt peccatum primi parentis, ſed etiam poſt infinitam hominum cæcitatem, & malitiam dicunt decreuiſſe Deum in perſona deſcendere ad ſaluandos homines, Athanas. Nazianz. & alij, quia eorum inſtitutum non erat ſubtilitèr inueſtigare al-* B *tiſſimas cauſas, & rationes diuinæ prædeſtinationis, ſed, vel pro concione inſtruere populum explicando myſterium, pro vt factum eſt, vel ſatisfacere infidelibus, qui magis de modo, ideſt de Chriſti morte, & paſſione, quam de ſubſtantia ipſius myſterij ſolent admirari, & ideò opportuit ſemper, vel frequentiùs cauſam aſſignare, non tantùm incarnationis, ſed etiam paſſionis, vt benè proſequitur Lactantius lib. 4. Inſtitutionum diuinarum c. 22. vbicũq; autem Scriptura modum prædeſtinationis huius myſterij, & rationem eius indicauit, ſemper Chriſtum primo loco conſtituit, & rationes myſterij ſignificat, quæ per ſe in ipſum conueniunt, & priores ſunt, quam remedium peccati, vt viſum eſt;* C hæc ſunt verba Suarij citati.

Reſpondeo prædicta non elidere vim *Reſponſio.* noſtræ probationis; primò quia aliqua teſtimonia ſcripturæ, & Patrum excludunt ſignatè, & expreſsè omne aliud motiuum incarnationis diuerſum à remedio peccati.

Secundò, quandò motiuum eſt tale, vt non neceſſariò moueat diuinam voluntatem, vel quò ad exercitium, vel quo ad ſpecificationem ad rem extra Deum producendam, debet cognoſci per reuelationem, alioquin ſine ſufficienti fundamento, & gratis omninò aſſeritur; ſed excellentia incarnationis non neceſſariò mouet diuinam D voluntatem, neque quò ad exercitium, quia eſt opus ad extra, neque quò ad ſpecificationem, vt, poſito quòd illam decernat, neceſſariò debeat illam decernere dependentèr à peccato, cum in hoc nulla ſit neceſſitas; ergo, niſi per reuelationem innoteſcat, non poteſt ex ipſa productione myſterij certò cognoſci. Ad illud verò, quod dicit Suarez, *non aſſignari in Scripturis primam rationem prædeſtinationis, &c.* dico eos qui affirmant alio motiuo Deũ prædeſtinare hominẽ ad gloriam quò ad intentionem; alio, quò ad exequutionẽ, ſimùl affirmare hoc duplex motiuum colligi ex ſcripturis, & Patribus, ex quibus, vt vidimus, non colligitur hoc duplex motiuum in prædeſtinatione

tione

Digitized by Google

tione Chriſti, alterum independens à peccato, alterum in exequutione à peccato dependens. Adde quòd, licet motiuum ſit tale, vt neceſſariò moueat diuinam voluntatem quò ad ſpecificationem, vt eſt motiuum, quod Deus habet de ſua gloria; hæc enim mouet neceſſariò diuinam voluntatẽ, quòad ſpecificationem, cum nullam rem poſſit Deus producere, niſi intendat ſe ipsũ; adde, inquam, quòd, licet tale motiuum non videatur neceſſariò exprimendum in ſacra ſcriptura, adhùc tamen illud expreſſum reperitur
Prouerb. Prouerb. 16. *Vniuerſa propter ſe ipſum operatus eſt Dominus*: ergo multò magis expreſſum debet reperiri, vt cum fundamento affirmetur aliud motiuum, quod non mouet neceſſariò diuinam voluntatem.

Tertia obiectio Suarij. Dices tertiò ex eodem Suar. prædictis auctoritatibus probari non fuiſſe venturum Chriſtum ex vi præſentis decreti, poſita ſcientia de peccato conditionali futuro; quia, ſi tùnc illud præuiſum non permiſiſſet, non feciſſet hoc decretum, quod habuit de incarnando Chriſto optimo, atq; altiſſimo modo; non autem probari non fuiſſe futurum, nullo præuiſo peccato, quia tùnc moueret decretum de incarnando Chriſto.

Reſponſio. Reſpondeo adhùc noſtram probationem remanere in ſuo robore. Primò quia ex ſacris paginis, & Patribus nobis non conſtat de illo decreto, quod mouiſſet Deum ad aſſumendam carnem, ſecluſa præuiſione peccati, immò ſcripturæ, & Patres, vt vidimus, abſolutè negant Chriſtum fuiſſe venturum, peccatò quomodocunq; non exiſtente. Secundò non rectè per hanc hypoteſim poſſibilem explicatur ſenſus ſcripturarum, & mens Sanctorum Patrum, qui ſolùm loquuntur ex hypoteſi particulari, ſi peccatum extitiſſet, &c. Tertiò (quod eſt valdè notandum) ſi, non habita ratione reuelationis, aliquid de myſterio incarnationis eſſet affirmandum arguendo ab eius dignitate, & excellentia, quatenùs in eius exequutione elucet bonitas, & munificentia diuina in communicanda perſona diuina naturæ humanę; liceret etiam arguere, quòd eadem bonitas diuina apparuiſſet, ſi perſona diuina vnica fuiſſet naturæ Angelicæ, & ſic nulla eſſet ratio affirmandi, cur potiùs vnionem diuinæ perſonę cum natura humana, quam cum natura Angelica Deus voluiſſet.

Quarta obiectio. Dices quartò pro prædicta ſententia ex quibuſdam ſcripturis innui ſatis apertè diuinum decretum de aſſumenda carne ante præuiſionem peccati:
Io. Io. 10. *Veni, vt vitam habeant, & abundantius habeant*: & primę
ad Corinth. ad Cor. ſecundo; *Hoc myſterium prædeſtinatum eſt ante ſæcula in gloriam noſtram*; &
Prouerb. Prou. 8. *Dominus poſſedit me in initio viarum ſuarum*, vel, vt Septuaginta habent; *Creauit me Dominus initium viarum ſuarum*

A *in opera ſua*; quem locum de Sapientia incarnata exponunt multi Patres, quos cit. Salazarus in dictum locum num. 143. Salazarus. at Sapientia incarnata non ſecundùm rem condita eſt ab æterno, nec ſecundùm quodcumq; propoſitum; id enim eſt commune omnibus rebus; ergo dicendum eſt, quòd in mente Dei fuit in aliquo priori ſigno prędeſtinata incarnatio. Item in c. 1. ad Coloſſ. ad Coloſſ. vbi Chriſtus dicitur primogenitus omnis creaturæ, *Quoniam ex ipſo condita ſunt vniuerſa in Cælo, & in terra*, & paulò poſt, *omnia per ipſum, & in ipſo creata ſunt*; ſed primogenitus non dicitur, niſi ratione humanitatis, vt conſtat ex Patribus. Demùm Io. 3. Io. *Sic Deus dilexit mundum, vt Filium ſuum vnigenitum daret*, vbi dilectio aſſigna-
B tur, tanquam motiuum incarnationis; ergo in priori ſigno ob amorem Dei erga naturam humanam intelligitur Chriſtus prædeſtinatus.

Reſpondeo in illo Io. 10. Sermonem eſſe Reſponſio. de aduentu in carne paſſibili, quem nec Scotus vult futurum fuiſſe, non exiſtente peccato, vndè ſtatim ſubditur: *Ego ſum Paſtor bonus*: & priùs etiam dictum erat; *fur non* Io. *venit, niſi vt furetur, mactet, & perdat*; *ego veni, vt vitam habeant*: ex quibus patet ſermonem eſſe de incarnatione facta ad redimendum à peccato. Ad illud ex primę ad Corinthios ſec. reſpõdet Raguſa diſp. 28. §. Raguſa. 17. cum Ambroſio, Hieronymo, & Anſel- S. Ambros. mo, per gloriam intelligi ea, quæ habentur S. Hieronymus.
C ex fide contra ſapientiam humanam; *& ſanet* (in quit) *locutio Apoſtoli*; *Sapientiam loquimur, ſapientiam autem non huius ſæculi*: Anſel. ſecundò dicit gloriam noſtram non eſſe diuerſam à remedio peccati, quia illa continetur in hoc, non autem è contra: & fanet expreſsè Chryſoſt. homil. 7. in cit. locum, Chryſoſt. vbi ait, *Hoc autem ſignificat, prædeſtinauit in gloriam noſtram; quanquam alibi dicat; in gloriam ſuam; ſuam enim gloriam noſtram arbitratur ſalutem, quemodò etiam ſuas vocat diuitias, etiamſi ipſe ſit diuitia bonorum, & nullo indigeat adhoc, vt ſit diues. Prædeſtinauit, inquit, vt quam erga nos curam habet,*
D *oſtenderet*: hæc D. Chryſoſt. & quòd ibi loquatur Apoſtolus de aduentu Chriſti ad redimendum nos à peccatis, etiam colligitur ex his, quæ ſubdit idem Chryſoſt. *Sapientiam autem, & Chriſtum appellat, & Crucem, & prædeſtinationem; verum opportunè Dominum gloriæ vocauit; etenim, quoniam Crux ignominia eſſe videtur, maximè gloriæ eam eſſe oſtendit*. Ad illud 8. Prouerb. Prouerb. reſpondeo cũ Raguſa diſp. 28. §. 17. primò Raguſa. poſſe explicari de ſapientia, abſtrahendo à creata, & increata, ita, vt ipſa ſapiẽtia per proſopopeiam introducatur de ſe ipſa loquẽs ſic: *Dominus poſſedit me*, ſicut & ſuperiùs introducitur per eandem proſopopeiam

Digitized by Google

loquens in ſummis, excelſiſque verticibus ſu- A
pra viam in medijs ſemitis ſtans, & dicens, ò
viri, ad vos clamito, intelligite, &c. Vide etiam
Salazarum explicantem prædictum locum,
à num. 236. Secundò non deſunt Patres, qui
Tertullianus, Ambroſius, Dionyſius Roma. apud Athanaſium. locum prędictum de Sapientia increata ex-
ponunt, Tetullianus lib. contra Praxiam
c. 7. Ambroſius lib. de Filij diuinitate contra
Arrianos, & alij cit. à *Raguſa*, & præter eos
Dionyſius Romanus apud Athanaſium epi-
ſtola de decreto Nicenę Synodi, Hyeronym.
epiſt. ad Cyprianum. Nec obſtat quòd ſep-
Hieronym. Hilarius. קנה tuag. verterunt, *Dominus creauit me*; nam
ſiue, vt notat Hieronym. hebraicum verbũ
Kanah ſignificat poſſidere, non creare; ſi-
ue, vt Hilarius, *verbum, creauit, ponitur ad*
B *oſtendendam Sapientiam genitam ex non ſu-*
biecto, & ſine mutatione generantis, ſiue ſen-
ſus eſt, vt exponit Salazarus in prędictum
locum n. 235. *Dominus creauit me initium &c.*
Nazianzenus, Athanas: Baſilius. ideſt præfecit me inchoandis, atque initian
dis operibus ſuis; quia tamen Nazianzenus
oratione 3. de Theologia, Athan. ſerm 3 cõ-
tra Arrian. Baſilius lib. 4. contra Eunomium,
& alij multi Patres cit. à Salaz. dicto n. 143.
exponũt de Sapientia creata reſpectu huma-
nitatis; hoc ſenſu etiam admiſſo, reſpondeo
colligi tantùm Chriſtum fuiſſe volitum ra-
tione excellentiæ ſupra omnes creaturas, &
præterea, tamquam finem, quod eſt veriſ-
ſimum, vt dicemus quæſt. ſequenti. Et ſimi-
ad Coloſ. vide Raguſ. litèr reſpõdeo ad illud ad Coloſſ. primo, Chri C
ſtum dici primogenitum, quia eſt caput om-
nium prædeſtinatorum, vt explicabimus q.
ſequenti: alias expoſitiones omitto, quæ
videri poſſunt apud Raguſ. §. 17. cit. diſp.

Io. Ad teſtimoniũ Io. 3 ex ipſo contextu dico
patere ibi ſermonẽ eſſe de Chriſto incarna-
to in remedium peccati; primò quia dici-
tur, *Vt omnis qui credit in ipſum, nõ pereat &c.*
ſecundò ex præcedentibus verbis, quibus
dicit, *opportet naſci denuò*, ideſt per baptiſ-
mum ad tollendum peccatum; & ex ſequen-
tibus, in quibus de æneo Serpente Chriſtum
crucifixum figurante fit mentio: vndè eui-
dentèr colligimus dilectionem prædictam
in Chriſto ordinato ad redemptionem no-
ſtram conſiſtere. D

Dices quintò: tam Angelus, quam Adam
ante peccatum per reuelationem diuinam
cognouerunt myſterium incarnationis, ſed
neuter fuit ſui lapſus præſcius; ergo, etiam
peccato ſecluſo, Verbum fuiſſet incarnatu:
conſequentia probatur, quia cum ipſo my-
ſterio debuit ipſius cauſa reuelari; cum er-
go tùnc per reuelationem non cognouerint
Redemptionem à peccato, alioquin ſui lap-
ſus fuiſſent præſcij, aliam cauſam incarna
tionis diſtinctam à redemptione peccati co
gnouerunt per diuinam reuelationem; ma-
D. Tho. ior eſt certa, quia ex S. Tho. 2. 2 quęſt. 2.
art. 4. vterque debuit per finem incarnatio-

A nis iuſtificari; minor eſt Auguſt. lib 11. ſuper Auguſt. Bern.
Gen. ad litt. c. 17. & 18 & probatur à Bernar-
do, *Alioquin*, inquit, *ſi ſciuiſſet Diabolus*
Chriſtum fore in remedium peccati incarnan-
dum, primos Parentes non tentaſſet, ne ex
eorum peccato tantum bonum naſceretur.

Confirmatur ex Suar. quia non potuit cõ- Suar.
uenientèr reuelari Chriſtum fide credendũ,
quin aliqua cauſa fuerit ad tantum benefi-
cium homini præſtandum.

Reſpõdeo cum S. Doct. 2. 2 quæſt. cit. fuiſ- Reſponſio ex D. Tho.
ſe reuelatum Chriſtum, quatenùs ordina-
batur ad cõſummationem gloriæ, non qua-
tenùs ordinabatur ad redemptionem à pec-
cato per paſſionem, & reſurrectionem,
quia non fuit neceſſarium in reuelatione in-
B carnationis integram eius cauſam reue-
lari. His ita explicatis, facile erit reſponde-
re titulo quæſtionis. Quare

Dico quartò Beatã Virginem ante præui Quarta concluſio.
ſum peccatũ non fuiſſe electam ad materni- B. Virgo fuit electa ad maternitatem Dei, & prædeſtinata ad gloriam poſt præuiſum peccatum.
tatem Dei, neque ad gloriã prędeſtinatam.
Probatur primò auctoritate Patrum: D. An-
ſelmus de excellentia Virginis c 1. illam ſic
alloquitur; *Cur itaq. non iuuabis nos peccato-*
res, quãdoquidèm propter nos in tantam altitu-
dinem es eleuata, vt te Dominam habeat, & ve-
neretur omnis paritèr creatura? Auguſtinus D. Anſelm.
in cap primum Matth. in illa verba: *Ipſe* Auguſt.
enim ſaluum faciet populum ſuum: Si homo, in S. Tho.
quit, *non peccaſſet, Virgo non peperiſſet*; quæ
C verba citat S. Th in 3. diſt. prima, q. 1. ar 2.
in corpore & addit alia huiuſmodi ex eo-
dem D. Auguſtino. Afferri etiam poſſet pro
hac concluſione id, quod in quodam anti
quo hymno habetur: *Per te Deum adit reus,* Hymnus.
ad quem per te venit Deus. Tu amborum
media, nec abhorres peccatores ſine quibus nun-
quam fores tanto digna filio. Verum, quia
an hic hymnus fuerit receptus ab vniuerſa-
li eccleſia, an verò ab aliqua particulari, du-
bium eſt, ideò non facio vim in hac re.

Præterea Patres, qui docent Verbum nõ
fuiſſe aſſumpturum carnem, ſi peccatum nõ
extitiſſet, implicitè etiam docent Mariam
non fuiſſe ante præuiſum peccatum electam
Dei Matrem. Secundò remanet probata
D hæc concluſio ex dictis concluſione ſecun-
da; ſi enim nullum ſatis firmum fundamen-
tum habemus affirmandi diuinam volunta-
tem fuiſſe adeò efficacem circa Incarnatio-
nem, vt, ſecluſa peccati præuiſione, Deum
mouiſſet ad aſſumendam naturam humanã
in carne impaſsibili, ſequitur quòd nec vl-
lum ſatis firmum fundamentum habemus
affirmandi Mariam ante præuiſum pecca-
tum fuiſſe electam Matrem Dei. Et ſimili-
tèr, cum electio ad gloriam ſit dependentèr
à meritis Chriſti; ſequitur quòd, ſi Chriſtus
ante præuiſum peccatum non fuit præfini-
tus, nec Beata Virgo ante pręuiſum pecca-
tum fuit ad gloriam prædeſtinata. Plura

quæ

Digitized by Google

Salazar. queę faciunt pro prædicta concluſione, videri poſſunt apud Salazarum de Conceptione cap. 6. 19. 23. & 24.

An verò in ſententia Scoti ſit admittendum Beatam Virginem poſt peccati præuiſionem definitã eſſe, vide eundem Salazarum de Conceptione cap. 24. §. 15.

Eſſent hic diluenda argumenta Scoti ſupra adducta in principio queſtionis, ſed cõmodiùs hoc fiet ſequenti queſtione.

QVAESTIO QVARTA.

Quo ordine fuerit Chriſti Incarnatio prædeſtinata, & Maria Virgo electa ad Maternitatem Dei.

QVAM ardua, & difficilis ſit hęc queſtio, colligi poteſt ex diuerſis ſententijs, quas ſtatuerũt Recentiores, de quibus enucleatè, & eruditè Salazar. de Conceptione
Salazar. difficultas in quo ſita. à cap. 4. vſque ad 24. agit. Porrò difficultas in eo præcipuè ſita eſt, quòd ex vna parte ſunt plures auctoritates tum ſcripturę, tum Patrum pręcedenti queſtione adductę, aſſerentes Verbum non fuiſſe incarnandum, peccato nõ exiſtẽte; ex alia verò parte vrgẽt paritèr auctoritates tũ Scripturę, cum Patrũ affirmantes, Chriſtum fuiſſe prędeſtinatum, vt finem, caput, & exemplar prędeſtinatorum, ſed non potuit prędeſtinari, vt finis, caput, & exemplar prędeſtinatorum, & ſimùl dependentèr à peccato, quia peccatum ſupponebat gratiam iam collatam, fuit enim illius priuatio; ergo non potuit dari dependentèr à Chriſto nondùm prędeſtinato, ergo Chriſtus ſaltèm non fuit caput, & auctor gratię Adamo, & Angelis collatę, qui præceſſerunt peccatum Adami.

Inter auctoritates autẽ atteſtantes Chriſtum fuiſſe prędeſtinatum caput, & finem
Prou. omnium, prima eſt 8. Prou. *Dominus poſſedit me in initio viarum ſuarum*, ex quo loco colligitur ſaltèm, vt præcedenti queſtione diximus, Chriſtum fuiſſe volitum ſupra omnes creaturas ratione excellentię, & tanquam finem, & caput prędeſtinatorum.

ad Rom. ad Colos. Concilia Sabinenſe, Epheſinum, Hieronym. Anſel. Chryſoſt. S. Tho. Secunda ad Romanos 8. & ad Colos. 1. dicitur *Chriſtus Primogenitus omnis creaturę*, quod de Chriſto, vt homine intelligũt Cõcilia Sabinenſe, Epheſinũ, Hieronymus. Anſel. Chryſoſt. S. Th. 3. p. q. 4. a. 5. eo quòd Chriſtus, vt Deus non dicitur Primogenitus, ſed Vnigenitus, vt pręd ícta Concilia notarunt, & conſtat ex verbis Pauli, *Vt ſit ipſe*, inquit, *Primogenitus in multis fratribus*, non, vt Gloſa exponit, ſecundùm id, quod Vnige-
A nitus eſt, fratres non habet; ſecundùm id autem, quòd Primogenitus eſt, fratres dignatus eſt vocare omnes, qui per eius primatum in Dei gratia remanſerunt: ratio autẽ, cur Chriſtus dicitur Primogenitus omnis creaturæ, redditur ab Apoſtolo citato loco ad Coloſs. *Quia*, inquit, *in ipſo condita ſũt vniuerſa, & omnia per ipſum, & in ipſo creata ſunt, & ipſe eſt ante omnes, & omnia in ipſo conſtant; & ipſe eſt Caput Eccleſiæ, vt ſit in omnibus ipſe primatum tenens*; quæ authoritas, cum nequeat exponi de primitate temporis, exponẽda eſt primitate rationis, & excellentiæ, quam habuit in æterno decreto Dei. Quod confirmari poteſt ex illo Pſ. 8 *Conſtituiſti eum ſuper opera manuũ tua-* Pſ.
B *rum*: quæ verba de Chriſto intelligunt Auguſtinus, Hieronymus, & Gloſa, ita, vt non Auguſtinus, Hierony. & Gloſa.
ſolùm ſermo ſit de poteſtate, quam Chriſtus in tempore accepit, ſed multò magis de primitate, quam habuit in diuina prædeſtinatione, vt iuxta Diuum Paulum verificetur, quòd ipſe in omnibus ſit primatum tenens.

Tertia ad Romanos 8. Chriſtus cauſa exemplaris noſtræ prædeſtinationis poni- ad Rom.
tur illis verbis, *Quos præſciuit, & prædeſtinauit conformes fieri imaginis Filij ſui*, quod de Chriſto, vt homo intelligit Hieronymus; & colligitur ex eo, quod ſubditur, *vt ſit ipſe Primogenitus in multis fratribus*.

C Quarta ad Corinthios tertio, *Omnia*, inquit ad Corinth.
Apoſtolus, *veſtra ſunt, vos Chriſti, Chriſtus autẽ Dei*; vbi eodẽ modo nos dicimur Chriſti, quo omnia dicuntur noſtra, ſunt autem omnia noſtra, quia propter nos, tanquam proptèr finem condita ſunt; ergo dicimur nos Chriſti, quia propter ipſum, tanquam propter finem conditi ſumus; quod expreſ-
ſe etiam habet Trid. ſeſſ. 6. c. 7. vbi Chriſtum Trident.
vocat finalem cauſam noſtræ iuſtificationis

Quinta ad Ephes. 1. *Prędeſtinauit nos per* Ad Ephes.
Ieſum in ipſum, notandæ ſunt illæ particulæ, per, & in, quæ diuerſas habitudines cauſæ fi-
D nalis, & meritoriæ ſignificant.

Sexta Ad Hebreos ſecundo, *Videmus Ieſũ* Ad Hebr.
propter paſſionem mortis gloria, & honore coronatum, & ſtatim; *decebat enim eum, propter quem omnia, & per quem omnia, qui multos filios in gloriam adduxerat, auctorem ſalutis eorum per mortem conſummari*. Et Iſaias c. 11. loquens de Chriſto, quatenùs Iſai.
paſſus eſt: *Qui ſtat*, in quit, *in ſignum populorum, ipſum gentes deprecabuntur, & erit ſepulcrum eius glorioſum*. Sunt præterea authoritates Patrum: Auguſtinus lib. de præ- Auguſt.
deſtinatione Sanctorum cap. 15. *Eſt præclariſſimũ lumẽ*, ait, *prædeſtinationis ipſe Saluator, ipſe Mediator Dei, & hominum homo Chriſtus Ieſus*; quam auctoritatem de cauſa exemplari interpretatur S. Tho. 3. p. q. D. Th.
24. a. 3. Accedit etiam ratio, quia non decuit

Deum

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Deum æterno ſuo conſilio priùs de membris, A quam de capite deliberare. Confirmatur, quia Chriſti anima, & eius gloria magis à Deo diligitur, & maioris eſt valoris, quam omnes prædeſtinati, vt rectè D. Thomas ſentit 1.p.q.20. art.4. ad primum & q.25.art.6. ad 4. ergo credibile eſt, quòd Deus in æterno decreto non priùs de cæteris prædeſtinatis, quam de Chriſto deliberarit.

S. Th.

Pro conciliandis prædictis auctoritatibus, & etiam pro eximenda Virgine Beatiſſima à labe peccati originalis varij excogitati fuerunt modi, quos, vt dixi, Salazar. collegit à cap.4. de Conceptione, & omnes B cenſura ſugillat vſq. ad caput 24. vbi alios modos affert, pluraq. pro eorum probalitate congerit.

Salazar.

In hac quæſtione ſupponenda ſunt ea, quę dixi in prima quæſtione huius tractatus de diſtinctione ſignorum rationis in actibus diuinis. Hoc poſito,

Modus Scoti

1 Primus modus eſt in via Scoti, & colligitur ex eo in 3.diſt.19. & in report. diſt.7.19. & 32. vbi ponit Chriſtum fuiſſe prædeſtinatum ante omnia; vndè, ſi nulla creatura condita eſſet, adhùc Chriſtus futurus fuiſſet. Quare in ſententia Scoti hęc ſigna in mente diuina videntur diſtingui: in primo Deus dilexit ſe ipſum, vt ſummum bonum; in ſecundo voluit Chriſtum ad ſummam gloriam, C vt conuenientiſſimum medium ad ſuæ gloriæ manifeſtationem; in tertio prædeſtinauit aliquos ad gloriam; circa reliquos habuit actum negatiuum non prædeſtinandi: in quarto cognouit illos in Adamo lapſuros: in quinto ordinauit Chriſtum in remedium peccati in carne paſſibili. Quo poſito, priores authoritates, quæ aſſerunt Chriſtum non fuiſſe futurum, peccato non exiſtente, explicantur in hac ſententia de ſecundo decreto in carne paſſibili, authoritates verò poſteriores atteſtantes Chriſtum prędeſtinatum fuiſſe finem rerum omnium, caput, & exemplar prædeſtinatorum intelliguntur ſecundùm Scotum de primo decreto D in carne impaſſibili.

Modus Suar.

Ad hanc ſeriem ſignorum reducitur modus Suarij diſputatione quinta, ſect. 2. & 3. diſtinguentis quatuor ſigna. Primum, in quo Deus voluit Chriſtum connexum cum creaturis, tanqnam caput cum membris, & finem cum medijs; in quo ſigno dicitur Chriſtus prior negatiuè, quia nemo ante ipſum eſt volitus, cauſalitate finis, non autem ſubſiſtendi conſequentia, quia non eſt volitus, niſi connexus cum creaturis. Secundum, in quo permiſit peccatum præuiſum ſcientia conditionali, tanquam optimum medium exequendi Incarnationem iam prędeſtinatam in primo ſigno exequendam nobiliſſimo modo. Tertium, quo præuidit peccatum ſcientia viſionis. Quartum, quo decreuit Incarnationem in carne paſſibili in remedium peccati; & hæc ſigna ex eodem Suar. nobiſcum colligit Raguſa diſp.30.ſ.1. verſus finem.

Raguſa.

Salazarus.

Salazarus verò c.4. de Conceptione, collatis his, quę docet Suar. de Chriſto Domino 3.p.q.1. a.4.diſp.5.ſect.1.& 2.& de Virgine q.27. diſp.1.ſect.3.& diſp.3.ſect.2. & 3; ac de prędeſtinatis omnibus p.p. lib. 2. de cauſa prædeſtinationis c.24. num.21. hęc ſigna in ſententia Suarij colligit. Primum, in quo Deus prædefiniuit via intentionis Chriſtum Dominum, & eius Incarnationem, quòad ſubſtantiam, & eas proprietates, quæ illam per ſe comitantur. In ſecundo Deus Matrem Chriſti elegerit efficacitèr; poſtea ad eam gratiæ plenitudinem, & ad alia priuilegia, quæ tali dignitati conueniebant, deſtinarit. In tertio ſigno Deus omnes alias creaturas, mundumq. vniuerſum ſecundùm eſſe naturale fore ſimilem admodùm efficacitèr decreuit. In quarto prędeſtinatos omnes, tam ex Angelis, quam etiam ex hominibus efficacitèr Deus elegit ad gloriam, & eum gradum gratiæ, & glorię cuiq; deſtinauit, quem poſtea conſequuturus erat; circa reprobos autem negatiuè ſe habuit. In quinto Adamum, atq; Euam decreuit condere, tanquam primos parentes, ex quibus genus omne humanum traheret originē, &, ſicut Adam caput erat in ordine naturę; ita etiā foret in ordine gratię ad poſteros traſfundendæ; vndè cum illo de tranſmittenda in poſteros gratia, atq. etiam in Beatam Virginem pactum inijt, ſi ipſe ſuam gratiam originariam ſeruaſſet; ſi verò illam deperderet, in damnum etiam poſterorum redundaret. In ſexto ſigno permiſit Deus lapſum Adami, ob cuius peccatum omnes poſteros cū Virgine originali peccato obnoxios factos eſſe, atq. debito illius contrahendi obſtrictos affirmandum eſt in ſententia Suarij. In Septimo ſigno, præuiſo peccato Adami, & præuiſa omni eius ſobole cum Maria etiam peccato originali obnoxia, eiuſq. contrahendi debito obſtricta, vt Adami filia, prædeſtinauit Filium in carne paſſibili; & demùm in octauo ſigno, cum reliquos homines in peccatum originale labi permiſiſſet, ex meritis Chriſti paſſibilis Mariam à peccato originali præſeruare decreuit; illamq. ad eum gratiæ cumulum via exequutionis extulit, ad quam ante lapſus Adami preuiſionem pręordinauit.

Hi modi hùcuſq; aſſignati ex dictis reijciuntur, tum quia non benè ſaluant authoritates priores negantes futuram Verbi Incarnationem, peccato non exiſtente, tum quia ex vi primi decreti præciſè Chriſtus non fuiſſet venturus, quia, cum illud præſcindat à modo paſſibilitatis, & impaſſibilitatis.

reiectio.

Digitized by Google

tatis, & Chriſtus re ipſa venire non potuerit, niſi determinatè, vel ſub modo paſſibilitatis, vel ſub modo impaſſibilitatis, non fuiſſet ſufficiens ad Chriſti Incarnationem exequendam. Vide plura, quæ pro confutatione prædictorum modorum faciũt, apud
Salazar. Salazar. de Conceptione c.6.

Caietanus. Caietanus .3.p.q.1.art.3. tres ordines aſſert naturæ, gratiæ, & vnionis hypoſtaticę. Sed præterea, quæ prima quæſtione huius tractatus diximus contra ſententiam Caie-
Reiectio. tani, eſt quòd non ſaluat authoritates poſteriores, atteſtantes, Chriſtum fuiſſe prædeſtinatum caput, & exemplar prædeſtinatorum. Præterea ex triplici hoc ordine aſſignato ſequitur, priùs fuiſſe electos homines ad gloriam, quam fuerit prædeſtinata Incarnatio, quia electio ad gloriam pertinet ad ſecundum ordinem gratiæ, qui ponitur ante tertium ordinem vnionis hypoſtaticæ; immò ſequeretur etiam prædeſtinationem noſtram non fuiſſe dependentem à meritis Chriſti, quia, vt patet, in hac ſententia, ponitur in ſecundo ſigno ante vnionem hypoſtaticam, quæ ponitur in tertio ſigno.

Valentia, Cabreda. Valẽtia diſp.p.q.p. puncto ſeptimo, & Cabreda diſp.p. ſ. 24. ad conciliandas vtraſq; authoritates, docent Chriſtum fuiſſe prædeſtinatum priùs in genere cauſę finalis, dependentèr tamen à peccato præuiſo ſcientia viſionis in genere cauſę materialis; vndè, in eodem, inquiunt, ſigno rationis Deus voluit Chriſtum, vt finem rerum omnium, & ſimùl voluit illum in remedium peccati in eodem ſigno præuiſi ſcientia viſionis; vndè ſequitur, quòd, ſi peccatum non fuiſſet, Verbum non aſſumpſiſſet carnem; quia ita eſt volita Incarnatio, vt finis, vt in eodem ſigno ſic volita, connexa cum remedio peccati; poteſt autem aliquid eſſe prius alio, & neceſſariò connexum cum illo, vt pater prior filio, neceſſariò tamen connexus cum illo, & finis eſt prior vnico medio, neceſſariò tamen connexus cum illo.

Reiectio. Sed contra hanc ſententiam eſt, quia Incarnatio in prædicta ſententia eſt prædeſtinata in remedium peccati præuiſi ſcientia viſionis abſolutè futuri; ergo hæc ſententia priùs ſupponit decretam Incarnationem, quam ipſa Incarnatio ordinetur in remedium peccati; ergo non poteſt intelligi, quòd huiuſmodi præuiſio peccati futuri ſit regula ad hoc, vt diuina voluntas eligat Incarnationem, vt medium ad redimendum à peccato: prima conſequentia patet, quia talis cognitio peccati futuri ſupponit efficax decretum de Incarnatione; quia ſupponit Adamum efficacitèr volitum cum gratia, & iuſtitia originali dependentèr à Chriſto præintento, vt fine rerum omnium. Plura pro confutatione dictę ſententię videri poſ-

A ſunt apud Raguſam diſputatione 18. ſ. 6.

Vaſq. diſp. 11.cap.6. docet finem, cuius gratia, fuiſſe humanam Redemptionem, non cõtra; finem verò, cui, hominem lapſum, non Chriſtum; nam ideò Verbum carnem aſſumpſit, vt hominem redimeret, & non è cõtra ideò Redemptio facta eſt, vt Chriſtus fieret; gloria verò Chriſti accidentalis, eiuſq; nominis exaltatio fuit finis, cuius gratia vnoſtræ redemptionis, non quidèm motiuus, ſed impulſiuus, quia fuit occaſionatus ex ipſa redemptione noſtra; vndè poſteriores auctoritates intelligit Vaſq. de prioritate non cauſalitatis, ſed dignitatis, vel de Chriſto, vt Deo; vt autem ſaluet omnem prædeſtinationem noſtram eſſe ex meritis Chriſti, vide Raguſã. Vaſq:

B ſupponit nullum hominem ante præuiſum peccatum fuiſſe prædeſtinatum, ſed omnem prędeſtinationem hominis, & Adami factam fuiſſe propter prædeſtinationem Chriſti. Hanc ſententiam Vaſq. probabiliorem putat Raguſa diſp.30.ſ.1. in via Diui Thomæ, & pluribus eam explicat. Porrò ſecundùm Vaſq. hæc ſigna in actibus diuinis conſtituuntur. Raguſa, Dino.

Primò Deus decreuit condere hominem ſanctum, & iuſtum, qui poſſet, ſi vellet, ſuis meritis gloriam conſequi. Secundò illum permiſit in peccatum labi, non eo fine, vt illum redimeret, eiuſq; redemptione gloriam ſuam optimo modo manifeſtaret, ſed alio. Tertiò, permiſſo peccato, Deus habuit ſimplicem voluntatem circa ſalutem hominum, ad quem finem optimum medium elegit per condignam ſatisfactionem. Quartò decreuit mittere Filium ſuum in carne mortali, qui meritis ſuis ſalutem nobis, & gratiam impetraret, in quo ſigno decreuit efficaci voluntate dare quibuſdam gratiam efficacem, alijs verò ſufficientem ex meritis Chriſti præuiſis; cum anteà non niſi ſimplici voluntate gratiam, & gloriam nobis deſideraret. Signa allata à Vaſquæ.

C

Iuxta hanc ſententiam, in hoc quarto ſigno, dicere poſſemus, à Deo electam fuiſſe Mariam Matrem Chriſti, eamq; congruentibus ad talem dignitatem gratijs, & priuilegijs eleuatam, atq. adeò à labe originalis
D culpæ ex meritis Chriſti præſeruatam eſſe.

Sed contra hanc ſententiam eſt primò, quòd non ſaluat multas ex citatis auctoritatibus, præſertim illas, quæ docent, Chriſtum fuiſſe finem, & exemplar creaturarum; nam, etſi à nonnullis explicentur de Chriſto, vt Deo, vel de Chriſto, vt homine, ſecundùm prioritatem dignitatis; quia tamen à multis intelliguntur de Chriſto, vt homine, ſecundùm prioritatem cauſalitatis, & hoc ſpectat ad maiorem Chriſti dignitatem, aſſerenda eſt aliqua explicatio, quæ ſaluet prædictas auctoritates. Reiectio.

Secundò contra eſt, quia prædicta ſententia

tentia

Digitized by Google

A tentia neceſſariò debet admittere multa dona ſupernaturalia conceſſa eſſe creaturis independentèr à meritis Chriſti, cuius oppoſitum, vt congruentius ſcripturis, & Patribus, & Chriſti dignitati, hic ſuppono cum ſententia D. Th. in tertio diſt. 13. q. 1. & ſecunda, quæ affirmat Chriſtum ſecundùm humanitatem non ſolùm eſſe caput hominum, ſed etiam Angelorum, non tantùm quò ad externam gubernationem, & accidentalem gloriam, ſed etiam quòad gratiam iuſtificantem, illuminationem, & eſſentialem gloriam, quod probant auctoritates poſteriores ſupra adductę in principio quæſtionis; & Patres pro hac veritate legi poſſunt apud Vaſq t. 1. p. 3. diſp. 49. & patet hoc ſequi ex predicta ſententia; nam B ſimplex illa voluntas, quam Deus habuit de hominum ſalute, pręuiſo peccato, & nondùm Chriſto prædeſtinato; nec non iuſtitia originalis Adamo collata, quę præſupponebatur ad eius peccatum; item tota gratia, & gloria Angelorum, quorum electio, & reprobatio præſupponebatur ad peccatum Adami, eſſe non potuit ex meritis Chriſti.

Raguſa. Eius ſigna.

Raguſa diſp. 30. §. 5. numerum, & ordinem actuum circa Chriſti prædeſtinationem ſic conſtituit. In primo ſigno rationis Deus ſcientia ſimplicis intelligentiæ cognoſcit omnes creaturas poſſibiles, & ſcientia media cognoſcit quid in hac, vel in illa C circumſtantia quævis voluntas creata volitura ſit. In ſecundo ſigno Deus inſtituit ſimùl ordinem naturæ, & gratię; decreuit enim condere Angelos perfectos in naturalibus, ordinando eos ad gloriam ſupernaturalem obtinendam per merita ſupernaturalia, & dare illis gratiam ſupernaturalem: item primum omnium hominum Adam in naturalibus, illum ordinando ad ſupernaturalem beatitudinem per gratiam ſupernaturalem, quam gratiam ad eius ſobolem transfunderet, ſi ipſe in gratia perſeueraret; ſi verò peccaret, eius poſteri omnes naſcerentur peccatores. In tertio ſigno vidit D Deus peccaturos quoſdam Angelos, quoſdã non peccaturos, Adam verò protoparentem noſtrum peccaturum, & ſua culpa damnum illaturum vniuerſę poſteritati. In quarto ſtatuit Deus in remedium peccati mittere Filium ſuum hypoſtaticè vnitum naturæ humanæ, ſaluo tamen honore, & primatu dignitatis, qui Chriſto Vnigenito Filio ſuo inter omnes creaturas debetur, vt ſcilicet veniat, tanquam Caput, Rex, & Princeps inter homines, & nihilominus aduentus ipſius, Incarnatio, & mundo ſint propter remedium peccati, & ſalutem noſtram, tanquam propter finem, cuiusgratia, & propter hominem, vt finem, cui; qui fines redundant in gloriam Chriſti, & Dei. Plura pro prædictis ſignis videri poſſunt apud ipsũ Auctorẽ loco citato.

Reiectio.

A Sed contra hanc ſententiam eſt, quia, dum hic Auctor in ſecundo ſigno ponit gratiam eſſe collatam Angelis, & Adamo, & in eo ſigno nondùm eſſe prædefinitum Chriſtum; ſequitur, quòd illa gratia Angelis collata, & Adamo non ſit dependentèr à meritis Chriſti; & ſic Chriſtus non eſt vniuerſalitèr Caput Angelorum ſecundùm naturam humanam per influxum gratiæ iuſtificantis, & gloriæ eſſentialis: & ſimilitèr in eo ſigno neq; Chriſtus eſt auctor gratiæ collatæ Adamo, quod tamen ſecundùm poſteriores auctoritates adductas in principio huius quæſtionis debet ſaluari.

Salazarus cum ſuis ſignis.

Salazarus de Conceptione c. 24. §. 2. ſigna decretorum Dei ſic ordinata tradit. In pri- B mo ſigno Deus, vt bonitatem ſuam creaturis communicaret, mundum vniuerſum propter homines condere decreuit, & quidem omnes futuros ſigillatim homines, & eorum numerum certum, atq; definitum producere ſtatuit. In ſecundo ſtatuit condere omnes homines per naturalem generationem ex Adamo, quem de limo terræ formare decreuit. In tertio ſigno hominibus, quos Deus condere ſtatuerat, cum gratiam per diuerſas vias influere poſſet, voluit per Adamum, tanquam per caput poſteris tranſmittere, iniens cum eo fędus, vt, ſi gratiam, & iuſtitiam à Deo acceptam ſeruaſſet, illam, veluti hæreditario iure, ad vniuerſam ſobo- C lem transferret; ſi verò illam peccando deperderet, in tali ruina poſteros omnes inuolueret. In quarto ſigno præuidens Deus omnes illos, quos condere priùs decreuerat, ex vno Adami peccato futuros infectos, in remedium cõmunis huius ruinæ Chriſtum ſecundùm ſubſtantiã, eiuſq; mortẽ in, meritaq; decreuit. In quinto ſigno, cum Deus poſſet Chriſtum per varias cauſas producere, videlicet creando ex nihilo; aut ex limo, vel alia materia formando, aut per naturalem maris, & Fæminæ generationem, aut ex Virgine tantùm ſine Patre, præuidens omnes illas D fęminas, quas priùs condere decreuerat, & quas lex transfuſionis cõpræhenderat peccato infectas, deſiderãſq; ſimplici voluntate ex virgine naſci, ex hac complacentia ſimplici ſuę natiuitatis ex virgine immaculata propter decentiam Incarnationis decreuit primũ efficacitèr propter ipſius Chriſti merita Marię ſubſtantiã, & exiſtentiam producere, atq; ea pręuiſa, affectũ etiam ſimplici dignitatẽ Matris Dei eidem cupiens, ex hoc affectu auxilia efficacia illi præparauit, quibus eamdem Maternitatem mereretur: ac demũ propter ſua, & Chriſti merita Mater Chriſti efficacitèr decreta eſt. Pro hac ſerie ſignorum tuenda multa affert prædictus Salazar. à §. 3. vſq. ad §. octauum, & difficultates aliquas, quæ obyci poſſunt, diluere conatur, quæ apud ipſum videri poſſunt.

Sed

Digitized by Google

Reiectio.

Sed contra eſt, quia, cum hic modus, poſt tertium ſignum de danda gratia, & gloria Adamo, & poſteris, ponat in quarto ſigno præfinitum Chriſtum ſecũdùm ſubſtantiam in remedium peccati, eiuſq; mortem, ac merita; non apparet, qua ratione hoc modo ſaluari poſſit communior, & probabilior ſententia Diu. Tho. ponens Chriſtum Caput Angelorum ſecundùm naturam humanam per influxum gratię iuſtificantis, & gloriæ eſſentialis. Nec ſimilitèr in prædicto modo ſaluatur, quomodò prima gratia Adamo collata ſit dependentèr à meritis Chriſti. Præterea in ſecundo ſigno ſecundùm hunc Anctorem, Deus ſtatuit condere omnes homines ante præuiſa Chriſti merita; hoc autem non placet, quia valdè probabile eſt, plures defacto exiſtere, qui verè naſcuntur ex Chriſti meritis, vel Sanctorum; ergo hi omnes non potuerunt pręuideri futuri in prædicto ſecundo ſigno ante Chriſti merita. Scio Salazarum c. 17. §. 2. plura congerere, vt probet, vna Virgine excepta, neminem naſci ex Chriſti meritis, ſed ex decreto Dei independentèr à meritis Chriſti; vbi etiam docet, preces, & merita Sanctorum obtinere, non quidèm vt naſcatur aliquis, qui aliàs non eſſet futurus, ſed vt ex his, vel illis parentibus naſcatur, qui eſſet aliundè futurus. Sed hæc Salazar. doctrina impugnatur ex illo Eccleſiaſt. 7. *In toto corde tuo honora Patrem tuum, & gemitus Matris tuæ ne obliuiſcaris: memento, quoniam, niſi per illos, natus non fuiſſes, & retribue illis.* Ponderandum eſt illud, *niſi per illos, natus non fuiſſes*, quo abſolutè indicatur, quòd nõ fuiſſet natus; non autem, quòd, niſi per illos, natus non fuiſſet ex his parentibus. Quo poſito, licet ſic inferre; ergo, ſi parentes ſuis precibus, vel meritis obtinent natiuitatem huius hominis, obtinent etiam, vt exiſtat hic in mundo. Fauet Chryſoſt. homil. 5. de pænitentia, vbi rationem reddens, cùr Eſau improbus non fuerit de medio ſublatus, hæc habet: *Si exciſus fuiſſet, maximum fortaſsè iuſtitiæ fructum mundus amiſiſſet, & quidem audi. Eſau genuit Raguelem, Raguel Saram, Sara Iob, cerne, qualis elanguiſſet patientiæ flos, ſi præueniens Deus à radice, pœnas exegiſſet.* Nota in his verbis Chryſoſt. particulam, *fortaſſe*, licet enim negandum non ſit, potuiſſe Deum filium, quem huic negauit, alijs cõcedere; tamen fortaſsè, ſi non naſceretur ex his patribus, nunquàm naſceretur. Neq; obſtat quod habet Diuus Auguſtinus epiſtola 115. *Abijciatur*, inquit, *a chriſtianorum cordibus iſta fallacia, nam omninò non iſtam gratiam commendat Apoſt. qua creati ſumus, vt homines eſſemus, ſed qua iuſtificati ſumus, vt homines iuſti eſſemus: iſta enim gratia per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum. Etenim Chriſtus non pro nullis, vt homines conderen-* A *tur, ſed pro impijs mortuus eſt, vt iuſtificarentur:* hæc Auguſti cit. loco: & ſerm. 11. de verbis Apoſtoli à c. 4. vſq; ad 12. idem habet. Quarè Diuus Auguſtinus videtur ſentire, neminem, quò ad ſubſtantiam, produci ex Chriſti meritis: ſed, vt dixi, hoc non obſtat, quia mens Diui Auguſtini non eſt excludere bona naturalia à Chriſti meritis; ſed tantùm docere, merita Chriſti principalitèr fuiſſe oblata ob iuſtificationem hominum: licet enim Chriſtus, veluti primaria intentione mortuus ſit, vt iuſti eſſemus, &, niſi ille mortuus fuiſſet, nemo iuſtus eſſet; & ceſſante tali motiuo, Chriſtus mortem non ſubijſſet; tamen voluit ſimùl multa nobis, veluti ſecundaria intentione, beneficia obtinere, vt proptèr B illa magis afficeremur erga ipſum; intèr quæ beneficia eſt ſanitas, ſerenitas, pluuia, &c. proles, &c. dixi, ſecundaria intentione à Chriſti meritis obtenta nobis hæc beneficia, quia proles, verbi gratia, ita habetur ex Chriſti meritis, vt, licet Chriſtus mortem non ſubijſſet, adhùc tamen naſcerentur plures homines, ſicut etiam plueret; & Chriſtus non eſt mortuus pro ſola prole, aut ſerenitate, vel pluuia obtinenda, &c. Verum, ſicut aliquandò ſerenitatem, pluuiã, vel ſanitatem ob merita Chriſti obtinemus; ita ob eadem merita impetratur aliquãdò, vt aliqui homines naſcantur. Nota, quòd, poſtquam merita Chriſti impetrarunt, vt C aliquis naſcatur, atq; alij filij ex eo progignantur, ſufficit naturalis virtus. Quare, quò ad eos, qui naſcuntur ex eo, qui habuit ex Chriſti meritis, vt naſceretur; non eſt neceſſe, vt iterum merita Chriſti applicentur.

Demùm, cũ Salazarus in tertio ſigno ponat, quòd Deus pactum cum Adamo inierit, vt, ſi non peccaſſet, ad poſteros iuſtitiã originalẽ trãſmitteret; ſi verò peccaſſet, redderet illos originali culpa maculatos, non video, quomodò ex Chriſti meritis in hac ſententia ſaluari poſſit, quòd B. Virgo fuerit immunis ab hoc cõmuni pacto; quia talis immunitas, ſeu prę́ſeruatio includit creationẽ Virginis; ſed creatio Virginis fuit decreta ſecũdùm eundẽ Auctorẽ in quinto ſigno, D ſicut & in quarto fuit decretus Chriſtus ſecundùm ſubſtantiã; ergo, quòd Beata Virgo non ingreſſa ſit pactũ initũ cum Adamo, & conſequẽtèr, quòd in Adamo non peccarit, ſeù, quod idẽ eſt, proximo debito pecc. orig. contrahẽdi nõ fuerit ſubiecta; nõ habet ex Chriſti meritis, ſed à ſolo Deo, qui in pręditcto tertio ſigno, diſtulit Virginis exiſtentiã. Neque ſufficit, quod prædictus Auctor eodem c. §. 12. adiungit, ſcilicet, *illam voluntatem Dei non includendi Virginem in illo communi fœdere inito cum Adamo, ſeu non decernendi Virginis exiſtentiam in prædicto tertio ſigno, fuiſſe etiam ex præuiſis meritis.* Nam, quamuis fuerit voluntas non po-

Margin notes: S. Tho. — Eccleſiaſt. — D. Chryſoſt. — Auguſtinus.

D. Aug. neq.

Digitized by Google

nendi exiſtentiã Virginis in tali priori ſigno, non tamen eſt neceſſe, vt hæc voluntas fuerit in illo ſigno priori, ſed in aliò poſteriori poſt præuiſa Chriſti merita: & ratio eſt, quia in priori ſigno ante Chriſti merita intelliguntur ea, quæ habent rationem cauſę, vel occaſionis Chriſti venturi in poſteriori ſigno; agitur enim de prioritate cauſalitatis, quæ ſolùm in illis concipitur, quę aliquẽ in poſteriora influxum habent; & ſic peccatum Adæ, & poſterorum fuit occaſio Chriſti venturi, non autem dilatio Virginis; non enim decretus eſt Chriſtus, quia Virgo non fuit incluſa in pacto communi, ſeù quia immunis fuit à peccato, ſed quia alij compręhenſi ſunt in tali pacto, & peccauerunt. Ex quo patet, illam voluntatem excludendi Virginem non poſſe concipi in illo priori, ſed debere concipi poſt præuiſa Chriſti merita. Ex quibus præuiſis voluit Deus non decernere Virginis exiſtetiã pro illo ſigno priori, in quo cęteri intelliguntur lapſi; non, inquam, ſufficit ad euacuandam difficultatem. Nam in eo ſigno, in quo Deus pactum init cum Adamo de gratia ad poſteros trãſfundenda, vel illud pactum reſpicit omnes futuros ſimpliciter, & abſq. vlla limitatione; & ſic Beata Virgo cum alijs compręhenderetur in tali pacto; vel pactum compręhendit omnes futuros tãtũ, quos Deus in illo ſigno videt; & hinc ſequitur, quòd B. Virgo poſitiuè fuerit excluſa à tali pacto in dicto ſigno; ſed in dicto ſigno nõ erant pręuiſa Xpi. merita; ergo excluſio Virginis à dicto pacto in tali ſigno nõ fuit ex pręuiſis Xpi. meritis.

Confirmatur, quia tale pactum debet intelligi ſic determinatum, quò ad compręhẽſionem poſterorum, vt poſt præuiſum peccatum nõ poſſint amplius à Deo includi alij in dicto pacto, qui priùs non fuerant cõpręhenſi: & ratio eſt, quia incluſio in hoc pacto communi dicit quamdam coniunctionem noſtrarum voluntatum in Adamo: vt ergo hę noſtrę voluntates moralitèr cenſeantur habere partem in operatione Adæ, neceſſe eſt hanc operationem intelligi ante ipſam operationem Adę. Quo poſito, cum in eo ſigno, in quo videtur operatio, Adę ſcilicet pręuaricatio, voluntas Virginis non intelligatur coniuncta in Adamo, ſeù, quod idem eſt, compręhenſa in pacto; ſequitur, quòd, quandò videntur Chriſti merita, non poteſt Beata Virgo propter talia merita excludi à pacto, quia in illo ſigno iã intelligitur pactũ ſic terminatũ, reſpectu eorũ, quos cõpręhendit, vt alios non poſſit compræhendere.

Denique, ſtando in diſcurſù facto à Salazaro, non benè explicatur, quomodò Beata Virgo fuerit redempta; redimi enim eſt à ſeruitute, à vinculis, ab obligationibus liberari, quibus ſubiacet, vel ſubiacere debet, qui redimitur; ſed Immaculata Virgo in eo ſigno, quo Chriſti merita videntur, non

A intelligitur debitrix, ſeu obſtricta ad ingrediendum commune pactum, quia hoc iam ſic erat determinatũ, quò ad perſonas, quas compręhendebat, vt alię perſonę in eo compręhendi non poſſent, vt nuper dictum eſt; ergo Virgo non redimitur ex Chriſti meritis à ſeruitute, ſeù vinculo, ſeù obligatione, cui ſubiacere deberet, ſi nõ redimeretur.

Omitto, breuitatis cauſa, alias difficultates, quas inuoluit dictus modus.

Concluſio. Dico, probabiliorem modum ad conciliandas auctoritates initio quæſtionis propoſitas eſſe, ſi affirmemus, Chriſtum prędeſtinatum eſſe, vt Finem creaturarum, Caput, atq; Exemplar omnium prædeſtinato- B rum, cauſam meritoriam omnis gratię dependentèr à peccato Adami, non quidèm formalitèr, ſed virtualitèr pręuiſo, vt abſolutè futuro in ipſa voluntate efficaci creandi Adamum in his circumſtantijs, in quibus per ſcientiam conditionatam præuiſus fuerat lapſurus. Fauet huic ſententiæ Ferrarienſis quarto contra gẽtes *§. ad confirmationem*, quatenùs docet, gloriã Chriſti priorem eſſe, in genere cauſę finalis, gloria, & ſalute hominum; incarnationem verò eſſe poſteriorem omnium ſalute, quia propter hominum ſalutem facta eſt: & ſuffragatur Granadus in lib. de Cõceptione c. 3. §. 8. (Ferrarienſis. Granad. Explicatio.)

Probatur, & explicatur ſimùl. Suppoſito quòd Deus ratione priùs, quam quidquam C ab ęterno efficacitèr definierit, pręnouit non ſolùm ſcientia ſimplicis intelligentię innumerabiles mundos, quos poterat creare cum infinitis alijs creaturis perfectioribus, & perfectioribus; & inter hos mundos pręnouit hunc, quem de facto creauit: ſed etiam, ſcientia conditionali, pręuidit, quid ſingulę creaturę in ſingulis circũſtantijs pro ſingula ſua voluntate operaturę eſſent, intèr quas pręnouit, ſi Adamum ſic conderet cũ omnibus prædictis circunſtantijs, peccaturum, & ex eius peccato determinatum numerum futurorum naturę humanę indiniduorum inficiẽdorum ſimùl originaria culpa; pręuidit ſimùl, quam ingens gloria ſibi, & Filio ſuo futura eſſet; ſi permiſſo peccato in Adamo, & poſteris omnibus, Filium D ſuum mitteret in carne paſſibili in remedium peccati, Caput prędeſtinatorum, cauſam meritoriam omnis gratię, Angelis, & Adamo, cęteriſq. omnibus conferendę; atq. ex eiuſdem Filij meritis Mariam conderet Immaculatam, & puriſſimam gratia ſanctificandam à primo Conceptionis momento, alijſq; priuilegijs decorandam, pro vt dignitas Matris Dei poſtulat. His ita, ſcientia conditionata, in primo ſigno rationis pręuiſis, in poſteriori ſigno rationis efficacitèr Deus decreuit hunc mundum conderè ſub ijs circunſtantijs, ſub quibus illum pręuiderat ſcintia conditionali; in quo ſigno voluit hæc omnia

nia

nia per modum vnius adæquati, & totalis
obiecti cum mutua dependentia, & conne-
xione Chriſtum, vt finem, cauſam merito-
riam, & exemplarem, priorem Adamo, cæ-
terisq. creaturis; Adamum vero cum vir-
tuali præuiſione peccati abſolutè futuri
priorem in genere cauſæ moralis, depen-
dentèr à quo predeſtinatus eſt Chriſtus Fi-
nis, & Caput ipſius, ceterorumq; prædeſti-
natorum; poſita enim ſcientia conditiona-
ta omnium, quę Deus eſſet ſub conditione
voliturus, potuit in ſecundo ſigno facere
hoc decretum: volo Chriſtum, vt exaltan-
dum, & glorificandum media redemptione,
& iuſtificatione hominum, tanquam medio
aptiſſimo, & non alitèr; Adamum, & reli-
quos homines redimendos, & iuſtificandos
poſt lapſum in peccatum, Beatiſſimam verò
Virginem eiuſdem Chriſti Matrem ex me-
ritis ipſius Chriſti præſeruatiuè redimen-
dam, vt medium ad Chriſti exaltationem,
& glorificationem.

Rursùs volo Incarnationē Verbi, vt me-
dium ad Redemptionem præſeruatiuam Vir-
ginis, & curatiuam Adami, cæterorumq;
hominum, & eamdem redemptionem præ-
ſeruatiuam Virginis, & curatiuam Adami,
& cæterorum hominum, vt finem incarna-
tionis, & vt medium ad glorificationem
Virginis, cæterorumq; hominum, omnia
tandèm, vt conuenientiſſimum medium ad
Chriſti exaltationem, & glorificationem,
dependentèr tamen à peccato Adami præ-
uiſo in eodem ſigno rationis, vt abſolutè fu-
turo in ipſo decreto efficaci, & non tantùm
ſub conditione; etenim, poſita ſcientia de
eodem peccato ſub conditione, qua ni-
mirùm Adamus, ſi in tali circunſtantia, &
occaſione ponatur, infallibilitèr peccaturus
præuiſus ſit, ſtatim ac Deus efficaci decre-
to vult Adamum in tali circumſtantia, &
occaſione, in qua infallibilitèr peccaturus
præuiſus fuerat, illa eadem ſcientia condi-
tionalis per efficax decretum diuinum po-
nendi Adamum in tali circumſtantia fit ab-
ſoluta ſcientia, quia, purificata conditione
per efficax decretum diuinum abſolutum,
id, quod erat ſub conditione futurum, fit
abſolutè futurum; & quia non repugnat, De-
um velle in eodem ſigno rationis Adamum
ſub tali circumſtantia, ſub qua præuiſus fue-
rat peccaturus, vt priorem in genere cauſę
moralis Chriſto exaltando, & glorificando
media redemptione, præſeruatiua ſcilicet
Virginis, & curatiua Adami, ceterorumq;
hominum, & rursùs Chriſtum exaltandum,
& glorificandum in genere cauſę finalis, me-
ritorię, & exemplaris priorem Adamo, re-
liquiſq; Angelis, & hominibus; ideò potuit
Chriſtus in diuina prędeſtinatione eſſe pri-
mus omnium in genere cauſę finalis, meri-
torię, & exemplaris, & non niſi dependen-

A tèr à peccato. Et confirmari poteſt, quia
aliquid eſſe prius, & poſterius in diuerſo ge-
nere, debet ab omnibus admitti; nam ex-
pulſio frigoris, verbi gratia, & productio
caloris in eodem ſubiecto ita ſe habent, vt
expulſio, vt potè diſpoſitio, vel ſaltèm con-
ditio materiæ ad recipiendum calorem, ſit
prior in genere cauſę materialis, quàm pro-
ductio caloris, hæc verò in genere cauſæ
formalis ſit prior dicta expulſione; ideò e-
nim expellitur frigus, quia introducitur ca-
lor, & è contra hic ideò introducitur, quia
illud expellitur; ergo, cum poſſit aliquis vni-
cò actù velle introductionem caloris in ali-
quo ſubiecto, eodem actù vult aliquid priùs
in vno genere cauſæ, & illud idem poſterius
B in alio genere; ergo etiam actus diuinæ vo-
luntatis in eodem ſigno poterit velle ali-
quid prius in vno genere cauſæ, licet ſit po-
ſterius in alio genere cauſæ. Fauet nobis
Ferrarienſis 4. contra gen. §. *ad confirma-* Ferrarienſis.
tionem, quatenùs docet, gloriam Chriſti
priorem eſſe in genere cauſę finalis gloria,
& ſalute hominum, Incarnationem verò eſ-
ſe poſteriorem omnium ſalute, quia propter
hominum ſalutem facta eſt: eſt igitur in hac
ſententia gloria, & exaltatio Chriſti finis
noſtræ redemptionis; redemptio, & ſalus
noſtra finis incarnationis, incarnatio me-
dium ad vtramq; proximè ad redemptionē,
& ſalutem noſtram, remotè ad Chiſti glo-
C riam, & exaltationem volita dependentèr
à peccato præuiſo virtualitèr futuro in eo-
dē ſigno rationis in ipſo decreto efficaci po-
nendi Adamū ſub ijs circumſtantijs, ſub qui-
bus præuiſus eſt ſub conditione peccaturus.

Singula hęc probari poſſunt. Et primò Probatio.
quòd Chriſtus exaltandus, & glorificandus
fuerit finis redemptionis noſtræ, habetur ex
Diuo Paulo ad Hebreos 2. *Videmus Ieſum* Ad Hebreos.
propter paſſionem mortis gloria, & honore co-
ronatum: & definitur à Tridentino. ſectione Tridem.
6. c. 7. vbi dicit: *Finalis quidèm* (ſcilicet cau-
ſa) *gloria Dei, & Chiſti*. Secundò quòd Chri-
ſtus ſit cauſa meritoria, habetur ex eodem
Concilio loco citato, vbi dicit: *Meritoria*
D *autē*, ſcilicet cauſa, *Dilectiſſimus Vnigenitus*
ſuus Dominus noſter Ieſus Chriſtus, qui, cum
eſſemus inimici, propter nimiam charitatem,
qua dilexit nos, ſua ſanctiſſima Paſſione in Li-
gno Crucis nobis iuſtificationem meruit. Ter-
tiò quòd Chriſtus ſit cauſa exēplaris, & me-
ritoria noſtræ redemptionis, colligitur ex
Apoſtolo ad Rom. 8. *Quos præſciuit, hos &* ad Rom.
prędeſtinauit conformes fieri imagini Filij ſui.
Ratio autem omnium, quę diximus, eſt, quia
eum ordinem Deus habuit in æterno ſuo
decreto circa hanc rerum diſpoſitionem,
quem ſeruat in executione; ſed in executio-
ne videmus Incarnationem ordinari ad re-
demptionem, & iuſtificationem hominum,
& hanc ad gloriam, & exaltationem Chri-

ſti iuxta illud primæ ad Corinthios; *Omnia* A *veſtra ſunt, vos Chriſti, Chriſtus autem Dei*; pro qua veritate dilucidanda afferri poteſt exemplum. Fingamus, Medicum aliquem optimè verſatum in arte medica animo decreuiſſe aliquam honeſtam recreationem amico præbere, quæ iuxta limites temperantiæ ſanitatem in amico eſſet apta conſeruare, illum autem abuſurum eſſe tali recreatione, & ideò in morbum lapſurum: ſi talis Medicus hæc omnia prænoſcere poſſet, ante quam prædictam recreationem actu præberet; ex alia verò parte haberet Filium adeò peritum, vt certò ſciret illum exhibiturum tale pharmacum, virtute cuius amiſſam ſanitatem recuperaret amicus; B & alius etiam amicus eſſet præſeruandus virtute eiuſdem pharmaci à ſimili morbo, in quem caſurus præuideretur, ſi tali remedio non præſeruaretur: his ita præuiſis, poteſt talis Medicus, occaſione arrepta ex tali morbo futuro, procurare huiuſmodi recreationem honeſtam amici, quam aliàs illi procuraſſet, etiamſi nunquàm præuidiſſet talem occaſionem futuram; illam tamen præuiſam ordinare vult in gloriam Filij ſui, quam per curationem talis morbi in vno amico, & præſeruationem ab eodem morbo in alio conſequi poteſt. En vides Medicum, ſuppoſita præſcientia totius euentus, intendere recreationem amico dependentèr à Filio honorando, C & glorificando per curationem morbi in ipſo amico, & per præſeruationem in alio; & ruſùs honorem Filij præuidere in genere cauſæ materialis à morbo amici præuiſo. Ergo altiori ratione potuit Deus condere Adamum cum talibus auxilijs, in quibus poterat, ſi voluiſſet, in accepta ſanctitate perſeuerare; præuidens tamen per ſcientiam conditionalem illum malè vſurum talibus auxilijs, quæ aliàs illi daturus eſſet, ſi præuiſus non fuiſſet peccaturus, ſed alio fine; data tali occaſione, tanquam optimus medicus, voluit talem occaſionem peccandi Adamo permittere, & ſimùl illi gratiam dare dependentèr à Chriſto exaltando per Redemptionem vo- D litam occaſione peccati.

Similitudo

Collligitur primò ex doctrina præcedenti conciliatio auctoritatum, de quibus initio quæſtionis; nam priores auctoritates accipiuntur de Chriſto poſteriore in genere cauſæ materialis peccato Adami, poſteriores verò de Chriſto priore in genere cauſæ finalis, meritorię, & exemplaris.

Solutio argumentorum.

Colligitur ſecundò ſolutio argumentorum Scoti, quæ adduximus quæſtione præcedenti circa principium; ad primum enim concedo ordinatè volentem prius velle finem, tum fini propinquiora; nego tamen fini propinquiora eſſe media nobiliora, ſed A quæ propinquiùs finem præcipuè intentum attingunt; finis autem, quem Deus in Incarnatione intendit præcipuè, fuit manifeſtatio ſuæ, & Chriſti gloriæ; quem finem propinquiùs attingit Redemptio, quam Incarnatio, quia in redemptione magis elucet miſericordia Dei; neq; inconueniens eſt nobilius ordinari ad ignobilius; nam quæ pendent ex voluntate operantis, poſſunt nobiliora ordinari ad ignobiliora rationabilitèr, quandò ſic ordinata ad finem perfectiorem conducunt; ſed in re noſtra magis ad Dei gloriam, & Chriſti exaltationem conducit, vt Incarnatio ordinetur ad Redemptionem, quia ſic magis bonitas, & miſericordia diuina elucet; ergo, &c.

B Ad Secundum dico, tantum bonum occaſionatum eſſe accidentalitèr, & tanquam à cauſa materiali, à peccato; ſed propriè occaſionatum, ſeù prædeſtinatum eſſe tantum bonum à Dei bonitate, & miſericordia eius immenſa; & quod apertè colligitur ex Scripturis, & Patribus, non debet Scoto videri non veriſimile.

Ad Tertium, nego prædeſtinationem hominum factam fuiſſe ante originale peccatum præuiſum, quia, ſicut hoc præceſſit Chriſti prædeſtinationem in genere cauſæ materialis, vt ſupra explicauimus, ita & reliquorum hominum, quorum prædeſtinatio facta eſt dependentèr à prædeſtinatione Chriſti, quę in remedium peccati proximè de- C creta eſt.

Ad Quartum, non rectè deducitur, neceſſe fuiſſe Chriſtú gaudere ob peccatum Adami, ſed ſolùm ob diuinã miſericordiã, quę alterius lapſum in ſui bonum conuertit. Sed

Prima obiectio.

Obijcies primò contra noſtram concluſionem: ſi Deus per modum vnius obiecti voluit omnia prædicta; ergo voluit Redemptionem dependentem neceſſariò à peccato, ergo voluit peccatum, vt medium neceſſariò connexum cum Redemptione, tamquam fine, quia, qui efficacitèr vult finẽ, vult & mediũ neceſſariò cũ eo connexum.

Responſio.

Reſpondeo ex hoc non aliud concludi poſſe, niſi quòd Deus voluerit permiſſionem D peccati; quod vt perfectè percipias, ſic diſcurrendum eſt. Suppoſita ſcientia peccati ſub conditione futuri; poteſt Deus efficacitèr velle hominem ſub ijs circunſtantijs, ſub quibus præuidit illum peccaturum abſq. eo, quòd velit peccatum; ita poteſt efficacitèr velle remedium peccati abſq, eo, quòd velit, ſed tantùm permittat peccatum: ratio eſt, quia ex vi talis decreti ſolùm ſequitur Deum permittere, non autem velle peccatum; nam velle peccatum, eſt velle aliquid, quod per ſe inducat ad peccandum, aut ſaltem, eo fine illud intendere, vt ſequatur peccatum. Deus autem prædeſtinando Chriſtum, vt Redemptorem peccati præuiſi

ſcien-

A ſcientia conditionali non definiuit Chriſtum, vt inductiuum peccati, ſed vt remotiuum peccati; neq; eo fine illum prædeſtinauit, vt peccatum ſequeretur, ſed vt peccatum tolleretur: ſolùm autem ex vi talis decreti intelligitur Deus obligari ex ſuppoſitione ad permittendum peccatum, hoc eſt ad creandum hominem ſub ijs circunſtantijs, ſub quibus præuiſus eſt ſub conditione peccaturus, non præueniendo illum efficacioribus auxilijs; hoc autem non repugnat; nam, ſicut non repugnat ponere hominem ſub ijs circunſtantijs, ſub quibus præuiſus eſt ſub conditione peccaturus, ita nec repugnat velle aliquid, quo neceſſitetur ex ſuppoſitione ad ponendum illum ſub B ijs circunſtantiis, ſub quibus præuiſus eſt peccaturus; idem enim eſt velle illum ponere ſub talibus circunſtantijs, ac velle aliquid, quò poſito intelligatur Deus ex ſuppoſitione obligari ad ponendum illum ſub talibus circunſtantijs, quia neutrum eſt per ſe cauſa peccati, & ſequitur infallibilitas peccati, tam vno, quam alio modo poſito.

Confirmari poteſt ita: neceſſitatur Deus, facto decreto ab æterno: decreando hominem ſub talibus circunſtantijs, ad creandum illum in tempore ſub illis, ſicut neceſſitatur in ipſa æternitate, facto decreto de Chriſto Redemptore, ad faciendum aliud decretum de homine ponendo ſub alijs circunſtantijs; vtrumq; enim neceſſitat Deum ex aliqua C ſuppoſitione libera facta ab ipſo Deo; qua poſita, infallibiliter ſequitur peccatum; ſed non repugnat, quòd ex ſuppoſitione æterni decreti neceſſitetur ad ponendum hominem in tempore ſub talibus circunſtantijs; ergo non repugnat quòd in ipſa æternitate ex ſuppoſitione alicuius decreti neceſſitetur ad faciendum aliud de creando homine ſub talibus circunſtantijs, ſub quibus præuiſus eſt peccaturus. Sed

Inſtabis; ergo erit prius decretum de prædeſtinatione Chriſti Redemptoris, ratione cuius intelligitur Deus neceſſitari ad faciendum aliud decretum, ſeu ad ponendum Adamum ſub ijs circunſtantijs, ſub quibus peccaturus præuidebatur, ergo non poteſt ſaluari vnum decretum indiuiſibile, D vt ſupra à nobis poſitum eſt.

Reſpondeo in decreto, quod ſupra à nobis ponitur vnum adæquatum, & indiuiſibile, ſi circa illud per conceptus inadæquatos verſemur, poſſe nos concipere vnum decretum inadæquatum volendi Chriſtum, vt Redemptorem, quod ſit veluti ratio, qua neceſſitetur Deus, facta ſuppoſitione libera Dei, ad aliud decretum conſtituendum, quo velit Adamum ſub ijs circunſtantijs, ſub quibus conditionalitèr præuiſus eſt peccaturus; ſed duo illa decreta inadæquata, vel etiam aliis inadæquata, quæ concipi poſſunt, conſtituere vnum decretum adæquatum, quod non ſolùm, pro vt eſt in Deo, ſed pro vt à nobis concipitur, ſi adæquatè, & non ſub rationibus formalibus partialibus, ſed ſub vna totali, & adæquata concipiatur, eſt vnum indiuiſibile; quod eſt valdè notandum pro ſolutione multarum obiectionum, quæ fieri poſſunt maximè ex ijs, quæ notat Salazarus c.9. de Conceptione §.4. contra opinionem Iacobi Granadi, qui nobiſcũ ſentit in admittendo vno indiuiſibili decreto.

Vrgebis: in prædicto decreto indiuiſibili ponitur exaltatio Chriſti volita, vt finis, Redemptio verò, vt medium; ergo ſecundùm aliquam prioritatem intelligitur decretum efficax de exaltatione Chriſti, Redemptio verò, vt potè medium, poſterior: confirmatur; nam id, quod intenditur à Deo, vt finis, concipitur priùs ratione terminare actum diuinæ voluntatis, quam quod eligitur, vt medium; quia, licet actus diuinæ voluntatis non habeat cauſam, vt ſit, poteſt tamen habere cauſam, vt terminetur.

Reſpondeo hic in memoriam eſſe reducendam illam doctrinam, quam notauimus in prima quæſtione huius capitis, notabili ſecundo, & tertio, aliam nimirùm eſſe prioritatem in quo, & aliam prioritatem à quo: & quidèm in noſtro indiuiſibili decreto concedimus prioritatẽ à quo aliqua eſſe priùs volita; cum hac tamen prioritate benè ſaluari poteſt vnum decretum indiuiſibile; & hac etiam doctrina dilui poſſunt variæ obiectiones ex ijs maximè, quæ notat Salazarus cit. contra opinionem Iacobi Granadi.

Secũda obiectio.

Obijcies ſecundò: Adamus recepit gratiam trãſmittendam ad poſteros; ergo in hoc ſigno fuit præuiſus potens ad illam trãſmittendam; ergo in alio ſigno ſubſequenti fuit volitus potens ad illam trãſmittendam; ſed adhùc non intelligitur à nobis præuiſus Chriſtus, nec volitus, quia tantùm Chriſtus eſt decretus in remedium peccati poſt præuiſionem eius; ergo in aliquo ſigno priori ante præuiſionem peccati volitus eſt Adamus potens tranſmittere gratiam ad poſteros, & per conſequens in dicto ſigno priori intelligitur volita aliqua gratia Adamo independentèr à meritis Chriſti; ergo non poteſt ſaluari vnum decretum indiuiſibile, quo volita fuerit ſimùl gratia Adamo collata dependentèr à meritis Chriſti.

Reſponſio.

Reſpondeo hunc diſcurſum probare de poſſibili, hoc eſt, potuiſſe ita fieri; de facto tamen ex Scripturis dicimus colligi ita non eueniſſe; quod vt intelligatur, ſuppono à Deo ſcientia conditionata præuiſum fuiſſe Adamum cum tali gradu gratiæ peccaturum, ſi in talibus circunſtantijs poneretur, hanc porrò gratiam potuiſſe illi conferri immediatè ex ſola Dei liberalitate, vel media-

diatè, ex meritis ſcilicet Chriſti præuiſi in hoc decreto conditionali; ſi Deus Chriſtum decernere voluiſſet: his ita præuiſis, dicimus ex Scripturis colligi, Deum omnia prædicta in concluſione noſtra explicata, & probata connexim vno indiuiſibili decreto voluiſſe, & ſic gratiam Adamo collatam voluiſſe dependentèr à meritis Chriſti, qui in eodem ſigno fuit volitus, tanquam cauſa meritoria omnis gratiæ; & admittimus, quòd, ſicut Chriſtus fuit præuiſus, vt cauſa meritoria, in aliquo priori ſigno, ſic & fuit volitus in poſteriori ſigno, in quo ponimus illud decretum adæquatè ſumptum indiuiſibile.

Tertio Obiectio

Obijcies tertiò: ex vi præſentis decreti Adam transfudit ad poſteros peccatum originale; ergo ex vi præſentis decreti, quo intelligitur Adamus volitus, ſi ipſe non peccaſſet, poſteris omnibus tranſmiſiſſet gratiam originariam, vt Scripturæ, & Patres communitèr docent; ergo ex vi præſentis decreti adhùc futurus fuiſſet Adamus cum alijs creaturis, etiamſi tùnc Chriſtus non fuiſſet futurus; qui ſanè non fuiſſet futurus ex vi præſentis decreti, ſi Adam non peccaſſet; ergo priùs intelligitur abſolutè volitus Adamus, quam Chriſtus Redemptor; ergo non fuit vnum decretum indiuiſibile eo modo, quo ſupra poſitum eſt.

Reſponſio.

Reſpondeo, ante decretum indiuiſibile adæquatum, quod nos ponimus, priùs præuiſum fuiſſe Adamum potentem tranſmittere gratiam ad poſteros, re vera tamen illam A non eſſe tranſmiſſurum; vt autem fuit præuiſus potens, ſed non tranſmiſſurus gratiam ad poſteros, ſic ex vi præſētis decreti fuit volitus, vt ſuppono ex dictis ſufficientèr probatum. Nego ergo, quòd ex vi præſentis decreti adhùc fuiſſet futurus Adamus cum alijs creaturis, ſi Chriſtus non fuiſſet futurus; quia, facta ſuppoſitione, quòd Chriſtus non fuiſſet futurus, deſtruitur totum decretum noſtrum indiuiſibile, quo diximus omnia connexim cum Chriſto fuiſſe à Deo volita: benè quidèm colligi poteſt ex eo, quòd ſit volitus, vt Caput in ratione naturæ, & gratiæ reſpectu poſterorum, quòd, ſi præuiſus fuiſſet non peccaturus, & per conſequens tranſmiſſurus gratiam ad poſteros, vi alterius decreti futurus fuiſſet. B

Quarta obiectio.

Obijcies quartò: peccatum Adami præſupponebat peccatum Angelorum; quia hoc ex Angelorum peccato traxit aliquo modo originem; ergo & in mente diuina, ergo ſaltèm prædeſtinatio Angelorum, quæ præſupponebatur ad peccatum malorum Angelorum, non potuit fieri dependentèr à Chriſto.

Reſponſio.

Reſpondeo, negando conſequentiam; nam aliqua poſſunt eſſe priora alijs comparata inter ſe, omnia tamen ſimùl eſſe poſſunt comparata ad voluntatem agentis, omnia ſimùl intendentis cum mutua cauſalitate, & connexione ad inuicem, vt in præſenti re noſtra ſatis explicatum, & probatum eſt.

CAPVT

Digitized by Google

CAPVT SECVNDVM.

DE GENEALOGIA ET PARENTIBVS BEATÆ VIRGINIS.

QVAESTIO PRIMA.

Vtrum Beata Virgo ex Regia Salomonis Stirpe Originem traxerit.

Concluſio affirmatiua. Matthei. DICO affirmatiuè; probant aliqui ex Euangelio Matthei narrante Genealogiam Ioſeph è Regia Dauidis Stirpe; quia, inquiunt, certum eſt, Fæminam viro alterius tribus matrimonio copulari non licuiſſe. Vndè Num. Num. vlt. *Nubant quibus volunt; tantùm vt ſuæ tribus hominibus; ne commiſcatur poſſeſſio Filiorum Iſrael de tribu in tribum: omnes viri ducent vxores de tribu, & cognatione ſua; & iunctæ de eadem tribu maritos accipient, vt hæreditas permaneat in familijs; nec ſibi miſceantur tribus, ſed ita maneant, vt à Domino ſeparata ſunt.* Ergo recenſendo Mattheus Ioſephi genus, Virginis quoq. genus recenſet. Potius verò Genealogia Ioſephi, quam Mariæ deſcribitur; quia, cum genealogiæ deſcriberentur in chartis publicis, virorum, & non mulierum ſeries enarrabatur. Balduinus Iunius. Confirmat hoc Balduinus Iunius t.p. ætate quinta mūdi fol. 68. col. 1. in ſuis chronicis moralibus ex Ioſepho contra Appionem: *Mittunt*, inquit, *Hyeroſolymam conſcribentes à patre nomen nuptæ, & antiquorum progenitorum*: ibi enim agit de libris antiquis, in quibus Genealogias Hyeroſolymis conſcriptas ſumma diligentia aſſeruabat. Sed hoc non eſt ſolidum fundamentum, ſi aliud non addatur; perſæpè enim depræhenditur, quòd illi, qui erant ex vna tribu, ducebant vxores ex alia tribu; ſicut legitur d. in lib. Iud. cap. 20. & 21. &, quia tribus Leui, tanquam tribus Sacerdotalis, viuebat ex decimis, quæ ſibi perſoluebantur ab alijs

A tribubus; hæc enim terram non colebat, neq. poſſeſſiones proprias habebat, ideò permiſit Deus huic tribui, vt promiſcuè vxores ducerentur, & traderentur tribui Iudæ; quia ex mutua hac coniunctione non imminuebantur bona temporalia per mulierum dotes, ex qua dotium collatione exhauriuntur ſæpiſſimè familiarum diuitiæ. Permiſit autē Deus tribui Iudæ promiſcua connubia, vt Chriſtus, qui naſcebatur ex tribu Regia, traheret etiam ſecum dignitatem tribus Sacerdotalis. Adde, quòd in aliquibus caſibus non ſolùm tribus Leui ducebant vxores ex tribu Iudę, ſed etiam aliæ B tribus interdùm vxores ducebant ex alijs tribubus, maximè quandò mulieres hæreditatem ſecum non aſportabant. Propter hanc difficultatem Abul. q. 28. in c. 1. Matth. Abul. apertè fatetur, quòd ex Luca, & Mattheo non colligitur infallibilitèr, quòd Beata Virgo fuerit ex tribu Regia. Euſebius Emiſs. dicit, Euſebius Emiſs. *colligi ex Euangeliſtis, Mariam ex tribu Iuda Originem traxiſſe, non ex vi deſcriptionum, quas faciunt Euangeliſtæ, ſed quia Ioſeph erat vir iuſtus, & ideò credendum eſt, legem obſeruaſſe*. Sed non probat efficacitèr; nam etiam Dauid fuit iuſtus, & C cum ipſe eſſet ex tribu Iuda, duxit Michol in vxorem, quæ erat ex tribu aliena. Ego verò dico, quòd efficacitèr colligitur ex Genealogia à Mattheo deſcripta, Virginem Matth. fuiſſe ex tribu Iuda, & Regia Dauidis ſtirpe; quia Mattheus Generationem Ieſu Chriſti enarrandam ſuſcepit: *Liber generationis Ieſu Chriſti, &c.* &, quia Chriſtus non fuit filius Ioſeph, ſed Filius Marię tantum; ideò, ſi Maria non fuiſſet ex tribu Iuda, neq. Chriſtus eſſet ex tribu Iuda.

Con-

Pſ.
Vide Pinedã.
Vaſq.
S. Th.

Confirmatur ex locis, in quibus Chriſtus A dicitur ex Semine Dauid natus, Pſal. 131. Act. 2. Vide Pinedam, de rebus Salomonis lib. 7. ca. 28. Vaſq. in tertiam partem D. Th. t. 2. diſp. 121. c. 1.

QVAESTIO SECVNDA

Vtrum Maria Virgo traxerit etiam Originem à Sacerdotali Stirpe.

Concluſio affirm.
Luc.
Num.
Exod.
Paralip.
Philo.

DICO, partem affirmatiuam B communitèr à Patribus tradi, & ſatis colligi ex Euangelio Lucæ primo; *Et ecce Eliſabeth cognata tua, &c. hæc autem erat de filiabus Aaron; & nomen Eliſabeth*; vt dicitur verſus principium eiuſdem capitis; *& Zaccharias erat Sacerdos*. Ex quibus patet, Regiam proſapiã in matrimonijs ineundis cõmiſceri ſolitam cũ ſacerdotali ſtirpe. Ratio huiuſmodi concluſionis eſt, quia decuit Chriſtum aliquo modo naſci ex tribu Leui, & ex tribu Regia Dauid; nam Chriſtus & Rex eſt, & Sacerdos. Neq; dicas, obſtare legem diuinam Num. vltimo prohibentem matrimonia inter perſonas ex diuerſis tribubus C contrahi; nam fuit particulare priuilegium ſacerdotali tribui conceſſum, vt cum ſtirpe regia nuptias celebrare poſſet, patet Exod. 6. *Accepit autem Aaron vxorem Eliſabeth filiam Aminadab, ſororem Naſon, qui tunc principatum tenebat in tribu Iuda:* ſecundo Paralip. 22. *Ioſabeth autem, quæ abſconderat eum, erat filia Regis Ioram, vxor Ioiadæ Pontificis, ſoror Ochoziæ*: & Philo lib. 2. de Monarch. teſtatur, apud Iudæos conſuetudinem fuiſſe, vt, excepto Sacerdote ſummo, qui nuptias tenebatur cum muliere de tribu ſua inire, licitum fuiſſe cæteris ſacerdotibus connubia celebrare cum fœminis ex alijs tribubus. Vndè Zacharias, qui de ſtirpe Aaron accepit vxorem Eliſabeth, non erat

Luc.
Baron.

ſummus Sacerdos; nam in Euangelio Lucæ D 1. dicitur: *Fuit in diebus Herodis Regis Iudææ Sacerdos quidam, nomine Zacharias de vice Abdia, &c.* & Baron. t. 1. n. 75. probat, non fuiſſe ſummum Pontificem, quia minimè reperitur adſcriptus inter ſummos Pontifices, qui illis temporibus vixerunt, quorum Cathalogus nunc etiam à Ioſepho contextus reperitur. Sed adhùc

Prima Obiectio

Obijcies primò contra prædictam concluſionem: Anna, & Ioachim fuerunt ambo ex tribu Regia; ergo non ex tribu Leuitica; antec. patet in lectionibus officij Sanctæ Annæ ſecundùm Sixtum Quintum; *Anna Virginis Dei Genitricis Mater, Gaziri filia, ex tribu Iuda in Bethleem oppido Iudeæ nata, Ioachim fuit vxor, qui & ipſe ex eadem tribu Galileus erat ex Nazareth, ambo ex ſtirpe regia.*

Reſponſio Vincentio Regio.

Reſpondeo cum Vincentio Regio in ſuis dilucidationibus in Euangelia lib. primo c. 3. theor. 5. quòd, quamuis tam Anna, quam Ioachim ex tribu Iudæ regia orti ſint, potuit tamen vel vterq., vel alter ex parte matris aliquem habere genitorem ex tribù Leuitica.

Secũda obiectio.
Ad Hebreos

Obijcies, ſecundò Paulum ad Hebreos 7. vbi negare videtur, Chriſtum eſſe ex tribu Leui.

Reſponſio.
Toletus.

Reſpondeo cum eodem Vincentio citato, B eſſe intelligendum abſolutè, & per lineam maſculinam, ita, vt poſſet eſſe Sacerdos legalis. Plura de hac reuideri poſſunt apud eumdem Vincentium, & Toletum in cap. 3. Lucæ annot. 58.

QVAESTIO TERTIA.

Luc.
Matt.

Cur Lucas Parentem Ioſephi vocat Heli: *Filius Ioſeph, qui fuit Heli*: Mattheus autem appellat Iacob; *Iacob autem genuit Ioſeph Virum Mariæ.*

C

Africanus.
Hymnus.
Hilar.
Theophilac.
Euthim.
Damaſc.
Auguſt.
Balduin.
Niceph.
Beda, Vaſq.
Epiphan.
Africanus.

ALIQVI dicunt, Heli, & Iacob fuiſſe fratres, & Heli obiiſſe abſq; prole, Iacob autem ſuſcitaſſe ſemen eius, generando Ioſephum, qui ſecundùm naturam erat eius filius; ſecundùm legem verò filius Heli: ita Africanus antiquus Theol. in epiſtola ad Ariſtidem apud Euſebium l. 1. c. 6. Vide Balduinum Iunium in ſuis chronicis moralibus, ætate quinta mundi §. *nec eſt*; Niceph. l. 1. hiſt. c. 11. Bedam in illud Lucæ, *Qui fuit Heli*, Hieronym. in 2. Matth. Hilarium canon 1. Matth. Theophylatum, Euthimium in tert. D Luc. Damaſc. 4. de fide c. 15. Auguſt. l. 2. retractat. c. 7. Vaſq. in 3. p. t. 2. diſp. 127. n. 50. & c. 6. Epiphan. aduerſus Colyrid. hæreſi. 79.

Andronicus.

Andronicus Conſtãtinopolitanus in dial. c. 38. contra Iudæos, vt videre eſt in Bibliotheca Patrum t. 14. ex impreſſis Coloniæ nouitèr p. 56. enarrat progeniem Mariæ, cuius verba placet hic in re tanti momenti referre: *Quin editam Dauidis genere, atq. ſtirpe Virginem dabo; neq; verò noſtratibus ſcriptis, ac decretis; ſed Iudaico quodam libro, in quem oreſtiadà incidi apud Iudæum Eliam, legis peritum cognomine; iam Virginem debacchatus ſic habebat; Quid tantoperè Mariam*

Digitized by Google

A *extollunt Chriſtiani, Cherubinis auguſtiorem, Seraphinis, ſine comparatione, digniorem, Cælis ſublimiorem, ſolaribus radijs puriorem appellantes? Siquidem fœmina eſt Dauidicæ gentis, Anna matre, Ioachimo parente nata, qui Panteri fuit filius; Panter, & Melchi fratres filij Leui, ſtirpis Matthan, cui Dauid pater ex tribu Iuda. Igitur, defuncto Matthan Iacobi patre, Melchi, Matthanis vxore, Iacobi matre vidua ducta, ex ea Helim ſuſtulit; ita erant Iacob, & Heli vterini, non germani fratres: Heli anno 5. & 40. ſine liberis extincto, Iacob vxorem Heli (iam defuncti) lege duxit, ſemen fratris excitaturus. qui ex ea filium Ioſephum genuit, prolem natura ſibi quæſitam lege Heli. Fuere igitur Panther, & Melchi fra-* B *tres, Leui filij, vt oſtenſum eſt, Auctoribus Hebræis, affines Ioachim, vt Maria Ioachimi fuerit filia, Ioſepho collocata ſecundum duas ſtirpes. Matthanis, atq; Salomonis paterno genere Dauidis, materno Iacobi, conſobrini patris Ioachimi, affinis. Habebat idem liber & Ioſephi genealogiam ei geminam, quæ in ſacro Matthæi Euangelio deſcripta eſt.* Plura de Genealogia Virginis, & eius conſanguineis, ac affinibus refert Andron. citatus.

Petr. Moral.

Petrus Morales lib. primo tract. 6. in cap. 1. Matth. n. 2. refert Philonem l. 2. ſui breuiarij aſſerentem, quòd Pater Beatæ Virginis ſimùl appellabatur Ioachim, & Heli; & adducit etiam Rabbi Hec- C cados, teſtimonium ex Galantino lib. 7. cap. 12. qui Rabbi citatus dixit, in oppidó Bethleem fuiſſe Virginem, nomine Mariam, cuius Pater Ioachim Heli de genere Zorobabel, de tribu Iuda: & lib. primo tractatu 8. varia alia teſtimonia recenſet pro eadem opinione; licet poſtea num. 5. fateatur, prædictam ſententiam magna difficultate non carere. Et idem affirmat Vincentius Regius in ſuis Euangelicis dilucidationibus lib. 1. cap. 3. theorica 3. & ſanè hic auctor ſatis congruentes rationes affert, quæ apud ipſum videri poſſunt. Quare

Vincentius. Regius.

Prima Cõcl.

Dico primò, priorem opinionem eſſe probabiliorem ob auctoritatem tot Antiquorum, & PP. magni nominis. D

Cõcl. ſecũda.

Dico ſecundo, probabile etiam mihi videri, quòd Matthæus recenſuerit Iacob patrem Ioſephi, quia eum Iacob genuerat; Lucas verò recenſuerit Heli, hoc eſt Ioachimum patrem Ioſephi, quia eius ſocer erat; vndè iuxta hanc ſententiam Matthæus Ioſephi ex Dauide per Salomonem; Lucas Virginis ex eodem Dauide per Nathanum genealogiam ad Chriſtum deduxit. Plures auctoritates pro hac opinione videri poſſunt apud Barradium

Barrad.

A lib. 5. cap. 30. Vide etiam Henricum Haruilleum in ſuis Iſagogicis chronologijs lib. 2. §. 2.

vide Haruilleum.

QVAESTIO QVARTA.

An Beata Virgo fuerit Vnica Filia Sanctorum Ioachim, & Annæ.

D. Antoninus.

Petr. Moral.

MVLTI opinantur, Annam tres viros habuiſſe: ita Diuus Antoninus p. p. hiſtor. & alij, quos citat Petrus B Morales lib. 1. tract. 7.

Prima concl. Suar. Medin.

Dico, Mariam Deiparam Vnicam fuiſſe Filiam Sanctæ Annæ; ita Suar. cap. 2. in 3. partem diſp. 5. ſect. 4. Medin. in tertiam partem q. 38. art. 3. & alij, quos citat, & ſequitur idem Morales in cap. 1. Matth. lib. 2. tract. 7. num. 3 Petrus Lintrenſis in actus Apoſtolorum cap. 1. explicans verſiculum 14. Balduinus Iunius in ſuis chronicis moralibus, ætate quinta; Barón. tom. 1. annal. pag. 15. littera A. Videatur etiam Nicepho. lib. 2. cap. 3. Alij Recentiores cõmunitèr hanc eandẽ ſẽtẽtiã ſequuntur. Fundamentum in eo ſitum eſt, quòd omnes ferè antiqui Patres, explicantes primum caput Matthæi, & Ge- C nealogiam Chriſti, docent, vel ſupponunt, Virginem fuiſſe vnigenitam, & hæredem vnicam ſuorum parentum. Afferri communitèr ſolet ad hoc probandum illud Cant. 6. *Vna eſt columba mea, perfecta mea, vna matris ſuæ, electa genitrici ſuæ.* Ratio congruens eſt; quia Anna ſterilis fuit vſq; ad ſenilem ætatem; ergo non eſt veriſimile, quòd poſtea voluerit poſt obitũ Ioachimi ad ſecũdas nuptias trãſire. Cõfirmatur primò, quia eſt laus mulieris viduæ, quòd ſic permaneat, iuxta Apoſtolum, qui ad Timoth. 5. ait: *Vidua eligatur, quæ fuerit vnius viri vxor.* Ex quibus verbis colligitur, eſſe præferendas, vt potè digniores, viduas vnius viri ijs, quæ ſecunda con- D nubia ineunt. Confirmatur ſecundò, quia ſic certiùs conſtat, Mariam miraculosè fuiſſe conceptam, dum affirmatur, ex ſterili ſene vnicam eſſe natam. Sed

Petr. Mor.

Petr. Litenſis

Balduinus Iunius.

Baron. Niceph.

Cant.

Ad Timoth.

Obiectio. Io.

Obijcies illud Io. 19. *Stabant autem, iuxta Crucem Ieſu, Mater eius, & ſoror Matris eius Maria Cleophæ, &c.* ex quibus colligitur, Virginẽ habuiſſe ſororẽ; nec valet dicere, fuiſſe conſobrinam Virginis; nam hæc Maria Cleophæ eſt eadem, quæ dicitur etiam in ſacris paginis Maria Iacobi, vt rectè probat Ribera in Io. c. 2. authoritate Hieronymi cõtra Eluidiũ, & ſuper Matt. c. 12. & 17.

Ribera.

& in libro de viris illuſtribus, & in vita Iacobi fratris Domini; & hoc etiam deducit ex Sacro Textu: *Quia*, inquit Ribera, *præter Matrem Domini, non legimus in Euangelio, niſi duas Marias inter eas, quæ Dominum ſequebantur*; vndè Mattheus 27. *Erant autem ibi Maria Magdalene, & altera Maria ſedentes contra Sepulchrum*. Altera autem non dicitur, niſi de duabus; quòd ſi eſſent tres Mariæ, non ſatis diceret Euangeliſta, quæ nam eſſet hæc Maria: quæ ſit autem hæc Maria, docet Marc. c. 16. *Maria Magdalene, & Maria Iacobi, & Saloma emerunt aromata*; ergo Maria Iacobi erat ſoror Matris Domini: hæc conſequentia patet; nam, licet Apoſtoli, vt notat idem Ribera, vocentur fratres; Io. 20. *Vade ad fratres meos*: tamen fuerunt aliqui, qui peculiari nomine fratres appellabantur, Marc. 6. *Non ne hic Faber, filius Mariæ, frater Iacobi, & Ioſeph, & Iude, & Simonis? Non ne & ſorores eius hic nobiſcum ſunt?* Si ergo hi fratres Domini appellantur, quia erant eius conſobrini, iuxta morem antiquum Geneſeos 14. & alibi; ſequitur, quòd Maria Iacobi fuerit ſoror Mariæ vterina. Probatur hæc ſequela; ſi enim dicatur, quòd nomen ſororis in citato loco Io. 19. ſignificet conſobrinam Virginis; filij huius conſobrinæ, vt Iacobus Minor, erunt conſanguinei in tertio gradu cum Filio Deiparæ; ergo nimis impropriè dicerentur fratres Chriſti in ſacris paginis.

(Mattheus. — Marc. — Io. — Marc. — Geneſ. — Io.)

Reſponſio. Reſpondeo, nomen ſororis in ſacris paginis, vel conſobrinam, vel affinem ſignificare; ſimilitèr nomen fratris in lata ſignificatione accipi in Scripturis; & nullum eſſe inconueniens, quòd aliquandò ſignificet conſanguineos in ſecundo gradu, & aliquandò etiam in tertio; ſicut etiam idem nomen fratris extenditur ad ſignificandum ſocerum: nam, vt benè notat Petrus Morales citatus ſub numero octauo, Iacob appellatus fuit frater Laban, cum eius eſſet ſocer, Gen. 29. Immò, vt aduertit Suar. cit. §. 4. incertum eſt, an verè fuerint conſanguinei ij, qui fratres Domini appellantur in hiſt. Marc. 6. & ſimilitèr Theophilatus cit. à Petro Moral. dicit, quòd *Maria Cleophe, quæ Virginis ſoror nominatur, Io. 19. non fuit ſoror vterina, ſed eius affinitā.*

(Petr. Morales. — Gen. — Suar. — Marc. — Theophil.)

*

QVAESTIO QVINTA.

Cum plures ſint Reges in Genealogia à Mattheo relata, cur expreſsè ſolus Dauid Rex appelletur.

Verba Matthei hæc ſunt: *Ieſſe autem genuit Dauid Regem, Dauid autem Rex, &c.* (Matth.)

Conclusio Prima. Dico primò, Dauidi nomen expreſſum Regis tribui, quia primus in dicta Genealogia fuit vnctus Rex, vt colligitur ex primo Reg. c. 16. (Reg.)

Concluſio Secunda. Dico ſecundò, quòd ideò expreſsè Dauid Rex appellatur, vt hinc mundus diſcat, eum ſolum nomine Regis dignum eſſe, qui eſt verè miſericors, & manſuetus, atq; iniurias libentiſſimè condonat; talis verò fuit Dauid; qui, cum Saulem poſſet commodè in ſpelunca interficere; noluit, vt patet ex primo Regum. c. 24. Et hinc

Collige, cur Chriſtus Filius Mariæ dicitur etiam in Sacris Paginis Filius Dauid, vt Matth. primo: *Liber generationis Ieſu Chriſti filij Dauid*: id enim eſt, non ſolum quia Virgo erat è ſtirpe regia Dauid, & omnes deſcendentes ex vna ſtirpe comparati ad aſcendentes dicuntur filij; vndè, & nos nominamur filij Euæ, nomine filij latè ſumpto; ſed quia Chriſtus, vt Filius Mariæ, natus erat Rex miſericors, & manſuetus iuxta oraculum Zacch. 6. *Exulta ſatis Filia Syon, iubila Filia Ieruſalem, ecce Rex tuus venit tibi manſuetus*. Filius verò dignoſcitur ſæpè ex indole, & imagine patris, quam exprimit Chriſtus, qui, ipſiſſimum miſericordiæ, & manſuetudinis ſimulacrum; eminentiſſimè Dauidem manſuetum, & iniurias condonantem repræſentabat; & in hoc ſenſu Filius Dauid vocitatur. Porrò notandum eſt, quòd Chriſtus adeò indiſſolubili nexu regiam dignitatem cum miſericordia, & clementia coniunxit, vt in ligno moriturus pendens, antequam ſpiritum emitteret, ſciens titulum Cruci affixum, in quo nomen Regis erat inſcriptum, ne talem titulum, Matre præſēte, quę illū Regē, & miſericordem genuerat, ſine miſericordiæ exercitio retinere videretur; & Latroni ignoſcens paradyſum promiſit; &

(Matt. — Zacch.)

pro

pro crucifixoribus veniam à Patre exorauit,& multis alijs contritionem impetrauit, qui reuertebantur percutientes pectora ſua.

QVAESTIO SEXTA.

Cur in prædictam Genealogiam à Matthęo relatam aliquæ perſonæ peccatis maculatæ fuerũt admiſsæ, vt Rahab, Ruth, Berſabea, & Dauid.

DICO cum communi ſententia, in prædictam Genealogiam perſonas aliquas peccatis maculatas fuiſſe admiſſas, vt innoteſceret, Chriſtum, & eius Matrem à peccatoribus non abhorrere. Excipe verba sãcti Hieron. in c. 1. Matt.

S. Hieronymus.

Sed notandum eſt, in Genealogia Saluatoris nulla ſanctarum aſſumi mulierum, ſed earum, quas Scriptura reprehendit; vt, qui propter peccatores venerat, de peccatricibus naſcens omnium peccata deleret. Et Chryſ. homil. 2. in Natiuitate, explicãs illa verba, *Iudas autem genuit Phares, & Zaram de Thamar:* hæc habet: *Quid agis ò homo? nobis talis recordationem infers hiſtoriæ, qua adulterium turpe continetur? quid hoc verò rei eſt? quia, ſi nudi tantummodò hominis deſcriberetur genus, meritò hæc reticuiſſet; quia verò de incarnati myſterio ſcribimus Dei, non modò non tacere iſta, verùm oſtentare debemus; ſic.n.magis virtus eius, ac pietas refulgebit; venit enim, non vt noſtra fugeret opprobria, ſed vt ea potiùs extingueret; ſicut.n. admirabilis iudicatur, non quia mortuus tantùm, verùm etiam quia crucifixus, & ſepultus eſt, quanquam eſt certè res iſta per ſe exprobratione pleniſſima: ſed quantò magis exprobrabile illud eſt, tanto magis illum oſtendit de miſericordia glorioſum: ſic etiam in generatione illius dici poteſt, quòd, non ſolùm quia ſuſcepit carnem, & homo factus eſt, admiratione ſit dignus; ſed quia etiam natus tales progenitores habere dignatus eſt, nihil de noſtris vilitatibus erubeſcens; idq; ex ipſis naſcendi primordijs oſtendit, quam nil eum pudeat omninò noſtræ carnis aſſumptæ.*

Chryſoſt.

Prætereà intuitu, & meritis eiuſdẽ Deiparæ, peccatores aliquos non modo eſſe cõuertendos, ſed ad magnam ſanctitatem prououẽdos, indicare voluit Euangeliſta.

Cuius rei, inter alia, exemplũ celeberrimum eſt Sancta Maria Aegyptiaca, de

S. Maria Ægyptiaca.

A qua Sophronius Auctor grauiſsimus ſcribit, quòd, cum decem, & ſeptem annorum ſpatium carnis illecebris fediſſimè inuoluta miſerrimè tranſegiſſet, & innumera libidinis flagitia perpetraſſet, ità, vt illi ingreſſus in Hieroſolymitanum Tẽplum, vbi ſancta Crux adoranda proponebatur, diuinitùs interdiceretur; ad imaginem quandam Beatiſs. Virginis, confugit, auxilium à Matre miſericordiæ humilitèr deprecata, vitæq; mutationem pollicita eſt. Annuit pijſſima Virgo; admittitur peccatrix in templum, &, purgata per pænitentiam conſcientia, in vaſtam ſolitudinem ſe recipit, vbi carnem ieiunijs, æſtu, frigo-B re, alijſq; modis macerando, & orationi inuigilando, quadraginta ſeptem annos ſanctiſsimè tranſegit. De hac ipſa Maria Aegyptiaca fit honorifica mentio in ſecunda Synodo Nicena, act. 4.

per Virginem è vita flagitioſa ad perfectiſſimam eſt reuocata. Sophronius.

Nicæ. Synod.

Quæres, cùr in eandem Genealogiam aſſumpta ſit Ruth mulier Moabita; difficultatem facere videtur decretum diuinum, promulgatum contra Moabitas, excludens eos in ęternum ab ingreſſu in Eccleſiam Domini; ſic enim habetur Deuteron. 23. *Amonites, & Moabites, etiam poſt decimam generationem, non intrabunt Eccleſiam Domini in æternum; quia noluerunt occurrere cum pane, & aqua, quandò egreſſi C eſtis de Aegypto, & quia conduxerunt contra te Balaam filium Beor de Meſopotamia Syria, vt malediceret tibi.*

Cùr admiſſa in geneal. Virg. Ruth Moabita.

Deuteron.

Reſpondeo, non obſtante prædicto, Ruth Moabitam admiſſam eſſe in prædictam Proſapiam Chriſti, vt omnibus conſtaret, ob Virginis merita ſæpiùs diſpenſandum eſſe in legibus à Diuina Iuſtitia promulgatis: & ſanè, quæ maior firmitas diuini decreti exprimi poterat, quam his verbis: *Moabites, etiam poſt decimam generationem, non intrabunt Eccleſiam Domini in æternum!* Et tamen Ruth Moabita non ſolùm in Eccleſiam ingreditur, ſed & in Proſapiam Chriſti, qui eſt Eccleſiæ Caput:

Reſponſio.

D ò ſemper magis admirandum Virginis priuilegium, ob quòd ſit talis diſpenſatio in lege diuina! Fuit hæc poteſtas, quam habet Deipara, diſpenſandi in legibus à Deo latis, præfigurata in illa Arca federis, in qua erat virga, & lex; Arca enim illa fuit typus Virginis, vt notant Ambroſius ſerm. 81. Andreas Cretenſis, oratione 2. de dormitione; Diuus Bernardus ſerm. 2. de Natiuitate, & alij Patres communitèr; & ab Eccleſia *Fœderis Arca* dicitur, ipſa Porrò virga eſt inſigne imperatoriæ, & regiæ poteſtatis tam in ſacris, quam in humanis litteris, vt eruditè Lorinus notat in Pſal. 44. ad verſiculum, *Virga directionis, virga regni tui*: in hac ergo myſtica arca

S. Ambroſ. Andreas Cretenſis, Bernardus.

In Litanijs.

Lorinus.

Digitized by Google

A

erat lex ſimùl, & virga; vt intelligatur, quòd Maria imperatoriam, & regiam poteſtatem diſpenſandi in lege à Deo lata retinebat. Plura miracula veritatem hanc comprobant, in quibus ob merita, & ad nutum Virginis aliqua diſpenſatio in lege à Deo lata facta eſt; inter quæ admirabile illud commemoratur, quod Diuus Anſelmns refert in epiſtola ad Epiſcopos Angliæ, quæ communitèr eſt recepta, & de qua mentionem facit Concilium Cantuarienſe, vt rectè adnotat Salazarus de Conceptione c.15. §.5. num.30. Subnectam verba Anſelmi: *Aliud etiam miraculum huius feſtiuitatis alibi, diuina inſpirante gratia, nobis declaratur. In pelago Gallico, Canonicus quidam, ordine Sacerdos; ſolitus Beatæ Virginis horas canonicas decantare à villa quadam, vbi cum vxore alterius fornicatus fuerat, rediens, ad oppidum, in quo morabatur, tendere curans, & pelagus Sequanę transmeare cupiens, ſolus nauim ingreſſus, Dominicę Matris horas nauigando canere cæpit. Cumque inuitatorium: Aue Maria gratia plena, Dominus tecum; diceret; & iam in medio fluminis eſſet, ecce turba magna Dæmonum in profundo pelagi vna cum eius nauicula eum præcipitauit, & eius animam rapuit ad tormenta. Die autem tertia, ad locum, in quo Dæmones cum tormentis efficiebant, venit Mater Ieſu cum magna Angelorum ſocietate, dicens eis: vt quid animam famuli noſtri ita iniuſtè affligitis? cui illi: nos eam debemus habere, & meritò, quoniam in noſtris operibus capta eſt: quibus Mater Ieſu; ſi illius debet eſſe, cuius opera faciebat; ergo noſtra debet eſſe, quoniam matutinas noſtras horas, dum vos eum peremiſtis, decantabat: vndè magis rei eſtis, qui iniquè erga me egiſtis. His dictis, Dæmones huc, illucq. diſperſi fugerunt, & Beata Maria animam reduxit ad corpus, & hominem ab vtroq; funere reuocatum per brachium arripiens. aquam a dextris, & a ſiniſtris, quaſi murum ſtare iubens, de profundo pelagi ad portum incolumen reduxit.*

Miracula, per, quæ diſpenſatum eſt in diuinis legibus, intercedente Virg. S. Anſelmus. Concil. Cantuarienſe. Salazar.

B

C

Pondera ergo, inter alia, in hoc miraculo diſpenſationem aliquam interueniſſe, circa legem illam à Diuo Paulo ad Hebręos 9. promulgatam: *Statutum eſt hominibus ſemèl mori; poſt hoc autem iudicium*; nam, cum hic prima morte eſſet mortuus, ſecundùm legem iuſtitię diuinę erat adiudicandus æternis ſupplicijs, iuxta illud *Eccleſ.* 11. *Si ceciderit lignũ ad Auſtrũ, aut ad Aquilonem, in quocunque loco ceciderit, ibi erit*; in qua etiam lege videtur eſſe diſpenſatum.

D

ad Hebręos.

Eccleſiaſtes.

QVAESTO SEPTIMA.

Cùr Euangeliſtæ nomen Parentum Virginis Mariæ non expreſſerunt.

AMBROSIVS Catharinus in comment. in cap. 3. Genes; quem ſequitur Spinellus in ſuo throno c. 18. ſub numero 4. dicit, in ſacris paginis enunciari Beatam Virginem eſſe Ieſu Matrem, vt tota eius nobilitas, non ex parentibus, ſed ex Prole ſanctiſsima conſideretur; vndè illud: *De qua natus eſt Ieſus*; ſatis videri ſufficiens ad gratias eximias, & ſanctitatem ſublimem in Virgine cognoſcendam: & ex hoc etiam poſſe colligi, à peccato originali fuiſſe præſeruatam, vt ſic digniſsima, & ſanctiſsima eſſet, *de qua natus eſt Ieſus*.

Ambroſius Catharinus, Spinellus.

Matth.

Sed contra poſſet quis obijcere opinionem, quam ſupra diximus eſſe probabilem; nomine Heli Lucam intellixiſſe Ioachim, & ſic de Patre Virginis à Luca factam fuiſſe mentionem. Poſita ergo hac opinione probabili, adhùc quæri poteſt; cur Patrem tantùm, non autem Matrem Virginis, nominauerunt Euangeliſtæ.

Dico, probabile eſſe, quòd ideô nomen Matris Mariæ Virginis Euangeliſtæ non expreſſerint, vt tacitùs indicarent, eiuſdem Virginis Conceptionem fuiſſe ſingularitèr exemptam à communi contractione peccati originalis. Nam, etſi verum ſit, quòd peccatum originale tranſmittitur à primo Parente Adam ad poſteros, qui ſucceſsiuè generantur, & ſic tam pater, quam mater videntur concurrere ad transfuſionem huius originariæ culpæ; tamen, quia eo momento, quo anima creatur, & corpori vnitur (quod in materno ventre fit;) originale contrahitur; ideò ſpecialitèr mater videtur eſſe officina, in qua labes illa apprehẽditur, vndè hoc Dauid innuens dixit: *Et in peccatis concepit me mater mea*. Nè quis ergo Virginis Conceptionem hoc communi modo in ventre materno peractam eſſe, opinaretur; idcircò nomen Matris ipſius Virginis Euangeliſtæ non recenſuerunt.

Concluſio. Conceptio Virginis ab orig. macula indicatur immunis.

pſal.

Pſ.

QVAESTIO OCTAVA

Ex quibus Capitibus dignoſci poſſit Sanctitas Parentum Virginis, Scilicet Ioachim, & Annæ.

Prima Cœl. Reuel. S. Brigittæ.

DICO primò, ex diuina reuelatione; nam lib. primo Reuelationum Sanctę Brigittæ cap. 9 hæc habentur reuelata ab ipſa Deipara; *Filius meus coniugium Patris mei, & Matris tanta caſtitate coniunxit, vt tùnc non inueniretur caſtius coniugium*: & libro ſexto capite 49. ita Virgo ipſa loquitur: *Veritas eſt, quòd ego concepta ſui ſine peccato Originali, & non in peccato; quia, ſicut Filius meus, & ego nunquam peccauimus; ita nullum coniugium fuit, quod honeſtius eſſet, quam illud, de quo ego proceſſi*: & in ſermone Angelico cap 10 id habetur; *Dum vniuerſa iuſta & honeſta cōiugia, quæ à primi hominis creatione vſq. in diem nouiſſimum fieri debebant, proſpiceret; nullum ſimile Ioachim, & Annæ coniugio in omni diuina charitate, & honeſtate præuidit: & idcircò ei placuit, de hoc ſancto coniugio ſuæ Matris corpus generari*: & infra in eodem capite appellatur

C

S. Anna, Omnip. Dei gazophylacium

Anna, *Omnipotentis Dei gazophylacium*. Hùc referri poteſt nominum ethimologia, quæ, vt ex diuino impulſu Deiparæ parentibus impoſita eſſe, credendum eſt; ita myſterio nō carere, firmitèr tenendū. Nomen porrò Ioachim ſonat præparationem Domini, eo quòd ex illo præparatum ſit templum Domini, vt notat Epiphanius ſermone de laudibus Beatæ Virginis. Nomen verò Annæ interpretatur gratia: & ex Damaſceno, oratione de dormitatione Virginis, interpretatur gratia, ſeù miſericordia:

Nominum Ioachim, & Annæ ethimologia. Epiphanius. Damaſcen.

Authoritas Eccleſię.

Accedit authoritas Eccleſiæ, quæ feſtum de Sancta Anna celebrat, die 26. Iulij: in miſſæ introitu eadem fermè verba habentur, quæ in celebratione feſti omnium Sanctorum, & Aſſumptionis Beatæ Virginis: *Gaudeamus omnes in Domino, diem feſtum celebrantes, ſub honore Beatæ Annæ, de cuius ſolemnitate gaudent Angeli, &c.* Feſti verò Sancti Ioachim iuxta Martyrologium iuſſu Gregorij XIII editum, die 20. Martij, honorifica memoria habetur; & eius officium duplex præſcribitur iuxta ſeriem feſtorum ordinis Minorum, à Pio Quinto approbatorum. Nùnc verò in vniuerſali Eccleſia à Gregorio XV

D

Introitus miſſæ S. Annæ.

A Feſtum, & Officium Sancti Ioachim eſt reſtitutum.

Patres.

Facit etiam pro hac concluſione admirabilis Patrum conſpiratio, qui diuino flamine impulſi, eminentiſſimè de Sanctitate Ioachim, & Annæ multa conſcripſere. Diuus Damaſcenus in oratione de Virginis Natiuitate; *O beatum*, inquit, *par, & par beatum, Ioachim, & Anna: vobis certè omnis creatura obſtricta eſt; per vos enim donum omnium donorum præſtantiſſimum Creatori fuit oblatum, nempè caſtiſſima Maria, quæ ſola Creatore digna erat; ò beatos Ioachim lumbos, ex quibus prorsùs immaculatum ſemen fluxit*: & paulo poſt: *Profectò ex fructu veſtro cognoſcimini immaculati;* B *ex fructu enim arbor cognoſcitur, Matth. 7. optimę ergo arbores Ioachim, & Anna, ex quibus eximius fructus productus eſt; ex ventris veſtri fructu immaculati cognoſcimini, ò Ioachim, & Anna.* Fulbertus Carnotenſis ſerm. de Natiuitate Virginis: *Haud dubium eſt; quin vtrumq; Parentem viuificus, & ardens Spiritus Sanctus ſingulari munere repleuerit, quòdq; ab eis ſanctorum Angelorum cuſtodia, ſeu viſitatio vnquàm abſuerit*: & paulo poſt; *Quanta, putamus, præuiſio fuerit ſanctorum Angelorum circa tam Deo gratos Parentès ab initio procreationis, & excubatio ſupra tam ingentem ſobolem?* Plures Patres, & Auctores præclarè de ſanctitate Parentum C Virginis ſentientes recenſet Spinellus in ſuo Throno. c. 18, ſub. n. 4. D. Cyprianus etiam lib. de laudibus Virginis egreggiè de ſanctis Ioachim, & Anna loquitur.

Damaſcenus

Fulbertus Carnotenſis.

Spinellus, Cyprianus.

Confirmari poteſt ex pluribus ſacræ Scripturæ locis, in quibus adumbrata videtur ſanctitas eorum, inter quæ eſt illud Iſa. 2. *Et erit in nouiſſimis diebus præparatus mons Domus Domini in vertice montium, & eleuabitur ſuper colles*: nomine autem huius montis Sanctiſsima Maria deſignatur, vt Diuus Gregorius ſuper 1. Regum cap. 1. & alij Patres notant. Quo poſito, eximia ſanctitas indicatur Ioachim, & Annæ, dum ſignificantur per verticem montium; ſicut enim per montes D figurantur Sancti, ita per verticem montium ſublimes Sancti.

Iſai.

Gregorius.

Præterea Rubus, quam vidit Moyſes, Exod. 3. tipus erat Deiparę, vt vult D. Bern hom. 2 ſuper *Miſſus eſt*, & alij: & Eccleſia etiam canit de Virgine: *Rubum, quem viderat Moyſes incombuſtum, &c.* terra autem, in qua erat ille Rubus, Parentes ipſius Deiparæ deſignat; ſed iſta terra ſancta à ſacro Textu appellatur, *Locus, in quo ſtas, terra ſancta eſt*; eodem cap. ergo in ſacro Textu canonizata videtur ſanctitas Parentum Deiparæ.

Exod. Bern. Antiphona in Offic. B. V.

Itèm

A

Itèm Arca fœderis erat figura Mariç, vt ſupra q. 6. ex Patribus, & Eccleſia diximus. Porrò in ipſa arca duo erant Cherubini ita accommodati, vt propitiatorium verſis vultibus, atq: ſe mutuò reſpicerent,

Exod.

Exod. 25. *Duos quoq; Cherubim aureos, productiles facies ex vtraq; parte oraculi; Cherubim vnus ſit in latere vno, & alter in altero; vtrumq; latus propitiatorij tegant expandentes alas, & operientes oraculum, reſpiciantq; ſe mutuò, verſis vultibus in propitiatorium.* Per hos ergo Cherubinos Deiparæ Parentes reprçſentantur, ſcilicet Ioachim, & Anna: quod confirmari poteſt; nam, vt grauiſſimi Auctores affirmant, inter quos eſt

Montanus, Bozius.

B

Montanus lib. de antiquis ſacrif. & Bozius de ſignis Eccleſiæ; hi duo Cherubini erant duæ effigies, quarum altera pueri, altera puellæ faciem referebat: quòd mutuò ſe aſpicerent, mutua charitas eorum ſignificatur: quòd reſpicerent propitiatorium, maximas gratias, eorum intuitù, eſſe hominibus à Chriſto, quem poſuit Deus Propitiatorem, concedendas, indicat. Demùm ex eo, quòd ſub puelli, & puellç effigie eſſent, innuitur ſumma eorum puritas; nam puer, & puellus à puritate dicitur.

Secunda Concluſio. Cyprianus.

Dico ſecundò, ex feruenti oratione, cui Ioachim, & Anna vacabant, eorum ſanctitatem colligi. Hæc concluſio authoritate Patrum probatur:

Damaſc.

C

Diui Cypriani lib. de laudibus Virginis; *Ioachim ſiquidèm precabatur in monte, & Anna in horto ſuo; Anna vero grauida effecta Cçlum, & Thronum Cherubicum peperit, Sanctam Mariam; illa enim reperitur eſſe Cçlum, Templum, & Thronus.* Damaſceni 4. de fide c. 15. orat. prima de Natiuitate Virginis: *Anna per ſupplicationẽ Deiparam profert*: & idẽ orat. 3. de Natiuitate: *Meritò,* inquit, *vir diuinus Ioachim, & Anna eius vxor diuina prouidentia vocati, precationis fructum perceperunt, hanc, inquam, Reginam*: & lib. 4. de fide cap. 15. *Sicut Anna ſterilis per orationem, ac promiſſionem Samuelem procreauit; eodem modo hæc etiam per obſecrationem, & promiſſionem Dei Genitricem à Deo accepit.*

Gregorius Nyſſenus.

D

Gregorius Nyſſenus in oratione de ſancta Chriſti Natiuitate, *Annam,* ait, *cum prolem à Deo poſtularet, nutu diuino fuiſſe confirmatam.*

Germanus.

Germanus Conſtantinop. in Encomijs Virginis: *Dominus,* inquit, *flexus amborum precibus, Annæ, & Ioachimi, miſit Angelum, qui prænunciaret Filiæ Conceptionem.*

Nicephorus, Epiphan.

Nicephorus lib. primo cap. 7. & lib. 2. cap. 3. & D. Epiphanius hæreſi 79. ſic referunt: *Hiſtoria Mariæ, & traditiones habent, quòd dictum eſt Ioachim ab Angelo in deſerto: Vxor tua concipiet.*

A

Tertia concluſio.

Dico tertiò, admirabilem Ioachim, & Annæ cum diuino beneplacito conformitatem maximum eſſe argũmentum eorum ſanctitatis. Hçc concluſio probatur ex eo, quia ſterilitas videbatur antiquitùs maximum opprobrium;

Gen.

vndè Rachel Genes. 30. conquerens de infæcunditate dicebat: *Da mihi liberos, alioquin moriar.* Parentes verò Mariç ſterilitatem patientèr tolerabant; vt ex Auctoribus, qui de illis ſcripſerunt, colligitur. Adde, quòd cum hac conformitate adhùc magnam ſpem habebant futurç prolis, quç fiducia ſingularis arguit etiam magnam perfectionem.

Obiectio ex S. Anthiocho.

B

Obijcies Sanctum Anthiochum affirmantem, D. Annam fleuiſſe ob ſterilitatem; ita enim loquitur homil. 107. (quæ habetur tom. 7. Biblioth. Colon. impreſs. anno 1618. pag. 216.) *Altera itèm Anna Ioachim vxor, flens in horto ſuo, cum petitionem ſuam obtuliſſet pro impetrando filio, promeruit accipere Sanctam Virginem Mariam, Domini, ac Dei, & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti, ſecundùm carnem, Matrem.*

Reſponſio.

Reſpondeo, has lacrymas ex pio affectu deuotionis, & ſancto deſiderio prolis habendæ effuſas fuiſſe, & nihil derogaſſe perfectç conformitati cum diuino beneplacito; cupiebat enim prolem Sancta Anna, ſi Deo placebat, & non alitèr. Vndè & Sanctus Anthiochus cit. agnoſcit hunc fletum D. Annç ſanctum, & meritorium, quia ſubdit, *promeruit accipere Sanctam Virginem.*

Quarta concluſio.

C

Dico quartò, ſanctitatem Ioachim rectè colligi ex eo, quòd à Deo electus ſit Pater Mariç. Ratio eſt, quia talis paternitas, cum ſit inter omnes paternitates creaturarum eminentiſſima, maximam ſanctitatem exigebat; decens enim erat, vt maxima ſanctitate eniteret, qui Filiam ſuper omnes Sanctos exaltandam genuit. Confirmatur primò, quia redundat in honorem Mariæ ſanctitas Ioachim, iuxta illud

Eccleſiaſt.

Eccles. 3. *Gloria hominis ex honore patris ſui.* Confirmatur ſecundò; quia, ſicut

S. Tho.

D

Diuus Thomas 3. p. q. 27. art. 5. in corp. ad finem ſic diſcurrit: *Io. primò dicitur; gratia, & veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt; Beata autem Virgo Maria propinquiſſima Chriſto fuit, ſecundùm humanitatem; quia ex ea accepit naturam humanam; & ideò præ cæteris maiorem debuit à Chriſto gratiæ plenitudinem obtinere*: ita proportionalitèr diſcurrere poſſumus de Sancto Ioachim; nimirùm, hic inter alios Patriarchas propinquiſſimus fuit Chriſto, ſecundùm humanitatem; fuit enim eius Auus, quia eam Filiam genuit, ex qua Verbum accepit naturam humanam; & ideò præ cæteris Patriarchis maiorem à Chriſto gratiæ plenitudinem ob ipſius merita debuit

Digitized by Google

buit obtinere. Quare, ſicut ille ſolertiſſimus orator, cum vellet laudes Philippi Regis Maced. breui compendio perſtringere, ſic, teſte Sabellio, locutus eſt: *Vnum dixiſſe ſufficiat, Filium te habere Alexandrum*; ita, ſi quis veras Ioachimi laudes ſummatim innuere vellet, ſic effari poſſet: Vnum dixiſſe ſufficiat, Filiam te habere, Dei Matrem.

Sabellius.

Quinta concluſio.

Dico quintò, ſanctitatem Annæ ſimilitèr rectè colligi ex eo, quòd à Deo electa ſit Mater Mariæ. Ratio eſt, quia hæc maternitas, maternitate Dei ſola excepta, ſuperat dignitate, & eminentia alias omnes maternitates. Vndè ea omnia, quæ dixi in confirmationem præcedentis concluſionis, huc applicari poſſunt.

Adde, quòd communitèr laudatur filia, ſi plus indolis, & morum matris, quam patris refert. Vndè Statius lib. primo, Syluę bonam precatus indolem, ita cecinit:

Statius.

Multum de patre decoris,
Plus de matre feras.

Ex quo colligi poteſt, quòd decens erat, vt Anna ſanctior eſſet Patre Ioachim, vt ſic pro dignitate Maria matrizare poſſet. Et ſanè, quòd liberi plus de indole matris, quam patris ſoleant referre, ſi nihil obſtat; communitèr receptum eſt. Vndè Io. Taper. in rubr. inſtit. de nuptijs, tamquam firmiſſimum axioma ponit; *Filij vt plurimum matrizant*: vide Tiraquellum ad ſecundam legem connub. num. 73. Et Plutarcus in vita Ageſilai refert, quòd graui pecunia mulctatus fuit à Lacedemonijs Archidamus Rex; quia, cum exigui corporis fœminam vxorem duxiſſet, affirmabant Lacedemonij futurum, vt reginas, & non reges pareret, ideſt liberos ſimiliores matri, quam patri. Hinc eſt quòd matres ſummoperè gloriantur, cum habent filios ſibi per omnia ſimiles: & ſic Cornelia filia Magni Africani, & mater Gracorum, proprios filios, tanquam pretioſiores theſauros cuidam matronę oſtẽdit, quia tales erant, vt maternam indolem, atq; mores perfectè repræſentarent. Ratio autem, cur liberi magis matrizent, eſt, quia coniunctiores ſunt matri, quam patri; mater enim filium non ſolùm in vtero concipit, defert; ſed ibi etiam nutrit ex propria ſubſtantia Sanguinis; quæ, quia in ſubſtantiam aliti conuertitur, etiam naturam, & indolem matris in eum transfundit. Et ſanè ex hac coniunctione maiori; quam habuit Maria cum Anna Matre, quam cum Patre, infert Sanctus Vincentius maiorem ſanctitatem Annæ, cuius verba, quæ habentur in ſermone Sanctæ Annæ in principio, placet hic referre. *Licet Ioachim fuerit ſanctus, & benedictus*

Io. Taper.

Tiraquellus. Plutarcus.

Sanct. Vincent. Ferrerius.

A *amicus Dei; tamen maioris ſanctitatis fuit Beata Anna: ratio, quia maiorem participationem habuit cum Virgine Maria filia ſua, Pater verò modicum participat cum filijs; ſed mater nouem menſes portat, & poſt natiuitatem lactat, nutrit, dormit cum eis, & oſculatur; quia ergo Beata Anna habuit maiorem participationem cum Virgine Maria, fonte totius ſanctitatis, quæ iam in vtero Matris exiſtens erat ſancta; cogitate ergo quanta ſanctitas remanſit in Beata Anna, quæ ipſa portauit, & nutriuit; ſi enim Mater dabat ipſi illa, quæ habebat; Virgo Maria dabat Matri ſanctitatem: & ideò fuit ſanctior, perfectior, & ſpiritualior Ioachimo viro ſuo.*

B Dico ſextò, ſanctitatem Annæ, & Ioachim auctam fuiſſe, ob ipſius Mariæ interceſſionem; nam, cum Marię in primo Conceptionis momento rationis vſus illuxerit, vt infra probabimus, cum de eius Conceptione agemus, ſicut ipſa Parentes ſuos tùnc optimè nouit, ita ſummoperè dilexit, & præceptum de honorandis parentibus adimplere cœpit; ſed verus amor magna operatur, ergo talis amor Mariæ erga parentes magna operabatur, eam nimirùm ſuauiſsimè impellendo, vt ingentia gratiæ dona ſuis parentibus feruentiſsimè deprecaretur. Et, dum in vtero ſanctę Annæ ſanctiſsima Maria puellula incluſa alebatur; & deindè nata pannis ab ea inuoluebatur; ſinu, atq; amplexu fouebatur, lacte nutriebatur, dum hæc, inquam, & alia materna officia exhibebantur; ſicut amore magis

Sexta concl.

C erga tam piam, & amantiſsimam Matrem inflammabatur, ita & illi maiora ſemper à Deo gratiæ incrementa, ſuis efficaciſsimis precibus, obtinebat.

Dico ſeptimò, ſanctitatem Annę, & Ioachim mirumimmodùm creuiſſe ob gratiam, quam receperunt; quandò Mariam trimulam in templo, vt ſuo loco infra videbimus, obtulerunt. Probatur; nam ea oblatio maximè meritoria fuit ob multas virtutes, cum quibus fuit coniuncta, & pręcipuè ob eximium amorem Ioachim, & Annę erga Deum; tali enim amore excitati, & ſuauiſsimè impulſi hi ſancti ſenes teneram infantulam Mariam, vnicum ſui fructum, vnicum ſenilis ætatis ſolatium, Dei obſequio ſpontè dicarunt. Quare, pro tanto amore, & pro oblatione ſanctiſsimæ Trinitati gratiſsima, copioſam à Deo gratiam ſunt adepti, & conſequentèr ad maiorẽ ſanctitatem fuerunt promoti. Et ſi verum eſt, quòd communitèr dicitur, maternum amorem maiorem eſſe erga filios, quam paternum; fatendum erit, quòd, ſicut Anna Mater magis Mariam infantulam diligebat, ita etiam maiorem obtinuerit

Septima concluſio.

D.

S. Anna magis diligebat Mariam infãtulam, quam S. Ioachimus.

gra-

A gratiam pro maiori amore erga Filiam, quam Dei obſequio obtulit.

Collige primò magnam excellentiam Sanctæ Annæ eſſe, quòd, ſicut Deus gloriatur de vnica Virgine, tanquam re ſua: *Vna eſt columba mea, perfecta mea*; ita & hæc vna eademq; Virgo dicatur eſſe Diuę Annæ: *Vna eſt Matris ſuę, electa Genitrici ſuæ.*

Collige ſecundò, rem gratam præſtare Deiparæ eos, qui deuoto affectu excolunt Sanctos Ioachim, & Annam. Honor enim, qui exhibetur parentibus, etiam in filios redundat. Adde, quòd, ſi ſcala illa, quam vidit Iacob, cui Dominus innixus erat, figura fuit Deiparæ, vt communitèr notant Patres; certè per terram, in qua ſtabat dicta ſcala, intelligere poſſumus Parentes ipſius Virginis, & pręcipuè Annam Matrem; quarè, ſicut quis, antequam primum ſcalæ gradum aſcendat, pedes in terra figit, dicere poſſumus, facilè per hanc myſticam ad Cælum ſcalam conſcendere, cuique licere, ſi affectus confidentiæ, & deuotionis in ſanctitate Annæ, & Ioachim collocet. B

QVAESTIO NONA

An Ioachim, & Anna, dum erant in ſterilitate, Votum emiſerint, ſi quam prolem habuiſſent, eam Dei obſequio dicandi. C

SVPPONO in hac quæſtione, quòd per mulos annos Ioachim, & Anna in matrimonio vixerint abſque vlla prole, vt tradunt grauiſsimi Auctores, & receptum eſt ab Eccleſia in lectione quarta de ſancta Anna; & videri poteſt Diuus Hieronymus lib. de ortu Virginis tit. 4. & Christophorus à Caſtro in Hiſtoria Deiparę ca. 2. vb: dicit, quòd *Beata Virgo procreata fuit prope annum ſexageſimum ſuorum Parentum*. Hoc poſito, D

Hieronym.

Chriſtophorus a Caſtro.

Concluſiò.

Dico, valdè probabile eſſe, quòd Deiparæ Parentes prædictum votum emiſerint. Hæc concluſio fundatur præcipuè in auctoritate grauiſsimorum virorum, hoc aſſirmantium: vide Caniſium lib. 1. de Virgine cap. 12. Greg. Niſſenum in oratione de Natiuitate Mariæ; Nicephorum lib. 1. hiſtor. cap. 17. Petrum Moralem lib. 1. tractat. 6. & tract. 10. & 11. Probatur ratione

Caniſius,

Nyſſenus, Nicephorus, Morales.

A congruenti; ſicut enim Anna Samuelis maior, dum erat ſterilis, vouit, ſe dicaturam prolem, ſi quam haberet, Dei obſequio; ſic etiam conueniens erat, vt Parentes Virginis illam ex voto in Dei obſequium offerrent, quæ Deum erat paritura. Confirmatur, quia eſt quoddam futurę ſanctitatis indicium, & præambulum, ſi prius à parentibus Deo dicetur proles, antequam naſcatur.

QVAESTIO DECIMA.

B Cur ex Parentibus Sterilibus generatur Deipara.

DICO primò, vt puritas Virginis ex hoc etiam capite eluceret, quatenùs ex coniugio caſto, & ſine libinis ardore generaretur. Docent paſsim hoc Patres. Ildephōſus ſerm. de Natiu. Virginis: *Maria* (ait) *de Anna ſterili, & patre iam ſene extra conſuetudinem mulierum poſt refrigeſcētē calorē, & ſanguinē iā tepidū in pectore refrigeſcētē, & omnē libidinis diſceſſum, mundo corde, & corpore ab omni pollutione* C *carnali, orta eſt.* Chryſologus ſerm. 91. *Partus non ablatus eſt, ſed dilatatus, donec tranſiret tempus carnis, paſsio corporis, coniugij neceſſitas, voluptatis cauſa, cupiditatis ſenſus, & totum, quod humanam conſundit, grauat, onerat conſcientiam; mundabatur longo tempore domus, ſanctitatis hoſpitium.* D. Hieronym. de ortu Deiparæ; *Non libidinis*, inquit, *eſt, quòd naſcitur, ſed diuini muneris cognoſcatur.*

Pri. conc.

S. Ildephonſ.

Chryſologus

D. Annæ vterus ſanctitatis hoſpitium.

D. Hieron.

Dico ſecundò, quòd à Parentibus ſterilibus generatur Deipara, quia diuinus Amor ex tùnc erga ipſam Deiparam ſe zelotypum oſtendit, & ideò voluit principalis eſſe huius Puellæ auctor, D ſupplendo naturales generationis cauſas; ſicut enim ex tali capite magis Deipara à Deo pendebat; ita magis ad Deum vnicè diligendum ſtimulabatur.

Sec. Concl.

✠✠✠
✠✠
✠

CAPVT

Digitized by Google

CAPVT TERTIVM.

DE IMMACVLATA VIRGINIS CONCEPTIONE.

QVAESTIO PRIMA.

An Mariæ Conceptio fuerit ab aliquo Angelo annuntiata.

Reuel. Sanct. Brigittæ.

DICO, partem affirmatiuam tenendam eſſe. Probatur primò ex Reuelationū Sanctę Brigittæ lib. 1. c. 9. vbi dicitur, quòd Parentes Deiparę, *ex verbo Angeli nuntiantis conuenerunt carne, non ex concupiſcentia aliqua voluptatis, &c.* Probatur ſecundò authoritate grauiſſimorum Auctorum. A

German. Conſtantinop.

Germani Conſtantinop. in encomijs Virginis: *Dominus flexus amborum precibus, Annæ, & Ioachim, miſit Angelum, qui prænunciaret Filiæ Conceptionem.*

Fulbertus Carnotenſis.

Fulberti Epiſcopi Carnotenſis ſerm. de Natiuitate, B qui habetur in Biblioth. c. 9. fol. 36. *Euolutis ergo tot annorum curriculis, miſſus eſt Angelus Domini priùs ad Ioachim, deinde ad Annam, nuncians ei naſcituram filiam, nomine Mariam, cui ſimilis ſanctitate nec antea nata fuerit, nec poſtea naſceretur.*

D. Hieron.

D. Hieronymi, ſiue alterius Authoris lib. de ortu, & Natiuitate Mariæ, qui habetur in c. 9. operum Hieronymi, & conſtantèr approbatur à multis, vt pius

Chriſtoph. de Caſtro.

(vide Chriſtophorum de Caſtro in hiſtoria Deiparæ, in catalogo Authorum, illum ipſum eruditè à calumnijs vindicantem): in dicto ergo libello dicitur; *Anna Vxor tua pariet tibi filiam, & vocabis nomen eius Mariam; hæc enim erit, vt vouiſtis, ab infantia Domino conſecrata, & Spiritu Sancto replebitur adhùc ex vtero Matris.* C

Petrus Mor.

Sunt & alij, quos citat Petrus Morales in c. 1. Matth. tract. 6. lib. 1. n. 10. Probatur tertiò; quia, ſi ipſa erat Regina Angelorum; conueniens erat, vt Angeli lætabundi eius Conceptionem annuntiarent. Probatur quartò: ſi per Angelos aliorum conceptio prænuntiata fuit, ſcilicet, Iſaac, Sampſonis, & Ioannis Baptiſtæ, vt notat Petrus Morales in caput idē Matth. lib. 1. tract. 6. num. 16. ſanè potiori iure, Virginis Conceptionem ab Angelo prænunciatam, aſſirmandum erit; veriſſima enim eſt regula illa, quam tradit D. Ambroſ. lib. de inſtitutione Virginis: *Virgo à nullo illuſtriū Sanctorum vincitur in priuilegijs gratia.*

Ambros.

Porrò, hunc Angelum fuiſſe Gabrielē, tradit Franciſcus Maironus ſer. ſuper *miſſus eſt:* Pātaleon etiā apud Metaphraſtem in oratione de Sancto Michaele; Ioa. Bileth. & Petrus de Natalibus in catalogo Sācto. l. 3. c. 226.

Maironus, Pantaleon, Ioan. Bileth. Pet. de Nata.

QVAEST. SECVNDA.

An ſine vlla concupiſcentia fuerit concubitus, quo Maria fuit progenita.

In ſtatu innocentię nullus fuiſſet ardor libidinis in actu generandi.

PRo ſolutione huius quęſtionis: Notādum, quòd in ſtatu innocētię nullus fuiſſet ardor libidinis inordinatæ in actu generādi; Augu. in Geneſim lib. 9. c. 3. & li. 14. de Ciuitate à c. 21. vſq; ad 26. quia, virtute iuſtitię originalis, nimia carnis delectatio cohibita fuiſſet; nec copulā inordinatus motus receſſiſſet, aut impudica carnis titillatio pręueniſſet; ſed ex motiuo honeſto voluntatis, nō interueniēte libidinis ardore, nec illecebroſo ſtimulo, actus coniugij factus fuiſſet; in quo actu C Deus libidinis exceſſum tēperaſſet, & talē delectationē ſolùm permiſiſſet, qualē actus generādi neceſſariò exegiſſet; vndè illa delectatio mentis trāquillitatem non turbaſſet. Hoc notato,

August.

Concluſio affirmatiua.

Dico, Sanctos Ioachim, & Annā in actu coniugij, quo Virgo Maria genita fuit, nullam immoderatam carnis delectationem habuiſſe.

Ioachim, & Anna magis voluiſſēt mori, quā carnali amore cōuenire.

Probatur primò ex Reuelatio. S. Brigittæ lib. 1. c. 9. vbi hęc habētur; *Et, cum nuntiatum eſſet ab Angelo, quòd Virginem parerent, vndè ſalus mundi procederet; magis voluiſ-*

voluiſſent mori, quam carnali amore conuenire, & voluptas in eis mortua erat, &c.

Probatur ſecundò; quia, ſi in ſtatu innocentiæ, vt dictum eſt, nullus fuiſſet ardor libidinis; idem conueniens fuit in actu, quo genita fuit Virgo Maria; tũ quia sãctiores erãt Ioachim, & Anna, quam fuiſſent multi, qui in ſtatu innocentiæ, ſine ardore libidinis generaſsẽt; tũ quia hęc filia, ideſt Maria, decoranda erat, non modò iuſtitia originali, vt dicemus infra, ſed etiam innumeris alijs priuilegijs, & gratijs exornãda.

Anſelmus.

Confirmatur; quia eminentiſſima puritas Mariæ, *Qua maior ſub Deo nequit intelligi*, vt ait Anſelmus, puriſſimum huiuſmodi parentum concubitum exigere videbatur.

Galatinus, Spinellus.

Fauent nobis Petrus Galatinus lib. 7. de arcanis catholicæ veritatis c. 8. & Spinellus in ſuo throno c. 18. ſub n. 8. afferẽs exẽplũ Loth, qui vino inebriatus non ſenſit, quãdò concubuit cum filiabus; *ita* (ait) *Parentes Sanctiſſimæ Virginis amore ſpirituali ebrij, ſed tamen optimè cognoſcentes, quid faciebant, non ſenſere, ex Dei priuilegio, effrænatam illam concupiſcentiæ voluptatem.*

Diuus Bernardus.

Confirmatur: Eua fuit figura Mariæ, vt docent communitèr Patres; Diuus Bernardus ſerm. Signum magnum: *Sic nimirùm prudentiſſimus, & clementiſſimus Artifex, quod quaſſatum fuerat, non confregit, ſed vtiliùs omninò refecit; vt, videlicet, nouum nobis formaret Adam ex veteri, & Euam transfunderet in Mariam*: &

Epiphanius.

Epiphanius hæreſi 78. *Beata*, inquit, *Mater Dei Maria per Euam ſignificatur, &c.* Sed Eua ex coſta Adami dormientis, & eleuati in contemplationem fuit procreata (de qua Adami cõtẽplatione, intèr alios, egreggiè

Diuus Bernardus.

idẽ D. Bernardus ſerm. 2. in ſeptuageſima; *Mihi quidèm*, ait, *non niſi incommutabilis veritatis intuitu, & abyſſo diuinæ ſapientiæ corporis excedens ſenſibus obdormire videtur*;) ergo conueniens ratio ſuadebat, vt Maria progigneretur à Parentibus tùnc diuinę contemplationi intentis, cæleſtiq; amore ità ferueſcentibus, vt omnis inordinata concupiſcentia in eis conſopita eſſet. Immò potior ratio; nam caro Marię, quæ tùnc generabatur, aliquandò identificanda erat cum carne Filij Dei eminentiſſimæ puritatis amantiſſimi.

Caro Chriſti eſt caro Mariæ. Auguſt. Arnoldus.

Caro Chriſti eſt caro Mariæ, inquit Auguſtinus ſerm. de Aſſumptione: & Arnoldus Carnotenſis lib. de laudibus Virginis: *Vna*, inquit, *eſt Maria, ac Chriſti caro, vnus Spiritus, vna Charitas; vnitas diuiſionem non recipit, nec ſecatur in partes; &, licet ex duobus factũ ſit vnum, illud tamẽ vltra ſcindi nõ poteſt; atq; adeò Filij gloriam cum Matre non tam cõmunem iudico, quã eandem.*

Gloria Chriſti cum Ma-

Si ergo vna fuit caro Mariæ, & Chriſti; verè, ac meritò illam,

A affirmamus, modo quodam puriſſimo, atq; omni excluſa concupiſcentia, genitã fuiſſe.

tre communis, &c.

Confirmatur ſecundò authoritate Patrum, qui vnam ex cauſis, quam aſſignant; cur Beata Virgo ex Parentibus ſterilibus genita ſit; dicunt; vt intelligatur absq; vlla concupiſcentia fuiſſe progenita; vt vidimus cap. præced. q. 10. Et præter Auctores ibi cit.

Damaſcenus.

Damaſcenus oratione prima de Natiuitate Virginis: *Ex Matre autem ſterili* (ait) *ſatis conuenientèr orta fuit Virgo, vt ad Incarnationis ſummum miraculum per aliud ſterilitatis miraculum fieret gradus; & vt oſtenderetur, ex ſterili Matre Virginem, non ex carnis cõcupiſcentia, ſed ex diuina gratia, mirabilitèr operante fuiſſe ortã*;

Nicephorus.

B & Niceph. *Virgo*, inquit, *ex mẽbris ſenilibus, & longè à naturæ feruore alienis; tamquam quidam diuinitùs datus fructus, producta eſt.*

QVAESTIO TERTIA.

Vtrum Beata Virgo ſine peccato Originali fuerit Concepta.

SVNT aliqua in hac quæſtione ſupponenda, vt pleniùs ea, quę dicturi ſumus, intelligantur.

Adæ poſteri omnes peccato originali naſcuntur infecti.

Supponẽdũ ergo primò, veritatem catholicam eſſe, cõtra Pelagium, eiuſq; Sectatores, dari pec-

C catum aliquod, quod poſteri Adę origine ipſa cõtrahunt, & quo inficiuntur, priuſquã vllum propria voluntate admittãt peccatũ, atq; adeò ante omnẽ vſum liberę volũtatis. Ita definitum eſt à Summis Põtificibus: ab

Innocent. 1. Celeſtin. Leo, Gregorius. Concil. Mileuet. Arauſic. 2. Trident. Bellarm.

Innocentio primo epiſt. 25. & 26. Cæleſtino epiſt. ad Gallos 1. Leone I. epiſt. 22. & 81. & Gregorio lib. 7. epiſt. 53. In Cõcilijs Mileuet. & Arauſic. ſecundo, can. 2. & alijs pluribus antiquis; & nouiſſimè in Tridẽtino ſeſſ. 5. de peccato originali: videri poteſt Bellarm. cap. 4. lib. de amiſſione gratię, & ſtatu peccati c. 2. Veritas hæc clariſſimè patet ex Scripturis, & præcipuè ex c. 5. epiſt.

ad Rom.

ad Romanos, vbi Paulus, *Propterea*, in-

D quit, *ſicut per vnum hominem peccatum in hunc mundum intrauit, & per peccatum mors; & ita in omnes homines mors pertranſijt, in quo omnes peccauerunt*; & plura eodem capite habentur, quæ eandem ſententiam confirmant. Ex quo loco rectè deducitur intentum; quia Apoſtolus in dicto capite opponit Chriſtum Adamo, ita, vt inferat, quòd ita à Chriſto in nos iuſtitia tranſmittatur, ſicut ab Adamo peccatum; ſed à Chriſto ad nos iuſtitia non imitatione ſola, ſed regeneratione ſpirituali, & infuſione gratiæ trãsfunditur;

ergo

ergo nec peccatum Adami ad nos tranſmittitur imitatione, vt dicunt hæretici.

Secundò eſt illud eiuſdem Apoſtoli, epiſtola ad Ephes: *Eramus natura filij iræ*, ideſt nati filij iræ; nam nomen naturæ ab Apoſtolo in hoc ſenſu accipitur; vt patet ex c.2. eiuſdem epiſtolę: *Nos natura Iudęi, & non ex gentibus peccatores*; ſcilicet, nos ſumus nati Iudęi, & non ſumus ex proſelytis admiſſis ex gentibus ad Iudaiſmum. — *ad Ephes.*

Tertiò, & vltimò, vt alia teſtimonia omittam; non enim eſt huius loci hæc fusè pertractare; illud afferri ſolet, tanquam firmiſſimum Pſalm. 50. *Ecce in iniquitatibus conceptus ſum, & in peccatis concepit me mater mea*; non enim Dauid loquitur de aliquo peccato parentum ſuorum, quod B fuerit admiſſum, quandò ab ęis fuit progenitus; vt rectè notat Diuus Thomas lib. 4. contra gentiles c. 5. & S. Leo ep. 86. c. 4. quia non de adulterio, ſed de legittimo matrimonio natus eſt Dauid. Vide Authores, quos pro hac ſuppoſitione ab initio citauimus. — *Pſ. S. Th. & Leo.*

Supponendum ſecundò, à Tridentino ſeſſ. quinta in decreto de peccato originali; illis verbis: *Si quis per gratiam, quę in Baptiſmate confertur reatum pecc. orig. remitti negat, aut etiam aſſerit non tolli totum id, quod veram, & propriam peccati rationem habet, ſed illud dicit tantum radi, aut non imputari, &c.* reijci, errorem proximè ſuborum recentiorum Hęreticorum, qui, C orig. peccatum putant eſſe fomitem, & concupiſcentiam, qua ad malum inclinamur; illudq; per Baptiſmum dicunt non imputari; licet remaneat; atq; adeò tegi ſolùm, non tolli; radi, non eradicari. Porrò certum eſt, ex definitione eiuſdem Concilij, manere in baptizatis concupiſcentiam, vel fomitem; ex quo apertè deducitur, quòd talis concupiſcentia, aut fomes non eſt peccatum orig. hæc autem concupiſcentia aliquandò dicitur peccatum, quia à peccato eſt, & in peccatum inclinat. — *Tridentin.*

Supponendum tertiò contra Albertum D Pighium in controuerſia de peccato originali, & Catherinum opuſc de eadem re, peccatum originale non eſſe illud ipſum met actuale Adæ, extrinſecè denominans ipſius poſteros peccatores: nam in Tridentino citato ſeſſ. quinta §. 3. dicitur; *Si quis, hoc Adæ peccatum, quod origine vnum eſt, & propagatione, non imitatione transfuſum omnibus, ineſt vnicuiq; proprium, &c.* Ex quibus verbis apertè colligitur, quòd non ipſo ſolo Adæ peccato eius poſteri conſtituuntur peccatores per denominationem extrinſecam; dicitur enim transfuſum, & vnicuiq; proprium ineſſe, Simi-

A litèr ratio formalis pecc. orig. non eſt indignitas habendi iuſtitiam orig. quam quidam vocant reatum: patet, quia iſta indignitas, ſeu reatus eſt effectus peccati orig. valet enim dicere; ideò iſte eſt indignus iuſtitia orig. & dignus pæna, quia eſt peccator; ergo. Vide Moncęum diſp. 7. c. 3. à §. *venio ad tertiam*. — *Moncæus.*

Supponendum quartò contra multos Catholicos, peccatum originale non eſſe morbidam animę qualitatem, contractam ex conſortio corporis, immundiq, ac vitiati ſeminis. Intèr hos Catholicos eſt Gulielmus Pariſiens. tract de vitijs, & peccatis c. 4. Gregorius in primo diſt. 3. q. 2. a. 1. & 2. Henricus quodliber. 2. q. 3. Driedo lib. 1. de gratia, & libero arbitrio, tract. B 2. c. 3. p. 4. Porrò veritas huius ſuppoſiti fundatur in eo, quòd Adam poſt iuſtificationem, alijq; parentes iuſti nullam habent morbidam qualitatem; & tamen eorum filij non ſine originali naſcuntur: quòd ſi illorum ſemen immundum dicitur, non hoc eſt ratione illius prauæ qualitatis, ſed ratione originalis immunditiæ, cum qua eorum filij ex ſemine gignuntur. Præterea quomodò illa morbida qualitas in Adami ſemine producta eſt, & ad nos deriuata? non ſanè ab Adami voluntate, eiuſq; peccato; quia nulla apparet connexio, & alioquin idem de alijs peccatis eſſet aſſerendum: non à Serpente, ſeu Dæmone; quia C hic ſolùm agit per motum localem, vt hic ſuppono: non à pomo vetito; nulla enim occulta vis, & influentia in illo ad hanc productionem eſſe potuit: non demùm à Deo; quia ſic auctor eſſet peccati, vel immediatè, ſi morbida tam animæ, quam corporis qualitas ab ipſo immediatè produci dicatur; vel mediatè, vt cauſa tamen partialis; ſi qualitas animæ ex corporis qualitate produci ponatur; quòd etiam, qua ratione fieri poſſit, non apparet; cum accidens ſpirituale à corporali produci non poſſit. Aſſerere autem cum Gregorio, id eſſe ſingulare; ſine fundamēto eſt. Similitèr confutatur opinio nonnullorum Re- D centiorum, exiſtimantium, pecc. orig. ſitum eſſe in macula quadam originalitèr contracta, ſimili maculæ habituali, quam primus Parens contraxit ex actuali ſuo peccato; quæ macula fuit aliquid diuerſum à priuatione gratię, & ſanctitatis. Nam; licet in peccatore, præter priuationem gratiæ, ex ipſius peccato macula quædam remaneat, quod ſuppono hic, & patet ex eo, quòd peccatum veniale, etiamſi non habeat adiunctam priuationem gratiæ, nihilominùs maculam aliquam in anima relinquit, vt patet ex Diuo Thoma 3. p. q. 87. a. 2. ad 3. & ex Patribus, Chryſoſt. hom. 12. — *Gulielmus Pariſiens. Henricus, Driedo. D. Th. Chryſoſt.*

voluiſſent mori, quam carnali amore conue- A *nire, & voluptas in eis mortua erat. &c.*

Probatur ſecundò; quia, ſi in ſtatu innocentiæ, vt dictum eſt, nullus fuiſſet ardor libidinis; idem conueniens fuit in actu, quo genita fuit Virgo Maria; tũ quia sãctiores erãt Ioachim, & Anna, quam fuiſſent multi, qui in ſtatu innocentiæ, ſine ardore libidinis generaſsẽt; tũ quia hęc filia, idest Maria, decoranda erat, non modò iuſtitia originali, vt dicemus infra, ſed etiam innumeris alijs priuilegijs, & gratijs exornãda.

Confirmatur; quia eminentiſſima puritas Mariæ, *Qua maior ſub Deo nequit intelligi*, vt ait Anſelmus, puriſſimum huiuſmodi parentum concubitum exigere videbatur. Fauent nobis Petrus Galatinus lib. 7. de arcanis catholicæ veritatis c. 8. & Spinellus in ſuo throno c. 18. ſub n. 8. afferẽs exẽplũ Loth, qui vino inebriatus non ſenſit, quãdò concubuit cum filiabus; *ita* (ait) *Parentes Sanctiſſimæ Virginis amore ſpirituali ebrij, ſed tamen optimè cognoſcentes, quid faciebant, non ſenſere, ex Dei priuilegio, effrenatam illam concupiſcentiæ voluptatem.* B

Anſelmus.

Galatinus, Spinellus.

Confirmatur: Eua fuit figura Mariæ, vt docent communitèr Patres; Diuus Bernardus ſerm. *Signum magnum: Sic nimirùm prudentiſſimus, & clementiſſimus Artifex, quod quaſſatum fuerat, non confregit, ſed vtiliùs omninò refecit; vt, videlicet, nouum nobis formaret Adam ex veteri, & Euam transfunderet in Mariam*: & Epiphanius hæreſi 78. *Beata*, inquit, *Mater Dei Maria per Euam ſignificatur, &c.* Sed Eua ex coſta Adami dormientis, & eleuati in contemplationem fuit procreata (de qua Adami cõtẽplatione, intèr alios, egreggiè idẽ D. Bernardus ſerm. 2. in ſeptuageſima; *Mihi quidèm*, ait, *non niſi incommutabilis veritatis intuitu, & abyſſo diuinæ ſapientiæ corporis excedens ſenſibus obdormire videtur*;) ergo conueniens ratio ſuadebat, vt Maria progigneretur à Parentibus tùnc diuinę contemplationi intentis, cæleſtiq; amore itá ferueſcentibus, vt omnis inordinata concupiſcentia in eis conſopita eſſet. Immò potior ratio; nam caro Marię, quæ tùnc generabatur, aliquandò identificanda erat cum carne Filij Dei eminentiſſimæ puritatis amantiſſimi. *Caro Chriſti eſt caro Mariæ*, inquit Auguſtinus ſerm. de Aſſumptione: & Arnoldus Carnotenſis lib. de laudibus Virginis: *Vna*, inquit, *eſt Mariæ, ac Chriſti caro, vnus Spiritus, vna Charitas, vnitas diuiſionem non recipit, nec ſecatur in partes; &, licet ex duobus factũ ſit vnum, illud tamẽ vltra ſcindi nõ poteſt, atq; adeò Filij gloriam cum Matre non tam commnem iudico, quã eandem.* Si ergo vna fuit caro Mariæ, & Chriſti; verè, ac meritò illam C D

Diuus Bernardus.

Epiphanius.

Diuus Bernardus.

Caro Chriſti eſt caro Mariæ.

Auguſt. Arnoldus.

Gloria Chriſti cum Ma-

affirmamus, modo quodam puriſſimo, atq; omni excluſa concupiſcentia, genitã fuiſſe.

tre communis, & eadẽ.

Confirmatur ſecundò authoritate Patrum, qui vnam ex cauſis, quam aſſignant; cur Beata Virgo ex Parentibus ſterilibus genita ſit; dicunt; vt intelligatur absq; vlla concupiſcentia fuiſſe progenita; vt vidimus cap. præced. q. 10. Et præter Auctores ibi cit. Damaſcenus oratione prima de Natiuitate Virginis: *Ex Matre autem ſterili* (ait) *ſatis conuenientèr orta fuit Virgo, vt ad Incarnationis ſummum miraculum per aliud ſterilitatis miraculum fieret gradus; & vt oſtenderetur, ex ſterili Matre Virginem, non ex carnis cõcupiſcentia, ſed ex diuina gratia, mirabilitèr operante fuiſſe ortã*; & Niceph. *Virgo*, inquit, *ex mẽbris ſenilibus, & longè a naturæ feruore alienis; tamquam quidem diuinitùs datus fructus, producta eſt.*

Damaſcenus.

Nicephorus.

QVAESTIO TERTIA.

Vtrum Beata Virgo ſine peccato Originali fuerit Concepta.

SVNT aliqua in hac quæſtione ſupponenda, vt plenius ea, quę dicturi ſumus, intelligantur.

Supponendũ ergo primò, veritatem catholicam eſſe, cõtra Pelagium, eiuſq; Sectatores, dari peccatum aliquod, quod poſteri Adę origine ipſa cõtrahunt, & quo inficiuntur, priuſquã vllum propria voluntate admittãt peccatũ, atq; adeò ante omnẽ vſum liberę volũtatis. Ita definitum eſt à Summis Põtificibus: ab Innocentio primo epiſt. 25. & 26. Cæleſtino epiſt. ad Gallos 1. Leone I. epiſt. 22. & 81. & Gregorio lib. 7. epiſt. 53. In Cõcilijs Mileuit. & Arauſic. ſecundo, can. 2. & alijs pluribus antiquis; & nouiſſimè in Tridẽtino ſeſſ. 5. de peccato originali: videri poteſt Bellarm. cap. 4. lib. de amiſſione gratię, & ſtatu peccati c. 2. Veritas hæc clariſſimè patet ex Scripturis, & præcipuè ex c. 5. epiſt. ad Romanos, vbi Paulus, *Propterea*, inquit, *ſicut per vnum hominem peccatum in hunc mundum intrauit, & per peccatum mors; & ita in omnes homines mors pertranſijt, in quo omnes peccauerunt*; & plura eodem capite habentur, quæ eandem ſententiam confirmant. Ex quo loco rectè deducitur intentum; quia Apoſtolus in dicto capite opponit Chriſtum Adamo, ita, vt inferat, quòd ita à Chriſto in nos iuſtitia tranſmittatur, ſicut ab Adamo peccatum; ſed à Chriſto ad nos iuſtitia non imitatione ſola, ſed regeneratione ſpiritnali, & infuſione gratiæ trãsfunditur; C D

Adæ poſteri omnes peccato originali naſcuntur infecti.

Innocent. 1. Celeſtin. Leo, Gregorius. Concil. Mileuit. Arauſic. 2. Trident.

Bellarm.

ad Rom.

ergo

ergo nec peccatum Adami ad nos tranſmittitur imitatione, vt dicunt hæretici.

Ephes. c.

Secundò eſt illud einſdem Apoſtoli, epiſtola ad Ephes: *Eramus natura filij iræ*, ideſt nati filij iræ; nam nomen naturæ ab Apoſtolo in hoc ſenſu accipitur; vt patet ex c. 2. eiuſdem epiſtolę: *Nos natura Iudęi, & non ex gentibus peccatores*; ſcilicet, nos ſumus nati Iudęi, & non ſumus ex proſelytis admiſſis ex gentibus ad Iudaiſmum.

Ps.

Tertiò, & vltimò, vt alia teſtimonia omittam; non enim eſt huius loci hæc fusè pertactare; illud afferri ſolet, tanquam firmiſſimum Pſalm. 30. *Ecce in iniquitatibus conceptus ſum, & in peccatis concepit me mater mea*; non enim Dauid loquitur de aliquo peccato parentum ſuorum, quod fuerit admiſſum, quandò ab ęis fuit progenitus; vt rectè notat Diuus Thomas lib. 4. contra gentiles c. 5. & S. Leo ep. 86. c. 4. quia non de adulterio, ſed de legittimo matrimonio natus eſt Dauid. Vide Authores, quos pro hac ſuppoſitione ab initio citauimus.

S. Th. & Leo.

Tridentin.

Supponendum ſecundò, à Tridentino ſeſſ. quinta in decreto de peccato originali; illis verbis: *Si quis per gratiam, quę in Baptiſmate confertur reatum pecc. orig. remitti negat, aut etiam aſſerit non tolli totum id, quod veram, & propriam peccati rationem habet, ſed illud dici tantum radi, aut non imputari, &c.* reijci, errorem proximè ſubortum recentiorum Hęreticorum, qui, orig. peccatum putant eſſe fomitem, & concupiſcentiam, qua ad malum inclinamur; illudq; per Baptiſmum dicunt non imputari; licet remaneat; atq; adeò tegi ſolùm, non tolli; radi, non eradicari. Porrò certum eſt, ex definitione eiuſdem Concilij, manere in baptizatis concupiſcentiam, vel fomitem; ex quo apertè deducitur, quòd talis concupiſcentia, aut fomes non eſt peccatum orig. hæc autem concupiſcentia aliquandò dicitur peccatum, quia à peccato eſt, & in peccatum inclinat.

Supponendum tertiò contra Albertum Pighium in controuerſia de peccato originali, & Catherinum opuſc de eadem re, peccatum originale non eſſe illud ipsū met actuale Adæ, extrinſecè denominans ipſius poſteros peccatores: nam in Tridentino citato ſeſſ. quinta §. 3. dicitur; *Si quis, hoc Adæ peccatum, quod origine vnum eſt, & propagatione, non imitatione transfuſum omnibus ineſt vnicuiq; proprium, &c.* Ex quibus verbis apertè colligitur, quòd non ipſo ſolo Adæ peccato eius poſteri conſtituuntur peccatores per denominationem extrinſecam; dicitùr enim transfuſum, & vnicuiq; proprium ineſſe, Similitèr ratio formalis pecc. orig. non eſt indignitas habendi iuſtitiam orig. quam quidam vocant reatum: patet, quia iſta indignitas, ſeu reatus eſt effectus peccati orig. valet enim dicere; ideò iſte eſt indignus iuſtitia orig. & dignus pæna, quia eſt peccator; ergo. Vide Mouceum diſp. 7. c. 3. à §. *venia ad tertiam*.

Monceus.

Supponendum quartò contra multos Catholicos, peccatum originale non eſſe morbidam animę qualitatem, contractam ex conſortio corporis, immundiq; ac vitiati ſeminis. Intèr hos Catholicos eſt Gulielmus Pariſiens. tract. de vitijs, & peccatis c. 4. Gregorius in primo diſt. 3. q. 2. a. 1. & 2. Henricus quodliber. 2. q. 3. Driedo lib. 1. de gratia, & libero arbitrio, tract. 2. c. 3. p. 4. Porrò veritas huius ſuppoſiti fun datur in eo, quòd Adam poſt iuſtificationem, alijq; parentes iuſti nullam habent morbidam qualitatem; & tamen eorum filij non ſine originali naſcuntùr: quòd ſi illorum ſemen immundum dicitur, non hoc eſt ratione illius prauæ qualitatis, ſed ratione originalis immunditiæ, cum qua eorum filij ex ſemine gignuntur. Præterea quomodò illa morbida qualitas in Adami ſemine producta eſt, & ad nos deriuata? non ſanè ab Adami voluntate, eiuſq; peccato; quia nulla apparet connexio, & alioquin idem de alijs peccatis eſſet aſſerendum: non à Serpente, ſeu Dæmone; quia hic ſolùm agit per motum localem, vt hic ſuppono: non à pomo vetito; nulla enim occulta vis, & influentia in illo ad hanc productionem eſſe potuit: non demùm à Deo; quia ſic auctor eſſet peccati, vel immediatè, ſi morbida tam animæ, quam corporis qualitas ab ipſo immediatè produci dicatur; vel mediatè, vt cauſa tamen partialis; ſi qualitas animæ ex corporis qualitate produci ponatur; quòd etiam, qua ratione fieri poſſit, non apparet; cum accidens ſpirituale à corporali produci non poſſit. Aſſerere autem cum Gregorio, id eſſe ſingulare, ſine fundamēto eſt. Similitèr confutatur opinio nonnullorum Recentiorum, exiſtimantium, pecc. orig. ſitum eſſe in macula quadam originalitèr contracta, ſimili maculæ habituali, quam primus Parens contraxit ex actuali ſuo peccato; quæ macula fuit aliquid diuerſum à priuatione gratię, & ſanctitatis. Nam; licet in peccatore, præter priuationem gratiæ, ex ipſius peccato macula quædam remaneat, quod ſuppono hic, & patet ex eo, quòd peccatum veniale, etiamſi non habeat adiunctam priuationem gratiæ, nihilominùs maculam aliquam in anima relinquit, vt patet ex Diuo Thoma 3. p. q. 87. a. 2. ad 3. & ex Patribus, Chryſoſt. hom. 12.

Gulielmus Pariſiens. Henricus, Driedo.

D. Th. Chryſoſt.

in Ioannem, & in illud Pſal. 14. *Qui ingreditur ſine macula*, ergo, ſi peccatum veniale maculam relinquit, à fortiori dicendum erit, quòd, præter priuationẽ gratiæ pecc. mort. relinquit in peccatore quandam maculam; tamen hæc macula non poteſt eſſe aliud, quam denominatio extrinſeca ab actu peccati mortalis præteriti nondùm retractati, aut remiſſi: & patet hoc, quia nulla poteſt eſſe qualitas realis, aut modus actu, & formalitèr inhærens voluntati; ergo, &c. licet, inquam, hoc ſit, confutatur ſententia prædicta nonnullorum Recentiorum: etenim, dum affirmat, originale peccatum conſiſtere in macula quadam illi ſimili, quæ fuit in Adamo, diuerſa à priuatione ſanctitatis, & iuſtitiæ, ab eoq; contracta ex malitia ſuæ actualis inobedientiæ, ſequitur apertè, hanc maculam pecc. orig. eſſe tantùm denominationem à malitia peccati primi Parentis, quod re incidit in ſententiam Pighij, & Catherini ſupra reiectam. Itèm reijcienda eſt opinio Antonij de Corduba lib. primo Quæſtionarij q. 10. opin. 6. & aliorum Recentiorum, admittentium, pecc. orig. eſſe priuationem ſubiectionis, & coniunctionis cum Deo; reijcienda, inquam, eſt hæc opinio, primò, quia, licet actus bonus præteritus Adami potuiſſet eum bonum, ac Deo ſubiectum, atq; coniunctum denominare, non tamen poſteros potuiſſet denominare bonos, rectos, & Deo ſubiectos; niſi Adamus tali ſuo actu bono (obedientiæ verbi gratia) transfudiſſet in poſteros qualitatem aliquam realem, cuius effectus formalis eſſet, eum, cui ineſt, reddere bonum, ſanctum, & Deo coniunctum. Ex quo conſtat, Adamo non peccante, eius poſteros habituros eam ſolùm coniunctionem cum Deo, quæ efficitur vi realium donorum gratiæ, & ſic hæc coniunctio futura fuiſſet, veluti effectus conſequens ad gratiam; ergo formalis ratio pecc. orig. eſt conſtituenda non in priuatione talis ſubiectionis, aut coniunctionis, ſed in priuatione gratiæ; quæ, ſecundùm prioritatem naturæ, antecedens eſt ad talem ſubiectionem.

Vera Sententia de peccato orig.

Supponendum vltimò, veriſſimam eſſe ſententiam affirmantem, peccatum originale conſiſtere formalitèr in priuatione iuſtitiæ originalis. Pro hac Sententia ſunt Vaſq. prima ſecundæ, diſp. 132. c. 8. 9. & 10. Bellarm. c. 3. controuerſ 2. lib. 5. c 17. Salaſ prima ſecundæ q. 81. tract. 13. diſp. 9 ſect. 2. & 3. Ioannes Malderus prima ſecundæ, q. 82. art. 1. dub. 5. Monceus diſp. 7. c. 5. & alij ab his Authoribus cit. Huic autẽ ſententię adhærens, dico, quòd originale peccatum conſiſtit formalitèr in priuatione

Vaſq. Bellarm. Salazarus, Salas, Io. Malderus, Monceus.

A iuſtitię originalis, non pro vt includit omnia dona, cum quibus coniuncta erat iuſtitia originalis, ſed vt includit gratiam ſanctificantem; non conſiſtit autem in priuatione illius ſimplicitèr, ſed, vt debitæ ineſſe ſingulis ex promiſſione Dei, & vt illius priuatio per Adæ peccatum cauſata eſt. Hęc ſingula breuitèr ſic probo. Primò, quòd originale conſiſtat in priuatione gratiæ, eſt expreſſa ſententia Anſelmi de conceptu Virginali cap. 26. vbi ait: *Hoc peccatum, quod originale dico, aliud nequeo intelligere in ipſis infantibus, niſi ipſam, quam ſupra poſui factam per inobedientiam Adæ, iuſtitię debitæ nuditatem*; ſupra autem cap. 3. dixerat, peccatum originale eſſe

In quo conſiſtat peccatũ orig.

Anſel.

B iniuſtitiam, omnemq; iniuſtitiam in priuatione debitę iuſtitię conſiſtere. Ratio autem eſt, quia, cum originale peccatum ſit propriè, ac verè peccatum, vt ſuppono, &, vt ex dictis colligitur, nõ cõſiſtat in aliqua poſitiua qualitate, aut denominatione extrinſeca à peccato actuali primi Parentis noſtri: neceſſariò conſiſtere debet in priuatione: quod autem conſiſtat in priuatione gratię, liquidò patet, ex eo, quòd peccatum eſt mors animę, cuius, vita eſt gratia, & ſanctitas, quæ in nos ex Adamo potiſſimùm erat transfundenda; vndè & illius ſolùm Tridentinum meminit ſeſſ. 5. in decreto de peccato originali, aſſerens, Adamum non ſibi ſolùm; ſed etiam nobis

Trident.

C perdidiſſe, cuius verba hęc ſunt: *Si quis, Adę pręuaricationem ſibi ſoli, & non eius propagini, aſſerit, nocuiſſe, & acceptam à Deo ſanctitatem, & iuſtitiam, quam perdidit, ſibi ſoli, & non nobis etiam eum perdidiſſe; aut inquinatum illum per inobedientiæ peccatum, mortem, & pęnas corporis tantum in omne genus humanum transfudiſſe, non autem peccatum, quòd mors eſt animæ; anathema ſit, &c.* Probatur altera pars, quòd peccatum originale in ſolius gratię priuatione conſiſtat: quia peccatum originale eſt vnũ, vnum autẽ eſſe non poſſet, ſi pluriũ donorum, & habituum eſſet priuatio; ſed multiplex eſſe deberet, iuxta pluritatem macularum, quas ſingulorum donorum priuationes inducunt; vnum autem eſſe

D peccatum originale in vno, quoq; patet ex Concilio Tridentino citato, dicente: *Hoc Adæ peccatum, quod origine vnum eſt, & propagatione, &c.* & ex Diuo Paulo ad Romanos 4. vbi, condemnationem, ait, eſſe ex vno (ſcilicet delicto) gratiam autem ex multis delictis in iuſtificationem. Confirmatur primò, quia peccatum originale non poteſt eſſe priuatio, niſi perfectionis debitę, vt debitę; at ſola ſanctitas fuit primariò, ac pręcipuè debita, non autem alię virtutes; ſed hę, ſicut effectus, fuiſſent

ad Rom.

illi

Digitized by Google

illi adiunctæ; vndè ad has omnes in ſtatu innocentiæ transfundendas ſatis fuiſſet transfundere ſanctitatem; ergo in vnius ſolius ſanctitatis priuatione conſiſtit eſſentia peccati originalis; priuationes autem aliarum perfectionum ſunt pœna, & effectus illius. Confirmatur ſecundò, quòd peccatum originale non conſiſtat in priuatione aliorum donorum, ſiue habitualium, ſiue actualium; ex quibus tres potiſſimùm admirabiles ſubiectiones proueniebant; prima, quòd pars inferior hominis, intellectus ſcilicet, & voluntas, Deo, tanquam fini naturali, ac ſupernaturali ſubiecta fuiſſet: ſecunda, quòd pars inferior animæ parti ſuperiori ita etiam ſubiecta fuiſſet, vt nunquàm ſuis eam motibus præueniret, & non niſi ex eius præſcripto moueretur: tertia, quòd corpus animæ ita ſubiectum fuiſſet, vt contra eius voluntatem nulla noxia qualitate, nè morte quidèm ipſa corrumpi, aut immutari potuiſſet. Nam ex Tridentino, loco citato, definitum eſt, per Baptiſmum tolli quicquid habet veram rationem peccati; manente tamen in baptizatis cōcupiſcentia, & fomite, ob quam concupiſcentiam, & fomitem, experimur rebellionem noſtri ſenſus ad rationem. Probantur vltimò aliæ partes, ſcilicet quòd ratio peccati originalis non conſiſtat in priuatione, ſeu negatione gratiæ ſimplicitèr; quia hæc, vt ſic, nullam dicit malitiam moralem, & à Deo eſſe poteſt; debet ergo eſſe negatio gratiæ ſimplicitèr, vt debitæ; & ſic negatio habet rationem priuationis moralis, atq; adeò peccati. Cum autem ex natura rei talis gratia hominibus non ſit debita; ſequitur, quòd intercedere debuerit diuina promiſſio, & pactum, ratione cuius tenebatur Adam ſeruare preceptum, & ſic debebat gratiam ſibi, & poſteris conſeruare; nam præceptum, licet immediatè non ſit de habitibus, ſed de actibus, tanquam materia proxima; poteſt tamen eſſe de actionibus ad obſeruandum aliquem habitum, & ſic fuit in propoſito; vndè non ſolùm Adam debuit obſeruare præceptum abſtinendo ab eſu pomi; ſed habuit etiam debitum ſibi poſteriſq; ſeruandi iuſtitiam. Demùm dixi, huiuſmodi priuationem eſſe cauſatam per peccatum Adæ; quia, ſicut habituale perſonale peccatum non poteſt habere rationem maculæ habitualis, niſi per ordinem ad actum præteritum, à quo fuit cauſata; ita & peccatum originale, quod eſt habituale, rationem culpæ habere non poteſt, niſi per ordinem ad actuale peccatum Adami. Scio, plura poſſe obijci; ſed nimis longum recenſere; nec eſt inſtituti noſtri fuſiùs de-

A his agere; quare videri poſſunt Authores ſupracitati, & præſertim Vaſq. Bellarm. Monceus. His ſuppoſitis.

Concluſio aſſirmās, B. Virginem à peccato originali fuiſſe præſeruatam.

Dico ſecundò Beatam Virginem in primo Conceptionis inſtanti à peccato originali fuiſſe præſeruatam. Hęc concluſio eſt communitèr recepta, his noſtris temporibus; & ex conſtitutione Gregorij X V nemini licet nec publicè in concionibus, aut academicis diſcurſibus, ſeù diſputationibus; nec priuatim contrarium docere: Gregorij conſtitutionem infra, ponam .7. Et quia pro dicta noſtra concluſione multi fuſiſsimè ſcripſerunt, inter quos maximè elucent P. Iacobus Granadus in opuſculo de immaculata Conce-

Conſtitutio Gregorij XV prohibet cōtrarium docere vel publicè, vel priuatim.

Granad.

Hieronymus Florentia,

Lezana.

Salazar.

B ptione; P. Hieronymus Florentia, qui hiſpanico idiomate conſcripſit, & euulgauit ſuper hoc quattuordecim ſermones; P. Lezana in libro apologetico de immaculata Conceptione; P. Ferdinandus Salazarus, qui ſuper hac re ingens volumen edidit, in quo ipſam Conceptionem à c.25. fusè, & doctiſſimè probat immaculatam, & c.38. adnotat duodecim ipſius figuras, & §. 2. eiuſdem capitis ponderat nonnulla Scripturę teſtimonia, & c.42. à Chriſti Domini ortu ſexdecim ſęcula percurrens, Patres, & Doctores, qui in vnoquoq; ſæculo floruerunt, & immaculatam Conceptionem Virginis Mariæ cognouere, recenſet: idcircò non diù immorabor in probanda

C prædicta concluſione: afferam tantum aliqua præcipua.

Reuelationes S.Brigittæ.

Et primò probatur hoc ex Reuelationum Sanctę Brigittæ lib.1.c.9. vbi ſic illam alloquitur Deipara: *Facto autem corpore meo, Deus à diuinitate ſua animam creatam immiſit corpori, & mox anima cum corpore ſanctificata eſt, quam Angeli cuſtodiebant die, ac nocte*: & lib.6.cap.49. *Veritas* (inquit eadem Deipara) *eſt, quòd ego concepta fui ſine peccato originali, & non in peccato; quia, ſicut Filius meus, & ego nunquam peccauimus, ita nullum coniugium fuit, quod honeſtius eſſet, quam illud, de quo ego proceſſi.*

Marſilius.

Marſilius quoq; in 2.q.30.a.1.9. *quæ pro teſtatione*, narrat tres alias Reuelationes

D miraculis confirmatas; quas egreggiè vindicat à cenſura Caietani, & aliorum Vaſq. in 3.p.t.2, diſp.117. c. 6. & confutat reuelationes, quæ in contrarium adducuntur.

Vaſq.

Probatur ſecundò aliquibus Scripturæ teſtimonijs: & primò ex illo Gen.3. *Inimicitias ponam inter te, & Mulierem, & ſemen tuum, & ſemen illius.* Per Mulierem intelligitur Maria à Patribus communitèr, inter quos audiendus eſt Cyprianus lib.2. teſtim.cap.9. *Mater*, inquit, *Domini noſtri Ieſu Chriſti in illa Muliere promiſſa eſt, hæc inimicitijs oppoſita eſt Serpentis,*

Gen.

Cyprianus.

A *pentis; ponam, inquit, inimicitias inter te, & Mulierem; non certè, pono, dicit; ne ad Euam pertinere videretur verbum promiſſionis, &c.* Per ſemen iſtius Mulieris intelligitur Chriſtus, qui ex ſola Virginis ſubſtantia abſq; virili ſemine, Spiritu Sancto obumbrante, fuit genitus; & ideò denominatur ſolùm à muliere, dum dicitur *ſemen illius*. Vide Rupertum lib. 3. de Trinitate cap. 19. Cyprianum loc. cit. Epiphanium hæreſi 78. Per ſemen Serpentis intelligitur peccatum quodcumq; nam, ſicut per ſemen generantur filij; ita Dæmon per peccatum generat filios, ideſt peccatores: Facit, quod ipſe met Chriſtus docuit, Io. 8. *Vos ex patre veſtro Diabolo eſtis, & deſideria patris veſtri vultis facere:* & confirmatur ex Io. cap. 3. ep. p. *Qui facit peccatum, ex Diabolo eſt; quoniam ab initio Diabolus peccat.* Quo poſito, licet inferre; ſicut Chriſtus perpetuas inimicitias habuit cum omni peccato; ita Beata Virgo perpetuam inimicitiam cum infernali Serpente, & conſequenter cum omni peccato, cuius author fuit Dæmon. Ponderandum eſt, quòd ſimul de inimicitijs Chriſti cum peccato; ac de inimicitijs Mariæ cum Serpente fit mentio; vt intelligatur, quam perfectę fuerint hæ inimicitiæ Virginis cum Dæmone, ita, vt, ſicut Chriſtus ex omni parte per vnionem hypoſtaticam peccato inimicus fuit; vndè Anſelmus lib. 2. cur Deus homo: *Primus Adam,* inquit, *peccare potuit, quia purus homo; ſecundus peccare non potuit, quia eſt Deus*: & ita habet communis, & veriſſima ſententia Theologorum: ita Maria per gratiam ex omni parte inimica fuit Dæmoni; ſi autem contraxiſſet p. orig. non fuiſſet abſolutè inimica Dæmoni. Confirmatur ex eo, quod ſubijcitur in ſacro Textu: *Et ipſa conteret caput tuũ;* Sept. interpretes legunt: *ipſe conteret caput ſuum*, & referunt ad ſemen Mulieris, quod inter Hebræos eſt maſculini generis: & Diuus Hieronymus t. 3. quæſt in Genes. *Melius,* inquit, *habet in hebræo, ipſe conteret, &c.* Ita etiam legit Ireneus lib. 4. contra hæreſes c. 78 Cyprian. lib. 1. teſtim. cap. 9. Petrus Chryſol. ſerm. 173. Leo ſerm. 2. de Natiuitate. Alij legunt; *ipſa conteret*; & refertur ad Mulierem; Ambroſius lib. de fuga ſæculi cap. 7. Auguſtinus lib. 2. de Genes. contra Manicheos cap. 18., & alibi; Chryſoſtomus hom. 17. in Gen. Gregorius lib. primo moral c. 38 Rupertus lib. 3. de Trinitate c. 20. Ioſeph etiam de antiquitate lib. 1. cap. 3. huic lectioni fauet, dum ait: *Præcepit, vt Mulier eius capiti plagas inferret*: &, quod caput eſt, ita habetur in editione vulgata, nouiſſimè Romæ recognita; vide Bellarm. controu. de Verbo Dei lib. 2. c. 12. Et hoc ſanè myſterio non caret; vt enim Auguſtinus lib. 2. de doctrina chriſtiana cap. 12. notat, diuerſas interpretum tranſlationes ſibi non aduerſari, ſed ſibi inuicem atteſtari, & ſe mutuò exponere; ita, dum communis videtur hæc lectio maſculino, & fœminino generi, ita, vt legi poſſit: *Ipſe, & ipſa conteret caput*; certè colligere licet, quòd vterq;, Chriſtus ſcilicet, & Maria contriuit infernali colubri caput, dum neuter peccatum originale contraxit; licet Chriſtus per naturam, Beata Virgo per gratiam. Et quòd conterere caput ſerpentis ſit non contrahere peccatum originale, docent multi communitèr, & rectè obſeruat Salazarus de Conceptione c. 9. n. 13 vbi per caput Serpentis, tradit, appòſitè intelligi originale peccatum: *Et quidèm,* inquit, *huic peccato perquamaptè caput ſerpentis accommodatur; quia, quemadmodùm ſerpens (vt tradit Grigorius Nyſſenus alibi à me obſeruatus) quò caput inſeruit, totum facilè tranſmittit corpus; ita etiam peccatum originale huiuſmodi eſt, vt animam ſubingreſſum reliquum actualium peccatorum truncum poſt ſe facilè trahat:* hæc, & alia pro hoc ſignificato habet Salazarus citat.

Rupertus, Epiphan. Cyprianus. — Ioann. — Anſelm. — Septuaginta Interpr. — Hieronym. — Ireneus. Cyprianus. Chryſol. Leo. — Ambroſius. — Auguſtinus, Chryſoſt. Gregorius. — Rupertus, Ioſeph. — Vulgata. Bellarm. — Auguſt. — B — Salazar.

Secundò Eccleſiaſtici 1. habemus: *Ipſe creauit illam, in Spiritu Sancto vidit, dinumerauit, & menſus eſt eam;* quem locum Sanctus Bernardinus Senenſis t. 2. ſerm. 51 art. 3. cap. 1. intelligit de Beata Virgine: ponderandum ergo eſt illud; *vidit in Spiritu Sancto*; quaſi dicat: ſtatim atq; Deus animam Virginis creauit, vidit in Spiritu Sancto, non in infecta Adæ maſſa; quia Spiritus Sanctus eam ſtatim repleuit. Fauet modus loquendi; nam immediatè poſt *creauit*, ſudditur, *vidit*; viſio enim fit in inſtanti. Innuit hoc benè Petrus Damian. ſerm. de Annunciatione: *A Deo electam, & præelectam totam rapuit ſibi Spiritus Sanctus*.

Eccleſ. — C — D. Bernardinus. — Petr. Dam.

Tertiò Pſalm. 45. *Sanctificauit tabernaculum ſuum Altiſſimus*; dicitur enim Altiſſimus, vt talis dignoſcatur, dum ſanctificauit Matrem ſuam. Fuit ergo operatio huius ſantificationis digna Altiſſimo ſanctificatore; & fuit tabernaculum ita ſantificatum, vt dignum eſſet Altiſſimo; ergo tale tabernaculum nunquàm fuit maculatum culpa originaria, quam tantoperè horret Altiſſimus.

Pſ. — D

Quartò Eccleſiaſticici 24. *Ex ore Altiſſimi prodiui Primogenita ante omnem creaturam*; hæc ſententia de Sapientia increata, & de humanitate Chriſti intelligitur; ab Eccleſia verò Virgini etiam adſcribitur: ergo generatio, ſeù Conceptio Virginis cum generatione Verbi, aut Conce-

Eccleſiaſt.

ptione

Digitized by Google

ptione humanitatis Chriſti aliqua ratione conuenire debet; ne dicatur, quòd inſulsè applicata ſit Mariæ; ſed, cum generatio æterna Verbi infinitè perfecta ſit, cum per eam generetur Verbum infinitè perfectum; non apparet, quomodò conuenire poſſit cum generatione Virginis; niſi dicatur, quòd, ſicut illa eſt puriſſima, hæc etiam eſt pura, & ſine peccato originali. Similitèr, vt ſaluemus, quòd aliquo modo conueniat conceptio humanitatis Chriſti cum conceptione Virginis, dicere debemus, quòd, ſicut Chriſti humanitas fuit per naturam, ſcilicet per vnionem hypoſtaticam concepta abſq; vllo peccato originali; ita Beata Virgo ex ſpeciali priuilegio ſine eodem peccato concepta fuit. Pondera etiam particulam, ante, quę, cum non poſſit verificari de prioritate temporis, verificari debet de prioritate excellentiæ, & dignitatis; ergo, ſi Adam, & Eua ſine orig. fuerunt procreati; multò meliùs ipſa Virgo, quæ omnibus creaturis fuit dignitate, & excellentia prior. Vltimò adnota, quòd, ſi prodiuit Primogenita; ergo non ſubdita Diabolo per pecc. orig.

Apoc.

Quintò Apoc. 21. deſcribitur Ciuitas ſuperna, & inter alia numerantur lapides pretioſi, ex quibus eius fundamentum fuit compactum: *Fundamentum primum Iaſpis dicitur, &c.* Prædicta Ciuitas typus eſt Deiparæ, vt communitèr notant Patres, Gregorius Nicom. ſerm. de oblatione, dum Mariam vocat Ciuitatem Dei animatam; Chryſoſtomus oratione in Annũciatione, qui introducit Deum mittentem Gabrielem ad Virginem, his verbis; *Vade ad animatam Ciuitatem, &c.* id eſt ad ipſam Virginem, de qua ait Propheta: *Glorioſa dicta ſunt de te, Ciuitas Dei:* Pſal. 47. Porrò iaſpidis virtus eſt, vt ſanguinis fluxum ſiſtat, & luxuriam frænet, vt cum Alberto notat Alcaſſar cap. 21. in Apoca. ad verſ. 21. notatione 6. verſus finem: vndè indicatur, quod præcedenti queſtione diximus; concubitum, quo progenita fuit Beata Virgo, omni libidine caruiſſe. Sed ad rem propiùs; iaſpis ſignificat gratiam, vt notat Leonardus Marius ad caput 28. Exodi verſ. 20. digreſſione de gemmis c. 3. ſub num. 15. ex Pierio: *Sumptum, inquit, ab eius vi, quòd mortalibus perſuaſum eſt, gemmam eam hominum gratiam conciliare erga geſtantem;* vndè non otiosè dictum voluit à Virgilio Aeneid. 4.

Gregorius Nicom. — Chryſoſto. — Pſalm. — Alcaſſar — Leonardus. — Virgil.

Illi ſtellatus iaſpide fulua
Enſis erat; eo præcipuè tempore, quo Aeneæ gratia à Didone expetebatur. Quo poſito, quid luculentius ad rem noſtram? *Fundamentum primum Iaſpis*; id eſt, primum fundamentum, ſeu Conceptio Vir-

A ginis fuit gratia.

Sextò Virgo aliquandò Virgæ Aaron aſſimilatur, quæ floruit, & fructus protulit, ſed nullas iecit radices, Nũer. 17. & quòd per hanc Virgam intelligatur Virgo, docent communitèr Patres; Damaſcenus oratione prima de dormitione Virginis: *Hæc, inquit, illa Virga Aaron arida, quæ in tabernaculo teſtamẽti poſita præclariſſimum edidit miraculum*; idem affirmant Diuus Auguſtinus ſerm. 3. de Aduentu; Cyrillus Hieros. cathac. 18. & alij: & in Reuelationibus Sanctę Brigittę lib. 6. c. 55. ſic Virgo loquitur: *Aurea hora fuit Conceptio mea; nam tunc incepit principium ſalutis omniũ,* B *& tenebræ quaſi feſtinabant in lucem. Deus namq; ſingulare quoddam, & à ſęculo abſconditum facere voluit in opere ſuo, quemadmodùm fecit in Virga arida floreſcente.* Aliquandò verò Virgo comparatur virgæ, quæ habet radicem; & de ea explicant Patres, vt Diuus Bernardus hom. 2. ſuper *miſſus eſt*, & S. Hildephonſus ſermo. 6. de Aſſumptione; oraculum illud Iſa. 11 *Egredietur virga de radice Ieſſe, & flos de radice eius aſcendet.* In Reuelationibus Sanctę Brigittæ lib. 6. c. 56 ſic etiam fatur Deipara; *Verè, filia, dico tibi, quòd Natiuitas mea initium fuit verorum gaudiorum; quia tunc prodijt virgula, de qua proceſſit flos ille, &c.* Intellige, ex hoc myſterio probari intentum C noſtrum; quandò enim Virgo comparatur virgæ habenti radicem; declaratur, quòd verè concepta eſt per naturalem generationem; quandò verò Virgæ Aaron non habenti radicem aſſimilatur; innuitur particularis modus, quo ipſa concepta fuit, quaſi non habens radicem; non enim ex veteri propagine & radice vitiata germinauit, ſed, veluti de nouo ſata, radicis vitium neſciuit, ita, vt non ſit connumeranda inter cæteras filias Adę, quę radicem infectam habent, id eſt conceptionem originaria culpa maculatam; de qua radice infecta optimè Diuus Auguſtinus in Enchir. c. 25. *Hinc poſt peccatum, inquit, exul effectus ſtirpem quoq; ſuam, quam peccãdo, in ſe, tanquam in radice vitiauerat, pœna* D *mortis, & damnationis obſtrinxit.* Facit ad rem noſtram, quod habet Damaſcenus oratione prima de Natiuitate, vbi ait: *O Beatos Ioachimi lumbos, ex quibus prorſus immaculatum ſemen effluxit; ò præclaram Annæ vuluam, in qua tacitis incrementis ex ea auctus, atq; formatus fuit fœtus ſanctiſſimus:* nota illa verba, *ſemen immaculatum*; nam cæteri filij Adę ex maculato, & immundo ſemine concepti dicuntur: *Quis poteſt facere mundum de immundo conceptũ ſemine?* inquit Iob; quod immundum ſemen optimè explicat Anſelmus de Conce-

Numer. — Damaſcenus — Auguſt. Cyrillus. — Reuel. Sanct. Brigittæ. — Bernardus, Hildephonſus Iſai. — D. Auguſt. — Damaſc. — Iob. — Anſelmus.

ptione

ptione Virginis, & de peccato originali c. 7. *De immundo ſemine, & in iniquitatibus, & peccatis concipi, ſic intelligi poteſt; non quòd in ſemine ſit immunditia peccati, aut peccatum ipſum; ſed quia ab ipſo ſemine, & ab ipſa Conceptione, ex qua incepit homo eſſe, accipit neceſſitatem, vt, cum habebit animam rationalem, habeat primam immunditiam.* Ponderandum etiam maximè eſt pro corroboratione noſtrę cõcluſionis, quòd, quandò Virgo comparatur virgæ habenti radicem, ſtatim ſubditur; quòd flos, ſcilicet Chriſtus, aſcenſurus erat ex tali radice: *Et Flos de radice eius aſcendet*; vt intelligatur, nimirùm, quòd in tali ſanctitate præparata erat illa radix, ideſt Conceptio Virginis, vt ex tùnc digna videretur, ex qua naſci poſſet ille, qui Sanctus Sanctorum eſt. Fauet nobis Eccleſia, dum in laudem Deiparæ canit; *Salue radix, &c.*

Eccles. Septimò Eccleſ. 24. ſub typo cedri intelligitur Deipara; *Quaſi Cedrus exaltata ſum in Libano*; cedrus autem habet lignum ſolidum, imputribile, nec à tinea, aut teredine, vel quacumq; putredine vaſtatur; & eius odor omnia venenoſa procùl pellit, vt notat Abulens. in 3. Reg. c. 10. q. 13. (Abulens.) quæ omnia aptè indicant puriſſimam Mariæ Conceptionem, quæ à tinea originalis peccati non fuit tacta; & eius ſanctitatis odore, ipſo primo Conceptionis momento, ſpirante, omne virus infernalis Serpentis procùl fuit expulſum; nota etiam particulam; *in Libano*; ideſt in monte gratiæ, vt aduertit Diuus Hieronymus (Hieronymus) explicans illud Ezechielis 13. *Cedrum de Libano tulerunt*; Libanus.n. ſonat candidum. Subditur in Sacro textu: *Et quaſi Cypreſſus in monte Syon*; Sanctus Iſidorus (Iſidorus.) lib. 17. originum c. 7. loquens de cupreſſo, inter alia, dicit, quòd *Antiqui Cypreſſi ramos propè rogum conſtituere ſolebant, vt odorem cadauerum deprimerent, fœcunditate odoris ſui*. Sed quis ignorat, omnes filios Adæ in eius peccato mortuos eſſe? Exaltatur verò Cypreſſus, ſcilicet Maria, quæ fæcunditate odoris, ideſt ſanctitatis ſuæ, fætorem mortuorum in Adamo comprimit. Sequitur; *Quaſi Palma exaltata ſum in Cades*. Palma fulmen non patitur; vt notat Iſidorus (Iſidor.) li. 17. c. 7. Virgo ab originalis culpę fulmineo ictu immunis fuit. *Quaſi plantatio roſa in Hierico*: quandò roſa plantatur, habet radicem odoriferam; ſic quandò Beata Virgo fuit concepta, odorem ſanctitatis emiſit. Nota, quòd roſarum odore Scarabeus, ſiuè Ceruus volans moritur, vt tradit Ariſt. (Ariſtot.) de admirandis c. 140. Vultur etiam, qui cadaueribus oblectatur, roſaceo vnguento interimitur, vt refert Maiolus (Maiolus) in diebus canicularijs, ſub verbo

A Inſecta, colloq. 5. ex quo rursùs deducitur intentum noſtrum; nam Scarabeus, quia putri materia gignitur, infectam filiorum Adæ conceptionem aptè deſignat. Vultur, quia cadaueribus adhæret, peccatum originale ſignificat, quod adhæret mortuis in Adam; vtrumq; moritur roſacea virtute, ideſt ſanctitate Deiparæ, qua à primo Cõceptionis momento fuit repleta; nam, ſicut prędicta virtus, roſæ à plantatione, ſeù à radice ineſt; ita ſanctitas Deiparæ à Conceptione inhæſit. *Quaſi Oliua ſpecioſa in campis*; oliua, iuxta Iſidorum lib. 17. originum, & Dionyſium Alicarnaſſeum lib. 7. (Alicarnaſſ.) eſt arbor, pacis inſigne Virgil. 7. Aeneid.

Paſificaq; manu ramum prætendit oliuę.

B Ouidius lib. 1. de ponto;

Adiuuat in bello pacatæ ramus oliuæ.

Per eam igitur indicatur pax, quam ſemper Beata Virgo habuit cum Deo, cui nunquàm inimica fuit per peccatum originale. *Quaſi Platanus exaltata ſum iuxta aquas*: virtus Platani eſt, vt folia eius arceant à nido ciconiæ veneficas Noctuas. Vide Pierium (Pierius.) lib. 8. verbo, depopulatio, & lib. 25. ver. ſecuritas: per Noctuas autem intelligũtur Dæmones, qui fugantur à nido virtute platani, ideſt ab vtero, in quo concepta fuit Virgo. *Sicut Cinamomum, & balſamum aromatizans*: radix Cinamomi guttas, quæ in grana odorifera condẽſantur, producit; vndè Plinius (Plinius.) lib. 12. c. 19. C *Radicem, inquit, Cinamomi magni ponderis vidimus aureę patera impoſitam, ex qua guttę editæ in grana durabantur*. Ex hac ergo radice adumbratur ſanctitas Conceptionis Deiparæ odore cæleſti fragrans. Balſamus eſt arbor parua, &, vt refert Abulens. in Matth. tra. 1. c. 2. q. 60. (Abulens.) Cultores diſcerpunt folia ab ipſo ſtipite; folium autem ſic diſcerptum radio ſolis opponitur, & ſic gutta lucidiſſima, atq; odorifera valdè diſtillat. Ita Virgo concepta fuit velut gutta balſami diſtillata ante ſolis radium; ſcilicet, illuceſcente radio diuinæ gratię, quæ illam illuminauit, & ſanctificauit. D *Quaſi Myrrha electa dedi ſuauitatem odoris*: Myrrha electa dicitur etiam myrrha prima, quæ, flantibus ventis, tempore veris exſudat, vt notat Lorinus in Pſ. 44. (Lorinus.) ad verſ. 9. Sic dici poteſt, quòd Virgo flante aura Spiritus Sancti, nullo interueniente ictu peccati originalis, concepta fuit. Cætera verò aromata, quibus in eodem loco Beata Virgo aſſimilatur, tùm ob eorum ſuaueolentiam, tùm quia putredini reſiſtunt; ſanctam, & immaculatam Mariæ Conceptionem adumbrant. Iudit *percuſſit bis in ceruicem eius*; ideſt Oloferni; *& abſcidit caput eius*: Iudit. 14. (Iudit.) Per Iudit ſignificatur Virgo, ſicut per Olofernem Diabolus;

lus ; duplici ergo ictu Virgo Dæmonis caput obtruncauit , ideſt, de eo victoriam reportauit : primus ictus , quo illum ſuperauit, fuit præſeruatio ab originali; ſecundus ictus præſeruatio ab omni actuali.

A

Authoritat.

Probatur authoritate Patrum , & Doctorum , quos eruditè refert Salazarus citatus , apud quem videri poſſunt . Et Balthaſar Porregnus integrum librum, hiſpanico ſermone, conſcripſit , in quo eruditiſſimè colligit authoritates Cōciliorum , Pontificum, & Sanctorum, aliorumq; Authorum pro immaculata Conceptione . Sufficit hic vnum teſtimonium Sancti Vincentij Ferrerij ſerm.2. de Natiuitate Virginis ſic loquentis de eius Conceptione : *Non credatis , quòd fuerit , ſicut in nobis, qui in peccatis concipimur, naſcimur, & nutrimur ; ſed ſtatim , poſt quam corpus Virginis fuit formatum , & anima creata , tùnc fuit ſanctificata : ideò ſit feſtum de eius Conceptione , quia facta eſt lux Sanctificationis in ea, & ſtatim Angeli in cælo fecerunt feſtum Conceptionis* : hæc Sanctus Vincentius. Quare, ſi tantus Vir, tali ſanctitate eminens, expreſsè affirmat , Angelos in cælo feſtum Conceptionis celebraſſe, cum hoc naturali lumine, aut humano diſcurſu ſciri nequeat ; credibile eſt, quòd ex diuina reuelatione didicerit.

Vincentius Ferrer.

B

Rationes.

Probatur rationibus; quarum potiſſima eſt : Virgo in primo inſtanti potuit ſanctificari , vt vidimus concluſione prima ; & omninò decebat , vt tùnc ſanctificaretur ; ergo ita factum eſſe, dicendum eſt : conſequentia probatur, quia hoc potiſsimùm argumentandi modo vtuntur communitèr Theologi ad probanda alia, non ſolùm Virginis , ſed Chriſti priuilegia, quæ expreſsè in Scriptura non habentur ; & de illis nulla eſt dubitatio : & Auguſtinus ait 3. de libero arbitrio c. 5. *Quidquid tibi vera ratione melius occurrerit, id ſcire debemus feciſſe Deum* ; quod in Chriſto , & Beatiſſima Virgine potiſſimùm locum habet. Antecedens verò ex eo patet manifeſtè ; quòd Beata Virgo Dei Mater futura erat; quam proindè, tum propter ipſius, tum propter Filij dignitatem talis ſanctificatio maximè decebat; præſertim cum eadem alijs creaturis puris, ſcilicet Protoparentibus noſtris , & Angelis coeua fuerit , quos dignitate Beata Virgo longiſſimè antecedebat.

C

Auguſtin.

Confirmatur primò ; quia , licet fuerit opus miſericordiæ , quòd Beata Virgo fuerit à peccato originali præſeruata ; nihilominùs Patres , conſiderantes magnam conuenientiam huius præſeruationis, ad iuſtitiam aliquo modo reducunt .

D

Cyprianus.

Audiendus eſt hic Sanctus Cyprianus lib. 1. de cardinalibus Chriſti operibus : *Non ſuſtinebat iuſtitia , vt illud vas electionis communibus laxaretur iniurijs* : pondera verba illa ; *Non ſuſtinebat iuſtitia*: & Sanctus Hippolytus: *Qui dixit ; honora patrem, & matrem ; vt decretum a ſe promulgatum obſeruaret omnem gratiam Matri, & honorem impendit* .

S, Hippolyt.

Confirmatur ſecundò ; quia , ſi Deus adeò puritatis eſt amator , vt oculi eius mundi reſpicere ad iniquitatem ſine horrore non poſſint ; immò & *Cæli non ſunt mundi in conſpectu eius* : quam ergo puram Matrem ſibi elegiſſe putandum eſt?

Dionyſius. Auguſt.

Confirmatur tertiò ; nam, poſito, quòd duplex ſit redemptionis modus ex Dionys. cap 8. de diuinis nomin. Auguſt. in illud Pſalm. 85. *Eruiſti animam meam ex inferno inferiori* : & lib. 2. confeſſ. cap. 7. & Bernard. in Cant. ſerm. 25. primus , ſcilicet , eruendo hominem iam ab hoſtibus captum; ſecundus , præſeruando , ne capiatur : ſanè decebat, Chriſtum Redemptorem hunc ſecundum redeptionis modum exercere , vt potè nobiliſſimum erga Matrem ſuam , illam ſic gratia præueniendo , vt in captiuitatem non incideret. Aliæ rationes pro hac concluſione videri poſſunt optimè explicatæ , apud Salararum de Conceptione à cap. 25 & ex dicendis infra adhuc magis corroborabitur prædicta veritas.

Bernard.

Salaz.

QVAESTIO QVARTA

An Eccleſia poſſit definire, Virginem Mariam abſq; originali fuiſſe Conceptam.

Caiet. Cænus. Medina.

NEGANT aliqui ; inter quos eſt Caietanus in opuſculo de Conceptione cap. 2. quamuis c. vltimo, vnam partem, affirmet, decidi poſſe , tamquam probabiliorem : idem habet Cænus lib. 7 de locis theologicis cap. 3. Vide etiam Medinam in commentarijs in tert. partem q. 27. art. 2. dub. 1.

Suar. Valq. Iacob. Granadus.

Alij verò abſolutè affirmant, poſſe definiri : ita Suar. 3. part. t. 2. diſp. 3. ſect. 6. & fauet etiam Vaſq. in 3. par. t. 2. diſp. 117. c. 14. nu. 148. Iacobus Granadus in opuſcu-

Digitized by Google

lo de Immaculata Conceptione diſp. 3. cap. 32.

Notandum, præcipuum iudicium huius negotij ad Apoſtolicam Sedem ſpectare. Si tamen doctrinalitèr, vt ita loquar, diſcurrere velimus;

Concluſio.

Dico mihi, placere ſecundam opinionem, aſſerentem, poſſe definiri ab Eccleſia, Conceptionem Deiparæ ex ſpeciali gratiæ priuilegio fuiſſe à peccato originali immunem.

Quid requiratur ad hoc, vt aliquid de fide poſſit definiri.

Probatur primò, quia ſufficit ad hoc, vt aliquid definiatur de fide, vt ſit veritas ſupernaturalis, ſpectet ad Eccleſiæ vtilitatem, & deuotionem fidelium fouere, atq; augere poſſit, & in Scripturis, & traditionibus virtualitèr contineatur, & communi Doctorum, & fidelium ſenſu approbetur: ſed ueritas hęc de Cōceptione immaculata eſt huiuſmodi; ergo. Minor probatur primò; quia excitatę iam ſunt tot gentes, & populi, qui communi animorum conſpiratione feſtum Conceptionis, magno deuotionis affectu, celebrarunt, & modò celebrant; idq; ea animi intentione, vt intelligant celebrare feſtum Conceptionis in honorem Virginis, quatenùs à peccato originali fuerit præſeruata; vt colligi poteſt ex Concilio Baſilienſi

Concil. Baſil.

ſeſſ. 36. nam, poſt quam determinauit, hanc opinionem ab omnibus fidelibus eſſe approbandam, tenendam, & amplectendam, renouat inſtitutionem de celebranda ſancta ipſa Conceptione: &, licet prædictum Concilium non habeat in hoc vim definitionis, quia quoad illam ſeſſionem acta ipſius Concilij non fuerunt à Sede Apoſtolica confirmata, multum tamen ponderis habet ob authoritatem multorum Epiſcoporum, & grauiſſimorum Theologorum, qui interfuerunt. Prætereà vno ore immaculatam fatentur Virginis Conceptionem innumerabiles penè Authores, quos

Balthaſar Porregn.

congerit, vt ſupra dixi, Balthas. Porregnus in libello, quem de Immaculata Virgine edidit; & complures Vniuerſitates ita firmitèr adhęrent huic veritati, vt neminem

Authores immaculatam aſſerentes Virginis Cōceptionē innumerabiles. Vniuerſitates huius opinionis propugnatrices.

laureola doctoratus inſignire velint, niſi præuio iuramento de non oppugnanda immaculata Conceptione; quod certè ex ſpeciali Spiritus Sancti impulſu fieri, putandum eſt. Ita Academia Pariſienſis, Colonienſis, Mogontina, Valentina, Vſſonenſis, Salamaticenſis, Complutenſis, Oſinēſis, Siguntina, Neapolitana. Multę etiam inſignes Eccleſię cum ſuis Præſulibus in

Eccleſiæ.

Hiſpanijs, à Summo Pontifice, vt hoc definiret, humilimè deprecatę ſunt; vt refert Ioannes Malderus prima ſecund. in

Malderus.

quęſtionem 51. a 3.

Concil. Trid.

Probatur ſecundò validiſſimo argumento: ex Tridentino habemus facultatem vniuerſales Scripturę propoſitiones de actuali contractione originalis peccati intelligendi, cum exceptione Beatæ Virginis, ſeſſ. 5. ergo Concilium Tridentinum ſenſit, rem hanc poſſe definiri: conſequētia probatur; ideò enim nō poſſet definiri, quia nō eſſet licitum legē vniuerſalem reſtringere; ſed hęc ratio ceſſat ex Cōcilio; ergo. Confirmatur; quia, ſicut aliæ vniuerſales propoſitiones cum limitatione intelliguntur, excipiendo; ſcilicet, Virginis ſanctitatem; Paralip. 6. *Non eſt homo, qui non peccet*: Iacobi 3. *In multis offendimus omnes, &c.* ita illa vniuerſalis de cōtrahenda originali culpa cū tali limitatione intelligitur; ergo.

Paralip. Iacob.

B Probatur tertiò: multę alię veritates de Beata Virgine ab Eccleſia ſunt definitę, etſi non ſint expreſſæ in ſacris paginis; vt quòd Beata Virgo fuerit in gratia confirmata; & quòd caruerit omni peccato veniali; ergo, etſi nullus apertus textus è ſacris paginis afferri poſſit, qui ad litterā clarè loquatur de Conceptione Beatę Virginis immuni ab originali; poterit aliundè haberi ſufficiens fundamentum ad rem hāc definiendam. Confirmatur; nam, etiā tempore Auguſtini, & Hieronymi, Aſſumptio Beatæ Virginis in corpore, & anima non habebat maius fundamentū authoritatis, quam habuit olim, ante decreta Pauli V. & Gregorij XV. opinio de Conceptione;

C ergo, ſicut Aſſumptio modò ex traditione cenſetur de fide; ita Conceptio immaculata poterit de fide declarari.

Reuelatio huius rei ex S. Brigitta.

Probatur vltimò: extat reuelatio de hac re; nam lib. 6. Reuelationum Sanctę Brigittę c. 55. Deipara ſic illam alloquitur; *Scito, quòd Conceptio mea non omnibus nota fuit, quia voluit Deus, quòd, ſicut ante legem ſcriptam præceſſit lex naturalis, & electio voluntaria boni, & mali, & poſtea veniret lex ſcripta, quæ cohiberet omnes inordinatos motus; ſic placuit Deo, quòd amici ſui piè dubitarent de Cōceptione mea, & quilibet oſtenderet zelum ſuum, donec veritas clareret in tempore præordinato*: ponderanda ſunt hęc vltima verba, ex quibus ſatis mihi vi-

D detur, rem hanc aliquando eſſe determinandam; & tam hęc, quam alię huius Sāctę Reuelationes, quas in libro notum commentatus eſt Cōſalaus Durandus ſacræ Theologiæ profeſſor, circumferuntur, fuerunt approbatæ à Gregorio XI. Vrbano VI. & à Martino V. vt teſtatur Cardinalis Turrecremata in prologo præfixo eidem libro Reuelationum; & hæc omnia confirmata ſunt in Canonizatione à Bonifacio IX. & à Martino V. &, licet non ſint approbatæ, vt dicta Prophetarū, ſic enim facerēt rem de fide, ſunt tamen approbatæ, vt piæ, & quæ

pru-

Sixtus IV. Pius V. Paulus V.

prudentèr recipi poſſint. Adde, quòd Sixtus IIII. Pius V. & Paulus V. innuere videntur, poſſe hanc veritatem ab Eccleſia definiri; ait enim Paulus V. in conſtitutione, quæ incipit; *Regis pacifici: Obſeruari, præcipimus, & mandamus, donec à Romana Apoſtolica Sede huiuſmodi controuerſia fuerit definita:* & in alio decreto anno 1617. edito ab eodem Paulo V. hęc habentur: *Donec articulus huiuſmodi à Sede Apoſtol. fuerit definitus, vel per Sanctitatem ſuam, & Sedem Apoſt. fuerit alitèr ordinatum:*

QVAESTIO QVINTA.

Vtrum magìs laudent Virginem, qui eius Immaculatam Conceptionem prædicant, quam, qui alia eius priuilegia, prærogatiuas, & gratias gratìs datas celebrant.

NOTANDVM primò, in communi ſententia plura fuiſſe Virgini conceſſa priuilegia, vt ſunt acceleratio vſus rationis, optima corporis temperies, forma C venuſta, atq. elegans, præſeruatio ab omni infirmitate, & corruptione poſt mortem, celeris reſurrectio, corporis glorificatio, virtutes infuſæ, ſpiritus prophetiæ; & alia dona gratuita, de quibus partim diximus ſupra, partim infra tom. 2. differemus.

Notandum ſecundò, gratiam ſanctificantem, qua priuat peccatum originale, dicere terminum amoris diuini, quo Deus nos amat efficacitèr, in ordine ad gloriam; ſeu dicere amabilitatem, quam amor diuinus ponit in creatura, quam amat. Eſt enim hæc differentia intèr amorem diuinum, quo Deus amat creatu- D ram; & amorem noſtrum, quo amamus Deum; quòd amor noſter non ponit rationem amabilitatis in Deo, ſed ſupponit; amor verò Dei efficax ponit amabilitatem in nobis, & non ſupponit; amor enim Dei efficax, reſpectu creaturæ in ordine ad gloriam, eſt actus liber voluntatis diuinæ: de ratione autem cuiuslibet actus liberi eſt ponere aliquid ad extra, quod ſit complementum aliquod eſſentiale talis volitionis in ratione liberi, in qua ratione completur connotatio effectus poſiti ad extra, vt ſuppono hic. Vndè A euidentèr fit, dari debere aliquem effectum ad extra, qui ſit complementum extrinſecum actus liberi amoris diuini, quo Deus nos efficacitèr amat in ordine ad gloriam. Porrò, cum amor ad extra tendat ad obiectum amatum, Deus, amando hominem per gratiam, reperitur aliquo modo peculiari in homine; ſicut amans dicitur eſſe in re amata, & anima magis eſſe vbi amat, quam vbi animat, poſſeſſio autem Dei per amorem eſt ſanctificatio animæ; quia ſanctificatio accidentalis, nihil aliud eſt, quam poſſeſſio ſanctitatis ſubſtantialis, quæ eſt ipſe Deus; quo etiam modo, licet imperfectiùs, templa dicuntur ſancta per Deum in ipſis peculiari mo- B do inhabitantem, aſſiſtentia, ſcilicet, quadam peculiari.

Notandum tertiò, quòd maius malum fuiſſet ipſi Virgini priuari, etiam per momentum, dicta gratia ſanctificante, quam carere omnibus prærogatiuis, & donis gratuitis, de quibus locuti ſumus in primo notando. Ratio eſt euidens; quia gratia ſanctificans dicit amabilitatem in creatura, quam in ea ponit amor diuinus; omnes autem prærogatiuę, & gratię gratis datæ non dicunt eſſentialitèr iſtam amabilitatem; ſed hęc amabilitas eſt maius bonum Virgini, quam alia bona eſſentialitèr incluſa in prærogatiuis, & gratijs gratìs datis ipſius Virginis; nam per di- C ctam amabilitatem Virgo cõſtituitur filia Dei, diuinæ fit conſors naturę, ſeù regeneratur in eſſe diuino, vt loquitur D. Dionyſius, & viuit vita ſpirituali; quia, cum iſta amabilitas ponatur in Virgine ab amore diuino, per amorem verò diuinum Virgo ametur, vt filia; & cum Deus amans ſit in Virgine amata; hęc diuinæ fit particeps naturę; &, cum idem amor diuinus vniat Deum animę Virginis, Deus autem ſit vita ſpiritualis animę, vt principium eſt potentiarum, & operationum ſupernaturalium; ſic patet, quomodò Virgo per dictam amabilitatem dicitur habere vitã ſpiritualem. His notatis, D. Dionyſius

D Dico, magis laudari Deiparam, dum à peccato originali præſeruata prædicatur, quam dum aliæ eius prærogatiuę, aut gratię gratis datæ recenſentur. Probatur; quia quòd Beata Virgo neq; per momentum priuata fuerit gratia ſanctificante, maius illius bonum, & maior excellentia eſt, quam multę prærogatiuę, & gratię gratis datę, quę in ipſa Virgine fuerunt: quod patet ex ſupra notatis: & confirmari poteſt; quia ponere Virginem etiam per momentum peccat. origi. maculatam, eſt illam conſtituere ſpecialitèr mortuã, Deo inimicam, & ſeruituti ſatanicę obſtrictã; Concluſio affirmatiua.

A hoc verò eſt malus maium, quam carentia omnium prærogatiuarum, & gratiarum gratis datarum; per hanc enim carentiam nunquàm formalitèr constituta fuiſſet mortua ſpiritualitèr, inimica Deo, & ſatanicæ ſeruituti obſtricta: ſed qui prædicat Virginem à peccato originali præſeruatam, affirmat illam neq; per momentum caruiſſe gratia ſanctificante; ergo magis laudatur Virgo; dum præſeruata à peccato originali prædicatur, quam, dum aliæ eius prærogatiuæ, aut gratiæ gratis datę recenſentur; quia ſic maius eius bonum, & maior excellentia commendatur.

Qui corde probant immaculatã Cõceptionem Virg. quantũ in ſe eſt, liberant illam à morte animę vitamq; ſpiritualem donant ipſi primo eo momento.

Collige, quòd qui ita ſunt affecti, vt corde et ore probent, & Virgini gratulentur, B quòd in primo Conceptionis momento non incurrerit peccatum originale; quantum in ipſis eſt, liberant Virginem à morte animæ, & liberalitèr illo primo momento eidem Virgini donant vitam ſpiritualem. Dico, liberalitèr, quia nemo tenetur intrinſecè ſentire, Virginem conceptam eſſe ſine peccato originali, vt dicemus quæſtione ſequenti ex conſtit. Pontificum: Virgo autem gratitudinis lege ijs eſt quodammodò vitę ſpiritualis debitrix: & ſanè, cum opus fuerit, vitam, & ſpiritualem, & corporalem; aliaq; dona diuina promptiſſimè impetrabit. Vndè Paulus

Oroſius.

Oroſius hęc habet in epiſtola ad Euſtoch. *Coram Deo noui, & in veritate comperi.* C *quòd nulla mulier in partu periclitatur, ſuper quam deuotè Maria gratia imploratur, & dies Conceptionis eius celebratur.*

QVAESTIO SEXTA.

Cur per aliquod tempus Immaculata Virginis Conceptio multos latuerit.

Flaui. dexter.

ALIQVI opinantur, ab Apoſtolorum prædicatione innotuiſſe immaculatã Virginis Conceptionem. Nam D Flauius Dexter filius Sancti Pontiani Epiſcopi Barcellonenſis in quodam libro, cuius titulus, *Omnimoda hiſtoria*, quemq; Diuo Hieronymo dicauit, hæc verba habet: *Iacobi prædicatione celebratur in Hiſpania feſtum immaculatæ, & illibatæ Conceptionis Dei Genitricis Marię*: de qua hiſtoria mentionem faciunt Diuus Hieronymus de Scriptoribus eccleſiaſticis, Honorius lib de illuſtribus Eccleſiæ Scriptoribus, Coſmus Magall. in proœmio ad Timoth. & Titum

D. Hierony. Honorius, Coſmus Magall.

A ſect. 15. Maurus Caſtellaferrarius in hiſtoria S. Iacobi, & alij multi. Beda in Martyrologio ponit die 8. Decembris Conceptionem Deiparæ ex traditione apoſtolica. Matthæus Vueſtinus in chronic. anno 1228. Iodocus Coccius lib. 3. art. 6. & Stephanus Raguſinus lib. primo affirmant, conſuetudinem celebrandi immaculatam Conceptionem in Eccleſijs Syriæ, Aegypti Armeniæ, & Hieruſalem traxiſſe originem ab Apoſtolorum temporibus. Et in Concilio Hieroſolymitano, celebrato, anno Chriſti 44. Apoſtolis interuenientibus, hæc verba habentur, prout reperiuntur in laminis Montis Granatenſis: *Illa Virgo, illa Maria, illa ſancta in inſtanti ſuæ Con-* B *ceptionis fuit ab originali peccato præſeruata, & ab omni culpa immunis.* Fidem huius hiſtorię faciunt Ioannes Baptiſta Lezana in Apologet. c. 12. Sãchez Luzerus Canonicus Granatenſis in libris Granatenſibus; Auguſtinus Oroſius in quadam concione, quam ad populum habuit, anno 1618. impreſſa *Barcellonę*. Verùm de rei veritate non omninò conſtat: ſi enim firmitèr conſtaret de prædictis verbis Concilij Hieroſolymit. ſanè immaculata Conceptio fuiſſet ex tunc determinata.

Caſtellaferrarius. Beda Vueſtinus, Iodocus, Raguſiens.

Concil. Hieroſolym.

Lezana, Sanchez Luzerus, Aug. Oroſius

Quod certum videtur, eſt, quòd antiquitùs multis nota, ignota multis fuit immaculata Virginis Conceptio: & patet ex controuerſia, quę de hac re inter grauiſ- C ſimos Auctores orta eſt; vndè Sixtus IV. liberam in vtramq; partem ſentiendi facultatem Theologis indulſit.

Sixtus IV.

Et Concilium Tridentinum ſeſſ. 5. in decreto de pecc. originali declarat, *Non eſſe intentionis ſuæ comprahendere in decreto, vbi de peccato originali agitur, Beatam, & immaculatam Virginem Mariam Deigenitricem, ſed obſeruandas eſſe conſtitutiones felicis recordationis Sixti Papæ IIII. ſub pænis in eius conſtitutionibus contentis, quas innouat*. Anno verò 1617 Paulus Quintus in quodam diplomate fauens parti affirmanti, Beatam Virginem ſine peccato originali fuiſſe conceptam, hæc habet: *Decreuit, & præ-* D *cepit, ac præſentis decreti virtute mandat, & præcipit omnibus, & ſingulis, cuiuſuis ordinis, & inſtituti, regularibus, & alijs quibuſcunq, tam eccleſiaſticis, quam ſæcularibus perſonis cuiuſuis conditionis, ſtatus, gradus, ordinis, aut dignitatis tam eccleſiaſticæ, quam ſæcularis, etiam ſi ſpecialis ſpecifica, & indiuidua earum eſſet neceſſariò mentio facienda; vt in poſterum, donec articulus huiuſmodi à Sancta Sede Apoſtolica fuerit definitus, vel per Sanctitatem Suam, & Sedem Apoſtolicam fuerit aliter ordinatum, non audeant in publicis concionibus, conclusionibus, le-*

Conc. Trid.

Paulus V.

ctio-

Digitized by Google

ctionibus, & alijs quibuſcunq; actibus publicis aſſerere, quòd eadem Beatiſſima Virgo fuerit concepta cum peccato originali. Cõtrafacientes autem eadem Sanctitas ſua voluit, & declarauit ſubiacere debere, & ſubiecit cenſuris, & pœnis contentis in ſupradictis conſtitutionibus. Et Anno 1622. per Gregorium XV. extenſum, & ampliatum fuit decretum Pauli Quinti his verbis: *Mandans, & præcipiens omnibus, & ſingulis ſupradictis, ne de cętero, donec articulus huiuſmodi à Sede Apoſtolica definitus, vel per Sanctitatem ſuam, & Sedem Apoſtolicam fuerit alitèr ordinatum, neq; etiam in ſermonibus, & ſcriptis priuatis audeant aſſerere, quòd eadem Beata Virgo fuerit concepta cum peccato originali, nec de hac opinione affirmatiua aliquo modo agere, ſeu tractare; exceptis tamen quibus à Sancta Sede Apoſtolica fuerit ſuper hoc ſpecialitèr indultum, &c. Per hoc tamen Sanctitas ſua non intendit reprobare hanc opinionem, nec ei vllum prorſus præiudicium inferre, eam relinquens in eiſdem ſtatu, & terminis, in quibus reperitur, prętерquam quòad in ſupradicto fel. recor. Paul. V. & hoc ſuo decreto diſpoſita.*

Gregor. XV.

Concluſio.

Dico, diuina diſponente prouidentia aliquandiù multos immaculatam Virginis Conceptionem latuiſſe; vt hinc excitaretur in multis ſtudium celebrandę eiuſdem Virginis. Ita habetur in Reuelationibus Sanctæ Brigittæ lib. 6. c. 55. vbi Deipara ſic illam alloquitur: *Scio, quòd Conceptio mea non omnibus nota fuit; quia voluit Deus, quòd, ſicut ante legem ſcriptam præceſſit lex naturalis, & electio voluntaria boni, & mali; & poſtea venerat lex ſcripta, quę cohiberet omnes inordinatos motus; ſic placuit Deo, quòd amici ſui piè dubitarent de Conceptione mea, vt quilibet oſtenderet zelum ſuum, donec veritas clareſceret in tempore præordinato, &c.* Hoc innuit ipſa Virgo Cant. primo dicens: *Nolite me conſiderare, quòd fuſca ſim, quia decolorauit me Sol*: quaſi dicat: nolite attendere, quòd denigrata orig. pecc. quibuſdam appaream, dum non omnibus innoteſcit candor immaculatę Conceptionis meæ; quia decolorauit me Sol, ideſt, Deus, qui eſt ſol iuſtitię, ita diſpoſuit. Arca, de qua Exod. 25. ſignificabat Deiparam, vt PP. notãt; D. Bernardus in ſermonibus, & præcipuè in illo, qui incipit; *Aue Maria; Arca etiã teſtamenti*, inquit, *typum tenet Sancta Dei Genitricis*: & Andreas Cretenſis in ſalutationem angelicam: *Gaudij Mater ſempiterni, gaude noua Dei arca.* Porrò illius arcę operculum non habebat aliud nomẽ, quam propitiatorium; & duo Cherubim reſpiciebant in illud, vt in ſacro Textu habetur; *Reſpiciebant* (ideſt Cherubim)

Reue. S. Brig.

Cantic.

Exod.
Bernard.
Cretens.

Andr. Cretẽſ.

A *mutuò verſis vultibus in propitiatorium, quò operienda eſt arca*: vt indicetur, quòd huius myſticę arcæ operculum nihil aliud eſt, quam propitiatorium; quod eſt dicere, ideò mortalibus magna ex parte obuelatum fuiſſe Virginis excellentiam, immaculatam ſcil. eius Conceptionem aliquandiu latuiſſe; vt in multis excitaretur affectus, & deſiderium inueſtigandi, probandi, defendendi, & promulgandi, quæ de tali Virgine occulta, vel non ſatis nota videbantur, & præcipuè immaculatam eius Conceptionem, quæ non omnibus comperta erat: incumbentibus verò pio affectu in tale ſtudium, qui per illos Che-
B rubim in propitiatorium reſpicientes deſignantur, ipſa Virgo, vt grati animi vices rependat, paratiſſimum gratiarum omnium propitiatorium ſe exhibet.

Similitèr per illud ſolium, ſuper quod ſedentem Dominum viderat Iſai. 6. intelligitur Deipara, vt tradit Damaſc. orat. 2. de dormit. *Tu es ſolium illud regium, cui aſtiterunt Angeli, Dominum, & effectorem inſidentem canentes*: & Andreas Cret. orat. 2. de dormit. Deip. eam appellat Thronum excelſum: S. Bonauentura in ſpeculo c. 7. *O verè beatiſſimum, ac ò verè ſtabiliſſimum ſolium! hoc ſolium excelſum eſt in intellectu, eleuatum in affectu, excelſum eſt gloria, eleuatum in gratia; in ſolio mentis Marię*
C *Dominus ſedet, & domus corporis Mariæ plena erat maieſtate eius.* Seraphim verò ſtabant ſuper ſolium; *Sex alæ vni, & ſex alæ alteri, duabus velabant pedes eius*, ſcilicet, ſolij, *duabus velabant faciem eius, & duabus volabant.* Per pedes ſolij, ſcilicet Deiparæ, ſignificatur eius Conceptio; per faciem eius ſpiritualis pulchritudo. Quo poſito, quid aliud eſt Seraphim velare pedes ſolij duabus alis; niſi quòd aliqui viri ſancti, licet ſeraphico amore arderet, non admiſerunt tamen Virginis Conceptionem immaculatam, quia diſpoſuit Deus, vt illis occulta eſſet, qui dum non admittebant hanc Conceptionem immaculatam, ſimùl velabant etiam ſpiri-
D tualem pulchritudinem Deiparæ? Sed, licet Seraphim velarent pedes, & faciem ſolij, ſcilicet immaculatam Conceptionem, & ſpiritualem Deiparæ pulchritudinem; ſimùl tamen duabus alis volabant: quia hæc fuit cauſa, vt fama de immaculata Conceptione volaret, & volando vires acquireret: Dum enim nonnulli ex vna parte Virginem in communem lapſum originariæ culpæ incidiſſe promulgabant, alij innumerabiles toti erant in rationibus, & auctoritatibus adinueniendis, quæ ſuaderent, Virginem abſq; peccato fuiſſe conceptam. Et, ſicut Carthago fuit

Iſai.
Damaſcen.
Andr.
Cretens.
S. Bonauent.

A fuit veluti petra, ad quam Romanorum gladij acuebantur; vndè dixit ille Sapiens: *Væ Romæ, ſi Carthago non ſteterit*: quia, cum Romani caruiſſent occaſione præliandi cum Carthaginenſibus, propter otium minùs experti, & ad bellũ parati remanſerunt: ita controuerſia de immaculata Cõceptione excitauit, & exacuit multorum ingenia ad multa prædicanda, & conſeribenda, quæ in laudem Deiparæ, & in defenſionem ſuæ immaculatæ Conceptionis tendunt.

Collige, cùm Sedes Apoſtolica iam decreuerit, vt opinio immaculatam negans Conceptionem; vt potè quæ communitèr iam receptæ aduerſatur; non ſolùm in concionibus, lectionibuſq; publicis ampliùs non ſit promulganda; ſed neq; in priuatis colloquijs ſuſtinenda; talem opinionem eſſe in mentibus eorum, qui ita ſentire volunt, incluſam. Et hi ſanè B rem Deo, & ipſi Deiparæ gratiſſimam præſtare poſſunt, à ſua mente dictam opinionem eijciendo, quam iam Pontificium mandatum eiecit ab externa fidelium cõmunione, hoc eſt, à publicis, & priuatis, lectionibus, & ſermonibus; cum enim adhùc libera ſit facultas intrinſecè in vtrãq; partem ſentiendi, ſpontaneum obſequium, & veluti voluntarium ſacrificium erit intrinſecè ſentire, Beatam Virginem fuiſſe abſq; peccato originali conceptam: ſicut autem voluntarium ſacrificium multùm placet Deo, ita & Deiparæ. Genes. 8. C adeò placuit Domino holocauſtum, quod poſt diluuium Noe obtulit, vt ſacer Textus dicat: *Odoratuſq; eſt Dominus odorem ſuauitatis, & ait; nequaquam vltra maledicam terræ propter homines*; ideò autem placuit Deo tale holocauſtum, quia fuit omninò ſpontaneum; non enim illud præceperat Dominus, qui tantùm mandarat Noe, vt eggrederetur ex Arca cum animãtibus, quæ in ea erant ſeruata, & multiplicaretur ſoboles. Ita Beata Virgo odorabitur odorem ſuauitatis, quam redolet voluntarium illud ſacrificium, quòd omnis illi offert, qui intrinſecè immaculatam eius Conceptionem approbat; & non D permittet, huiuſmodi ſpontaneè ſacrificantem incurrere in illam maledictionem; quæ in nouiſsimo die aduerſus reprobos fulminanda eſt. Præceperat Deus, ne aperiretur porta Templi, quæ reſpicit ad Orientem, niſi in quibuſdam ſolemnitatibus, inter quas erat illa, quandò Princeps holocauſtum ſpontaneum offerebat; Ezechi. 46. *Cum autem fecerit Princeps ſpontaneum holocauſtum, aut pacifica voluntaria Domino, aperietur ei porta, quæ reſpicit ad Orientem*. Ita inter maximas ſolemnitates eſt

Gen.

Ezechiel.

A enumeranda feſtiuitas immaculatæ Conceptionis; quia tùnc ſpontaneum holocauſtum offertur, vt diximus; & his, qui eam deuotè celebrant, aperietur porta, quæ reſpicit ad Orientem; hoc eſt Virgo, quæ dicitur porta cæli, aditum ad regnum cęlorum concedet.

QVAESTIO SEPTIMA.

Vtrum Corpus Mariæ fuerit, eo dierum ſpatio, in vtero materno formatum; quo aliarum fœminarum corpora ſolent efformari.

B

NOTANDVM, quòd, ſecundùm communiorem, & veram ſentẽtiam, organizatur corpus in vtero, ita, vt vltimò ſit diſpoſitum ad recipiẽdam animam rationalem, quadrageſima die in maſculino fœtu; de qua re, qui plura vult, legat Ambroſium Pareum lib. 23. c. 9. Plutarc. lib. 5. de placitis c. 21. Fernelium in lib. de hominis procreatione; Cælium lib. 15. lect. antiq. c. 25. Hippocratem in lib. de fœtu; Ariſtotelem lib. 9. de animalibus. Verùm hi non omnes conueniunt: ſed com C munis, & vera ſententia firmiſſimo argumento probatur; quia in veteri lege fæmina à die partus maſculini, domo ſe continebat 40. diebus; à die verò fæminei partus, domo non eggrediebatur, niſi 80. diebus elapſis; & tali tempore interdictus erat illi ingreſſus in templum: hunc verò dierum numerum, ſacrarũ paginarum Expoſitores docent, reſpondere tempori, quo fœtus in vtero animatur: Eſichius in cap. 12. Leuit. *Quadraginta diebus formari dicitur maſculus: apertè hoc probatur per ea, quæ de genere fæmineo ſequitur; quia n. octuageſima die in vtero formari fæmina dicuntur, eundem numerum ad impletionem purgationis, vel purificationis earum, quæ ſemen ſu*- D *ſcipiunt, præcipit ſic, ſi fæminam peperit*. Quare non placent hi, qui ab hac communi ſententia recedunt, inter quos etiam eſt Andreas Laurentius in ſuo anatomico opere lib. 2. q. 22. vbi putat cum Hippocrate libro de natura pueri, perfectam deſcriptionem, & dearticulationem fæminis, duobus, & quadraginta diebus, maribus verò, diebus, quod longiſſimum eſt, 30. perfici.

1. Aliqui opinantur, Conceptionem Mariæ, quoàd corporis formationem fuiſſe peractam modo communi: ita Henricus

Fœtus maſculinus, 40. dierum completo ſpatio, animatur.

Pareus.
Plutarcus.
Fernelius.

Cælius.
Hippocrat.
Ariſtot.

Fœtus femin. octoaginta dierum ſpatium exigit ad animationem.

Eſichius.

Andr. Laurentius.

Henric. de Ganda.
Peramatus.

de

A

de Gandauo lib.c.5. & Peramatus in quodam tractatulo inſcripto, Quid naturale, quid miraculoſum accidit in Conceptione Mariæ, vbi ait: *Materia in embrionem mutata, & vltimum apparatum ad animæ rationalis ſuperuentum adquiſiuit; qua introducta, ſenſus primò datus; deincèps motus.*

Damaſcenus

Fauere videtur huic opinioni San. Damaſcenus oratione prima de Natiuitate Virginis: *O prælaram, inquit, Annæ vuluam, in qua tacitis incrementis ex ea auctus, atq; formatus fuit fœtus ſanctiſſimus.* Et Symon de Caſſia lib.2. cap. 1. loquens de Virgine hæc habet: *Animatur, ordine ſeruato naturæ, & naturalibus creſcit augmentis.*

Symon de Caſsia.

B

Addunt alij, priùs corpus Mariæ vita vegetatiua, deindè ſenſitiua, & vltimò informatum fuiſſe anima rationali. Ita Guilhelmus Pepinus lib. de imitatione Sanctorum ſerm. de Conceptione, vbi ſic loquitur: *Virginis corpus prius fuit ſub vita vegetatiua, deindè ſub forma intellectiua, ſicut de embrione dicunt Phyſici. Feſtum, quod hodiè facimus, non eſt referendum ad diem præſentem determinatè, cum eiuſmodi embrio res eſſet inanima, ſed ad illum diem, in quo primùm caro Virginis ſuſcepit animam rationalem; & quia talis dies non eſt notus Eccleſiæ, accipit diem certum pro incerto.* Et quidèm, quòd materia fœtus primùm informetur anima vegetatiua, deindè ſenſitiua, poſtremò intellectiua, docent Conimbricenſes lib.2. q.4. art.2. Fundatur prædicta opinio in hoc, quòd ſine vrgenti cauſa non ſunt confingenda miracula; &, vt patet conſideranti, plura miracula ſunt admittenda; ſi dicatur, quòd Virgo concepta fuit, non ſeruato integro ſpatio à natura præſcripto pro formatione corporis humani in materno vtero. Secundò Beata Virgo non fuit concepta de Spiritu Sancto, vt Chriſtus; & ipſa habuit puram humanitatem; Chriſtus autem habuit humanitatem Verbo vnitam: quare in Virgine ceſſant rationes, quæ momentaneam Chriſti corporis formationem ſuadent.

Guilhelmus.

C

Conimbricenſes.

D

Alij tenent, quòd eodem die, qui eſt octauus Decembris, mundiſſima S. S. Ioachim, & Annæ ſemina in vtero eiuſdem Annæ comprahenſa; atq; retenta ſimul; diuina virtute interueniente, ita fuere diſpoſita; vt corpuſculum Deiparæ elaboratum, & organizatum extiterit; illudq; anima rationalis à Deo creata informarit. Ita opinatur Iacobus Granadus lib. de immaculata Conceptione ſect. 2. diſp. 2. de eſſentia peccati originalis, & iuſtitiæ originalis.

Granadus.

Concluſio

Dico, hanc ſecundam opinionem piiſſimam, & probabiliſſimam eſſe.

Probatur primò; quia ex eo, quòd Chriſti Incarnatio ab Eccleſia celebratur die 25. Martij, colligunt multi, tùnc Chriſtum habuiſſe animam rationalem: vide Suar. tom.2. in 3.p. diſp. 11. ſect.2. ergo ſimilitèr licebit inferre: die octaua Decembris, celebratur Conceptio Virginis, ergo eo die organizatum, & anima rationali informatum fuit corpuſculum Mariæ.

Virginis corpuſculum fuiſſe, eo die, qui feſto Virgineæ Conceptionis ſacer eſt, in matris vtero perfectè organizatū, animaq; rationali informatum, probabiliſſimum eſt.

Probatur ſecundò ex reuelatione S. Nicolai Epiſcopi ad Helſinum Abbatem, de qua mentionem faciunt Baronius in Martyrologio; Bacon. in 4. diſt. 2. §. 4. art. 2. Baptiſta Mantuanus tom. 2. de ſacris diebus; Claudius de Rota in Legend. Sanct. & alij: dixit ergo Helſino S. Nicolaus: *Sexto idus Decembris hoc feſtum ſolemnizandum tenebis*: non eſt autem veriſimile, quòd talis dies celebrandus proponatur cæleſti oraculo, eo, quòd ipſo die ſolùm in vtero S. Annæ materia generationi deſtinata fuerit recepta; ſed potiùs quia eodem die fuerit etiam figuratum, & animatum corpuſculum Virginis. Et ſanè, quòd ab Eccleſia celebretur feſtum Conceptionis, die octauo Decembris; quia eodem die anima immaculata Virginis fuerit creata, & à peccato originali præſeruata, videtur omninò certum: vndè Iulius II. qui fuit electus Pontifex, anno 1503. in bulla approbante ordinem immaculatæ Conceptionis inſtitutum ab illa celebri Beatrice Sylua, hoc habet: *Dei genitricis immaculatam Conceptionem venerantes*: immaculata verò Conceptio non videtur ſignificare comprahenſionem, & retentionem ſolius materiæ in vtero Annæ; ſed formationem corporis, & infuſionem animæ puriſſimæ. Et Eccleſia ipſa canit: *Hodiè concepta eſt B. V. Maria ex progenie David. Conceptionem hodiernam perpetuæ Dei genitricis Mariæ ſolemnitèr celebremus*: non autem rectè diceretur, *hodiè concepta eſt B. Virgo Maria*; ſi tali die non intelligeretur, quòd corpus Virginis fuit formatum, & animatum; materia enim ſola, ex qua figuratum fuit corpus Mariæ, non poteſt propriè appellari, *B. Virgo Maria*. Confirmatur; quia, vt optimè ponderat idem Granadus, in prædicta reuelatione ad Helſinum dictum illi fuit: *Promitte, quòd diem Conceptionis, & creationis celebrabis*: vbi de creatione animæ, atq; adeò de formatione corporis ſimul agitur: *Nec enim*, inquit Granadus, *credendum, impropria fuiſſe verba reuelationis, aut ſuperfluè additum nomen creationis nomini Conceptionis*. Et, cum inter fideles non conſtet, duo hæc diuerſis diebus accidiſſe; immò nunquàm ab illis mentio fiat de Conceptione, & animatione, tamquam de operibus diuerſis

Baronius.
Bapt. Mantuanus.
Claudius de Rota.

Iulius II.

Antiph.

Digitized by Google

n[illegible]ſis diebus in lucem editis; probabile profectò videtur, vtrumq; eidem diei adſcribi poſſe.

Obiectio.

Neq; dicas, ab Eccleſia celebrari quidèm, die octaua Decembris, Feſtum Conceptionis; quia, eodem die, anima Virginis fuit à peccato originali præſeruata; ſed non aliud hinc ſequi, niſi quòd, eodem die, fuerit organizatum corpus Mariæ; hoc autem non tollere, quin priùs præceſſerit ſpatium 80. dierum; & conſequentèr Annam ſanctiſſimè coniunctam fuiſſe cum S. Ioachim, & ex illo concepiſſe, tali die, qui fuit octoagesimus ante octauum Decembris.

Confutatur.

Nam contra eſt, quòd, cum Natiuitas Virginis, die octaua Septembris, celebretur; & die octaua Decembris eius Conceptio ſolemnis habeatur; quia tali die fuerit eius anima à peccato originali præſeruata; ſequeretur, quòd Beata Virgo permanſiſſet in vtero S. Annæ, vndecim menſibus, & diebus viginti, hoc eſt, octuaginta diebus ante octauam Decembris, & prætereà à die octaua Decembris vſq; ad octauam Septembris; quòd præter conſuetum naturæ ordinem accidiſſet: dico, prętèr conſuetum ordinem; nam S. Ambroſius 5. Hexam. cap. 10. ex Varrone narrat, fuiſſe infantem, qui anno integro in materno vtero fuit; & Gorreus in ſuis annotationibus ſuper Hippocratis librum, conatur probare, aliquandò accidere, vt partus fœmineus in vtero materno detineatur, duodecim, vel quatuordecim menſibus. Vide Plinium lib. 7. natural. hiſt. c. 5. vbi hęc habet; *Cum Mater partum quatuordecim menſibus diceret tuliſſe; quoniam nullum certum tempus pariendi eſt ſtatutum*. Verùm experiencia docet, ſpatium nouem menſium eſſe illud, quod communitèr natura ſeruat. Et Chriſtus ipſe, nouem menſibus, in vtero Marię fuit geſtatus.

D. Ambroſ.
Gorreus.
Plinius.

Probatur tertiò auctoritate Patrum nonnullorum, qui huic noſtræ concluſioni, ſi non omninò apertè, ſaltèm implicitè ſuffragari videntur. Diuus Anſelmus homil. prima de feſto Conceptionis: *O quanta*, inquit, *eſt illa dies, in qua noſtra Reparatricis anima dignè creatur, & ſacratur, & ſanctiſſimo corpori vnitur; non eſt verus amator Virginis, qui reſpuit colere diem Conceptionis, & creationis eius*. Nota prore noſtra diem Conceptionis, & creationis ſimùl. S. Damaſcenus oratione prima de Natiuitate, vocat Mariam *Miraculorum abyſſum*: & eadem oratione: O, inquit, *miraculorum miracula, & rerum admirandarum res maximè admiranda; ſiquidèm par erat, vt ad Dei incarnationem omni ſermonis facultate ſuperiorem iter per miracula muniretur*: ergo quam plurima miracula, quæ ad dignitatem Matris Dei ſublimandam, & quæ puræ creaturæ non ſunt diſſona, ex hac auctoritate in Virgine fuiſſe, affirmare poſſumus: ergo, miraculosè acceleratam Mariani corporis formationem, ex dicta Damaſceni auctoritate, prædicare licet. Et confirmari poteſt ex illa regula D. Auguſtini 3. de liber. arb. c. 5. *Quidquid tibi vera ratione meliùs occurrerit, id ſcias feciſſe Deum*.

D. Anſelmus.
Damaſcenus.
Auguſt.

Rationes.

Probatur quartò rationibus; quarum prima ſit, quia Virgo à principiò ſuæ Conceptionis, non ſolùm quò ad animam; ſed etiam quò ad corpus pręparabatur, Spiritu Sancto cooperante, vt eſſet digna Mater Dei: vndè Eccleſia expreſsè dicit: *Omnipotens ſempiterne Deus, qui Glorioſæ Virginis Matris Mariæ corpus, & animam, vt dignum Filij tui habitaculum effici mereretur, Spiritu Sancto cooperante, præparaſti*; ergo, ſicut alia miracula conceduntur in Virgine, quò ad animam, vt ſunt virtutes infuſæ, vſus rationis acceleratio, &c. ita etiam concedendum erit, quòd eius corpus celerrimè in vtero Annæ fuerit, miraculo interueniente, formatum. Confirmatur primò; quia Spiritus Sancti opera celerrimè fiunt; *Neſcit* enim *tarda molimina Spiritus Sancti gratia*: ergo, ſi Spiritus Sanctus peculiari concurſu aſtitit formationi Corporis Mariani; velociſſimè fuiſſe formatum, dicere iure ac meritò poſſumus. Confirmatur ſecundò; quia, vt in Reuelationibus S. Brigittæ habetur, ſermone Angelico, materiam illam, quandò in vtero Annæ concepta, & collecta fuit, de qua formari debebat Maria, ipſe Deus plùs diligebat, quam omnia humana corpora, à viro, & fœmina generata, & generanda per mundum vniuerſum: & lib. primo earundē Reu. cap. 9. ipſa Virgo narrans ſuam Conceptionem, S. Brigittæ dicit: *Ex ſemine eorum* (ideſt Ioachim, & Annę) *per diuinam charitatem caro mea compaginata eſt*: ergo pro certo haberi debet, quòd talis amor non fuerit otioſus; amor. n. vbi eſt, magna operatur: & Plato etiam in conuiuio ait: *Parum diligis, ſi multùm quieſcis*, & conſequentèr affirmare debemus, à tali amore diuino celerrimè corpus Mariæ formatum fuiſſe.

Reu. S. Brig.
Plato.

Secunda ratio eſt; quia, cum Virgo futura eſſet Mater Chriſti, conueniens erat, vt ſimilima in multis eſſet Filio; de hac vero ſimilitudine plura infra dicemus, & pręcipuè in cap. de Annunciatione q. 32. Vndè, & Diuus Auguſtinus ſermone de Aſſumptione Virginis ex hac ſimilitudine deducit, quòd non fuit conueniens, vt Corpus Virginis in puluerem abiret; quia à tali

Auguſt.

à tali

à tali corruptione fuit immune Chriſti corpus. Sanè ex eadem ſimilitudine licebit argumentari, quòd corpus Virginis matris fuerit celerrimè formatum. quia corpus Filij in inſtanti fuit figuratum à D. Thoma in cap. de Annunciatione q. videbimus, veruntamen, quia non militant eędem rationes in Virgine, quæ in Chriſto; non aſſerimus, in inſtanti corpus Virginis fuiſſe formatum, ſed tantùm celerrimè intra eundem diem, qui fuit octauus Decembris.

Tertia ratio eſt; quia elucet magis diuina Sapientia in hac celeri formatione Corporis Mariani: quod ex eo patet, quòd eò ſapientior, & perfectior habetur artifex, quò breuiori tempore opus aliquod, vndequaq; perfectum, conficit. Quare non multùm laudabatur Protogenes, quia tardè, licet benè, pingeret; vt enim refert Manutius in ſuis Apophteg. Appelles dicere ſolebat: *Sibi cum Protogene omnia eſſe paria, aut illi etiam meliora; vno ſe præſtare, quòd ille manum de tabula neſciret tollere*: vndè, ſicut nimia mòra in opere aliquo perficiendo arguit artificis imperfectionem, ita celeritas denotat perfectionem. Porrò Sapientia diuina fuit Mariani corporis artifex, vt Prouerb. *Sapientia ædificauit ſibi Domum*: ergo quò celeriùs fuit formata hæc domus, eò magis perfectio diuinæ Sapientiæ emicat. Ex dictis patet ſolutio rationibus pro prima ſententia adductis.

Manutius.

Prouerb.

Ad primam, iam vidimus, non gratis, ſed magno cum fundamento affirmari hoc miraculum de Virgine.

Ad ſecundam, licet non eędem rationes, quæ probant momentaneam corporis Chriſti perfectionem, in Maria militẽt, non deſunt tamen aliæ, quæ ſuadent, celerrimè fuiſſe formatum corpus eiuſdem Mariæ. Sed

Obijcies adhuc, hanc celerem formationem corporis Mariani imminuere rationem paternitatis, & maternitatis, ita, vt videantur Ioachim, & Anna imperfecti genitores Mariæ; quia Mater, determinato tempore, fouere debet virtutem formatricem, in ſemine reſidentem; hoc autem miniſterium non peregit Anna, dum diuinitùs in eius vtero fuit velociſſimè figuratum corpus Mariæ.

Reſpondeo, Ioachim, & Annam fuiſſe perfectos genitores Mariæ ex hoc præciſè, quòd naturali concubitu materiam generationi deſtinatam præbuerunt, licet poſteà virtus formatrix in tali materia reſidèns, diuinitùs adiuta, celerrimè operata ſit. Adde, quòd Anna in ſuo vtero fouit, & nutriuit Mariam infantulam, menſibus nouem.

Collige primò ex eo, quod, diximus, diuinum amorem in exordio formationis corporis Mariani adeò celerem fuiſſe; ipſum veluti arram perſoluiſſe illius celeritatis, quam demonſtraturus ſemper erat intuitu Mariæ, maximè in ſubleuandis miſeris, qui illam deprecarentur. Immò, dum diuinus amor abſtulit moras octoaginta dierum in celeri formatione corporis Mariani, in formatione verò Corporis Chriſti tantùm moras quadraginta dierum ſuſtulit; videtur tacitè polliceri, quòd intuitu Virginis duplo velocior nobis accurret, & ſuccurret, quam intuitu ſolius Chriſti. Accipe verba D. Anſelmi de excellentia Virginis, c. 5 quæ ad rem noſtram multùm faciunt: *Velocior, inquit, eſt nonnunquam noſtra ſalus, memorato nomine Mariæ, quã inuocato nomine Ieſu filij.*

Velociùs nobis accurret Deus intuitu Virginis, quã ſolius Chriſti.

D. Anſelmi.

Collige ſecundò ex hac celeri formatione corporis Mariani intenſionem diuini amoris erga Virginem; dicit .n. D. Thomas p.2.q.28 ar.4.& in 1. ad Corinth. cap.11.licet 1. quòd amor intenſus non patitur conſortium in re amata: præuenit ergo diuinus amor efficaciam cauſarũ naturalium, celeritèr efformando corpus Mariæ, vt ſic minùs admitteret earundem cauſatum naturalium conſortium in Maria formanda. Porrò hoc diuino amore, adeò intenſo, ſe præuentam Virgo agnoſcens, maximè ſtimulata fuit ad ſummè, & vnicè diligendum Deum; nulla enim maior ad amorem prouocatio, quam amoris præuentio.

Intenſio diuini amoris in Virginem, D.Thom.

Collige tertiò ex eo, quòd Deus celerrimè formauerit corpus Virginis, animam eiuſdem à pecc. originali fuiſſe præſeruatam. Si enim non conuenit concurrere ad accelerandam mortem corporalem, quę etiam iuſtè infligitur; & ſacra iura ex hoc cap. irregularitatem decernunt; quia eſt quidam defectus lenitatis: ſanè minùs conuenit diuinæ bonitati concurrere ad mortem ſpiritualem. Sed, ſi Deus in formando corpore Mariæ cauſarum naturalium efficaciam præuenit, ſequitur, quòd citiùs animam eius creauerit, & tali corpori infuderit, quam creaſſet, & infudiſſet, ſi tempus formationi dicti corporis à natura præſcriptum expectaſſet; atque adeò, dato quòd B. V. In Conceptione contraxerit peccatum originale, Deus concurriſſe aliquo modo videretur, vt anima ipſius Virginis citiùs in originariam labem, hoc eſt, in mortem ſpiritualem incideret.

Probatur in Virgine immunitas ab. originali.

H QVAE-

QVAESTIO OCTAVA

Cur Beata Virgo ex alia Virgine non fuit generata.

RATIO dubitandi eſt, quia, ſi Maria ex alia Virgine progenita fuiſſet, maior puritas in illa emicare videretur. Ait enim Anſelmus lib. 2. *Cur Deus homo* c. 8. *Sine omni diſputatione aſſerendum eſt, quia de Virgine Deum, & hominem naſci oportet, quia mundiùs, & honeſtiùs procreatur homo ille de ſolo viro, vel fœmina, quam de commixtione vtriuſq; ſicut omnes alij filij hominum.* Adde, quòd Eua ex Adamo, qui tùnc virginitatem nundùm violauerat, procreata fuit.

Anſelmus.

Dico primò, Mariam ex maritali congreſſu fuiſſe genitam; & vt eſſet ſingularis prærogatiua Mariæ virginitas, & fęcũditas; & vt eius puritas in hoc etiam eluceret; cum, licèt ipſa conciperetur à maritali concubitu, omnis voluptatis carnalis impuritas ſeparareretur. Primum notat D. Bernardus ſerm. 17. vbi hæc habet: *Dico peperiſſe Virginem; non tamen partam à Virgine; alioqui vbi eſt prærogatiua Matris, quæ ſingulariter creditur, & gaudere munere prolis, & integritate carnis? Si tantum dederis & matri ipſius, non eſt hoc Virginem honorare, ſed honore detrahere.* Secundum habetur in Reuelationibus S. Brigitt. primo. n. lib. c. 9. ſic loquitur ipſa Virgo: *Pro certo dico tibi, quòd ex charitate diuina, & ex verbo Angeli nunciantis conuenerunt carne, non ex concupiſcentia aliqua voluptatis, ſed contra voluntatem ſuam, ex diuina dilectione:* & paulò ante dixerat, quòd in Ioachim, & Anna: *Voluptas carnis mortua erat.* Sed de hac re egimus ſupra in hoc cap. q. 2.

D. Bernard.

Reuel. Brig.

C

Dico ſecundò, etiam conueniens fuiſſe, Mariam à viro, & fœmina generari, non autem à ſola Virgine; vt omnibus tam fœminis, quam maribus ex hoc etiam capite facilior ad eam inuocandam pateret aditus. Ratio eſt, quia, dum Maria ab vtroq; ſexu corpoream ſubſtantiam habuit, vtriq; etiàm ſexui, & magis affinis, & aliquo modo debitrix agnoſcitur; vndè quilibet ad illam naturæ communicatione ad omnes iuuandos propenſam, immò & aliquo modo obſtrictam, cõfugere poteſt. Vide D. Bernardinum tom. 2. ſerm. 51. vbi multùm nobis fauet.

D

D. Bernardi.

Confugiendũ ad Virginem

Collige primò ex hoc, quòd intuitu Marię, à maritali copula, per quã ipſa cõcepta

A

fuit, omnis carnalis voluptatis impuritas receſſerit; quam paratus ſit Deus concedere, ob preces eiuſdem Marię, gratiam, virtute cuius puritatem, & caſtitatem poſſit quilibet ſeruare incorruptam.

pro ſeruanda caſtitatis integritate.

Collige ſecundò: ſi decebat, vt ea puritate Virgo niteret, qua maior ſub Deo nequit intelligi, atq; adeò impuritas carnalis voluptatis à concubitu, quo ipſa generabatur, ſeparanda erat; multò magis impuritas orig. peccati, quæ maior eſt, ab eadem Virgine, illo primo momento, quo concepta fuit, longè abeſſe debebat.

Virgo ab originali probatur immunis.

QVAESTIO NONA.

B

An fomes peccati fuerit extinctus in Virgine, primo Conceptionis momento.

ALIQVI exiſtimant, fomitem in Virgine fuiſſe ligatum ab eius in Conceptione, extinctum verò, quandò ipſa cõcepit Chriſtum: D. Thom. 3. par. q. 27. art. 3. in corpore, & alij, quos refert Suar. tom. 3. in 3 par. diſp. 4. ſect. 5. Valentia tom. 4. diſp. 2. q. 5. p. 4. Fundamentũ huius opinionis eſt, quia nõ decuit, carnẽ aliquã omninò liberari à lege fomitis peccati, donec Filius Dei aſſumeret carnẽ ſanctã, & à fomite liberã; ſicut nõ decuit, corpus aliquod humanũ ãte Chriſti Corpus glorioſũ fieri.

Sententia aſſerens, fomitem in Virg. à Cõceptione fuiſſe ligatum; extinctum verò quandò concepit Chriſtum.

D. Thom.

Cõmunis ſentẽtia affirmat, fuiſſe extinctum fomitẽ in Virgine, primo Cõceptionis momento. Ita Thomas de Argẽtina in 3. diſt. 3. q. vn. a. 3. & 4. Marſilius in tertio q. 4. ar. 1. Cathar. lib. 2. de Conceptione Virg. c. 1. Ouanò. ad tertiũ Scoti diſt. 3. q. 7. Corduba libro quęſt. q. 45. Alens. 3. p. q. 9. membro 2. ar. 1. & 5. Scotus, Gabriel, Almainus, Maior, quos cit. & ſequitur *Suarez* citato loco, Petrus Morales in cap. pri Matth. lib. 3. tra. 3. Caniſius lib. 2. de B. Virg. c. 4. Barradius tom. 1. lib. 8. c. 3. & alij Recentiores.

Communis ſententia affirmans in Virg. extinctum fomitẽ à primo Cõceptionis momento.

Thom. de Argent. Marſil. Cathar. Ouand. Corduba, Alenſis, Scotus, Gabriel, Almain. Maior, Suarez, Petr. Moral. Caniſius, Barradius.

D

Notandum primò, quòd homo, dum eſt in hac mortali vita, ſi ſecũdùm naturã operatur, non ſemper actu amat Deum, nec ſẽper conſiderat ea, quę ſunt cõformia rectę rationi; ſed quandòq; eius cogitatio rapitur ad motionem ſenſuũ, qui operãtur iuxta proportionata obiecta, illis propoſita, vel occurrentia; nec poteſt homo omnes occaſiones pręuidere, nè talia obiecta ſẽſibus occurrant, illosq; moueãt, antequã ratio aduertat: quatènus ergo ſẽſus excitari naturalitèr ab obiectis ſẽſibilibus poſſũt, & ſic inſurgere poteſt cogitatio de obiecto ſenſibus proportionato, & quandoq; rectæ ratio-

Homo, ſi ſecũdùm naturam operatur, non ſemper actu amat Deum.

Fomes in quo conſiſtat.

rationi repugnante. Hinc eſt fomes peccati, quem ego puto conſiſtere, non in motu immoderato appetitus, inclinante, & alliciente voluntatem ad aliquid contra rationem, vt putat Vaſq. tom. 2. in 3. par. diſp. 18. c. 4. ſed in ipſius appetitus natiua propenſione, ſeù inclinatione ad quodcumq; bonum ſenſibus proportionatum. Et ratio eſt, quia pueri baptizati dicuntur habere fomitem, licet in ipſis, dum infantes ſunt, nullus motus actu immoderatus ſit alliciens ad aliquid contra rectam rationem: ſimilitèr adultus ſemper dicitur habere fomitem, etiamſi non ſemper eius appetitus pulſetur immoderato aliquo motu.

Vaſq.

B. Virginem, certum eſt, nunquàm habuiſſe fomitem in actu ſecūdò. Suarez.

Notandum ſecundò, certum eſſe inter Catholicos, Virginem nunquàm habuiſſe actum fomitis, ſeù fomitem in actu ſecundo, vt optimè ex communi Patrum, & Theologorum ſententia notat Suar. cita. diſp. 4. ſect. 5.

Notandum tertiò, fomitis ligationem in Beata Virgine benè explicari poſſe, ſi dicamus, vel Deum ita ei aſtitiſſe ſua prouidentia, vt ea omnia obiecta remouerit, ad quorum præſentiam inordinati motus in ſenſibus Beatæ Virginis raptim inſurgere potuiſſent; vel negaſſe concurſum ſuum ad eos actus inordinatos, quos naturalis appetitus ſenſitiuus elicere potuiſſet, excitatus ab obiecto ſenſibili; vel demùm ſi dicamus, quòd Deus in omni occaſione, qua præuidebat, ſentientem Virginis appetitum proximè moueri inordinatè potuiſſe ab obiectio ſenſibili, eius mentem præuenerit, adeò ſancta, & efficaci illuſtratione, vt virtus eius animæ limitata, & finita traheretur, & veluti abſorberetur penitùs in ſanctiſſimam contemplationem, & nihil ad ſenſibile obiectum propoſitum deuolueretur.

Notandum quartò, fomitis extinctionem in Beata Virgine benè itèm explicari poſsè, ſi intelligamus primò eius rationem diuina gratia irradiatam, & habitu ſcientiæ, & prudentiæ infuſo ornatam ad rectè iudicandum in ſingulis materijs, quid rectę rationi conſentaneum eſſet: ſimilitèr voluntati ſuper additum habitum, quo ipſa delectabilitèr obiectum honeſtum, à ratione propoſitum ſequeretur, & appetitui ſenſitiuo imperaret, nè reluctaretur: & rurſus alium habitum in appetitu ſentiente ad promptè obediendum voluntatis imperio: & demùm intelligamus, diuinam protectionem, admirabili quadam prouidentia remouentem occaſionem omnem, per quam ſenſitiuus appetitus allici potuiſſet ad immoderatam appetitionem. Hoc vltimum addo, quòd appetitus ſenſitiuus, etſi prędictus ponatur habitu illo promptè obediendi voluntati rectè præcipienti; cū tamē idem appetitus ſit potentia naturalis, naturalitérq; operetur, circa obiectum ſuum, per quemcumq; habitum ſuper additum; ſemper retinet vim ſuam naturalem tendendi in obiectum ſibi conueniens, quod quandòq; poteſt eſſe contra rationem: ergo, præter illum habitum, neceſſarium eſt aliquid aliud, ſcilicet protectio diuina ad impediendam immoderatam appetitionem. Rurſus ſola diuina protectio fuiſſet quidèm ſufficiens ad impediendam omnem inordinatam appetitionem; ſed, quia, quātum fieri poteſt, debemus ſemper ſaluare modum ordinarium, quo Deus cum cauſis ſecundis operatur, qui eſt tribuere illis vires, & diſpoſitiones intrinſecas ad producendos effectus; ideò meliùs dicitur, habitus huiuſmodi fuiſſe infuſos, atq; eum etiam, qui in appetitu ſenſitiuo ponitur ad promptè obediendum: & ſic in hoc ſenſu rectè explicatur, quomodò fomes in Beata Virgine potuit, non ſolùm ligari, ſed extingui. His notatis,

Prima concluſio, aſſerēs extinctum in B.V. fomitem à primo conceptionis momento.

Dico, à primo Conceptionis momento, fomitem Virgini fuiſſe exſtinctum. Hæc concluſio probari poteſt ex aliquibus Scripturæ locis, in quibus hæc veritas, ſi non explicitè, implicitè ſaltèm videtur innui. Primò eſt illud Pſal. 45. *Venite, & videte opera Domini, quæ poſuit prodigia ſuper terram, auferens bella vſq; ad finem terrę*: quæ verba Riccardus de Sancto Victore lib. 2. de Emanuele cap. 29. intelligit de Beata Virgine: & ſenſus eſſe poteſt, magnum Dei fuiſſe prodigium, quòd ſic Virginem per gratiam eleuauerit, & confirmarit, vt in ea nullum eſſet reluctantis appetitus bellum; ſed ſumma, & perfectiſſima pax inter ſentientem partem, & rationalem; quia appetitus ſenſitiuus omninò ſubiectus erat rationi; hoc enim indicant illa verba: *Auferens bella vſq; ad finem terræ*. Secundò fauet nobis illud Iſai. 2. oraculum: *Et erit præparatus mons Domini in vertice montium*; per quem montem Damaſc. orat. 1. de Natiuit. & alij Patres intelligunt Beatam Virginem: & hùc etiam reuocare licet illud: *Fundamenta eius in montibus ſanctis*: quod paſſim de Virginis Conceptione accipitur. Quid indè? ſi Virgo eſt mons in vertice montium, ſi eius Conceptio fundatur in montibus ſanctis, ſanè quæ de montibus altiſſimis dicuntur, Virgini accommodari poterunt. Sed inter alios montes Olympus, inter Macedoniam, & Theſſaliam, adeò eminet, vt nubes tranſcendat: *Nubes excedit Olympus*, cecinit ille; & præterea

Pſalm.

Riccardus de S. Victo.

Iſaiæ.

Damaſc.

in ipſius montis ſummitate maxima aeris tranquillitas, nullæ nubes, nullæ pluuiæ, nulli ventorum flatus, immò & characteres in cinere impreſſi, nè minima in parte poſt longum temporis interſtitium, oblitterantur: ſic de Virginis immaculata Conceptione diſcurrere licebit, eam, ſcilicet, adeò ſublimem fuiſſe per fomitis extinctionem, vt nubes, pluuias, & ventos, ideſt immoderatas omnes appetitus ſenſitiui commotioues tranſcenderit.

Cantic. Tertiò Cant. 7. *Vmbilicus tuus crater tornatilis, nunquàm indigens poculis*. Aduertendum, quòd, ſicut in lumbis maſculorum titillat libido, ita in vmbilico fæminarum prurit luxuries, vt docet

Gregor. Gregorius lib. 32. Moral. cap. 11. Quo poſito, vmbilicus ſignificare apertè poteſt fomitem: dum igitur vmbilicus Deiparæ aſſimilatur crateri tornatili, indicari videtur à Spiritu Sancto, fuiſſe modo quodam perfectiſſimo illi præciſum fomitem; nam, ſicut crater tornatilis torno circulariter circumuoluto affabrè fit, figuramq; circularem retinet, quæ, inter omnes figuras, eſt maximè perfecta; ita indicatur, quòd ſumma cum perfectione facta fuit extinctio fomitis in Virgine: & ſubditur: *Nunquam indigens poculis*: quibus verbis innuitur, ita extinctum fuiſſe in Deipara naturalem concupiſcentiæ ſitim, vt ipſa numquàm ſitiuerit, vel minimam ſenſus delectationem. Quartò diximus ſupra quæſt. 3. huius cap. quòd fundamenta Ciuitatis cæleſtis in Apoc. deſcriptæ, Conceptionem Virginis adumbrabant. Porrò inter lapides pretioſos, qui pro fundamento illi inſeruiebant, erat lapis Saphyrinus, qui colorem refert cæruleum, ſimilem omninò illi, quem in cælo ſudo, & ſereno conſpicimus. Quare hinc apparet aptiſſimum ſymbolum, ac veſtigium ad ſanctitatem, ac ſerenitatem, quam Virgo in Conceptione habuit, figurandam, ita, vt nullus fomes remanſerit, à quo nebulæ concupiſcentiæ eleuari poſſent, quæ illam vlla in parte turbarent. Fauet huic expoſitioni id, quod

Exod. Exod. 24. habetur: *Sub pedibus eius quaſi opus lapidis Saphyrini, & quaſi cælum, cum ſerenum eſt*; nam, ſi per pedes capitur poſſeſſio alicuius rei, vt docent Iuriſperiti; vndè poſſeſſio quaſi pedum poſitio dicitur; rectè per opus lapidis Saphyrini ſub pedibus Dei intelligere poſſumus Beatam Virginem, quam Deus, à primo Conceptionis momento, poſſedit, in eaq; cæleſtem quamdam ſerenitatem conſtituit, atque ſtabiliuit; fomitem omnem extinguendo. Hùc etiam

Ezechiel. referri poteſt oraculum Ezech. 1. *Quaſi*

A *aſpectus lapidis Saphyri ſimilitudo throni*: & cap. 10. *Quaſi lapis Saphyrus, quaſi ſpecies ſimilitudinis Solis*. Eccl. 24. *Quaſi balſamum non mixtum odor meus*, de Virgine communitèr accipitur, & ab Eccleſia proponitur in officio Conceptionis. (Eccleſiaſtic.) Balſamo autem miſceri ſolet mel; ſignum autem huius mixtionis eſſe ſolet, quòd muſcæ illud lambunt; vide Plinium lib. 11. cap. 9. (Plinius.) Porrò omnes Sancti mixtum balſamum fuerunt, quia in eis erat mel inordinatæ concupiſcentiæ, & fomitis peccati originalis, ad quod mel concurrere ſolent muſcæ, ideſt Dæmones: nam princeps Dæmonum eſt Beelzebub. Luc. c. 11. (Luc.) iuxta Rabbanum autem Beelzebub ſigni-

B ficat principem muſcarum: ſola Virgo, quia à peccato originali, & à fomite fuit immunis, à primo Conceptionis momento, dicitur balſamum non mixtum; nihil enim mellis inordinatæ concupiſcentiæ in ea reperiebatur, & muſcæ tartareæ nihil in ea, quod lamberent, inuenire potuerunt. Fauet aliquo modo noſtræ expoſitioni Diuus Bonauentura in Speculo c. 5. (D. Bonau.) vbi ait: *Balſamum miſceri ſolet, & vitiari melle, vel oleo, ſed certè balſamum Spiritus Sancti in Maria non fuit mixtum; quia nec melle carnalitatis, & mundana conſolationis, nec oleo vana laudis, & adulationis fuit vitiatum; ſed vera, & pura Maria gratia fuit*.

C Probatur ſecundò authoritate Patrum, inter quos primò Andreas Cretenſis homil. 1. de Virginis dormitione, laudans Deiparam, ſic ait: (Andr. Cret.) *Mulier, quæ cælorum ſuperauerat naturam, puritate Virgo ipſorum Seraphim vincens naturam, miraculo Dei generationis prima natura proximè accedens ad Deum opificem omnium generationum*. Sanè puritas cæli in hoc conſiſtere videtur, quòd à nullis corruptricibus qualitatibus aliquid pati poſſit; ſic Virgo per fomitis extinctionem purior erat cælo, ita, vt à nullo obiecto ſenſibili labefactari poſſet. Innuiſſe videtur hoc Io. Geometra hymno 2. dicens; (Io. Geomet.) *Salue cælum exultans, & ſine flatibus vllis, affe-*

D *ctus expers*. Secundò in eundem ſcopum collineare videtur Euſebius Emiſſ. ſer. de Natiuit. dum ſic in laudem Virginis fatur: (Euſeb. Emiſſ.) *Sed quid de Matre Domini dicam; cuius odoris fragrantiam Rex ſapientiſſimus Salomon admirans, ait: Quæ eſt iſta, quæ aſcendit per deſertum, quaſi virgula fumi, ex aromatibus myrrhæ, & thuris, & vniuerſi pulueris pigmentarij? vbi enim omnium aromatum fumus redolet, ibi fœtoris inditium eſſe non poteſt*. Sed quis non videat, quod, ſi non affirmemus in Virgine fuiſſe, à primo Conceptionis momento, fomitem

mitem extinctum, neceſſariò admittimus contra mentem Euſebij, aliquod in Virgine remanſiſſe fœtoris indicium; cum fomes ligatus adhùc indicium fœtoris appellari poſſit? Tertiò Timotheus Præsbyter, oratione de Symeone, Virginem celebrans, illam appellat omnibus modis ſanctam: ſed, cum per fomitis extinctionem intelligi poſsit Virgo, modo quodam perfectiſſimo, ſancta; ergo ex mente huius Authoris ita affirmandum erit. Audiatur B.Thomas de Villanoua concione 3. de Natiuit. Virginis: *Non enim decebat, ſanctuarium Dei, domum ſapientiæ, reliquiarum Spiritus ſancti, urnam manna cæleſtis, aliquam labem in ſe habere; propter quod, antequam anima illa ſanctiſſima infunderetur, plenè fuit caro illa mundata ab omni fæce & labe: & anima, cum infuſa eſt, nullam habuit ex carne, neque contraxit labem peccati; ſicut ſcriptum eſt: Factus eſt in pace locus eius: idest domus diuinæ Sapientiæ ſine omni fomite peccati formata eſt.* Accedit authoritas etiam Theologorum præadductorum pro ſecunda opinione.

Timoth. Præsbyter.

B.Thom.de Villanoua.

Rationes.

Probatur tertiò ratione. Potuit Deus, eo primo momento, quo Virgo fuit concepta, fomitem illi extinguere, & decens erat; ergo de facto extinxiſſe, dicendum erit: hæc conſequentia patet; nam talis formula argumentandi valet, vt ſupra quæſt. 3. notauimus: antecedens, quò ad primam partem conſtat ex notab. 4. & etiam quò ad ſecundam; nam ſic ſaluatur modus ordinarius, quo diuina prouidentia ſolet operari, tribuendo cauſis ſecundis vim intrinſecam ad effectus producendos, & ſolùm extrinſecè ſupplendo ea, quæ non poſſunt operari per intrinſeca principia à cauſis ſecundis. Confirmatur; quia hæc fomitis extinctio arguit maius priuilegium Virgini conceſſum, & puritatem eminentiorem: ergo ità, &c.

Reſpondetur ad fundam. primæ opinionis. Suar.

Ad fundamentum pro prima opinione adductum rectè reſpondet Suarez citata diſput. 4. ſect. 5. quòd, ſicut non derogat ſanctitati animæ Chriſti, quòd, antequam illa extiterit, ex merito eius multæ animæ conſecutæ ſint magnam ſanctitatem, adde & ipſam Virginem præſeruatam à peccato originali: ita non derogat puritati, & ſanctitati carnis Chriſti, quòd caro, & anima Mariæ, virtute meritorum ipſius Chriſti, à primo Conceptionis momento, vſque ad fomitis extinctionem fuerit ſanctificata; immò hinc maximè elucet diuina prouidentia, præparando Mariam, quæ futura erat Dei Mater, adeò inſignem integritate carnis, & mentis, vt fomes in ea ex priuilegio ſingulari remaneret extinctus. Et diſpar ratio eſt de gloria æuiterna; illa enim eſt perfectio ſpectans ad terminum; in quo nullus hominum conſtitui debuit, nec in anima, nec in corpore ante Chriſtum: extinctio autem fomitis eſt perfectio accommodata, & communicabilis ſtatui viatoris.

Patres nonnulli, qui pro contraria ſententia videntur eſſe, vt benè aduertit Suarez cit. loquuntur, non de fomite peccati, ſed de ſenſibili voluptate, quam, Spiritu Sancto obumbrante, Virgo, dum Filium Dei concepit, non ſenſit.

QVAESTIO DECIMA.

Vtrum Beatæ Virgini in prima Sanctificatione fuerint infuſæ virtutes Fidei, Spei, & Charitatis, nec non ſeptem Spiritus Sancti dona.

SVPPONENDVM eſt, quòd gratiam ſanctificantem, velut ex natura rei, conſequuntur dona, & virtutes, præſertim Theologales, Fides, Spes, & Charitas; vndè Tridentinum ſeſſ. 6. cap. 7. *In ipſa*, inquit, *iuſtificatione cum remiſſione peccatorum hæc omnia ſimul infuſa accipit homo per Ieſum Chriſtum, cui inſeritur Fides, Spes, & Charitas*: & ratio eſt, quia gratia ſanctificans conſtituit hominem iuſtum, & ſanctum, ſecundùm Deum ſimpliciter, & non ſecundùm quid; ergo gratiam ſanctificantem debent virtutes, & præcipuè Theologales conſequi; ſic enim homo fit ſanctus, & iuſtus; ſcilicet, omnibus virtutibus ornatus, & potens virtutes exercere.

Trid.

Dico primò, certum eſſe, in prima Sanctificatione Virgini infuſas fuiſſe virtutes Fidei, Spei, & Charitatis: patet ex ſupradictis; immò, ſicut gratia ſanctificans fuit eminentiſſima, & excedens gratiam Angelorum; etiam Fides, Spes, & Charitas Virginis fuit eminentior Fide, Spe, & Charitate Angelorum, quandò fuerunt viatores.

Prima Cócl. Certú eſt, in prima ſanctificatione infuſas fuiſſe Virgini virt. theolog.

Dico ſecundò, in prima ſanctificatione Virginem etiam recepiſſe ſeptem dona Spiritus Sancti. Fauet nobis Suarez tom. 2. in 3 par. diſp. 4. ſect. 2. citans D. Bernardinum explicantem ad hunc ſenſum illud Prouer. 9. *Sapientia ædificauit ſibi domum, excidit columnas ſeptem*, &c. Au-

Cócl. ſecúda. B. Virgini in prima ſanctificatione fuerunt cómunicata Spir. Sancti dona. Suar.

Idiota.

Audiendus eſt Idiota, ſolo nomine idiota, alioquin ſapientiſsimus, in contemplatione Virginis in prædicto ſenſu explicans cit. ſententiam: *Septem columnæ*, inquit, *quibus firma ſemper ſtetiſti, ſunt ſeptem dona Spiritus Sancti, quæ requieuerunt in te, & nunquam te deſeruerunt, per quæ ſtetiſti firmitèr, & perſeuerantèr in omni virtute*. Nota, quòd columnis aſſimilantur in Deipara dona Spiritus Sancti, vt indicetur, ſeptiformem Spiritus Sancti gratiam inconcuſſam, firmam, atque ſtabilē in ipſa fuiſſe; in alijs enim omnibus, vel ob grauem peccantium malitiam virtutes expugnatæ corruunt, vel ob leuia piacula concuſſæ nutant: ſola Virginis ſanctitas cum Spiritus Sancti donis ſemper immota, columnæ inſtar, manſit.

Columnis aſſimilantur Spiritus Sancti dona in Virgine.

QVAESTIO XI.

Vtrum Beatæ Virgini, in prima eius iuſtificatione, fuerint infuſæ virtutes morales acquiſitæ.

NOTANDVM primò, certum eſſe, has virtutes poſſe infundi; nam de facto habitus tam ſcientiarum, quam virtutum acquiſibilium, per actus humanos, fuiſſe primis parentibus infuſos, affirmant multi Theologi; & ſic etiam Apoſtolis infudit Deus ſcientiam Scripturarum, & peritiam omnium linguarum, quæ ſcientiæ ſtudio humano ſolent acquiri. Ratio huius eſt euidens, quia poteſt Deus producere omnes effectus cauſarum ſecundarum, ſine ipſis cauſis ſecundis, ſaltèm quò ad effectus, qui non pendent à potentia vitali.

Notandum ſecundò, quòd duplex reperitur difficultas in actionibus virtutum. Prima eſt ex parte actionis, poſterior eſt ex parte agentis. Explico. Actio ex parte ſua habet difficultatem, ratione obiecti, quod debet attingere propter exercitium ipſius actionis, tum quò ad continuationem, tum quò ad intenſionem. Difficultas ex parte agentis eſt ob infirmitatem operantis, ob impetum paſſionum rationi reluctantium, ob prauam potentiarum diſpoſitionem, verbi gratia, phātaſiæ, aliorumq; ſenſuum internorum, quorum operationes præuiæ ſunt ad operationes intellectus. Porrò virtutes in- A fuſæ morales tollunt quidèm illam difficultatem, quæ eſt ex parte actionis, non autem illam, quæ eſt ex parte agentis, vt patet experientia in iuſtificatione hominis, qui, licet habitus temperantiæ ſibi infundatur ſimul cum gratia, tamen difficultatem ſemper in exercitio temperantiæ experitur. His notatis,

Dico Virgini à momento, quò fuit primò ſanctificata, infuſas fuiſſe virtutes morales acquiſitas. Fauet nobis Vaſquez tom. 2. in 3. par. diſp. 19. cap. 2. vbi, ſicut Chriſto, ita & Virgini, affirmat, ab initio Conceptionis fuiſſe infuſas tres virtutes morales, ſuapte natura acquiſitas per accidens, ſcilicet temperantiam, fortitudi- B nem, & iuſtitiam cum ſuis partibus.

Concluſio. B. Virgini, eo momento quò fuit ſanctificata, infuſæ fuerunt virtutes moral. acquiſitæ. Vaſquez.

Probatur concluſio. Fuit ſanctificata modo perfectiſſimo, ergo perfectiſſimam promptitudinem in potentijs ad omne exercitium virtutum habuiſſe, affirmandum erit: ergo illi conceſſæ fuerunt huiuſmodi virtutes, per quas talis promptitudo habetur. Confirmatur; quia, ſi ex eo, quòd fecit Dominus hominem rectū, colligunt Theologi, vt videre eſt apud Suarez lib. 3. de hominis creatione c. 11. num. 5. primis parentibus infuſos fuiſſe huiuſmodi habitus moralium virtutum, quæ per actus ordinis naturalis acquiri poſſunt; multò magis colligere idem poſſumus ex eo, quòd ſciamus, Virginem, C eo momento, quò fuit concepta, non ſolùm rectam, ſed etiam altiſſimè ſanctificatam fuiſſe. Et ſic probata remanet concluſio, non ſolùm in ſenſu, quò illam admittit Vaſquez, ſed etiam quò ad omnes quatuor virtutes morales. Et quidèm quòd ſit etiam admittendus habitus prudentiæ, patet, quia neceſſarius erat talis habitus in intellectu ad regulandas actiones aliarum virtutum moralium.

Suarez.

Dices cum Vaſquez tom. 1. in 3. par. diſp. 42. cap. 2. per ſcientiam infuſam, quam Chriſtus habuit ab initio Conceptionis, repræſentatum fuiſſe bonum virtutis acquiſitæ ſine conſultatione, & labore, & per hanc notitiam intellectum poſ- D ſe proponere bonum honeſtum voluntati tam virtutis acquiſitæ, quam infuſæ; ergo idem dici poſſe de Virgine, vt affirmat idem Vaſquez tom. 2. in 3. par. diſp. 19. cap. 2.

Prima obiectio ex Vaſq.

Reſpondeo, ſatis probabilitèr hoc totum dici, ſed probabilius mihi videri fuiſſe & Chriſto, & Virgini infuſam prudentiam. Probatur; nam per talem habitum prudentiæ infuſum commodius ſaluatur, quòd Chriſtus, & Beata Virgo exercuerint omnes operationes naturæ humanæ connaturales; ille autem modus operandi per

Reſponſio.

di per ſcientiam infuſam ſine conſultatione, videtur proprius naturæ Angelicæ. Et confirmatur; nam Prou. 8. dicitur: *Mea eſt prudentia*: quem locum & de Chriſto, & de Beata Virgine intelligere poſſumus. Et de cætero nulla eſt imperfectio, quòd Chriſtus, aſſumendo naturam humanam, ſimul etiam aſſumpſerit modum intelligendi, & operandi illi conuenientem, ſcilicet per phantaſmata, per actionem intellectus agentis depurantis phantaſmata, & per diſcurſum. Non tamen nego, quòd ſine conuerſione ad phantaſmata Chriſtus aliquandò intellexerit; & ſic etiam Beata Virgo, quam in ſomnis mentem diuinæ contemplationi addictam habuiſſe, ſuo loco dicemus: & quòd Chriſtus acquiſierit ſibi aliquam ſcientiam, docet Raguſa cum Diuo Thoma, & alijs diſput. 13.

Prouerb.

Raguſa, D. Thom.

Sec. obiect.

Dices: ſi hic habitus prudentiæ fuit infuſus; ergo dicendus erit habitus infuſus, & non acquiſitus; & hoc quidem dici poteſt de cæteris tribus habitibus.

Reſponſio.

Reſpondeo, quòd habitus prudentiæ, qui fuit infuſus Chriſto, & Beatæ Virgini, dicitur acquiſitus; quia erat eiuſdem rationis, ac ille habitus, qui ſolet actibus humanis naturalitèr acquiri: & quidèm hic habitus, poſita ſcientia infuſa, promptiſſimè mouebat voluntatem, breuiſſimo interueniente diſcurſu, circa opportunitatem mediorum, & finis in materijs virtutum.

QVAESTIO XII.

Vtrum B. Virgini fuerint infuſæ virtutes morales, quæ dicuntur infuſæ, eo momento, quo fuit ſanctificata.

Virtutes morales infuſæ admittẽdæ. D. Tho. Capreolus, Paludanus, Maior, Riccardus, Caiet. Córad. Vaſq. Io Alphonſ. Curielis, Io. Malder.

SVPPONENDVM primò cum communiori, & veriſſima ſentẽtia, admittendas eſſe virtutes morales infuſas: ita D. Thomas par. 2. q. 63. art. 3. & q. 51. art. 4. & alibi. Capreol. in 3. diſt. 33. quæſt. vnica, art. 1. concl. 3. & ar. 3. ad argumenta Durandi; Paludan. q. 1. ar. 2. Maior in 3. diſt. 33. q. 7 Riccard. ibidem circa primum principale; Caietanus, & Conradus prima ſecundæ, q. 63. & alij, quos citat, & ſequitur Vaſquez prima ſecundæ, diſp. 86. cap. 2. Ioannes Alphonſus Curielis prima ſecundæ q. 63. in explicatione ar. 4. §. 3. Ioannes Malderus prima ſecundæ, q. 55. dub. 3. qui omnes, & præcipuè hi vltimi diluunt argumenta Auctorum, ne-

A gantium has virtutes infuſas, inter quos Auctores eſt Scotus in 3. diſt. 36. q. vn. ar. 3. *§. cõtra hoc eſt.* Duran. in 3. diſt. 33. q. 6. Gabriel in 4. diſt. 4 q. 2. ar. 2. concl. 3. & ar. 3. dub. 2. Occam. in 4. q. 3. ar. 3.

Scotus, Durandus, Gabriel, Occã.

Supponendum ſecundò, hanc eſſe differentiam inter virtutes morales acquiſitas, & infuſas, quòd acquiſitæ perficiunt hominem, vt rationis participem præcisè; infuſæ verò perficiunt hominem, vt eleuatum per gratiam, & adoptionem filij Dei ad participandum conſortium naturæ diuinæ: exempli gratia, tẽperantia, vt moderatur cibum, & potum, quatènus conuenit homini iuxta præſcriptum rectæ rationis viuendi ſumere cibum, & po-B tum moderatè, ſic erit temperantia acquiſita: vt verò moderatur eumdem cibum, & potum, quatenùs conuenit homini eleuato per gratiam in adoptionem filij Dei, & ad participandum naturæ diuinæ conſortium, moderato cibo, & potu vti, ſic erit temperantia infuſa; & ſic de alijs virtutibus moralibus. Ex quo patet, has virtutes ſpecie eſſe diſtinctas: nam virtutes ſpecificantur penes obiecta, ſeù motiua; ſed in re noſtra obiecta formalia, & motiua ſunt diuerſa; quia motiuum, & obiectum formale virtutis moralis acquiſitæ eſt bonitas, ſeù honeſtas, conſiſtens in perfectione naturæ rationalis; bonitas verò, & honeſtas virtutis infuſæ C conſiſtit in perfectione naturæ rationalis per gratiam eleuatæ ad participandum naturæ diuinæ conſortium. His notatis,

Dicendum, B. Virgini, eo momento, quo fuit concepta, & ſanctificata, virtutes morales fuiſſe infuſas. Fauet nobis Suarez tom. 2. in 3. par. diſp. 4. ſect. 2. Vaſq. tom. 2. in 3 par. diſp. 119. cap. 2. Probatur, quia, ſi in iuſtificatione cuilibet fideli infunduntur hæ virtutes morales, multò magis hoc affirmandum eſt de Virginis eminentiſſima ſanctificatione. Ratio huius deſumitur ex perfectione diuinæ prouidentiæ, quæ, ſicut perficit naturam rationalem in ordine naturali per poten-D tias, vt naturalitèr operari poſſit, & mediis actibus virtutum moralium, acquirere perfectionem naturæ rationali vt ſic conuenientem; ita conueniens eſt, vt perficiat naturam rationalem, eleuatam ſupernaturalitèr per gratiam ad participandum naturæ diuinæ conſortium, vt poſſit operari connaturalitèr ſtatui diuino: hoc autem habetur per virtutes non ſolum theologicas infuſas, ſed etiam morales infuſas: ergo, has virtutes infuſas fuiſſe Virgini, nemini dubium eſſe debet; nam ea, quæ futura erat Mater Dei ratione talis maternitatis, quæ eſt dignitas pertinens

Concluſio. B. Virgini à momẽto Cóceptionis infuſæ fuerunt virtutes morales.

Suar. Vaſq.

tinens ad ordinem vnionis hypoſtaticæ, debebat ita ſupernaturalitèr per gratiam eleuari, à primo Conceptionis momento, vt ex tùnc ſic eleuata ſupernaturalitèr intelligenda ſit prædita virtutibus infuſis, quibus mediantibus, potens fuerit operari connaturalitèr ſtatui diuino. Confirmatur ex illo Pſal. 45. *Sanctificauit tabernaculum ſuum Altiſsimus*: ergo altiſſima fuit hæc ſanctificatio, & Altiſſimo digna.

Pſalm.

QVAESTIO XIII.

An Beata Virgo, à primo Conceptionis momento, decorata fuerit Iuſtitia originali.

Caniſius

ALIQVI affirmant, vt Caniſ. lib. 1. de Maria Deipara cap. 9. §. *non eſt ſanè*; & alij, quos citat Vaſquez tom. 2. in 3. par. diſput. 99. cap. 2.

Alij admittunt in Virgine donum originalis Iuſtitiæ in prima eius ſanctificatione, quò ad præcipuos effectus, ſed non quò ad omnes: ita Suar. tom. 2. in 3. par. diſp. 3. ſect. 6.

Suar.

Notandum primò, per iuſtitiam originalem nos non intelligere virtutem cardinalem, cuius munus eſt, ius ſuum vnicuique tribuere; neque etiam præcisè ſanctitatem, & iuſtitiam, quæ nos iuſtos, ac Deo gratos reddit: ſed perfectionem quamdam, primo homini, in ſtatu innocentiæ, collatam. Tres autem admirabiles iuſtitiæ originalis erant effectus. Primus erat ſubijcere partem ſuperiorem hominis, ſcilicet intellectum, & volunratem, Deo, tanquam fini naturali, & ſupernaturali. Secundus ſubijcere partem inferiorem animæ, ſcilicet phantaſiam intellectui, & appetitum ſenſitiuum voluntati, ita, vt nullæ cogitationes, dictamini rectæ rationis diſconuenientes, mentis tranquillitatem contra ſuperioris partis imperium turbarent, nec vllis motionibus ſentientis appetitus eadem pars hominis ſuperior concuteretur. Tertius ſubijcere corpus animæ, ita, vt contra eius voluntatem nulla noxia, nè morte quidèm ipſa corrumpi, aut immutari poſſet. Et quidèm quòd in ſtatu innocentiæ admirabilem tranquillitatem homo habuiſſet, ita, vt appetitus nihil, concupiuiſſet aduerſus ſpiritum, & dictamen rectæ rationis non præuentum fuiſſet ab aliquo inordinato motu inferioris partis; colligitur ex Tridentino ſeſſ. 5. vbi dicit, ſenſualitatem peccatum vocari à Paulo cap. 7. ad Romanos; quia à peccato eſt, & ad peccatum inclinat: certum autem eſt, Apoſtolum loqui de ſenſualitate præueniente ſuo motu rationem, illiq; reluctanre, vt palàm fit ex eius verbis: *Si quod nolo, malum facio, iam non ego operor illud; ſed quod habitat in me, peccatum*: & poſtea; *Condelector legi ſecundùm interiorem hominem, video autem aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ*. Cum ergo dicatur hoc à peccato eſſe, & ideò peccatum metaphoricè nominari, rectè deducitur, quòd non futura fuiſſet in homine non peccante talis ſenſualitas, ſeu rebellis appetitus: & de facto in Adamo non fuit ante lapſum huiuſmodi apperitus inordinatio.

Effectus iuſtitiæ orig. in ſtatu innocentiæ.

Trident.

ad Rom.

Notandum ſecundò, in iuſtitia originali fuiſſe, tanquam radicem principalem, gratiam ſanctificantem: patet ex Triden. ſeſſ. 5. in decreto de peccato originali, vbi fit mentio ſanctitatis, ſimùl & iuſtitiæ Adami, ac ſi eſſent quid vnum: ſeſſ. autem 6. cap. 7. clariùs id ſignificans Concilium, de baptizatis ſic ait: *Veram, & chriſtianam iuſtitiam accipientes, ſeu primam ſtolam pro ilia, quam Adam ſua inobedientia ſibi, & nobis perdidit*: quæ omnia ad minus probant, cum iuſtitia originali fuiſſe coniunctam gratiam ſanctificantem. Præterea iuſtitia originalis verè primos parentes iuſtos, ac ſanctos reddebat; ſed non alia videtur eſſe in Scriptura iuſtitia, quæ totum hominem ſanctum, ac iuſtum reddat, quam gratia ſanctificans: ergo, &c.

Trident.

Notandum tertiò, in iuſtitia originali, præter gratiam ſanctificantem, fuiſſe etiā alia, ſcilicet habitus infuſos, auxilia, Dei, & alia: patet, nam ad perfectam illam triplicem ſubiectionem, de qua diximus, habitus quidam in intellectu, & voluntate, vt hæ potentiæ Deo perfectè ſubijcerentur, neceſſariò ſunt admittendi: ſimilitèr, vt perfecta ſaluetur ſubordinatio inferioris partis ad ſuperiorem, ideſt phātaſiæ ad intellectum, & appetitus ſenſitiui ad voluntatem, neceſſariò admittendi ſunt habitus in huiuſmodi potentijs: pariterque, vt ſaluetur tertia illa ſubiectio, & ſubordinatio corporis ad animam, ita, vt contra eius voluntatem nullis noxijs, immò nè morte corrumpi, lædi, aut immutari poſſet, neceſſariò aliquæ qualitates corpori intrinſecæ concedendæ videntur: verùm quòd non ſufficiant prædicti habitus, aut qualitates intrin-

Trident.

intrinſecæ ad totalitèr ſaluandam triplicem prædictam ſubiectionem, ſed etiam alia Dei beneficia requirantur, & præcipuè quædam protectio diuina, quæ primò erat neceſſaria, vt auferret ea, ex quibus homo decipi, & in errorem incidere potuiſſet. Secundò, vt remoueret omnes occaſiones, ex quibus immoderatæ appetitiones excitari potuiſſent. Patet: nam habitus dantur tantùm ad facilè operandum, nec videntur omnes omninò motus appetitus impediri potuiſſe, ne aliquis aliquandò inſurgeret contra rationem, vt patet in ſanctiſſimis viris, inter quos Paulus clamat: *Infelix ego homo; quis me liberabit de corpore mortis huius?* Neque enim illi habitus fuiſſent diuerſæ rationis ab illis, qui hominibus inſunt in natura lapſa. Confirmatur; nam, ſicut vitia non poſſunt radicitùs tollere inclinationem hominis ad bonum, ſic nec quilibet habitus virtutis inclinationem appetitus ſenſitiui in bonum ſenſibile, quod quandòque eſt contra rationem. Tertiò, quò ad ſubiectionem corporis ad animam; ſtando in communi opinione Theologorum in 2. diſtinct. 19. quos citat, & ſequitur Suarez lib. 3. de hominis creatione cap. 14. num. 12. aſſerentium impaſſibilitatem, & immortalitatem datam fuiſſe homini in ſtatu innocentiæ; non per intrinſecam aliquam qualitatem, vt ſentire videtur Molina tractatu de operibus ſex dierum, diſputatione 28. tertia, & quarta concluſione: dicere debemus, homini ad ſe conſeruandum ab alteratione corruptiua, ſeù à noxia paſſibilitate, & à morte, datum fuiſſe optimum temperamentum ad reſiſtendum contrarijs, pro vt humani corporis conſtitutio capax erat; & per prudentiam, & cognitionem infuſam poterat noxia extrinſeca præcauere; in loco etiam temperato, & ſalubri vitam tranſegiſſet, & in tali climate, in quod aptiſſimos ad vitam conſequendam influxus cælum immiſiſſet. Verum, quia hæc omnia non poterant omninò impedire, nè aliqui defectus interuenirent; ideò dicimus, Deum ſua peculiari prouidentia aſtitiſſe, qua hominem in occaſionibus opportunis excitabat, & efficiebat, vt extrinſeca impedimenta vel euitaret, vel remoueret, quæ homo etiam vigilans præcauere non poſſet.

Rom. 7.

Suarez.

Molina.

Prima concluſio.

Dico primò, originalem iuſtitiam, ſi accipiatur adæquatè, ideſt non ſolùm pro gratia ſanctificante, ſed etiam pro omnibus habitibus, & donis, de quibus diximus ſupra, Beatæ Virgini non fuiſſe collatam. Probatur, quia Virgo obnoxia erat defatigationi, morti, triſtitiæ, doloribus, & ſimilibus affectionibus, quæ omnia non fuiſſent in ſtatu innocentiæ, vt docet Diuus Thomas 1. par. quæſt. 27. Ratio autem, cur ipſa corpus habuerit paſſibile; laſſitudini, atque adeò morti ſubiectum; & ipſa etiam fuerit triſtitiæ, timoris, & doloris, aliorumque huiuſmodi affectuum capax, eſt, vt hinc vberior materia meriti in ea haberetur, & hac in parte etiam ſimilis eſſet Chriſto filio ſuo, cuius paſſioni, & morti compatiendo, humanæ saluti cooperaretur, vt infra fuſius dicemus: & præcipuè cap. 18. de ijs, quæ Beata Virgo geſſit, & paſſa eſt tempore paſſionis, vbi quæſt. 8. videbimus, vtrum affectus doloris in ipſa Beata Virgine fuerit arbitrarius.

D. Thom.

Dico ſecundò, ſi accipiatur Iuſtitia originalis inadæquatè, prout dicit, ſcilicet, ſanctificationem, & duos illos primos effectus, de quibus diximus notabili primo, eam Virgini conceſſam fuiſſe, primo Conceptionis momento. Probatur primò de gratia ſanctificante ex dictis ſupra, & ex illo Pſalmi 45. *Sanctificauit tabernaculum ſuum Altiſſimus.* Quò ad effectus verò primi, & ſecundi generis, ideſt ſubiectionem partis ſuperioris, ſcilicet intellectus, & voluntatis Deo, & ſubiectionem partis inferioris animæ, ſcilicet phantaſiæ intellectui, & appetitus ſenſitiui voluntati, probari poteſt ex aliquibus Scripturæ locis, & præcipuè ex illo Pſalmi quadrageſimi quinti: *Venite, & videte opera Domini, quæ poſuit prodigia ſuper terram, auferens bella vſque ad finem terræ.* Quem locum Riccardus de Sancto Victore libro ſecundo de Emmanuele cap. vigeſimo octauo, Virgini accommodat, vt ſupra in præcedentibus vidimus. Si ergo pax perfecta fuit in Virgine: ergo in interno nullum bellum, ergo ſumma tranquillitas, & conſequenter omnimoda ſubiectio intellectus, & voluntatis Deo, nullæque immoderatæ appetitus ſenſitiui motiones contra rationis dictamen. Fauent nobis ea, quæ habentur apud Diuum Thomam tertia parte, quæſt. 27. articulo tertio in corpore, in principio: *Præſtitum fuit Virgini ex abundantia gratiæ deſcendentis in ipſam, vt talis eſſet diſpoſitio virium animæ in ipſa, quod inferiores nunquam mouerentur ſine arbitrio rationis, ita, quòd, quantum ad hoc, gratia ſanctificationis in*

Secunda concluſ.
B. Virgo habuit iuſtitiã originalem, quatenùs dicit ſanctificationem, à primo Concept. momento.

Pſalm.

Pſalm.

Riccard. de S. Vict.

D. Thom.

Virgine habuit vim originalis iuſtitiæ. In hoc enim ſanctus Doctor explicat, conſiſtere poſſe extinctionem fomitis, quam nos, ſupra quæſt. 9. affirmauimus, fuiſſe in primo momento, quo Beata Virgo fuit concepta. Confirmatur ex illo Apoc. 21. (Apoc.) *Fundamenta muri ciuitatis omni lapide pretioſo ornata: fundamentum primum Iaſpis, ſecundum Saphyrus*. Iaſpidi virtus ineſt, effrænes concupiſcentiæ motus cohibendi: nam ſe geſtantem à luxuria prohibet, vt notat Alcaſſar in cap. 21. Apoc. (Alcaſſar.) verſ. 20. notat. 6. verſus finem; & Leonardus Marius ad cap. 28. Exodi verſ. 17. in (Leonar. Mar.) digreſſ. de gemmis, vt etiam ſupra retulimus: vnde in Virgine innuitur perfecta quædam concupiſcentiæ ſubiectio parti animæ ſuperiori. Saphyrus gemma eſt cærulea, & aureis punctis collucens: per colorem cæruleum indicatur, Virginis intellectum omninò fuiſſe cæleſtem per iugem Dei contemplationem: per aureos verò punctos, voluntatem eius fuiſſe varijs charitatis actibus Deo ſemper inhærentem. Hæc eadem gemma ſculpturæ eſt inutilis; quod ſatis aptè ſignificat, nulla ſenſibilia phantaſmata, aut naturali impetu, aut Dæmonis aſtu, inordinatè aliquid Marianæ menti imprimere potuiſſe. Confirmatur vltimò, quia decens erat, vt Deus, qui pacis Deus nominatur, eam, quam in Matrem elegerat, ſemper ita ſua protectione cuſtodiret, & tali gratia firmaret, vt quæcunque minima tumultuatio inordinatarum affectionum ab ea procul eſſet: vnde in hoc ſenſu accipi (Pſal. 75.) poſſunt illa verba: *Factus eſt in pace locus eius*.

QVAESTIO XIV.

An B. Virgo, à primo Conceptionis momento, donum Perſeuerantiæ, & Confirmationis in gratia acceperit.

NOTANDVM, quòd hoc donum eſt ita magnum, vt in ſtatu innocentiæ hominibus non fuiſſet conceſſum: ita D. Thomas (D. Thom.) par. 1. quæſt. 100. art. 2. & quolibet. 5. num. 8. & in 2. diſt. 20. quæſt. 2. art. 3. ad 5. & Recentiores communitèr. Deducitur ex Auguſt. 4. de Ciuitate cap. (Auguſt.) 10. vbi dicit: *Si nec primi homines malum, quod in poſteros traijcerent; nec quiſquam ex eorum ſtirpe iniquitatem committeret, quæ damnationem reciperet*: vbi indicat apertè, tam poſſibile fuiſſe, quòd primi homines traijcerent malum in poſteros, quam aliquis ex eorum ſtirpe iniquitatem committeret. Ratio eſt, quia ex nullis teſtimonijs ſacræ Scripturæ tale donum ſupernaturale in ſtatu innocentiæ hominibus concedendum, colligi poteſt. Adde, quòd nunc etiam, poſito infinito merito Chriſti, non datur omnibus hominibus hoc donum: ergo nec credendum eſt, fuiſſe dandum omnibus, propter vnicam victoriam contra tentationem edendi prohibitum fructum: nec ſimilitèr credendum eſt, dandum fuiſſe vnicuique propter victoriam ſimilem. Potuiſſet quidem Deus dare talia auxilia efficacia omnibus poſteris, ad vitanda omnia, & ſingula peccata; ſed quòd de facto daturus fuiſſet, ſi primus homo primam occaſionem peccati viciſſet, non eſt reuelatum, nec alia via omninò certum. Aliquæ tamen coniecturæ ſuadere videntur, talia auxilia, non vt debita, aut proxima tali ſtatui, ſed ex libera Dei prouidentia danda fuiſſe; quia qui peccaſſent, non conſtat, an eijciendi fuiſſent è Paradiſo; & ſi maritus peccaſſet, an filius eijciendus cum patre. Præterea, ſi peccantes erant eijciendi, ergo eorum peccata fuiſſent ſtatim omnibus nota; quòd non videtur conueniens, maximè ſi erant peccata interna.

Dico, in prima ſanctificatione donum confirmationis in gratia Virgini conceſſum fuiſſe. (Concluſio. B. Virgini in prima ſanctificatione conceſſum eſt donum confirmationis in gratia.) Probatur hæc concluſio, vt notat Suarez tom. 2. in 3. partem, diſput. 4. ſect. tertia; (Suar.) ex conſenſu, & traditione Eccleſiæ, quæ hoc modo intelligit plenitudinem gratiæ. Fuit hoc adumbratum in illis lapidibus pretioſis quadratis, qui pro fundamento templi, iuſſu Salomonis, poſiti fuerunt, 3. Reg. cap. 5. (Reg.) *Præcepit Rex Salomon, vt tollerent lapides grandes, lapides pretioſos in fundamentum Templi, & quadrarent eos*. Figura enim quadrata firmitatis eſt ſymbolum; per templum verò Salomonicum ſignificari Virginem, ſatis notum eſt ex Patribus. Confirmari poteſt primò ex illo Iſaiæ cap. 6. (Iſai.) *Vidi Dominum ſedentem ſuper ſolium*. Quem locum de Virgine explicat Diuus Bernardinus tom. 3. (D. Bernardinus.) concionum, ſerm. 2. ar. 1. cap. 2. *Exaltatio*, inquit, *Virginis præuiſa fuit Iſaiæ 6. Vidi Dominum ſedentem ſuper ſolium, quia* (B. Virgo Domini ſolium) *immo-*

Google

immobiliter requieuit ſuper Virginem glorioſam Mariam, &c. Ponderandum ergo eſt, quòd Virgo dicitur Solium, ſuper quod Dominus ſedet, & immobiliter requieſcit, vt ait D. Bernar. vnde innuitur firma gratia, quæ Virgini fuit collata. De gratia enim, quæ cæteris datur, intelligi poteſt illud Act. 10. *Pertranſijt benefaciendo*: ex quo indicatur, quòd Chriſtus non largiebatur gratiam alijs, qua in bono omninò confirmarentur. Omitto hic Apoſtolos in gratia confirmatos, per aduentum Spiritus Sancti, de quibus non eſt ſermo in citato loco Act. 10. ſed alibi. Et ſi aliquandò Deus ſedet in confirmatis in gratia, in quo ſenſu accipi poteſt illud: *Anima Iuſti ſedes eſt Sapientiæ*; adhùc tamen in illis non reſidet, tanquam in regali throno, & ſolio excelſo, ſicut reſidet in Virgine, in qua Maieſtas diuina magis elucet, quam in alijs omnibus creaturis. Confirmatur ſecundò ex illo Pſalmi 45. *Deus in medio eius non commouebitur*: quia, ſcilicet, firmiſſimè per gratiam Deus in Virgine inhærebat. Confirmatur tertiò, quia Virgo aſſimilatur petræ; Iſaiæ cap. 16. *Emitte Domine Agnum dominatorem terræ de petra deſerti*; ſicut & Chriſtus petra dicitur, 1. ad Cor. 10. *Bibebant autem de ſpiritali conſequente eos petra; petra autem erat Chriſtus*: quo poſito, audiendus eſt Guaricus Abbas ſerm. 2. in Annunciatione: *Si ergo petra Chriſtus, vt ait Apoſtolus, non degenerat à Matre Filius, quandò & ipſa petræ nomine cenſetur: an non rectè vocatur petra, quæ eſt in amorem integritatis propoſito firma, affectu ſolida; ſenſu quoque ipſo aduerſus illecebram peccati tota inſenſibilis erat, & lapidea.* Fauent etiam Patres, qui appellant Virginem Firmamentum. Diuus Bonauentura in ſerm. de Beata Maria ad illa verba: *Fiat firmamentum in medio aquarum*: *Omni*, inquit, *firmamento firmior eſt Maria*. Diuus Bernardus in Salue ſerm. 3. *Omnibus firmamentis firmius firmamentum tu, Domina: tu in medio aquarum diuiſiſti: aquas ab aquis, affectus videlicet æternorum ab affectibus temporalium*. Idiota lib. Contempl. cap. 4. *Per te, ô benedicta, vita Angelica reducitur, humana reuocatur: ſed quia corruptæ erant, & peccato vacillauerant, ideò te glorioſiſſimam Virginem ædificauit in domum ſolidam, & fortem, quæ nullo modo vacillare poſſes; quæ ſtetiſti firmitèr, & perſeuerantèr in omni gratia, & virtute.* Et Incognitus ſuper Pſalm. 86. *Et ipſe fundauit eam Altiſſimus. Nota quòd creationem Beatæ Mariæ dicit fundationem; fundamentum eſt fortitudo Dei, & ſic rem fundare eſt ipſam fortem facere, & firmam. Quandò ergo anima Beatæ Virginis fuit creata, tunc fuit fundata; quia per Filium Dei ſic fuit conſecrata, & in gratia ſtabilita, vt nunquam peccare poſſet.* Sed quæres; in quo conſiſtit hoc donum confirmationis? Ex dicendis infra conſtabit.

[Margin: Bernard. — Act. — Act. — Pſalm. — Iſai. — ad Cor. — Guaric. Abbas. — D.Bonau. — D. Bernar. — Idiota. — Incognit.]

QVAESTIO XV.

Vtrum B. Virgo, à primo Conceptionis momento, ita fuerit in bono confirmata, vt nec venialitèr peccare potuerit.

ALIQVI diſtingunt, dicendo, Virgini in prima ſanctificatione datum eſſe ſolùm, vt nunquàm peccaret: in ſecunda verò, ideſt in Filij conceptione, conceſſum illi eſſe inſuper, vt nec peccare poſſet. Ita D.Thomas 3. par. q. 27. art. 4. ad primum; & in 3. diſt. quæſt. 1. art. 2. Bonauent. art. 2. q. 1. Alenſis 3. par. q. 9. memb. 3. art. 2. §. 2.

Alij verò ſimplicitèr affirmare videntur, Virginem, ab exordio ſuæ ſanctificationis, factam fuiſſe impeccabilem: ita Gabriel. in 3. diſt. 3. quæſt. 2. art. 3. ſequens Occham, & Almain. diſt. 12. q. 2.

Notandum, tria libertatem peccandi adimere, vnionem hypoſtaticam, viſionem beatificam, & vehementem animi turbationem. Ex nullo autem ex his capitibus Virginem fuiſſe impeccabilem, certum eſt; nam, licèt ipſa aliquandò diuinam eſſentiam clarè viderit, vt ſuo loco dicemus, hoc tamèn fuit, non permanentèr, ſed curſim, & raptim, & eò tantùm tempore, quò ſic tranſeuntèr diuinam eſſentiam videbat, ex illo capite non poterat peccare.

Dico primò, Beatam Virginem nullum vnquàm peccatum veniale commiſiſſe. Hæc concluſio fundatur in auctoritate antiquorum Patrum, &, quod caput eſt, in Concilio Tridentino ſeſſ. 6. can. 23. &, vt refert Viega lib. 14. in Trident. cap. 18. idem affirmatur in Concilio Claramont. ſub Vrbano II. Egregiè pro hac concluſione explicat Incognitus illud Pſal. 87. *Et ipſe fundauit eam Altiſſimus*,

[Margin: D.Thom. — Bonauent. — Alenſis. — Gabriel. — Occham, — Almain. — Prima concl. B.Virgo venialiter nunquam peccauit. — Trident. — Viega. — Concil. Claramont. — Incognitus.]

mus, vt vidimus præcedenti quæſt. A

Secunda concluſ. B. Virgo in prima ſanctificatione, ita in bono fuit confirmata, vt nunquam venialitèr peccaret.

Dico ſecundò, in prima ſanctificatione Virginem in bono ita fuiſſe confirmatam, vt nunquam peccaret venialitèr. Hæc concluſio deducitur ex præcedenti; ſi enim nunquàm peccauit, à primo Conceptionis momento, in qua ei rationis vſus illuxit, vt dicemus infra, hoc ideò euenit, quia adeò eminens gratia, aliaq; auxilia illi fuere conceſſa, quibus ſuffulta, moralitèr loquendo, non poterat peccare. Et hoc fuit illud priuilegium ſpeciale Dei Virgini datum, de quo illis verbis loquitur Tridentinum cit. *Niſi ex ſpeciali Dei priuilegio, quemadmodum de Beata Virgine tenet Eccleſia.* Sed *(Trident.)*

Dubium. Quæres, vtrum de fide ſit, quòd Beata Virgo non peccauerit venialitèr. Ratio dubitandi eſſe poteſt, quia Tridentinum citatum docet quidèm, Beatam Virginem fuiſſe immunem, ex ſpeciali Dei priuilegio, ab omni peccato veniali; non tamen declarat, contrarium repugnare fidei catholicæ; ſolet enim in alijs veritatibus fidei anathematis nota afficere contradicentes. Quare alicui videri poterit forsàn, Concilium tantùm voluiſſe hanc ſententiam referre, vt piè tenendam, non autem vt certam de fide. Et augetur difficultas; nam quidam Patres innuere videntur, de facto Virginem venialitèr peccaſſe: Diuus Chryſoſtomus homil. 20. in illa verba Ioan. *Vinum non habent*, de Virgine loquens, ait: *Optabat enim, vt iam dominum gratiam conciliaret, ſeilicet Filius ſuus, & ipſa clarior Filij gratia efficeretur: & fortaſsè aliquo humano afficiebatur affectu, quemadmodum & fratres eius, cum dixerunt: Oſtende te ipſum mundo; cupida eius miraculis ſibi famam comparare: idcircò Dominus aſperè reſpondere videtur.* Et D. Auguſtinus lib. veteris, & noui teſtamenti, hæc habet: *Beata Virgo in morte Domini ſtupore quodam dubitauit.* Lege Ireneum lib. 3. aduerſus hæreſes cap. 18. & Gregor. in 2. diſt. 30. q. 2. art. 1. *(Chryſoſt. C; Auguſt.; Ireneus; Gregor.)*

Solutio. Reſpondeo, de fide certum eſſe, quòd Beata Virgo nullum vnquam veniale peccatum commiſerit. Ita Vaſquez to. 2. in 3. par. cap. 5. Suarez in 3. par. to. 2. diſput. 4. ſect. 4. ſub verſ. *Dicendum eſt ergo.* Probatur; quia Concilium Tridentinum citatum expreſsè dicit: *Niſi ex ſpeciali Dei priuilegio, quemadmodum de Beata Virgine tenet Eccleſia.* Pondera illud, *tenet*: nam modus hic loquendi non eſt referre ſententiam piè credendam, ſed veritatem, quam Eccleſia iam amplexa eſt ex antiqua traditione. Confirmatur, quia, vt diximus, in Concilio Ultramontano ea ſententia definita fuit. Et ſic patet & ad rationem dubitandi reſponſio. *(D; Vaſq. Suar.; Trident.)*

D. Thomæ Reſponſio ad Patres. Ad Patres: & primò quò ad Chryſoſtomum Diuus Thom. 3. par. quæſt. 27. ar. 4. ad tertium, dicit illum exceſſiſſe: *Poteſt tamen exponi*, inquit ſanctus Doctor; *vt intelligatur, Dominum cohibuiſſe, non inordinatum inanis gloriæ motum, quantum ad ipſam Virginem; ſed id, quod ab alijs poſſet æſtimari.* Quam expoſitionem non approbant quidam Recentiores: quia non eſt admittendum, quòd verbis, vel factis vllam Beata Virgo dederit occaſionem, ſimile quid de ſe ipſa ſuſpicandi. Sed poſſet quis dicere, non repugnare ſanctitati, & perfectioni actionum Virginis, quòd ex illis ſcandalum paſſiuum oriretur; nam etiam ex actionibus Chriſti ſæpiſſimè hoc eueniebat. Vndè dicebât illi: *Cum publicanis, & peccatoribus manducat Magiſter veſter.* Scandalum autem paſſiuum, licet non ſit neceſſariò euitandum, charitas tamen quandoq; illud aufert: & ſic ex vehementi charitate dici poteſt, quòd Chriſtus ſic loquendo, ſcandalo paſſiuo conuiuarum occurrere voluerit. Sed, ſi verba ſancti Chryſoſtomi conſiderentur, talem explicationem non videntur admittere. Præterea nullum videtur ſcandalum ortum, vt colligi poteſt ex verbis, quæ poſtea Virgo ſubiecit: *Quodcunque dixerit vobis, facite.* Sed de ſenſu prædictorum verborum infra multa dicemus ſuo loco. Quò ad rem præſentem dico, ſanctum Chryſoſtomum non affirmare apertè, Virginem venialitèr peccaſſe, ſed tantùm aliquid ex affectu humano feciſſe, quod non ſemper eſt peccatum veniale, ſi, nimirùm, referatur in finem bonum, & ſecundùm dictamen prudentiæ dirigatur. Diuus verò Ireneus libro 3. aduerſus hæreſes cap. 18. dicit, fuiſſe intempeſtiuam feſtinationem Virginis: ſed etiam affirmari poteſt, prædictam feſtinationem caruiſſe veniali culpa; quia, ſi exceſſus intempeſtiuitatis illud viſum eſt, ſolus charitatis exceſſus erat ex vehementi deſiderio ſubueniendi neceſſitati proximi. Quò ad Diuum Auguſtinum, ne pugnantia loqui dicatur, cum in lib. de natura, & gratia dicat: *De ſancta Maria, propter honorem Domini, nullam prorſus, cum de peccatis agitur, habere volo quæſtionem: indè enim ſcimus, quòd ei plus gratiæ collatum fuerit ad vincendum ex omni parte peccatum*; exponendus eſt, quòd locutus ſit de dubitatione non infidelitatis, ſed admirationis, & diſcuſſionis: vide Diuum Thomam loco citato. *(Vaſquez. B; Marc. 2.; Ioan. 2.)*

Plura

Plura, quæ afferri poſſunt contra noſtram concluſionem, & eorum ſolutiones, videri poſſunt apud Suar. tom. 2. in tertiam partem diſp. 4. ſect. 4.

Collige, Beatam Virginem, quandò recitabat orationem dominicalem, illa verba: *Dimitte nobis debita noſtra*; cum in ſe non caderent pro vniuerſa Eccleſia protuliſſe. Et ſicut eminens charitas Chriſtum induxit ad peccata noſtra ſuper humeros ſuos transferenda, iuxta illud Pſal. 122. *Supra dorſum meum fabricauerunt peccatores*: & Apoſt. ad Galat. 3. *Factus eſt pro nobis maledictum*: & ſecundæ ad Corinth. 5. *Qui non nouerat peccatum pro nobis peccatum fecit*; & ſic debitor eſt conſtitutus coram æterno Patre ad ſatisfaciendum pro nobis: ita ſimili quadam ratione Beatiſſima Virgo ex vehementiſſima charitate erga vniuerſam Eccleſiam, & fideles, qui omnes, ipſa ſola excepta, erant peccatores, ſuper ſe ipſam quodã modo ſuſcipiendo delicta, & debita peccatorum, pro illis veluti debitrix conſtituta, veniam à Patre æterno deprecabatur, dicendo: *Dimitte nobis debita noſtra*.

Pſalm.
Ad Galat.
Ad Corinth.

QVAESTIO XVI.

In quo conſiſtebat donum, virtute cuius Beata Virgo, à primo Conceptionis momento, ita in bono confirmata fuit, vt culpam omnem venialem euitarit.

PRIMA Sententia eſt aliquorum, quos citat Vaſquez tom. 2. in 3. p. diſp. 120. c. 2. num. 8. dicentium, Virginem per gratiam fuiſſe impeccabilem, ex decreto à Deo facto de non concurrendo cum Virgine ad actum aliquem peccati, cui moralis aliqua malitia foret annexa. Sed hoc gratis dicitur; nullum enim habemus huius fundamentum in Scripturis, aut Patribus, aut Concilijs: & præterea ſic à Deo vim voluntati Virginis illatam fuiſſe, fatendum eſſet, quòd non eſt credibile. Vide plura pro confutanda hac opinione apud eundem Vaſquez cit. diſp. 120. cap. 2. num. 19.

Prima ſente. Vaſquez.
Confutatur.

Secunda Sententia eſt aliorum nonnullorum, affirmantium, Deiparam fuiſſe impeccabilem ex abundantia gratiæ. Fauet Diuus Auguſtinus in lib. de natura, & gratia cap. 36. *Excepta*, inquit, *Sancta Virgine Maria, de qua, propter honorem Domini, nullam prorſus, cum de peccatis agitur, habere volo quæſtionem; indè enim ſcimus, quòd ei plus gratiæ collatum fuerit ad vincendum ex omni parte peccatum*. Plura pro hac ſententia habet Salazar. in Prouer. c. 31. verſ. 2 à n. 134. Sed contra eam notat, quòd gratia, & omnia Spiritus Sancti dona infuſa ad ſubſtantiam operationis ſic concurrunt, vt facilitatem, & propenſionem ad operandum nullam per ſe conferant. Præterea peccatum veniale non pugnat cum quacumque gratia eminentiſſima. Quarè non videtur ſatis ſolido niti fundamento prædicta ſententia, ſi nomen gratiæ ſtrictè accipiatur; ſecus verò, ſi per gratiam intelligantur quæcunque auxilia, & dona gratis conceſſa.

Secund. ſent.
D. Auguſt.
Salazar.

Tertia Sententia eſt exiſtimantium, priuilegium, virtute cuius Virgo immunis fuit à peccato veniali, fuiſſe continuum actum amoris erga Deum. Ita Riccard. lib. 2. de Emmanuele c. 30. *Diuinus*, inquit, *amor adeò in ea conualuit, adeò ipſam in bono ſolidauit, vt de cætero ſpiritualis qualiscunque defectus in eam incidere omninò non poſſit*. Et fauet Ildephonſus oratione 1. de Aſſumptione, vbi ſic ait: *Vndè, quæſo, vos filij imitamini ſignaculum fidei veſtræ Mariam, quam, veluti ignis ferrum, Spiritus Sanctus totam decoxit, incaluit, & ignivit, ita, vt in ea Spiritus Sancti flamma tantùm videatur, nec ſentiatur niſi tantum ignis amoris Dei*. Sed de hoc continuo amore Deiparæ erga Deum dicemus plura tom. 2. & licet hic amor, qui ex continuo diuinarum inſpirationum illapſu fouebatur, videatur ſufficiens ad præſeruandam Virginem ab omni labe veniali, tamen aliquid aliud etiam addendum eſt pro eius eximia, & excellenti ſanctitate.

Tertia ſente.
Riccardus.
Ildephonſus.

Quarta Sententia eſt Salazar. in Prouer. cap. 31. verſ. 22. num. 140. docentis, cauſam Marianæ innocentiæ, & immunitatis à veniali fuiſſe protectionem externam diuinæ prouidentiæ, per quam omnes peccati occaſiones tollebantur; & ingem cæleſtium inſpirationum illapſum, per quas irradiata Virginis mens ad honeſtè, ſanctèque operãdum ſuauitèr trahebatur.

Quarta ſent. Salazar.

Notandum breuitèr, hoc donum, ſeu priuilegium, virtute cuius Beata Virgo omnem ven. culpam, à primo Conceptionis momento, ſemper euitauit, eſſe quid diſtinctum ab extinctione fomitis, vt optimè probat Vaſquez tom. 2. in 3. part. diſp. 120. cap. 2. quia, fomite extincto, adhuc in Virgine erat indifferentia libertatis, & arbitrij; in qua indifferentia poteſtas peccandi fundatur. Adde quòd primi Parentes

Vaſquez.

tes nullum fomitem habebant, & tamen dono confirmationis in bono carebant, quia de facto peccauerunt. Similitèr nec dici poteſt, quòd hoc donum in ſola liberatione à ſuggeſtione dæmoniaca cōſiſteret; nam Angeli peccauerunt, nullo eos incitante ſuggeſtore externo; & ſolus amor proprius creaturam rationalem quandoque impellit ad malum.

Prim. concl. Dico primò, priuilegium, quo Beata Virgo in bono fuit confirmata, vt nec venialitèr peccarit, non ademiſſe illi libertatem ad peccandum. Fauet nobis Vaſquez diſp. cit. cap. 2. Salaz. cap. 31. in Prouerb. verſ. 22. num. 141. Philippus Moncæus in ſuis diſputationibus theolog. diſp. 9. c. 4.

Vaſquez, Salazar. Moncæus.

Probant aliqui ſic: Virgo multùm meruit per victoriam venialium; ſed, ſi dicamus, ex antecedenti neceſſitate eam non potuiſſe incidere in peccata venialia; conſequentèr dicemus, per talem victoriam nihil meruiſſe, cum omnis indifferentia, & libertas, quò ad euitationem venialium, fuiſſet ſublata. Sed forsàn dicere quis poterit: Virgo habuit quidèm, vt non poſſet peccare venialitèr ex neceſſitate antecedenti; ſed quò ad euitationem huius, vel illius peccati, per talem, vel talem actum odij illius inordinationis cum illo peccato connexæ, vel per actum ſimplicis diſſenſus, vel per actum amoris erga virtutem oppoſitam illi peccato veniali, fuit libera, & potuit mereri in euitando hoc, vel illo veniali: & ſicut Apoſtoli abſque læſione libertatis fuerunt ita diuino auxilio roborati, & confirmati in ſanctitate, vt poſt tale donum confirmationis mortiferè numquàm peccarint; ita proportionalitèr de Virgine dici poſſe videtur, quòd, nimirū, ita ipſa, ſine libertatis ſuæ læſione, priuilegio diuini auxilij fuerit roborata, & in ſanctitate eminentiſſima confirmata, vt venialitèr numquam peccarit.

Probatio. Geneſ. Probari ergo primò poteſt alitèr: & primò ex illo Gen. 3. *Et ipſa conteret caput tuum*; quod de Beata Virgine ex ſententia Patrum, ſupra diximus, accipi vniuerſalitèr; ergo innuitur, quòd Beata Virgo liberè ex diuino auxilio peccata omnia actualia, conterendo caput Serpentis, vicerit.

Probatur ſecundò, quia auxilium ſufficiens, quod Deus dat ad ſuperanda multa venialia in particulari, non adimit libertatem; ergo & auxilium ſufficiens, quod Deus dedit Virgini ad ſuperanda omnia venialia collectiuè, relinquere potuit illi libertatem. Conſequentia probatur: auxilium.n. quod eſt ſufficiēs ad vitanda ſingula venialia, non eſt ſufficiens ad euitan-

A da omnia collectiuè ſumpta, poſita rebellione appetitus, & impetu amoris proprij; illa autem ſublata, & amore proprio oppreſſo, auxilium, quod erat ſufficiens ad vitanda ſingula, & non omnia, fit ſufficiens etiam comparatum ad omnia. Ratio, quia moralitèr eſt impoſſibile, poſita tali rebellione, & amore proprio non oppreſſo, vt homo ſemper vtatur auxilio gratiæ dato ſingulis vicibus, & de ſe ſufficienti ad ſingula, eſt, quia illa continuatio habet talem difficultatem, poſita rebellione ſenſus, & impetu amoris proprij, vt faciat moralem impoſſibilitatem in ratione continuationis, vt continuatio eſt; B atque adeò in tota collectione, vt collectio eſt. Et ſic auxilium ſufficiens, & phyſicè, & moralitèr ad vitanda ſingula, comparatum ad omnia, ratione peculiaris difficultatis, quam collectio continet, vt collectio, etiam moralitèr non dicitur ſufficiens. Exemplum afferri poteſt ex aliqua ſuppoſitione vniuerſali confuſa, vt quandò dicitur: equus eſt neceſſarius ad equitandum; tùnc enim ita loquimur de equo in communi, quod aliquis eſt neceſſarius: ita planè in caſu noſtro verum eſt, quòd neceſſariò incidere debet in aliquod veniale peccatum is, qui habet ſufficiens auxilium ad vitanda ſingula venialia; ſed appetitus rebellio in eò viget, & amor C proprius non eſt oppreſſus: ſi autem fiat diſtributio per ſingula venialia, de nullo in particulari verum eſt; & ſic ſaluatur libertas, & ſufficientia, reſpectu cuiuſcunque: priuilegium autem ponitur tollendo illam neceſſitatem, etiam in communi, quod fit, ſublatā rebellione ſenſuum, & amore proprio oppreſſo; per quam ſublationem, & oppreſſionem, quaſi deonerata creatura, illud idem auxilium, quod ſufficiens erat reſpectu ſingulorum, & non omnium, fit etiam reſpectu collectionis ſufficiens.

Probatur tertiò ex ijs, quæ notabili vnico præcedentis quæſtionis diximus; ſcilicet, in Virgine, dum fuit in hac morD tali vita, nullum ex illis tribus fuiſſe, quæ libertatem peccandi adimere poſſunt, ſcilicet claram Dei viſionem permanentem, vnionem hypoſtaticam, & vehementem cogitationis turbationem.

Dico ſecundò, priuilegium conceſſum Beatæ Virgini ad vitanda omnia peccata venialia collectiuè, fuiſſe adeò eminens, vt hæc omnia contineret: primò fomitis extinctionem: ſecundò continuum diuinarum illuſtrationum illapſum: tertiò ardentiſſimum, & continuum amorem erga Deum; quartò externam protectionem diuinæ prouidentiæ, per quam omnes peccati

Secū. concl. Eminentia priuilegij.

cati occaſiones remouebantur. De hoc quarto loquitur Anſelmus de excellentia Beatæ Virginis c. 3. *Nulli dubium*, inquit, *caſtiſſimum corpus, & ſanctiſſimam animam eius funditùs fuiſſe ad omni macula peccati, iugi Angelorum cuſtodia, protectam.*

Anſelmus.

Probatur quòd hæc omnia redderent Virginem ſemper puram ab omni labe veniali; nam, poſita extinctione fomitis, & per conſequens ſublata omni rebellione ſenſuum, per talem ſublationem remanebat Virgo deonerata, & libera ab omni appetitus reluctantia, aut ſtimulo. Et inſuper, poſita iugi cognitione, & contemplatione veri boni, ſicut voluntas ipſius Virginis tunc trahebatur ad bonum cognitum amplectendum; & nulla erat ratio apparentis boni, quæ illam retraheret; ita ipſa voluntas, veluti obuijs vlnis amplexabatur idem bonum verum, propoſitum ab intellectu ſemper diuinitùs illuſtrato: addito autem continuo, atque inflammato amore erga Deum; cuius vis eſt, vt docet Dionyſius Areop. vt mentis ſeceſſum, & ecſtaſim faciat, amatores ſui iuris eſſe non ſinens, ſed in ea quę amant penitùs transferens: poſito, inquam, hoc amore, nunquam interrupto; ſatis liquet, Virginem ad peccata venialia nunquam declinaſſe, quia nulla erat ratio, quæ retraheret ipſius voluntatem à bono vero, & honeſto. Adde demùm externam protectionem Dei, quæ extrinſecas peccandi occaſiones de medio tollebat. Porrò fomitis extinctionem in Beata Virgine iam ſupra probauimus: quò ad illuſtrationes, quibus diuinitùs irradiabatur mens Virginis, dicemus infra, cum de cognitione illi infuſa agemus. Interim placet referre verba Diui Bernardini tom. 2. ſerm. 51. art. 1. cap. 2. *Tanta ſapientiæ claritas à Deo ſuperinfuſa eſt Virgini, quòd hæc ſeptem perfectè intelligebat, ſecundum quoſdam; primò naturam creatam irrationalem; ſecundò naturam creatam rationalem; tertiò naturam creatam ſpiritualem; quartò naturam creatam diuinalem; quintò omnia, quæ erant fugienda, & ſpernenda; ſextò omnia, quæ erant ſequenda, & amplectenda; ſeptimò per quem modum, & ad quantum graduum omnia eſſent ordinanda, & diligenda.* Quò ad amorem verò Deiparæ cõtinuum erga Deum, etiam dicemus infra. De externa autem protectione patet, quia ita poſtulabat amor Dei erga Virginem Matrem, & ſuauis diuinæ prouidentiæ diſpoſitio: & innuitur in Canticis ſæpiùs: *Dilectus meus mihi, & ego illi*; & alibi: *En ipſe ſtat poſt parietem noſtrum reſpiciens per feneſtras, proſpiciens per cancellos*: & cap. 3. *En lectulũ Salomonis ſexaginta fortes ambiunt*: per fortes .n. intelliguntur Angeli ſupernorum chororum, cuſtodes potentiſſimi Deiparæ, quæ erat lectulus Christi, vt vult Honorius cit. à Del Rio in dictum Cant. loc. Demùm huius veritatis, quam in hac concluſiione propoſuimus, optimum ſymbolum fuit Mulier illa, quam vidit Ioannes in Apoc. *Luna* erat *ſub pedibus eius*: & hinc indicatur extinctio fomitis; ſicut enim Luna diuerſas cauſat aeris alterationes, ita fomes eſt cauſa diuerſarum affectionum; ſed iſta Luna erat ſub pedibus; per pedes autem ſignificantur affectus, qui in Virgine adeò firmi erant diuina gratia, vt ſemper cohibèrent omnes inordinatas motiones: *Amicta Sole*, ideſt protectione diuina circundata; Sol enim prouidentiam Dei ſignificat: *Qui ſolem ſuum oriri facit ſuper bonos, & malos.* Sol autem, quia calorem producit, ſignificat etiam amorem, quo ipſa continuò inflammabatur ergà Deum Demùm. *In capite eius corona duodecim Stellarum*, indicat perennem diuinarum illuſtrationum illapſum, quibus mens Virginis continuò irradiabatur: dixi perennem, quia corona retinet figuram circuli ſignificantis perennitatem, in circulo enim non eſt reperire finem.

Dioni. Areo.

D. Bernardi.

Cantic.

Honor. cit. à Del Rio.

Apocal.

Matth. 5.

Quæres, vtrum in hoc dono, virtute cuius Beata Virgo in bono erat confirmata, eſſet liberatio ab omni tentatione Dæmonis.

Queſtiũcula.

Reſpondeo, huius ſolutionem pendere ab illa quæſtione, quam tom. 2. in cap. de ſanctitate Beatę Virginis examinabimus; An Beata Virgo aliquandò à Dæmone fuerit tentata.

Reſponſio.

QVAESTIO XVII.

Vtrum Beatæ Virgini in Conceptione aſtulſerit rationis vſus.

NOTANDVM, in tenera ætate, ob nutrimentum affluens, & abundantem humiditatem, organa interiorum ſenſuum agitari, & veluti diffluere; vndè ſpecies, quę per ſenſus externos ad internos tranſeunt, in dictis organis internis conſiſtere nequeunt; ſicut accidit in aqua, quæ non recipit ſigilli impreſſionem: & ſic, cum non ſint in promptu dictę ſpecies in organis internis, & intellectus intelligendo naturalitèr dependeat à phantaſmatibus, ex Ariſtotele tertio de anima cap. 8. tex. 9.

In tenera ætate organa internorũ ſenſuum agitantur.

Ariſtot.

tex.9. (ſaltèm in communibus intellectionibus; nam, an aliquandò intellectus ſine conuerſione ad phantaſmata intelligat, videbimus infra cap. 18.) hinc fit, vt lumen rationis non eluceat, donec ita attemperetur prædictum humidum ſenſuum internorum, vt ſpecies immiſſæ retineantur.

Vſus rationis quomodò illuceſcat.

Notandum ſecundò, rationis vſum illuceſcere poſſe duplici modo; primò per conueniens humorum, & organorũ temperamentum; ſecundò per modum reuelationis: & hoc ſecundo modo fit tranſeunter, & non permanenter.

Prima concl. B. Virgini, à primo Concept. momẽto, vſus rationis illuxit.

D. Bernardinus Sen. Caietan. Viguerius, Suar. & alij.

Dico primò, Beatæ Virgini, à primo Conceptionis momento, rationis vſum, ex ſingulari Deo priuilegio, illuxiſſe. Probatur primò auctoritate Diui Bernardini Senenſis ſerm. 51. de Beata Virgine cap. 2. art. 1. cuius verba retulimus præcedenti quæſtione: Caiet. in 3. p. q. 27. ar. 3. Viguer. in inſtitut. cap. 5. §. 3. verſ. 9. Suar. in 3. par. tom. 2. diſp. 4. ſect. 7. & ſequuntur alij communitèr Theologi. Innuitur hæc veritas in ſacris paginis, dum Virgo aſſimilatur auroræ, lunæ, & ſoli: *Quæ eſt iſta, quæ progreditur, quaſi aurora conſurgens; pulchra vt luna, electa vt ſol?* Cant. 6. *Thronus eius, ſicut ſol*, Pſal. 88. *In ſole poſuit tabernaculum ſuum*, Pſalm. 18. Similiter, dum ipſa videtur à Ioanne ſub figura mulieris ſole amictæ, cuius caput radiantibus ſtellis colluſtratur, *Et luna ſub pedibus* ſplendebat; Apocal. 12. Ex his enim colligitur, Virginem luce ſemper fuiſſe irradiatam: & per conſequens rationis lumen illi ab inſtanti Conceptionis illuxiſſe. Probatur rationibus. Primò Eua cum actuali vſu rationis fuit creata: ergo conueniens fuit, vt & Virgini, ab ipſo Conceptionis momento, rationis vſus concederetur. Secundò, ſi Ioanni Baptiſtæ conceſſus fuit vſus rationis, dum adhùc in vtero eſſet materno, vt communitèr colligitur ex illis verbis Lucæ cap. 1. *Exultauit infans in vtero meo:* vndè & Eccleſia canit: *Senſeras Regem thalamo manentem:* ergo Virgini, ab ipſo Conceptionis momento, ſimile priuilegium fuiſſe conceſſum, rationabiliter aſſerimus; quia Virginis ſanctificatio omnibus titulis eminẽtior eſt prædicanda, quam ſanctificatio Ioan. Baptiſtæ. Tertiò Angeli rationis vſu præditi fuerunt creati: ergo conueniens fuit, vt Domina, & Regina Angelorum, ſtatim atque eius anima corpori fuit vnita, rationis actualem vſum haberet. Vim huius argumenti optimè ponderauit Albertus Magnus in Mariali cap. 191. ex doctrina S. Dionyſij Areopagitæ, hoc modo diſcurrens: *Dionyſius de cæleſti Hierarchia ſic ait: Iuxta ſæpè à nobis redditam rationem, ipſa quidem ſuperfirmata diſpoſitiones abundanter habent minorum ſacras proprietates: ergo, cum Sacratiſſima Virgo Regina eſſet, & ſuperior omnibus cæleſtibus diſpoſitionibus, ipſa habebat proprietates omnium abundanter:* & infrà addit; *Poteſtas Imperialis incomparabilitèr eſt ſupra omnem poteſtatem miniſterialem: ſed poteſtas Virginis eſt Imperialis; omnium autem Angelorum poteſtas eſt miniſterialis: ergo poteſtas eius eſt ſuper omnem poteſtatem Angelorum. Sed in perfectè ordinatis ad maiorem potentiam ſequitur maior ſcientia, & ad maiorem ſcientiam maior operatio: ergo & hæc in Beata Virgine fuerunt in ſummo.* Sed dices, hunc diſcurſum ſupponere, Virginem fuiſſe Reginam Angelorum. Reſpondeo, hoc totum eſſe verum, & hoc vltimum tom. 2. nos eſſe probaturos, cum de eius donis, & priuilegijs agemus. Quartò decebat, vt Virgo gratias ſtatim ageret Deo, pro ſingulari priuilegio præſeruationis ab originali, alijſque innumeris donis: nam Deo ſummoperè placet celeris gratiarum actio: ergo conueniens erat, vt Beata Virgo, à primo Cõceptionis inſtanti, actualem rationis vſum haberet, & cognoſceret dona à Deo ſibi conceſſa, vt gratias Deo, à quo illa acceperat, referret.

Cantic. — Pſalm. — Apocal. — Lucæ. — Hymnus. — Albert. Mag. Dionyſ. Areopag.

Secunda concluſ. Facultas vtendi ratione ſemper in Virgine perdurauit.

Dico ſecundò, hanc facultatem vtendi ratione in Virgine ſemper duraſſe. Hæc Concluſio eſt contra aliquos, qui admittunt quidèm rationis vſum fuiſſe in Virgine, etiam dum in vtero ſanctæ Annæ detineretur, ſed opinantur non ſemper perduraſſe talem facultatem; ita Caietanus in 3. par. quæſt. 27. art. 4. cui aliqua in parte conſentire videtur Dionyſ. Carthuſ. in lib. de laudibus Virginis operum minorum art. 12. *Si,* inquit, *Ioannes adhùc in vtero matris Chriſtum agnouit, & exultauit vſu rationis miraculosè præuentus; cur non amantiſſima Dei, quæ à nullo illuſtrium vincitur, immò ſuperat vniuerſos, credatur, ex ſupernaturali illuminatione ante ſolitum tempus vſu rationis frequentèr præuenta, & ante coætaneas ſuas aſſiduum, & completum rationis vſum ſortita?* Licet enim hic Auctor his vltimis verbis concedat acceleratum vſum rationis in Beata Virgine fuiſſe aliquandò permanentem, tamen antea non continuatum, ſed potiùs interruptum aliquandò autumat, dum ait; *Frequentèr vſu rationis præuenta.* Sed pro noſtra concluſione eſt S. Bernardinus cit. loco, & fauet Suarez cit. Vaſq. tom. 2. diſp. 116. cap. 4. num. 38.

Caietanus, Dionyſ. Carthuſ.

D. Bernardinus, Suarius, Vaſquez.

Probatio.

Probatur primò ex locis ſacræ Scripturæ pro præcedenti concluſione adductis, quæ commodè explicari poſſunt in ſenſu

A

ſenſu huius ſecundæ concluſionis. Secundò nulla ratio conuincens, immò nec conueniens aſſignari poteſt, cur talis facultas Virgini priùs conceſſa, poſtea fuerit ſublata; immò ratio valdè conueniens afferri poteſt, quòd non debuerit ſubtrahi, vt, ſcilicet, continuò creſceret Beata Virgo per exercitium virtutum in ſanctitate. Confirmatur, quia credibile eſt, lumen rationis Virgini affulſiſſe in materno vtero per humores miraculosè attemperatos, non autem per reuelationem tranſeuntem; hæc enim attemperatio videtur magis connaturalis, & accommodata modo naturali operandi; homo enim intelligit naturalitèr conuertendo ſe ad phantaſmata: ergo talis

B

attemperatio ſemel facta durauit ſemper; non enim poterat tolli, niſi ex aliquo accidente ſuperueniente, vel nouo miraculo; quorum neutrum dici rationabilitèr poteſt: non primum, quia Virgo ſingulari Dei protectione fuit præſeruata ab omnibus infirmitatibus corporis, vt fatentur multi Patres: ſecundum nec dici debet; non enim ſine neceſſitate multiplicanda ſunt miracula. Probatur tertiò: talis rationis vſus acceleratus durauit in Baptiſta, vt multi Patres affirmant, quos refert Suarius, & Vaſquez loco citato: ergo, & in Virgine talem facultatem vtendi ratione ab inſtanti Conceptionis duraſſe, affirmandum erit.

Suar. Vaſq.

C

Confirmatur, quia Virgo, quandò trimula in templo à Parentibus fuit oblata, tali oblationi conſenſit; vt ex pluribus Patribus probat Suarius citatus: cum ergo tùnc iuxta curſum neturalem non eſſet illi debitus rationis vſus, miraculosè illum habuit; ſed, cum durauerit ſemper poſtea, vt colligitur ex Patribus, ſequitur quòd non per modum reuelationis tranſeuntis tùnc Virgini affulſerit rationis vſus, ſed per attemperamentum diuinitùs factum in humoribus: ſi ergo ſemèl admittatur, hoc modo conceſſum fuiſſe Beatæ V rgini vſum rationis; veriſimile erit ita etiam fuiſſe illi conceſſum

D

in ipſa Conceptione. Sed

Obiectio.

Obijcies, eſſe priuilegium ſolius Chriſti habere vſum rationis in vtero permanentèr: ergo non eſſe extendendum ad Virginem

Reſponſio Suarij.

Reſpondet Suarius citatus, *nihil derogare Chriſto, cui proprium fuit habuiſſe in vtero Matris vſum rationis in clara Dei viſione, & facultate vtendi omni ſcientia, & in omni materia pro ſuo arbitrio, atque adeò in tali rationis vſu, quo poſſet perpetuò vigilare, & omnem inferiorum potentiarum motum præuenire, de quo vſu videtur Diuus Thomas articulo 4. loqui. Beata autem Virgo tantum habuit facultatem vtendi ratione in ijs, quæ ad Dei, & Chriſti cognitionem pertinebant*. Hæc Suar.

Verùm non videtur neceſſe reſtringere modo prædicto rationis vſum in Virgine, ſi admittamus illi fuiſſe conceſſum per attemperamentum humorum; nam, facta conuenienti temperie, poterat pro ſuo libito ratione vti, & diſcurrere in quacunque materia iuxta cognitionem, quæ illi infuſa erat, vt ſuo loco dicemus. Adde quòd rationis vſus erat quandoquè neceſſarius, vt poſſet circa noxia corpori vitanda diſcurrere. Quare

B

Reſponſio Authoris.

Reſpondeo ergo, eſſe ſpeciale priuilegium Chriſti habuiſſe in vtero materno rationis vſum permanentem, quia illi debitum erat tale priuilegium ratione vnionis hypoſtaticæ: Virgini verò ex quadam conuenientia ſolum gratiosè à Deo conceſſum fuit ſimile priuilegium, quod in honorem etiam Chriſti redundat; habuiſſe ſcilicet Matrem, quantum conueniens erat, ſibi ſimilem in multis priuilegijs, licet diuerſo modo.

Hic diſputari poſſet, an Beatæ Virgini fuerint in momento Conceptionis infuſæ ſcientiæ, & quæ; ſed de hac re commodiùs agemus tom. 2. in cap de Scientia Beatæ Virginis. Et tum eodem ſecun-

C

do tomo, tum etiam hoc primo, plura ad Conceptionem ſpectantia, prout occaſio ſe obtulerit, diſquiremus.

QVAESTIO XIX.

An Deipara, more adultorum, per actum arbitr j, ex gratia, iuſtificata ſit, momento Conceptionis.

D

D. Thom.

NOTANDVM ex Diuo Thoma 3. parte, quæſt. 34. articulo 3. in corpore; quòd, duplex eſt ſanctificatio, vna quidem adultorum, qui ſecundùm proprium actum ſanctificantur; alia autem puerorum, qui non ſanctificantur ſecundùm proprium actum fidei, ſed ſecundùm fidem parentum, vel Eccleſiæ. Prima autem ſanctificatio eſt perfectior, quam ſecunda, ſicut actus perfectior, quam habitus; & quod eſt per ſe, eo,

Duplex ſanctificatio.

K quod

Digitized by Google

quod eſt per aliud: & addit ſanctus Doctor, quòd Chriſtus primo modo fuit ſanctificatus, ideſt ſecundùm motum liberi arbitrij in Deum.

Prima concluſio. B. Virg. proprio actu cõuerſionis in Deum ſanctificata eſt. D. Bernard. Senenſis. Vaſq. Suar. Probatio.

Dico, Beatam Virginem proprio actu conuerſionis in Deum ex auxilio gratiæ in vtero Matris fuiſſe ſanctificatam. Colligitur ex Diuo Bernardino Senenſi ſerm. 51. de Beata Virgine, quem ſequuntur Vaſquez tom. 2. in tertiam partem, diſp. 109. cap. 3. Suarez tom. 2. in 3. partem, diſput. 3. ſect. 8.

Probatur primò, quia Virgo primo Conceptionis momento iam fuit à peccato originali præſeruata, varijs virtutibus infuſis prædita, magno lumine gratiæ illuſtrata, admirabilibus auxilijs diuinitùs preuenta, vſuque rationis pollebat, vt diximus; vndè Deum, tanquam ſummum bonum cognouit, & perfectiſſimo amore ſe à Deo dilectam; atque adeò nullum habuit impedimentum, quo poſſet retardari à perfecta in Deum conuerſione: ergo debemus dicere, ſic ſtatim ad Deum eſſe conuerſam; vndè dicere potuit ab illo momento: *Dilectus meus mihi, & ego illi: ego Dilecto meo, & ad me conuerſio eius*. *Dilectus meus mihi*, quia tanta gratia, tantoque amore me præuenit: *& ego illi*, quia totam me illi trado. Rurſus: *Ego Dilecto meo*, quia ex auxilio gratiæ ſum conuerſa ad Deum dilectùm: *& ad me conuerſio eius*, quia ipſe ad me conuerſus eſt, tanquam ad ſuam ſponſam ſanctitate ornatam. Innuitur noſtra concluſio 3. Reg 18. *Ecce nubecula parua, quaſi veſtigium hominis, aſcendebat*. Nota non dici, quòd Virgo per nubeculam figurata, inſtar infantulæ aſcendit ad ſanctitatem, ſed inſtar hominis adulti. Et confirmatur ex ea muliere, quam vidit Ioannes in cælo ſtellarum lumine, Solis radijs, atque Luna colluſtratam: ad rem noſtram facit, quòd mulier illa Virginem conceptam ſignificat, & dicitur mulier, & non infantula, vt innuatur, quòd more mulieris adultæ fuit ſanctificata.

Cantic.

Reg.

Probatur ſecundò: nam quandò natura intellectualis per gratiam ſanctificatur, ſi talis natura intellectualis habeat liberum vſum voluntatis, & poſſit ſe ex auxilio gratiæ præparare ad gratiam ſanctificantem, connaturalior modus ſanctificandi talem creaturam eſt, præcedente conſenſu illius; vnde Threni vltimo dicitur: *Conuertimini ad me, & ego conuertar ad vos*; nam hæc eſt lex naturalis, & ordinaria: quod eſt adeò verum, vt, quandò adulti iuſtificantur per gratiam, quæ per ſacramenta confertur,

Thren.

A conſenſus recipientium ſacramenta requiratur. Confirmatur primò: nam etiam tali modo fuerunt ſanctificati Angeli ſecundum veriorem, & magis receptam opinionem, quam ſequitur Suar. de Angelis lib. quinto, cap. 7. Arubal in primam partem diſput. 175. ergo & eodem modo debuit ſanctificari Regina Angelorum. Confirmatur ſecundò, quia per gratiam habitualem ſanctificantem contrahitur particulare vinculum amicitiæ, & veluti ſpirituale matrimonium celebratur inter creaturam, & Deum: ſed de ratione amicitiæ, & matrimonij eſt, vt tale vinculum, medio voluntatis conſenſu, in habentibus vſum rationis contrahatur:

Suarius, Arubal.

B ergo tali modo admittenda eſt ſanctificatio in Beata Virgine à primo Conceptionis momento: & hinc eſt, quòd ipſa non ſolùm ſoror, ſed etiam ſponſa ſæpiùs appellatur in Canticis: *Vulneraſti cor meum ſoror mea ſponſa*.

Cantic.

QVAESTIO XX.

An Beata Virgo, per actum conuerſionis ad Deum, a primo inſtanti Conceptionis, elicitum, meruerit gloriam de condigno.

C

SVARIVS in 3. partem diſputat. 3. ſect. 8. docet, Virginem meruiſſe de condigno, non gratiam, ſed gloriam. Probat ex generali principio, nimirùm vltimam diſpoſitionem ad gratiam eſſe meritoriam; quod, cum ad perfectionem ſpectet, etiam in Virgine locum habet. Quòd verò nõ meruerit per eam diſpoſitionem gratiam, probat ex eo, quòd principium meriti non cadit ſub meritum.

Suarius.

D

Supponendum eſt, meritum de condigno non poſſe eſſe ſine gratia habituali. Concluſio eſt communis S. Thom. par. 2. quæſt. 114. art. 2. & omnium Scholaſticorum in 2. diſt. 29. Vaſquez in par. 2. diſp. 216. Suarij lib. 2. de gratia cap. 14. Bellarm. lib. 5. de iuſtificatione. Patet ex authoritate Scripturæ, quæ gloriam cæleſtem ſæpiſſimè vocat hæreditatem; quæ datur filijs Dei, qui tales ſunt per gratiam habitualem: ad Romanos 8. *Accepiſtis ſpiritum adoptionis filiorum; ſi autem filij, & heredes*. Trid. etiam ſeſſ. 6. cap. 16. ait: *Iuſti-*

Suppoſitio. D. Thom. & cæteri Scholaſtici. Vaſquez, Suarez, Bellarmin.

ad Rom.

Tridens.

Trident.

Iuſtificatis hominibus, operantibus vſque in finem, promittenda eſt vita æterna, & tāquam gloria filij Dei per Ieſum Chriſtum miſericorditer promiſſa, & tanquam merces ex ipſius Dei promiſſione bonis ipſorum operibus, & meritis fideliter reddenda. Ratio autem eſt, quia dignitas operis, meritorij fundatur in opere cum omnibus ſuis circumſtantijs, quarum vna ex præcipuis attenditur penes dignitatem perſonæ operantis; ergo ad hoc, vt opus ſit meritorium de condigno præmij ſupernaturalis, requiritur, vt fiat ab homine exiſtente in gratia, qui habeat dignitatem ſupernaturalem, & participationem eſſe diuini, quæ transfunditur in operationes. Porrò ad hoc, vt opus ſit meritorium vitæ æternæ, non ſufficit gratia habitualis, ſed neceſſarium eſt auxilium ſupernaturale gratiæ actualis. Hæc veritas eſt etiam communiter recepta, & fundatur in Tridentino ſeſſione ſexta, cap. 16. vbi habetur; *Nullo pacto poſſe eſſe opera Deo grata, & meritoria ſine illa virtute, quam Chriſtus, tanquam caput in membra, & tanquam vitis in palmites, in ipſos iuſtificatos iugiter influit, &c. quæ bona eorum opera ſemper antecedit, & comitatur, & ſubſequitur.* In quibus verbis, patet manifeſtè, ſermonem eſſe de gratia actuali. Et ratio eſt, quia gratia habitualis non habet vllum influxum effectiuum in actum, & quamuis ex eo, quòd immediatè dignificet ſubiectum, & mediante illo dignificet etiam actum, non tollit tamen, quominùs actus conſideratus in ordine ad ſuum principium, à quo fluit, habeat illam proportionem cum fine, quam deberet habere. Et ex hoc auxilio ſupernaturali redundat quædam ſupernaturalis honeſtas in actum, qui fit ex prædicto auxilio; & illa ſupernaturalis honeſtas eſt etiam neceſſaria ad meritum de condigno vitæ æternæ, iuxta communiter receptam ſententiam.

Trident.

Supponendum ſecundò, hominem iuſtum de condigno mereri gloriam. Ita Sanctus Thomas par. ſecunda, quæſt. 112. articulo 2. ad primum, & prima parte quæſt. 62. articulo 4. & quæſt. 63. articulo quinto, vbi habet; *Angelos in gratia in primo inſtanti meruiſſe beatitudinem, non autem primam gratiam*: ſequuntur communiter Doctores, Bellarminius lib. quinto de Iuſtificatione cap. 20. Vaſq. in p. ſecundæ, diſput. 219. lib. ſecundo, Suarez lib. 12. de gratia cap. 28. licet ſit contra Vegam opuſc. de Iuſtificatione quæſtione 6. Fundatur prædicta veritas in auctoritate Scripturæ, quæ, vt rectè adnotat Bellarminius locis citatis, non ſolùm augmentum gloriæ, ſed ipſam gloriam ſimpliciter, atque adeò ſecundùm totum ſuum eſſe, ait, eſſe præmium bonorum operum; vndè illam appellat mercedem, denarium diurnum, coronam iuſtitiæ. Fundatur etiam in Tridentino ſeſſ. ſexta, cap. 32. vbi definit iuſtificatum bonis operibus, quæ ab eo per Dei gratiam, & Ieſu Chriſti meritum, cuius viuum membrum eſt, fiunt, verè mereri augmentum gratiæ, vitam æternam, atque etiam augmentum gloriæ: vbi diuerſo modo loquitur de merito gratiæ, & gloriæ; de gratia enim dicit, ſolùm mereri augmentum gratiæ; de gloria verò dicit, mereri vitam æternam, & gloriæ augmentum, ſcilicet iuſtificatum mereri ſolùm augmentum gratiæ, non primam gratiam; mereri autem non ſolùm augmentum gloriæ, ſed etiam primam gloriam.

D. Thom. Bellarm. Vaſquez. Suarius. Trident.

Conclusio. B. V. meruit primā gloriam per actum conuerſionis in Deum.

Dico, Beatam Virginem meruiſſe primam gloriam per actum conuerſionis in Deum, qui fuit vltima diſpoſitio ad ſanctificationem, & fuit ſimul tempore cum illa, non prout durauit in tempore immediatè ſequente poſt inſtans primę ſanctificationis, ſed prout fuit in illo inſtanti primo temporis. Prima pars concluſionis, quòd ſcilicet Beata Virgo meruerit per actum, qui fuit vltima diſpoſitio ad ſanctificationem, probatur, quia ille actus habuit ſufficientem vim merendi, vt infra videbimus. Secunda pars concluſionis, quòd ſcilicet ille actus non meruerit primam gloriam, prout durauit in tempore immediatè ſequente poſt illud inſtans, probatur, quia meritum, quod eſt ab actu continuato, eſt meritum augmenti gratiæ, atque adeò etiam augmenti glorię; ergo non poteſt eſſe meritum primę glorię; iam enim pręmium eſſet maius merito. Tertia pars concluſionis, quòd ſcilicet actus, qui fuit vltima diſpoſitio ad ſanctificationem Virginis, meruerit primam gloriam in primo inſtanti temporis, in quo ille actus fuit etiam ſimul cum ſanctificatione, probatur, quia in illo inſtanti temporis, in quo ille actus extitit, poſſumus conſiderare duo naturæ inſtantia, ſeu duo ſigna. Primum eſt, in quo ille actus fuit elicitus per auxilium gratię actualis, & tùnc ille actus non fuit quidem perſonæ ſanctificatę, ſed nec erat perſonę iniuſtę, quia adhùc in illo ſigno intelligitur B. Virgo ſine vlla labe peccati.

Probatio.

Verùm, cum, vt dixi, non fuerit perſonæ ſanctificatæ, non intelligitur meritorius de condigno, neque primæ gratiæ, neque primæ gloriæ. Secundum inſtans fuit, in quo ille actus iam fuit informatus gratia habituali; & tunc ille actus fuit perſonæ gratæ, & dignificatæ à tali gratia, & conſequenter meritorius non primæ gratiæ, quæ iam præceſſerat, ſed primæ gloriæ, quæ futura erat. Fauere huic noſtræ concluſioni videntur omnes, qui dicunt, Angelos in primo inſtanti meruiſſe primam gloriam: quam ſententiam non obſcurè indicat D. Thomas prima par. quæſt. 62. art. 4. ad ſecundum; ait enim, *Angelum non meruiſſe per naturalem conuerſionem in Deum, ſed conuerſione charitatis, quæ eſt per gratiam*: ergo, cum D. Thom. tribuat hanc conuerſionem Angelis in primo inſtanti, etiam illis tribuit meritum pro eodem inſtanti (Vide Suarez lib. 5. de Angelis cap. 9. num. 6. & Iacobum Granadum in 1. par. tom. 3. tract. 12. de operibus, quibus boni Angeli beatitudinem adepti ſunt, diſput. 1.) Si enim Angeli in primo inſtanti per conuerſionem charitatis in Deum mereri potuerunt primam gloriam; Reginam Angelorum meritò affirmare poſſumus in primo inſtanti ſuæ ſanctificationis, modo, quo declarauimus, primam gloriam meruiſſe. Itèm nobis ſuffragari poſſunt omnes Doctores, qui affirmant, hominem mereri primam gloriam per actus, qui ſunt diſpoſitiones vltimæ ad iuſtificationem, & ſunt ſimul tempore cum illa; & ita tenent omnes ferè, quos citauimus ſupra pro doctrina, quam ſecundo loco ſuppoſuimus antecedentem concluſionem. ſed

D. Thom. — Suarius. — Granadus.

Obijcies primò: ſi ille actus in ſecundo ſigno habuiſſet rationem meriti, quam non habuit in primo ſigno, debuiſſet potiùs mereri augmentum gratiæ, quam primam gloriam. Meritum enim magis immediatè ordinatur ad gratiam, quàm ad gloriam; vndè, ſi illi operi aduenit ratio meriti in illo ſecundo ſigno, debuiſſet potiùs ſpectare ad augmentum gratiæ, quam ad primam gloriam.

Prima obiectio.

Reſpondeo, negando ſequelam. Et ratio eſt, quia illi actui data fuit prima gratia, tanquam diſpoſitioni, ex merito de congruo: quare non potuit idem actus, vt informatus prima gratia, mereri augmentum eiuſdem gratiæ; ſic enim idem actus meruiſſet de congruo primam gratiam, & de condigno augmentum gratiæ, atque adeò præmium multùm exceſſiſſet meritum, quod eſt contra rationem meriti de condigno.

Reſponſio.

A

Obijcies ſecundò: quando iuſtus per ſuum actum meretur augmentum gratiæ, quod ſtatim illi datur, tunc ille actus in ſecundo inſtanti naturæ informatur augmento illo gratiæ; nec tamen ille actus, vt informatus eo augmento gratiæ, eſt meritorius noui præmij, ſcilicet noui augmenti gratiæ; quia alitèr daretur proceſſus in infinitum in merito: ergo actus, qui fuit vltima diſpoſitio ad primam gratiam in Beata Virgine, per aduentum, & informationem primæ gratiæ non fuit magis meritorius, quam fuit, antequam intelligeretur coniunctus cum tali prima gratia.

Secunda obiectio.

B

Reſpondeo, negando paritatem: diſparitas verò eſt, quia actus, quo iuſtus meretur augmentum gratiæ, iam habet, tanquam præmium adæquatum, ipſum augmentum gratiæ: quarè, quandò aduenit tale augmentum gratiæ, non poteſt ille actus, prout informatus tali augmento, mereri de condigno aliud augmentum gratiæ, quia præmium eſſet malus, quam meritum; pro vno enim actu darentur plura gratiæ augmenta; quod tamen non euenit in primo actu, cui data fuit gratia habitualis, tanquam diſpoſitioni; illi enim actui ante aduentum primæ gratiæ non intelligitur aſſignata, tanquam præmium de condigno, prima gloria. Quarè, quandò aduenit prima gratia, per quam illi addita intelligitur condignitas ad præmium, potuit fieri meritorius primæ gloriæ.

Reſponſio.

C

Obijcies tertiò: opus bonum, quod meretur de condigno finem, meretur etiam de condigno media ad illum finem neceſſaria; ſed Beata Virgo per actum conuerſionis in Deum non potuit mereri de condigno primam gratiam, quæ eſt medium ad primam gloriam; ergo nec potuit mereri de condigno primam gloriam, quæ eſt finis: maior patet, quia nihil conducit mereri finem, & non mereri media ad illum finem, cum finis non poſſit haberi niſi per media.

Tertia obiectio.

D

Reſpondeo, media eſſe in duplici differentia: quædam præſupponuntur ante meritum finis iam data, quædam verò non præſupponuntur ante meritum finis data. Hoc poſito, dico, qui meretur finem, mereri etiam media ad finem illum neceſſaria, quæ non præſupponuntur data ante meritum finis, non tamen debere etiam mereri illa media, quæ præſupponuntur iam data; tunc enim, cum iam illa media habeantur, non eſt neceſſe illa mereri, vt habeatur finis. Quarè in re noſtra, quandò eſt meritum finis, qui

Reſponſio.

eſt

eſt prima gloria, preſuppoſitur iam habitum medium ad illum finem, quod eſt prima gratia. Pro ſolutione multorum

Animaduerſio.

Aduertendum, ſufficere ad hoc, vt actus accipiat condignitatem à gratia habituali, quòd ille actus adſcribatur gratiæ habituali; adſcribitur autem ex eo, quòd elicitur ab auxilio gratiæ actualis, ex ſe debito gratiæ habituali; huic enim debetur auxilium gratiæ actualis in ordine ad producendos actua ſupernaturales. Quarè, quandò in ſecundo ſigno aduenit gratia habitualis, & informat actum ſupernaturalem, iam auxilium, à quo fit talis

A actus, in ſecundo illo ſigno eſt aliquid ex ſua natura proportionatum, & debitum gratiæ habituali; vndè actus, prout eſt in illo ſecundo ſigno, adſcribitur gratiæ habituali; ſufficit enim ad hoc, vt actus cenſeatur pertinens ad gratiam habitualem, quod producatur per auxilium proportionatum, & debitum gratiæ habituali. Adde, quòd ille actus eſt vltima diſpoſitio ad gratiam habitualem: quare ex hoc capite etiam ad illam pertinet; & ſic, quandò aduenit gratia habitualis, poteſt illum dignificare, eique valorem ſuum communicare.

CA

Digitized by Google

CAPVT QVARTVM.

DE FAVSTO BEATÆ MARIÆ VIRGINIS NATALI.

QVAESTIO PRIMA.

Quo tempore nata ſit Beata Virgo.

Abulenſis Sententia.

ABVLENSIS in caput ſecundum
Matth. quæſt. 91.
putat, Deiparam
natam fuiſſe anno,
ab orbe condito,
ter milleſimo non-
genteſimo quadra-
geſimo ſeptimo; &
à tranſmigratione Iſraelitarum in Baby-
loniam, quingenteſimo ſeptuageſimo ſex-
to; & ab Vrbe condita ſeptingenteſimo
trigeſimo octauo, qui vigeſimus ſecundus (B)
fuit Augusti Romæ regnantis.

Alij diuerſas annorum pro Natali Vir-
ginis calculationes afferunt, quas breui-
tatis cauſa omitto.

Notandum breuiter, ſat communem
ſententiam eſſe, quòd Virgo pepererit
Chriſtum agens annum decimum quin-
tum. Ita S. Epiphanius, Nicephorus lib. — Epiphanius, Nicephorus, Baronius. Balduinus.
2. hiſtoriæ cap. 3. Baronius tom. 1. in Ap-
paratu num 47. Balduinus Iunius in ſuis
Chronicis moralibus, ætate quinta mun-
di. Quare ab hac ſententia, quicquid a- (C)
lij dicant, non puto eſſe recedendum.
Hoc notato,

Dico primò, Natalem Deiparæ conti- — Prima Concluſio.
giſſe anno à mundi creatione 5184 ab Vr-
be condita 737. Imperij Octauiani Au-
guſti 27. à Triumuiratu 26. Probatur, quia,
vt notauimus, Deipara anno ætatis ſuæ
decimo quinto peperit Chriſtū; ſed Chri-
ſtus, ſecundùm Martyrologium Romanū,
natus eſt, anno à Mundi creatione 5199.
ab Vrbe condita 752. Imperij Octauiani
42. vndè, demptis ex his numeris quinde-
cim annis, remanet calculatio prædicta,
(A) vt patet ſupputanti. Et quòd Beata Vir-
go nata ſit anno Imperij Auguſti 27. ad-
huc confirmatur ex eo, quòd adnotat Io-
ſeph Antiquit. lib. 18 cap. 4. vbi affirmat, — Ioſeph.
Auguſtum è vita migraſſe, poſtquam im-
perauit annis 57. obijt autem Auguſtus,
anno Chriſti 15. vt colligitur ex Lucæ 3.
Anno autem quintodecimo Imperij Tiberij — Luc.
Cæſaris: & paulò poſt: *Et ipſe Ieſus erat in-
cipiens quaſi annorum triginta:* Si enim
Chriſtus annum agebat 30. quandò curre-
bat annus 15. Imperij Tiberij; ſequitur,
(B) quòd eius prædeceſſor Octauianus obie-
rit tunc, quandò Chriſtus agebat annùm
15. His igitur quindecim annis ſubtractis
ab annis 57. Imperij Octauiani Auguſti,
remanent anni 42. quo tempore Chri-
ſtus natus eſt. Deme autem ex his 42. an-
nos quindecim, quibus vixit Beata Vir-
go, antequam pareret; reſtant anni 27.
ergo anno vigeſimo ſeptimo Imperij
Octauiani nata eſt Beata Virgo. Dixi à
Triumuiratu 26. quia, anno necem Cæſa-
ris ſubſequenti, Octauianus inſtituit Triū-
(C) uiratum, cum Lepido, & Antonio fœdus
iniens, vt recenſet Baronius in Apparatu — Baronius.
num. 103. ex probatis Auctoribus.

Dico ſecundò, natam fuiſſe Deiparam — Secunda Concluſio.
menſe Septembri. Hoc ſatis liquet ex
Eccleſię conſuetudine, quę, die octauo
Septembris, Natalem Deiparæ celebrat:
& ita ſentiunt etiam Auctores, qui de Bea-
tæ Virginis natali ſcripſerunt. Sed

Quæres; Vtrum fuerit aliqua congruens — Petitio.
ratio, cur Virgo aſſignato tempore na-
ſceretur.

Reſpondeo, cungruum fuiſſe, Deiparam — Reſponſio.
prędicto potiùs anni tempore, quam a-
lio

Digitized by Google

A lio naſci, vt hinc intelligeremus ad ſatanicos conatus, quando ij magis præualere videntur, irritos reddẽdos eam diuinitùs eſſe electam; tempore enim Natalis ipſius Deiparæ, inſtigãte furentis Dęmonis malitia, ſceleſtiſſimus Herodes deſtructionẽ Dauidicę ſtirpis, à qua Meſſias naſciturus erat, moliebatur: ex quo patet, quam verè à Io. Damaſc. orat. de dormit. Virginis, ipſa, *Remedium aduerſus Dæmones*, appelletur. Accipe in confirmationem allatæ reſponſionis luculenta verba P. Caniſij lib. primo de Deipara c. 11. *Quam verò pulchrè, quam commodè tùnc Maria naſcitur, quo ſæuibundus, ſimul & ſtolidus diuini conſilij impugnator Herodes regium Dauidis genus extinguere, ne quiſquam Meſsias procrearetur, vi ſumma conatur? Vnde in communi ferè omnium deſperatione, & cum Sathan diuinum perturbare decretum maximè nititur, Ioachim, & Anna ex Dauidis ſtirpe ſuperſtites coniuges diuinitùs eliguntur, qui Meſſiæ Matrem lectiſsimam, vel inuitis Herodianis, in lucem proferant.*

Damaſc. B. Virgo, Remedium aduerſus Dæmones, appellata. Caniſius.

B

Aduerte etiam, non ſine congruentibus rationibus menſe Septembri Deiparæ Natalem contigiſſe. Primò enim ſicut eo menſe fuit orbis conditus, vt ex D.D. Hebræis refert Caniſius loc. cit. atq. adeò tùnc humanum genus per peccatum Protoparentum in communem ruinam incidit, ita paritèr debuit menſe Septembri illa naſci, quę & *Parentum Reparatrix* à D. Bernardo homil. 2. de laudibus Mariæ ſuper *Miſſus eſt*; & *Renouatrix humanæ naturę* à Bernardo Buſtenſi in fine ſui Marialis, dicitur. Secundò, ſicut menſe Septembri vites vuis maturis abundant: ſic Virgo debuit eodem menſe naſci, vt innoteſceret, quòd illa, inſtar vitis, vuas iam maturas eminentiſſimæ ſanctitatis ferebat. Hùc reſpiciunt quę habet Damaſc. orat. prima de Natiuit. Virg. *Vitea*, inquit, *vberrima ex Anna pullulauit, atque vuam ſanctiſſimam protulit, nectar mortalibus fundentem in vitam æternam*. Tertiò menſe Septembri plures, quam alio menſe apud Iudæos celebrabantur feſtiuitates, ſcil. Neomenia Tiſri; Tubarum clangores; Feſtum expiationis; Scenopegia, Cœtus, Collectæ, & Legis ſolẽnitas: maximè ergo decuit, vt feſtiuiſsimo menſe, & quo amplior erat in Deum cultus, naſceretur illa, quæ feſtiuitatem, & gaudium ſuo ortu mundo vniuerſo afferebat, & quę Religionis, cæterarumq. virtutum futura erat magiſtra.

C

D. Bernard.

Bernardus Buſtenſis.

Damaſcenus

D

Dico tertiò, illuceſcente aurora, Deiparam natam eſſe, ſicut reuelatum fuit cuidam Religioſo: de qua reuelatione mentionem faciunt Durandus lib. 7. c. 28. Spinellus tract. de feſtis num. 3. & Azorius p. 2. lib. 1. c. 19. q. 8. *Religioſiſſimo*, inquiunt, *viro hanc veritatem pijs ſupplicationibus, & votis exploranti, tandem reuelatum eſt, Deiparam, illuceſcente aurora, natam eſſe*. Nec deſunt congruentiæ, ob quas debuit Virgo, irradiante aurora, naſci. Audiendus eſt hic Petrus Damianus ſerm. de Aſſumptione: *Nata Virgine, ſurrexit Aurora, quia Maria veri præuia luminis natiuitate ſua mane clariſſimum ſerenauit*: & paulò poſt: *Hæc eſt Aurora, quam ſequitur, immò de qua naſcitur Sol iuſtitiæ, ſolius Solis claritati ſuccumbens*: & rurſùs infra: *Sicut aurora terminum noctis, diei principium adeſſe teſtatur; ſic & Virgo noctem expulit ſempiternam; & de die diem de terra ſuæ Virginitatis e ortum terris infudit*. Hic etiam explicari poteſt illud: *Dimitte me; iam enim aſcendit aurora*: quibus innuitur, quòd Filius Dei alloquitur ſanctorum P.P. cœtum, & ſe attractum vi quadam ſuaui virtutum, atq. excellentiarum naſcentis Virginis, inſtar auroræ pulcherrimæ, fatetur. Quod poſtquam elegantèr & fusè explicauit Hailgrinus ſuper illud Cant. ſexto, *Quæ eſt iſta, quæ progreditur quaſi aurora conſurgens?* ſubdit: *Ipſa ſancta Virgo in natiuitate proceſſit Aurora, vt fieret & Luna, de qua in Eccleſ. 43. Luna in omnibus in tempore ſuo, oſtenſio temporis, & ſignum æui. Nam Beata Virgo in omnibus nationibus tempore ſuæ apparitionis oſtenſio eſt illius temporis, de quo ad Galat. Quum igitur venit plenitudo temporis, miſit Deus Filium ſuum, factum ex muliere, & ipſa eſt ſignum æui inſigniens omnem ætatem, præteritam, & futuram*; & benè de ipſa ſubditur; *a Luna ſignum diei feſti, nam ab ipſa omnis noſtra feſtiuitas*.

Tertia Cõcl. B. Virgo nata illuceſcente aurora. Durandus, Spinellus, Azorius.

Petrus Damianus.

Geneſ. 32.

Hailgrinus.

QVAESTIO II.

Quo loco Nata ſit Beata Virgo.

BARONIVS in Apparatu num. 48. cum alijs Scriptoribus affirmat, Deiparam natam eſſe Nazareth.

Baronius.

Alij tradunt, natam eſſe Hieroſolymis, vbi domum Parentes Virginis habebant. Ita Damaſc. 4. de fide. c. 15. *In lucem*, inquit, *editur Virgo in domo probatica Ioachim, atq. ad templum adducitur*: & oratione prima de Natiuitate: *Fauſta tibi ſint omnia, ò probatica, Reginæ domicilium; fauſta tibi ſint omnia, ò probatica ſeminum Ioachim*;

Damaſc.

vetus

vetus ſanum, nũc autem ouilis ratione præditi Eccleſia cælum imitans, atq olim ſemèl quotannis Angelum Dei excipiens aquam turbantem, & vnum valetudini reſtituentem.

Concluſio. B. V. nata Hieroſolymis, Prope Probaticam piſcinam.

Dico, probabiliorem eſſe hanc ſecundam opinionem, tum quia teſtimonium Damaſceni multùm valet, maximè quia Hieroſolymam, & Paleſtinam perluſtrauit, vt notat Io. Patriarcha in eius vita; tum quia huic parti adſtipulantur multi, qui peregrinationem in terram ſanctam obierunt. Guillelmus Blandenſel hoc modo ſcribit agens de ipſa terra ſancta: *Eccleſia B. Annæ auiæ Chriſti ſatis pulchra eſt, contigua Probaticæ piſcinę, vbi B. Virgo nata fuiſſe dicitur.* Et Cotouicus lib. 1. itinerarij hæc refert: *Ad læuam reliquimus ſanum vetuſti operis, ſanctæ Annæ, Virginis matri, quondam dicatum, Natiuitate Virginis percelebre. Aedes namq. Ioachimi, & Annæ eo loci quondam extitiſſe, ibiq. natam eſſe Virginem, a veteribus acceptum eſt.*

Guillelmus Blandenſel.

Cotouicus.

Addi poteſt, valdè conueniens fuiſſe, quòd B. Virgo, quæ futura erat infirmorum ſalus, propè Probaticam piſcinam, vbi languores ſanabantur, naſceretur, vt ſic faciliorem nobis aditum, media ipſa Virgine, ad ſalutem tum corporis, tum animi aſſequendam apertum eſſe, innoteſceret.

QVAESTIO III.

An B. Virgo nata ſit abſq. dolore D. Annæ Matris ſuæ.

Stephanus Mendez.

AFFIRMAT Stephanus Mendez ex præcipuis Religionis Sancti Dominici Theologis in ſuo Mariali, cuius titulus eſt: *Dignidad altiſſima de la Virgen ſacratiſſima*, lib. 4. cap. 3. §. 1. vbi ad hoc confirmandum dicit, quòd Natiuiitas Virginis aſſimilatur ex ſacris oraculis ortui ſtellæ: *Orietur ſtella ex Iacob &c.* ſtellæ autem ortus tenebras fugat, & gaudium affert.

In Paradiſo terreſt. nullus fuiſſet partus dolor.

Notandum, quòd in Paradiſo terreſtri dolor partus nullus erat futurus. Colligitur ex ſacro textu: *In dolore paries*, dixit Dominus Euæ poſt peccatum; ergo priùs non erat paritura cum dolore. Et docet Auguſtinus lib. 14. de Ciuitate cap. 26. quòd ad pariendum maturitatis impulſus fæminea viſcera relaxaſſet. Quod rectè explicat Suar. de opere ſex dierum

Auguſtinus.

Suarius.

A lib. 5. cap 1. num. 14. dicens, quòd *ſola relaxatio maternorum viſcerum, aut viarum corporis dilatatio non cauſat dolorem, niſi media aliqua alteratione, quæ in partibus illis per nimiam compreſſionem quorundam, & aliorum ſeperationem, vel extenſionem fit. Hanc autem alterationem poſſet Deus facilè impedire, & conſequenter etiam dolores præcauere: immò etiam poſſet ſuaui modo partes fæminei corporis ita diſponere, vt facilè relaxarentur ſine doloris ſenſu.* Hæc Suar. cit.

Concluſio. Pia eſt opinio aſſerens, Virg. natam abſq. Matris dolore.

Dico, piam videri opinionem Mendez ſupra cit. quòd Beata Virgo nata fuerit abſq. dolore Matris ſuæ. Fauet S. Ildephonſus ſerm. de Natiuitate Virginis,
B quatenùs ait: *Maria non ſic eſt nata, ſicut ſolent pueri, & puellæ naſci.* Suadetur primò ex eo, quòd vniuerſalitèr canit Eccleſia: *Natiuitas tua, Dei genitrix, gaudium annunciauit vniuerſo mundo.* Et in Reuelationibus S. Brigittę lib. 6. cap. 56. ipſa Virgo ſic Brigittam alloquitur: *Verè, filia, dico tibi, quòd Natiuitas mea initium fuit verorum gaudiorum*: ergo nullum dolorem attuliſſe D. Annę parenti, piè credi poteſt. Vndè ſicut S. Ildephonſus lib. de Virginitate B. Virginis loquens de eadem Virgine Chriſtum parturiente: *Non poteſt*, inquit, *fieri, vt qui, iuxta vocem Angeli, gaudium vniuerſorum affert; tormenta in ortu ſuo Matri attulerit: inter*
C *Angelorum excubias, & laudes non credo quòd Matri gemitus, & dolores triſtitiaſq. Eua contraxerit*: ſimili modo licet nobis in re noſtra diſcurrere. Neq. n. conueniens videbatur, vt illa, quę gaudium vniuerſo mundo naſcens afferebat, tormenta in ortu ſuo ſoli Matri afferret. Suadetur ſecundò: poterat Beata Virgo hoc impetrare à Deo, & conueniens erat; cum ſic poſtulare videretur debitum pietatis, & amoris talis filiæ, vſu rationis, & charitate maxima ex tùnc decoratæ, erga matrem; ergo de facto impetraſſe, licet affirmare. Suadetur tertiò, quia, ſicut Virgo exempta fuit à lege peccati; ita etiam ab illa lege debet eximi, quòd eſſet filia do-
D loris. Suadetur quartò: ſi enim Eua abſq. dolore Adami fuit ex eius coſta extracta; cur non dicimus, Beatam Virginem, Eua longè præſtantiorem, abſq. dolore Annę fuiſſe in lucem editam? Suadetur quintò: ſi in ſtatu innocentię, vt ſupra notauimus, partus futurus fuiſſet doloris expers, talis verò liberatio non erat debita naturę humanæ abſolutè ſpectatę, ſed tantùm conueniens illi innocentię ſtatui; ita multò magis conueniens erat, vt ille partus dolore careret, quo edita eſt in mundum Virgo Maria, quę non ſolùm

S. Ildephonſ. Maria non ſuit obſtricta communi naſcendi modo. Idem Ildeph. dicit eſſe Natiuitatis. Reuelatio S. Brigittæ.

erat

erat gratia originali, ſed innumeris alijs priuilegijs ſupra omnem creaturam inſignita. Suadetur ſexto: Conceptio Virginis maximum miraculosè attulit gaudiũ ſanctæ Annæ; ita habetur ex Reuelationibus S. Brigittæ lib. 1. c. 9. his verbis: *Cùm anima ſanctificaretur, & corpori coniungeretur, tanta Matri meæ venit lætitia, vt impoſſibile eſſet dictu*: ergo veriſimile etiam erit, B. Mariæ ortum nullius doloris, ſed potiùs magni gaudij cauſam fuiſſe S. Annæ. Suadetur ſeptimò: dolor in partu videtur eſſe vindex pręcedentis in copula voluptatis: vndè probant Patres, idcircò Virginẽ pępeperiſſe ſine dolore, quia Chriſtum ſine vlla carnali voluptate conceperat, vt videbimus infra cap. de Virgine Chriſtum parturiente quęſt. 1. Sed in concubitu, quo Virgo à SS. Ioachim, & Anna fuit progenita, nulla carnalis concupiſcentiæ voluptas interceſſit; ſic habetur ex ijſdem Reuelationibus S. Brigittæ lib. 1. c. 9. vbi Deipara ſic affatur ipſam Brigittam: *Et, cum ſibi nunciatum eſſet ab Angelo, quòd Virginem parerent, vndè ſalus mundi procederet: magis voluiſſent mori, quam carnali amore conuenire; & voluptas in eis mortua erat. tamen pro certo dico tibi, quòd ex charitate diuina, & verbo Angeli annunciantis conuenerunt carne* (id eſt Anna, & Ioachim) *non ex concupiſcentia aliqua voluptatis, ſed contra voluntatem ſuam, ex diuina dilectione*; (de quo argumento diximus ſup. cap. de Concept. q. 2.) ergo pium ſaltèm eſt credere, nullum in partu, quo Anna edidit Virginem, interceſſiſſe dolorem. Suadetur vltimò: Iochobel ſine ſtrepitu, & exiguo cum dolore peperit Moyſen, ita vt de tali partu nihil perſenſerint hi, qui ex præcepto Pharaonis inuigilabãt, vt vix dùm nati Hebręorum maſculi interimerentur: ſic teſtatur Ioſeph Hebręus lib. 2. Antiquit. cap. 9. Et Thomas de Kempis in vita S. Lyduuinæ par. 1. c. 1. ſimile quid affirmat de ortu ipſius S. Lyduuinæ. Si ergo aliquibus fęminis conceſſum fuit patere exiguo admodum cum dolore, cur non veriſimiliùs poterit affirmari, conceſſum fuiſſe Annæ, vt Virg. Deiparam ſupra omnes puriſſimã, ſanctiſſimã, & innocentiſſimam, atque humanæ lętitiæ cauſam, ſine dolore pareret?

Reuelatio S. Brigittæ.

Ioſeph. Thomas de Kempis.

Confirmatur ex eo, quod refertur in vita B. Staniſlai Koſtkæ Societatis Ieſu (verè angelicis moribus adoleſcentis) hic Romæ impreſſa, Italico idiomate, de Anna Duciſſa Oſtrouiæ, &c. quòd, cùm partui eſſet proxima, memor dolorum, quos in pręteritis partubus perpeſſa erat maximos; particulã arcæ, in qua B. Staniſlai corpus tumulatũ fuerat, aſſumpſit, rebusq; Deo, ac Beato cõmiſſis, felicitèr adeò, ac ſine dolore peperit, vt affirmaret, ſe illicò potuiſſe ambulare, atque ea, quæ mulier integræ valetudinis, munera obire. Si ergo preces B. Staniſlai obtinere potuerunt à Deo, vt expers doloris pareret prędicta Duciſſa Anna, quę tamen filium originaria labe maculatum peperit: cur non erit veriſimile, quòd huiuſmodi priuilegium pariendi abſque dolore à B. Virgine Deo ab inſtanti Cõceptionis gratiſſima, puriſſima, ac ſanctiſſima D. Annæ Matri ſuę fuerit impetratum? Nec deſunt alij caſus huiuſmodi; ſed, vno tantùm in maiorem rei corroborationem ſubnexo, concludamus. P. F. Ioannes à Ieſu Maria Carmelita ex Diſcalceatis in libro Romę impreſſo, quem edidit de rebus pręclarè geſtis S. Virginis Tereſiæ eiuſdẽ Ordinis Diſcalceatorum Fũdatricis, ſic ſcribit, loquens de miraculis eiuſdẽ S. Virginis iam defunctæ: *In anxio autẽ partus diſcrimine ad mulieres duas perilluſtres manus* (ſcilicet S. Tereſ.) *allata, partum felicem impertita eſt: alteri verò* (*vt ipſa certò aſſerebat*) *etiam vt ſine dolore pareret*. Sed

P. Franciſcus Sacchinus in vita B. Staniſlai Koſtkæ.

A

B

P. Ioannes à Ieſu Maria, Carmelita in vita S. Tereſiæ.

Obijcies primò illã ſentẽtiam latam à Deo: *In dolore paries*; Gen. 3. quæ omnes mulieres parturiẽtes afficit: & inferes, ab hac lege nõ videri excipiendã Annam; cũ non liceat à communi lege aliquem ſubditum excipere, niſi liquidò conſtet de priuilegio illum eximente.

Prima obiectio. Geneſ.

C

Reſpondeo: ſi conſtaret de hoc priuilegio eximente Annã à dicta lege, res eſſet omninò certa; neque eſſet, cùr hoc probabile tantũ, & pium aſſereretur. Aſſeritur autem tantùm, pium, & probabile videri, huiuſmodi partũ extorrem fuiſſe dolore, ob ſupra dictas coniecturales rationes; inter quas plurimi faciẽda eſt auctoritas S. Ildephonſi, qui, dũ ait: *Maria non ſic eſt nata, ſicut ſolent pueri, & puellæ naſci*: inſinuat, ortũ Mariæ non fuiſſe cõſuetis, & vulgaribus parturientiũ modis alligatũ; & conſequentèr dicta auctoritate ſuffulti ſatis probabilitèr dicere poſſumus, nullum in eo partu interceſſiſſe dolorem.

Reſponſio.

S. Ildephonſ.

D

Addi verò poteſt primò: in ea Geneſis ſentẽtia ſupra obiecta videtur Deus locutus eſſe de mulieribus parturiẽtibus prolem conceptã, ob inobedientiã Protoparentũ, in peccato originali; ſed huiuſmodi partus ex priuilegio nõ erat conceptus in peccato originali: ergo dici poteſt, quòd fuerit ab illa ſententia exceptus. Secũdò dicit Damaſcenus orat. 1. de Natiu. Virg. *Ex matre autem ſterili ſatis conuenientèr orta fuit Virgo, vt ad Incarnationis ſummũ miraculum per aliud ſterilitatis miraculum fieret gradus*: ſi ergo voluit diuina ſapien-

Damaſcen.

L tia,

tia, vtpotè quæ gradatim ſmeper procedit; ad maximum Incarnationis miraculum per precedentia miracula viam ſibi quodammodo ſternere, incipiens à ſterilitate Annæ fœcundata; proſequens per Angeli prænunciationem, per ſubtractionem voluptatis in concubitu, per immaculatam prolis conceptionem, per vſum rationis in ipſis viſceribus conceptæ infantulæ acceleratum: cur non etiam probabilitèr ſaltèm aſſeremus, & condonatum fuiſſe partus dolorem, ne longe inceptus miraculorum curſus in hoc tantum deficeret, & intermitteretur? Adde plura alia prodigia, quæ huiuſmodi partum illuſtrarunt. Hæc enim refert Pelbartus de Themeſuuar lib 5.p.2.2.2. verſus finē; *Mariæ Natiuitas fuit portentis, & ſignis clarificata; quoniam ſecundum Theophilum hiſtoriographum, ipſo die, quo nata eſt Maria, plus ſolito ſol refulſit in duplo, & illa nocte Luna clarior coruſcauit, adeò, quòd penè ſolari ſplendore radiarit, & illa nubecula, quæ Lunam offuſcat, per tempus a die Natiuitatis Mariæ non comparuit, ſed circa globum lunarem mediū, quaſi vna ſtella, magna claritate apparuit. Hæc Theophylus*, inquit Pelbartus. Accedit, quòd ipſa Virgo ab Andrea Cretenſi in ſecundo encomio de dormitione, pleno ore, *Miraculorum effectrix*: à S. Ephrem oratione de laudibus B. Mariæ, *Paradiſus voluptatis*; à Damaſc. oratione de dormitatione B. Virginis, *Pelagus gaudij inexhauſtum*, appellatur; & Germanus Patriarcha de zona Virginis, *Omnia*, inquit, *in Virgine ſunt admirabilia, & naturæ vires excedentia*; & D. Bonauentura in ſpeculo; *Quantò*, ait, *humanæ conſuetudini inaudita, tantò Mariæ dignitati cōgrua*. Plures Patrū ſententias pro hoc argumento vide infra cap. de Virg. inuiſente S. Eliſabeth. q. 18.

Pelbartus de Themeſuuar.

B

Andreas Cretenſ.
S. Ephrem, Damaſcenus German. Patriarcha, D. Bonauent.
Maria miraculorum effectrix Paradiſus voluptatis, Pelagus gaudij inexhauſtum dicitur.
Omnia in Virgine admirabilia, & naturę vires excedentia.

C

Objicies ſecundò, ex D. Thoma 3.p.q. 35.art.6. ad primum: dolor partus conſequitur in muliere commixtionem virilem: ſed partum, quo Anna Virginem eſt enixa, præceſſit virilis commixtio; ergo & dolor conſequutus eſt.

Secunda Obiectio ex D. Th.

Reſpondeo, quòd dolor partus conſequitur in muliere commixtionem virilem, quæ cum voluptate fieri ſolet; vt notant Patres, & precipuè Auguſt. & Damaſc. infra citandi cap. de Virgine Chriſtum parturiēte q 1. ſed commixtio, qua progenita fuit B. Virgo, caruit voluptate, ex Reuel. S. Brigittæ; ergo non erat, cùr ex hoc capite vllus dolor talem partum conſequeretur. Adde, quòd D. Th. loquitur ſecundùm legem ordinariam, non autem de partu, qui ex priuilegio Dei ſine matris dolore fieri poteſt, vt in caſu noſtro.

Reſponſio.

D

Auguſtinus, & Damaſcenus.

Objicies tertiò: dolor parturientium

TertiaObiectio.

A

cauſatur ex apertione meatuum, per quos proles egreditur, vt notat D. Thomas 3. p. quæſt. 35. art. 6. in corpore; ſed in Annæ partu huiuſmodi apertio fuit; nam, vt habetur ex Reuelationibus S. Brigittę lib. 6. cap. 56. per communem portam nata eſt Deipara; ergo Anna peperit cum dolore.

Reſpondeo quòd ſola meatuum, ſeù maternorum viſcerum relaxatio, aut viarum corporis dilatatio non cauſat dolorem, ſi abſit alteratio, vt ex Suario ſupra notauimus; cum autem Anna edidit Mariam, nullam paſſam fuiſſe alterationem, Deo ita diſponente in honorem tanti partus, ſatis probabile videtur: ergo nō apparet, cùr ex hoc ſubſequi debuerit vllus dolor.

Reſponſio.

QVAESTIO IV.

Quibus potiſſimùm de cauſis Natiuitas Virginis gaudium mundo attulerit.

DICO primò, gaudium mundo attuliſſe Virginis Natiuitatem; quia cum creaturæ, vt homini inſeruirent, à Deo eſſent conditæ; homo verò à Deo rebellauerit; videbantur veluti inuitò talem ſeruitutem ſubire, & mæſtitia quadam opprimi: per Mariæ verò Natiuitatem à tali ſubiectione liberandæ erant creaturæ; tum quia illi ipſi meritò ſeruire geſtiebant, vt potè iuſtitia originali ornato, ſicut erat Adam eo tempore, quo fuit conditus, ad cuius ſeruitium res huius vniuerſi conditæ erant; tum quia illa erat Maria, quæ erat paritura Chriſtum, per quem reconciliandi erant Deo cæteri homines. Fauet nobis Damaſcenus ſermone primo de Aſſumptione: *Hæc enim profuit creaturæ, quam, velutì coemptam a ſeruitute, in libertatem aſſeruit*. Clarius D. Anſelmus lib. de excellentia Virginis cap. 10. cuius verba profectò notatu digna placet hic referre: *Ingerebatur*, inquit, *operibus Dei contumelioſa quædam oppreſsio, & fiebat de ijs grauis, & iniurioſa abuſio: ius ſiquidem nullum in his, quæ Dei ſunt, iuſtè debet habere, qui voluntati eius non veretur prauis actibus contraire. In eo itaq, quòd lumine cæli, & ſyderum motu in ſuis operibus potiebatur homo reus; idem cælum, & ſydera magni honoris detrimenta patiebantur, nempe illi ſeruiendo, propter quem nequaquam inſtituta eſſe ſciebant; ad obſequium quippe iuſti hominis, non iniuſti, condita fuerunt. Omnes igitur rerum formæ informi quadam offuſcatione tegebantur, eo, quòd ipſis qui Deum inceſſantèr offenderant,*

Prima cauſa lætitiæ.
Per Mariæ Natalia ab iniuſta ſeruitute vindicandæ erant creaturæ.

C

Damaſcenus

D. Anſelmus

D

mini-

Digitized by Google

miniſtrare, ac ſubdi ſine intermiſsione cogebantur. Durauit autem hęc in eorum ſubſtantijs iniuria, quouſq. venit in carnem illa, de qua loquimur, Virgo Maria: at, vbi venit ipſa, in ſeq: Filium Dei concorporauit, priſtinam dignitatem in Deo, qui naſcebatur, recuperauit humana natura, & libertatem patrię ſuę creationis confeſtim recipere meruit. Nam ipſa, cui, lege ſua conditionis, ius libertatis maximum erat, obſequendi, videlicet, illi, quem ad Dei imaginem conditum nouerat, eum ipſum ad ſimilitudinem ſui Creatoris per Mariam redire conſpexit, deinceps obediendo dominatui eius, iugum ſeruitutis excuſsit.

Secunda cauſa. Per Mariæ Natiuitatem reb⁹ omnibus in mundo exiſtentib⁹ nobilitas, ac perfectio quædam adiuncta eſt.

Dico ſecundò, Natiuitatem Deiparæ mundo fuiſſe gaudio; quia noua quædam B nobilitas, & perfectio rebus omnibus in mundo exiſtentibus per Virginem adiungenda erat. Explico, & probo. Omnes res createę aliquo modo in homine continentur, ſcilicet gradus ſubſtātiæ, gradus corporis, gradus viuentis, gradus ſentientis, gradus rationalis: vndè homo Microcoſmos, ideſt paruus mundus, appellatur, & vinculum connectens ſubſtantias corporeas, ac ſpirituales: naſcente autem Virgine, proxima ſignificabātur Natalia Chriſti veri hominis, ac Dei, in quo prædicti omnes gradus ad magnam dignitatem eleuabantur, ſcilicet ad vnionem hypoſtaticā: ergo meritò Natiuitas Virginis gaudium dicitur annunciaſſe vniuerſo mūdo. C

Damaſcenus

Audiendus eſt Damaſcen. orat. prima de Natiuitate: *Per illam*, inquit (videlicet Mariam) *naturam omnem creatam interiectę humanitatis beneficio commutauit, & innouauit: nam, cum homo media quadam, inter mentem, & materiam, ſede conſtitutus rerum omnium conditarum, tam quæ in aſpectum cadunt, quam quæ oculorum aciem fugiunt, nodus, ac vinculum ſit; profectò artifex Dei Verbum naturę humanę copulatum per hanc cum vniuerſis rebus conditis vnitum eſt.* Similitèr dici poteſt, quòd, cum omnes res creatæ in Virgine contineantur; nouam quamdam perfectionem in ea, D tamquam perfectiſſima in omnibus, conſequutæ ſunt.

Salazar. Arnoldus Carnot.

Fauet nobis Salaz. in Prouerbia, explicans verſic. 30. octaui cap. n. 381. qui afferens verba Arnoldi Carnotenſis: *Maria*, ait, *creaturis conſtat omnibus; quidquid enim Creator ſingulis diſtributor iuſtus contulit, Matri adornandę congeſsit:* poſteà ſubdit: *Profectò, ſi omnibus creaturis conſtat Maria, omnes in illa ſunt, omneſq. ſibi hoc gratulari poſſunt, quòd in illa meliores ſint, quam in ſe ipſis; nam, cum in ſe ipſis caducę, debiles, inſtabileſq. ſint, atq. alia huiuſmodi vitia, vel natura, vel mo-* A *rum habeant; in Maria omnis vitij expertes ſunt.* Hùc reſpicere videtur D. Bernardus ſerm. 2. Pent. dum, *Meritò*, inquit, *reſpiciunt oculi totius creaturæ, quia in te, & per te, & de te benigna manus Omnipotentis quidquid creauit, recreauit.* Et Bonauentura in ſpeculo cap. 7. *Præter aſſumptam à Verbo naturam, nullum eſt opus, nulla creatura, in qua tanta diuina materia gloria reluceat*, quam, ſcilicet, in Maria. Vide etiam cap. 16. vbi dicit, quòd, *Poſt Deum maior gloria noſtra, maius gaudium noſtrum de Maria eſt.*

D. Bernard.

D. Bonauentura.

Tertia cauſa.

Dico tertiò, Natalitia Virginis gaudio mundum, ac homines peculiaritèr affeciſſe, quia illa naſcebatur, quæ, per tot B Prophetas promiſſa, tantam in hominum cordibus ſui concitarat expectationem; vt potè illius Solis aurora, qui peccatorum tenebras, in quibus miſerrimè conſepulti ijdem homines vitam, ne minimo quidèm felicitatis illuceſcente radiolo, ducebant luctuoſam, erat expulſurus.

Ioannes Hieroſolymit.

Egregiè explicat rem hanc Ioannes Hieroſolimytanus Carmelita lib. de inſtitutione Monac. cap. 32. ponderans illud 3. Regum 18. quandò Elias miſit puerum, vt intueretur, an in aere aliquid videret; qui nihil videns, dixit; *Non eſt quidquam: Cum aſcendiſſet puer*, inquit citatus Auctor, *& ſpeculatus eſſet, ait, non eſt quidquam; quia nubecula illa, ſcilicet Maria,* C *non fuit a puero viſa naſci in illa ætate prima mundi; ideò puer dixit, non eſt quidquam. Et ſanè, vbi non eſt Maria, quid boni eſſe poterit miſeris hominibus?* Et Idiota in contemplatione ſui prologi: *Inuenta* (inquit) *Maria, inuenitur omne bonum.* D. Bernardus etiam in Natiuitate Mariæ de aquæ ductu: *Tolle corpus ſolare, quod illuminat mundum; vbi dies? Tolle Mariam, hanc maris ſtellam, maris vtique materni, & ſpatioſi; quid niſi caligo, & vmbra mortis, ac denſiſſimæ tenebræ relinquuntur?* Suffragatur & prędictæ concl. Ruper. Abbas lib. 6. in Cant. his alloquēs Deiparā: *Quando nata es Virgo Beata, tunc nobis* D *vera aurora ſurrexit, aurora prænūcia diei ſēpiterni, quia, ſicut aurora quotidiana finis eſt præteritę noctis, & initiū diei ſequentis; ſic natiuitas tua, natiuitas ex ſemine Abrahæ, clara ex ſtirpe Dauid, ad quos cum iuramēto facta eſt repromiſsio benedictionis, finis dolorum, & conſolationis fuit initium, finis triſtitiæ, & lętitię nobis extitit principium.*

Idiota.

D. Bernard.

Sine Maria nihil boni eſt hominibus.

Quarta cauſa.

Maria virtutum normā attulit mundo.

Dico quartò, ex Natali Virginis gaudium mundo proueniſſe; quia nata eſt illa, quæ virtutis normam attulit cōtra vitia, quibus mundus repletus erat. Regnabant enim turpitudo, ambitio, auaritia, & cætera emerſa ab Erebo iniquitatis oſtenta,

Digitized by Google

A dum ecce Virgo Deo dicata per Virginitatis votũ naſcitur, humilima, & pauperrima, alijſq. virtutibus omnibus exornata; de quibus ſuo loco fuſè differemus. Hùc reſpicere videtur Andreas Hieroſolymit. in ſermone de Annuntiatione: *Senio*, inquit, *quaſi confectus mundus per Mariam peccatorum ſenectam exuit*. Audiendus & Petrus Damianus ſerm. de Aſſumptione: *Conſidera & quæ in terris in Virgine refabricata; Deum, qui cælum palmo metitur, Virginei ventris breuitate concluſum; redemptionem hominum, Angelorum reſtaurationem; denique quidquid eſt, fuit, & erit per Virginis vterum renouatum*. Andreas B Cretenſis oratione de dormitione Deiparæ: *Sola*, ait, *præter naturam fuit electa ad naturam renouandam, ſola deſeruit Opifici vniuerſa natura*.

Andreas Hieroſolymit. — *Petrus Damianus.* — *Andreas Cretenſis.*

Dico quintò, diem Natalem Virginis gaudium Mundo innexiſſe; quia nata eſt diſpenſatrix gratiarum omnium; de qua re tomo ſecundo plura.

Quinta cauſa. Maria diſpenſatrix gratiarum.

Dico ſextò, ideò etiam dici poſsè, quòd Natiuitas Virginis gaudio fuerit mundo; quia ex ea Angeli, Patriarchæ, & Sancti omnes peculiari lætitia affecti ſunt. S. Antoninus quarta parte tit. 15. c. 14. §. 3. *Angeli*, inquit, *recipiunt illuminationem, perfectionem, & beatificationem a Ieſu, per quem omnia reſtaurantur in cælo, & in* C *terra; ergo Beata Virgo, cum ſit Mater Ieſu, cauſa eſt, aliquomodo, gloriæ Angelorum*. Et ſuppoſita ſententia affirmante, Chriſtum Angelis promeruiſſe gloriam; quam ego veriſſimam puto (& tom. 2. capite de adoratione Deiparæ aliqua in eius probationem afferam) meritò in Natiuitate iſtius Virginis gaudere debuerunt Angeli; quia nata eſt illa, quæ erat paritura Chriſtum Angelorum caput.

Sexta cauſa. Angeli, Patriarchæ, & Sancti omnes Natalibus Virginis gauiſi ſunt. D. Antoninus.

Dico vltimò, Natiuitatem Virginis ipſi Deo iucundiſsimam fuiſſe. *Lætatur Deus* (inquit Oſorius concione de Natiuitate) *veluti ſolet artifex gaudere, cum perficit opus optimum, quod ſibi maximè placet. Condito hoc vniuerſo, requieuit Deus die ſeptima, id eſt, gauiſus eſt, vt hebræa vox ſonat, & placuit Deo opus, quod fecerat: ſi autem lætatus eſt, cum feciſſet terreno Adamo domum conuenientem; quid mirum, ſi delectetur, cõſtructa homine ſecundo Adæ cæleſtis?*

Septima cauſa. Natiuitas Virginis ipſi Deo iucundiſſima. Oſorius.

QVAESTIO V.

Vtrum Beata Virgo corporalem complexionem habuerit perfectiſſimam, & ad pondus temperatam.

SVPPONENDVM eſt primò, quòd mixtum ad pondus eſt illud, quod habet qualitates tales, ita B attemperatas ad mediocritatem, vt in gradu ſint æquales, nempè ſingulæ, vt quatuor: mixtum verò ad iuſtitiam dicitur, quod habet talem qualitatum diſpoſitionem, quam requirit forma mixti: & tale mixtum dari, certum eſt; nam vniuſcuiuſq; forma ad introductionem, & conſeruationem in materia exigit diſpoſitiones, & accidentia quædam determinata. Porrò certum eſt, mixtum ad pondus dari non poſſe in omnibus partibus animalis; quia cordis complexio, verbi gratia, poſtulat exceſſum caloris; cerebri verò complexio exceſſum frigoris; oſſium complexio exceſſum ſiccitatis; car- C nis temperies exceſſum humiditatis: ergo non poteſt dari naturalitèr mixtum ad pondus exigens omnes qualitates in gradu æquali in omnibus partibus.

Suppoſitiones.

Supponendum ſecundò, iuxta communiorem, & veriſſimam ſententiam, dari poſſe mixtum homogeneum, æquale ad pondus; quia poſſunt naturalitèr primæ qualitates in eodem gradu intenſionis, vt quatuor, dari in eodem ſubiecto: ergo non erit impoſsibile, quòd ab aliqua forma mixti in tali gradu poſtulentur: conſequentia videtur clara ex eo, quòd, poſſunt dari formæ mixti, quæ exigunt tales qualitates, inæqualitèr intenſas; verbi gratia, calorem, vt quinque; & frigus, vt D tria: ergo poterit dari alia forma mixti, quæ poſtulet calorem, vt quatuor; & frigus, vt quatuor. Confirmatur; nam ſi ratio mixti poſtulat qualitates attemperatas; ergo, ſi ſecũdùm æqualitatem attẽperentur, erunt perfectiſsimè attemperatæ; ergo illud erit perfectiſsimum in genere mixtorum; ergo erit poſsibile. Plura de hac re videri poſſunt apud Conimbricenſes ſecundo de generatione c. 8. q. 2. art. 3. Ruuium ibidem, tract. de temperamentis mixtorum q. 2.

Conimbricenſes. Ruuius.

Supponendum tertiò, ſenſorium tactus, quandò eſt perfectiſsimum, habere admixtio-

Galenus.

Ariſtot.

A mixtionem qualitatum ad pondus; hoc eſt, primas qualitates in gradu æquali. Affirmat id Galenus lib. 1. de complexione cap. vlt. Et ratio eſt, quia ſenſorium tactus percipit qualitates tangibiles, non ſecundùm illum gradum, quem habet; ſed ſecundùm illum, quem non habet, vt patet ex Ariſtot. 2. de anima, cap. de tactu, tex. 118. ergo perfectiſſimum ſenſorium tactus percipiet omnes excellentias qualitatum tangibilium: ergo perfectiſſimum ſenſorium tactus habebit mixtionem ad pondus. Prima conſequentia patet: vltima probatur: nam, ſi ſenſorium tactus perfectiſſimam non haberet mixtionem ad pondus qualitatum: ergo excederet in aliqua: ergo ſimilem quali- B tatem, ſecundùm talem gradum exceſſus, non perciperet, vt patet ex Ariſtot. loc. cit. vbi expreſsè dicit: *Calidum, aut frigidum; durum aut molle non ſentimus, ſed exſuperantias.*

Supponendum quartò, valdè probabile eſſe, dari poſſe mixtum ad pondus, per aggregationem partium humani corporis. Explico: cum in humano corpore ſint quædam partes calidæ, vt cor; aliquæ frigidæ, vt cerebrum; aliæ ſiccæ, vt oſſa; aliæ humidæ, vt caro, &c. ex omnibus ſimùl ſumptis, dico, poſſibile eſſe, vt reſultet quædam attemperata mixtio ad pondus. Hoc ex ſe patet: nullum enim ſufficiens caput impoſſibilitatis afferri C poteſt, vt patet ex dictis. Inter alios nobis fauet Ruuius lib. ſecundo de generatione cap 8 tract. de temperamentis mixtorum q. 2. num. 15.

Ruuius.

Prima Concluſio. B. Virgo habuit ſenſoriũ tactus perfectiſsimũ ſecundũ æqualitatem ad pondus. Cantic.

Dico primò, probabiliſſimum eſſe, quòd Beata Virgo habuerit ſenſorium tactus perfectiſſimum, ſecundùm æqualitatem ad pondus. Probatur ex illo Canticorum: *Vna eſt Columba mea, perfecta mea.* Sed, ſi fuit perfecta abſolute: ergo in temperie corporis fuit perfecta: ergo habuit ſenſorium tactus perfectiſſimum: ergo ſecundùm æqualitatem ad pondus.

Secunda Cocluſio. B. Virg. non habuit temperamẽtum ad pondus in ſingulis partibus.

Dico ſecundò, Beatam Virginem non habuiſſe temperamentum ad pondus in ſingulis partibus. Nam, vt ſupra ſuppo- D ſuimus, tale mixtum dari non poteſt; quia non cohæret cum diſpoſitione, quam exigit anima, vt informet corpus.

Tertia Cõcl. In B. Virgine probabile eſt fuiſſe aliquãdo temperamentum ad pondus.

Dico tertiò, probabile eſſe, quòd in Beata Virgine fuerit aliquandò temperamentum ad pondus, ſecundùm aggregationem omnium partium corporis, in eo ſenſu, in quo, quarto loco ſupra ſuppoſuimus, dari poſſe huiuſmodi mixtum ad pondus. Hæc concluſio probata remanet ex eodem diſcurſu, quo primam probauimus.

Prima obiectio.

Obijcies primò, vitam conſiſtere in calido, & humido, vt communitèr docent Philoſophi: ergo implicare temperamentum ad pondus, ſecundùm aggregationem omnium partium corporis.

Reſponſio.

Reſpondeo, vitam conſiſtere in calido, & humido, quatenùs vitæ functiones, potiſſimùm virtute caloris exercentur, qui calor humidum fouet: & præterea plura ſunt animalia, in quibus plus frigoris, quam caloris ineſt, vt Salamandra. Porrò dicitur vita conſiſtere in calido, & humido; quia in quibuſdam organis debet eſſe calor, & humidum; non autem in omnibus: cor enim debet primum caloris locum obtinere; ſecundum ſpiritus; tertium ſanguis; flaua bilis quartum; quintum caro; deindè iecur; tum lien; tum renes; tum cutis, quæ in calore temperata eſt. Adeps declinat in frigiditatem; poſteà ſequitur cerebrum, licet ex ſpiritibus ad illud aſcendentibus incaleſcat; poſt ſpina medularis, qua frigidiores ſunt nerui; os ſequuntur venæ; deindè arteriæ; tum membranæ; frigidiores his ſunt tendones; tendonibus vincula; deindè cartilagines, oſſa, pili; poſtremò malincolia, & phlegma. In ſiccitate primò pilus; ſubſequitur os, cartilago, vinculum, tendo, membrana, arteria, vena, flaua, & atra bilis; neruus, qui motui obſeruit, cutis, vt in calore, ita in ſiccitate temperata eſt. In humiditatem declinat neruus ſenſationi deſtinatus; neruo humidius eſt cor; ſubindè renes, iecur, lien, ſimplex caro, pulmo, ſpinæ, medulla, cerebrum, medulla oſſium, adeps, ſanguis; poſtremò pituita. De hac materia legi poteſt Fernelius lib. 3. Phiſiologiæ; Galenus primo de temperamentis, Valeriola lib. 1. loc. comm. cap. 10. Auerr. collect. cap. 2. Verum quidèm eſt, quòd hi Auctores non omninò inter ſe conueniunt.

Fernelius, Galenus, Valeriola, Auerroes.

Secunda obiectio.

Obijcies ſecundò: calor continuò deſtruit ſua vehementi actiuitate humidum radicale; calor enim agit in humidum, calefaciendo, euaporando, & exſiccando, ita, vt, niſi aliundè prouideatur, diſſoluturus ſit temperiem ad vitam neceſſariã. Neque valet dicere, quòd calor non agat in humidum; quia, ſi hoc eſſet, diſſolueret ſeipſum, & ſibi ipſi perniciem moliretur, nam non per ſe, & ex prima intentione in ſui perniciem agit, ſed ex accidente, quatenùs abſumit pabulum; quo conſumpto, & ipſe calor euaneſcit. Quomodò autem hoc fiat, vide Conimbric. lib. 1. de generatione cap. 5. quæſt. 10. art. 2. ergo in B. Virgine non erat temperamentum ad pondus.

Conimbric.

Con-

Confirmatur, quia agens agendo repatitur: ergo calor naturalis Mariæ imminuebatur agendo in cibum; & illum conuertendo in propriam ſubſtantiam: ergo non potuit eſſe temperamentum ad pondus. Antecedens communitèr admittitur à Philoſophis: conſequentia probatur; quia Virgo indigebat cibo, & potu: vndè ſimili ratione probat Suar. tom. de ſex dierum operibus lib. 3. cap. 14. num. 21. humanum temperamentum, de ſe, ac intrinſecè paſſibile naturalitèr fuiſſe, & alterabile, vſque ad partialem aliquam tranſmutationem, ſecundùm aliquas corporis particulas. A.

Suar.

B

Reſpondeo, prędictas obiectiones probate tantùm, corporalem Beatæ Virginis complexionem non ſemper perſeueraſſe in temperamento indiuiſibilitèr innariato; quod non eſt contra nos, qui affirmamus, probabile eſſe, quòd Beatæ Virginis temperamentum aliquandò fuerit ad pondus, ſecundùm aggregationem omnium partium: vel eo tempore, quò eius corpus fuit organizatum in ventre S. Annæ, quod puto probabiliùs; vel tempore Natiuitatis.

Reſponſio.

De cætero verò ſemper ſaluare debemus, ſaltèm ita perfectum fuiſſe temperamentum Virginis, vt nulla vehemens alteratio in eo fuerit, quæ ægritudinem, vel ſimilem diſpoſitionem efficeret. Quare Beata Virgo per cibos ſapientiſſimè, & temperatè ſumptos reſtaurabat diminutionem humidi per actionem caloris factam: &, vt opinor, etiam concurrente modo ſpeciali ope diuina. Diminutio verò continua, quæ fiebat, vel in ipſo calore naturali per reactionem alimenti; vel in ipſo humido, quod non ita perfectum ex alimento extrinſeco reparabatur, non erat, niſi exigua, ita, vt læſionem corporis notabilem non afferret. Nam temperamentum vnicuique homini conueniens, & connaturale non conſiſtit in indiuiſibili; ſed admittit latitudinem, intra quam fieri poteſt aliqua variatio, ſecundùm intenſionem primarum qualitatum ſine vlla ſenſibili corporis læſione, vt patet in diuerſis complexionibus. Et quòd Beata Virgo, toto vitæ decurſu, ab omni ægritudine propriè dicta, & contagione immunis fuerit, teſtatur Sophronius in epiſtola Synodi, quæ ſeruatur in ſexta Synodo act. vndecima.

C

B. Virgo cibo ſapientiſſimè & temperatè vtebatur.

D

Sophron.

QVAESTIO VI.

An Virgo corporali pulchritudine fuerit eximia.

DICO primò, fuiſſe maxima pulchritudine decoratam Virginem. Colligitur primò ex Scripturis, quæ pulchritudinem Deiparæ eminentem innuunt. Cant. 1. appellatur, *pulcherrima inter mulieres*. Cant. 5. *Pulcherrima mulierum*. Cant. 6. *Pulchra es* (dicitur) *amica mea, ſuauis, & decora*. Cant. 4. *Quam pulchra es amica mea, quam pulchra es!* vbi per verba admiratiua loquitur Spiritus Sanctus de pulchritudine Virginis. Secundò probatur ex eo, quòd, cum Virginis corpus ex admirabili humorum, & qualitatum temperamento fuerit compactum; ſequitur, quòd etiam pulchritudine maxima fuerit conſpicuum. Nam pulchritudo, quæ in decenti partium, & lineamentorum proportione; & quadam ſuauitate coloris conſiſtit, ex optimo proficiſcitur temperamento.

B.Virgo eximiæ fuit corporis pulcritudinis.

Cantic.

Probatur tertiò; quia ex Platone lib. 2. de leg. bona educatio, & diligens plurimum confert ad corporis pulchritudinem: cum autem par ſit credere, triennio illo, antequam Templum Virgo ingrederetur, Parentes eius ſanctiſſimos, & Puellæ amantiſſimos in educanda illa fuiſſe diligentiſſimos: eo verò tempore, quo in templo fuit per Angelos alita fuerit, vt videbimus cap. ſeq. neceſſariò, optimam fuiſſe ſemper Virginis educationem, fatendum erit; & conſequentèr etiam ex hoc capite eius pulchritudo maxima poteſt inferri.

Plato.

Quartò probatur; quia ex Diuo Ambroſio lib. 2. de Virgin. *Species corporis ſimulacrum eſt mentis, figuraque probitatis*: id eſt, bona corporis figura bonæ mentis argumentum eſt: quod & docet Socrates apud Platonem in Phędro. Quarè & Galenus lib. 2. de temperamentis cap. 6. Heroes decentiſſima ſpecie fingere conſueuit: ergo cóueniens fuit, vt ea, quæ Chriſti Mater electa erat, adeò eximia pulchritudine corporali pręcelleret, vt ex illa deſumi poſſet argumentum excelſæ animi pulchritudinis.

D.Ambroſ.

Socrates.

Galenus.

Probatur quintò: decens erat, vt perfectiſſima venuſtate decoraretur Maria propter Filium, quem ſpecioſum præ filijs hominum erat paritura: optima enim parentum temperies, & perfecta diſpoſitio,

Digitized by Google

tio, atque pulchritudo facit multùm ad prolem perfectè diſpoſitam, & eleganti forma progignendam; ait enim Ariſtoteles

Ariſtot.

2. Phyſ. quòd *Natura eſt vis inſita rebus, ſimilia ex ſimilibus procreans*: ergo, ſi natura non impediatur, filius naſcetur ſimilis generanti: ſed Chriſtus fuit ſpecioſiſſimus, & ex ſubſtantia Virginis genitus, Spiritu Sancto cooperante: ergo debuit eſſe ſimilis Matri: nullum enim impedimentum in tali generatione, & Natiuitate potuit interuenire.

Chriſtus Matri corporis ſpecie ſimillimus.

Facit ad rem noſtram illud Marci 6. *Nonne hic eſt filius Mariæ?* Hinc enim colligi licet, quòd talem Mariæ Matris ſimilitudinem præſeferebat Chriſtus, vt ex ea Mariæ filius dignoſceretur: & Cant. 1. *Ecce tu pulchra es, Amica mea, ecce tu pulchra es*: quibus verbis Chriſtus Virginis pulchritudinem commendat; ſtatim verò ipſa ſubdit: *Ecce tu pulcher es, Dilecte mi, & decorus*: quaſi dicat: ideò ego ſum pulchra, quia te dilectum filium meum pulchrum, atque decorum, paritura eram.

Marci. Cant.

Quòd verò Chriſtus fuerit eximia pulchritudine ornatus, habetur Pſalm. 41. *Specioſus forma præ filijs hominum*. Hunc enim locum de pulchritudine corporali paſſim Expoſitores intelligunt: &, inter alios, vide Genebrardum in ſupra citatum Pſal. qui ex Nicephoro, & alijs, formam Chriſti deſcribit: &, inter alia, affirmat, illum fuiſſe *per omnia ſuæ Genitrici ſimilem*. Confirmatur; nam, ſi dicatur, quòd Virgo Mater fuit in pulchritudine ſimillima Filio; perfectior ſ[illegible]atur generatio temporalis Chriſti: Nam, cum generatio ſit productio viuentis à principio vitæ coniuncto in ſimilitudinem naturæ; quò maior erit ſimilitudo, eò perfectior erit generatio.

Pſalm. Genebrar.

Dico ſecundò, elegantiam, & corpoream venuſtatem Deiparæ Virginis fuiſſe adeò admirandam, vt diuinitatis aliquid videretur ſpirare. Colligitur ex Patribus. Nam Damaſc. oratione de Natiuitate, *Totius naturæ venuſtatem*, illam appellat: Riccard. Victor. cap. 26. in Cant. dicit, eam fuiſſe, *Vultu Angelico, tam corpore, quam mente*. Vide Andream Hieroſol. in ſerm. de Aſſumptione; D. Antoninum titul. 15. cap. 10. §. 2. Nicephorum compen. hiſtoriæ lib. 2. cap. 23. Albertum Magnum ſuper, *Miſſus eſt*, cap. 45. Gerſonem Alphabeto 82. littera A, vbi, inter alia, hæc habet: *Pulchritudo, & ſpecialitas qualibet, reperta in creaturis omnibus ſparſim, tota colligitur in beata, & pulcherrima mulierum, vel formalitèr, vel eminentèr; hæc eſt enim regula D. Dionyſij hierarchias ordinantis*: Viegam in c. 12. Apocal. comment. 2. de Virgine ſect. 3. & 4. Benzonum in Magnif. lib. 3. cap. 34. à dub. 7. & in ſeq. dubijs, in quibus ſingulas partes corporis Deiparæ pulchritudine ornatas commendat; Salazar. in Prouer. explicantem cap. 31. num. 209. vbi dicit, *Pulchritudinem Virginis non ſolùm naturæ, ſed miraculo tribuendam eſſe*.

Secunda Concl. Corporea Deip. venuſtas diuinitatis neſcio qd ſpirare viſa eſt. Damaſcen. Deip. naturæ totius venuſtas appellata. Riccar. Vict. And Hieroſ. D. Antonin. Nicephorus, Alber. Mag. Gerſon. Quidquid venuſtatis diſperſum in cæteris mulieribus, collectū in B. V. Viega. Benzonus. Salazarus.

Probatur ratione: valet inferre ex pulchritudine Chriſti pulchritudinem eius Matris, vt vidimus in præcedenti concluſione: ſed ea erat pulchritudo Chriſti, vt neſcio quid diuinitatis in eius aſpectu emineret: ergo meritò affirmamus, Beatæ Virginis aſpectum ſpiraſſe neſcio quid diuinitatis. Minorem docent Patres, addentes, tali maieſtate abſtractum fuiſſe Matthæum à telonio. Inter hos eſt D. Hieronym. in cap. 9. Matt. cuius hæc ſunt verba: *Fulgor ipſe, & maieſtas diuinitatis occultæ, quæ etiam in humana facie Chriſti relucebat, ex primo aſpectu videntes ad ſe trahere poterat: ſi enim in magnete, & ſuccinis hæc eſſe vis dicitur, vt annulos, & ſtipulam, & feſtucas ſibi copulent; quanto magis Dominus omnium creaturarum ad ſe trahere poterat, quos volebat?* Et in epiſt. ad Princip. *Niſi*, inquit, *Chriſtus habuiſſet in vultu quoddam ſydereum, nunquam eum ſtatim ſecuti fuiſſent Apoſtoli*. Chryſoſt. quoque homil. 13. in Marcum: *In vultu*, inquit, *Saluatoris fuit aliquid diuinum, quod videntes homines ſequebantur*. Videndus eſt Theodoretus in oratione de charit. D. Anſelmus lib. 1. cur Deus homo cap. 2. Origen. lib. 1. contra Celſum, circa medium, & lib. 7. circa finem; Diuus Auguſtinus in Pſalm. 127. Diuus Bernardus ſerm. 61 in Cant. Sicut ergo in Chriſti facie diuinitatis, & maieſtatis aliquid apparebat; ita & Virginis eius Matris vultus nitorem quemdam præſeferebat diuinitatis. Verùm quidem eſt, quòd ob naturam diuinam, quæ erat in Chriſto, decebat, vt diuinitatis fulgor in eo rutilaret perfectiori, & nobiliori modo, quam in Virgine Matre, quæ erat pura creatura.

D. Hierony. Chryſoſt. Theodoret. D. Anſelm. Origenes. D. Auguſtin. D. Bernard.

QVAE-

QVAESTIO VII.

An Beatę Virginis corpus ſuaueolentiam emitteret.

Affirmatur.

D.Dionyſius Areop. relatus à Ferreolo.

DICO, hoc affirmari à grauiſſimis Auctoribus; & ſanè inſtar omnium videtur ſufficere teſtimonium Dionyſij Areopagitæ, qui in epiſtola, quam ad Paulum ſcripſit, relata à Ferreolo lib. 5. de Maria Auguſta cap. 6. inter alia admirabilia, quæ enarrat de Maria Deipara, quam oculis corporeis conſpexerat, hæc habet: *Tanta etiam me omnium odoramentorum ſuperabundauit fragrantia, vt nec corpus infelix, nec ſpiritus poſſet totius, ac tantæ felicitatis inſignia ſuſtinere.* Innuitur etiam hoc in ſacris paginis, Eccleſiaſtic. 24. *Sicut cinnamomum, & balſamum aromatizans, odorem dedi*: Qui locus inter alios ſenſus, etiam hunc admittere poteſt; nimirùm, quòd Beatæ Virginis corpus ſuauem ſpiraret odorē. Et Cant. 3. *Quæ eſt iſta, quæ aſcendit per deſertum, ſicut virgula fumi, ex aromatibus myrrhæ, & vniuerſi pulueris pigmentarij?*

Eccleſiaſtic.

Cant.

QVAESTIO VIII.

An odor, quem ſecundùm prædictos Auctores efflabat corpus Virginis, naturalis eſſet.

Ratio dubitandi.

Plutarch.

RATIO dubitandi eſt, quia ex varijs hiſtorijs habetur, quòd aliquorum corpora halitum emittebant ſuauem. Plutar. in vita Alexandri Magni, membra eius, atque os tam ſuauem odorem exhalaſſe ſcribit, vt & interiores tunicæ mirabili fragrantia complerentur: cuius rei cauſa fortaſsè fuit quædam corporis temperies innato calore feruentis. Similitèr Pierius Val. lib. 57. de Aegyptijs, ſic narrat: *Minimè mirum eſt, in tanta victus parſimonia, eorum corpora (quod plerique Auctores tradunt) vel nullis odoribus delibuta, ſponte auram ſuaueolentem emiſiſſe, vnde atque tranſeuntium vmbras mi-*

Pierius.

A *ram inſpiraſſe fragrantiam.* Si ergo quibuſdam humanis corporibus emittere odorem datum eſt, ob perfectam naturalem complexionem; multò magis hoc de Virginis corpore affirmandum videtur. Nihilominùs

Concluſio negatiua.

Dico, fragrantiam, quam Deipara, ſecundùm dictos Auctores, ſpirabat, ab eius corporis naturali temperamento nō emanaſſe. Probatur primò; quia, vt colligitur ex Ariſtot. de ſenſu, & ſenſili, c. 5. odor reſultat in mixtis corporibus, ex primarum qualitatum permixtione, dominante ſiccitate, calore humidum decoquente, & exſiccante. Et patet experientia, odorem naſci ex ſiccitate, & calore dominante: B nam Arabiæ, & Syriæ regiones, quia calidæ, multa odorata producunt, & ſemina, quæ olent, calida ſunt, vt benè notat idem Ariſtot. in problematib. quæſt. 12. & Galenus lib. 4. de ſimpl. medicamentis c. 22. Similitèr vniuerſa odorifera ſuauiùs redolent, cum calent, quam cum frigent. Sed Virginis Deiparæ naturale temperamentum erat perfectum, & vel non excedebat ſiccitas, & calor, vel non multùm; ergo nō erat odor eius naturalis. Probatur ſecūdò; quia adeò vehemēs odor, quem expertus fuerat Dionyſius, neſcio quid ſuaueolentiæ cæleſtis ſupra fragrantiam ex naturali temperamento ortam illi habere videbatur, vt colligitur C ex verbis ipſius.

Ariſtot.

Galenus.

Odorē, quo flagrabat B. Virgo, non omnes ſentiebant.

Puto, non omnes huiuſmodi odorem perſenſiſſe, ſed aliquos tantùm, qui ex tali fragrantia ad Deiparam amandam, atque venerandam excitabantur; &, dum aliquid diuinitatis cum illo odore percipiebant, ad amorem ſupernæ gloriæ alliciebantur.

Reſpōſio ad rationem dubitandi.

Reſpondeo ad rationem dubitandi: ſi Alexander ſuauem odorem emittebat è membris; hoc ideò fiebat, quia erat temperamento corporis perferuido, & igneo; idem de Aegyptijs, & alijs huiuſmodi dici poteſt.

Quæſtiuncula.

D Quæres, an in corpore B. Virginis eſſent alia admiranda.

Reſponſio. Ioan. Gerſ.

RESpondeo, Ioannem Gerſonem in tract. 4. notul. 1. ſuper Magnificat hæc habere: *Noſtra verò Beatæ conuerſatio iam erat in cælis, iam quoque dotes corporis glorificati inchoabat ex abundantia virtutum; necnon dominium ſpiritus ſuper animam, & corpus, vt eſſet indè corpus agile, ſecundum omnes vires cognitiuas, & motiuas ſubtile. Præterea clarum, nec ita paſſibile, vt noſtrum, quod a pri-*

mis

A *vis motibus prauenitur, ſed tamen iſta minùs, quam nunc in patria. Indita autem corporis Mariæ ſpiritum non prægrauantis hæc ſunt. Prauenicbat Spiritus ſuus corporales intus motus, qui nati ſunt obſequi rationi. Non grauabat eam puerperium; nulla labis tyrannicæ rebellionis ex fomite colaphizabat eam; denique nullas in ſe commotiones illecebroſæ carnis ſenſit, ſed in reſpicientibus ſe ſedauit: credi ſimiliter debet ab audientibus ſerenisſimam vocem eius. Hæ dotes corporales Virginis, quæ eius corpus beatum, ſecundùm quid, reddebant in hac vita mortali, egregiè deſcribuntur à Salomone in Cant. & præcipuè cap. 4. Quàm pulchra es amica mea*, &c.

B Et quidèm quòd aſpectus Virginis ad caſtitatis amorem excitaret, infrà ſuadebimus.

Carthagena.

Eſt etiam animaduerſione dignum, quod refert Ioannes Carthagena de Arcanis tom. 1. libro 2. homil. 5. ex Galatino lib. 7. de Arcanis; inter cæteras perfectiones, eo ſpiritu prophetiæ donatam fuiſſe Deiparam, vt, ſi fortè aliquid inconceſſum, ſeù illicitum, vel auditura, vel viſura eſſet, illicò illius aures, & oculi clauderentur, ita, vt eius membra, & ſenſus omnes, non niſi voluntati diuinæ deſeruire viderentur.

Membra, & oculi Deiparæ nonniſi diuinæ volũtati intenti.

C

QVAESTIO IX.

Vtrum Anima B. Virginis haberet aliquam naturalem perfectionem ſupra alias animas rationales.

Prima ſententia de animarũ æqualitate.

NOTANDVM, ſolutionem huius quæſtionis pendere ex illa controuerſia; vtrum omnes animæ rationales in hominibus ſint omninò æquales, quò ad perfectionem. Quæ in re ſunt duæ celebres opiniones. Prima eſt Caietani 1. parte, quæſt. 85. art. 7. Capreoli in 2. diſt. 32. quæſt. 1. Iauelli 8. metaph. quæſt. 6. Alberti in 2. diſt. 32. art. 6. Ferrarien. 1. contra gentes cap. 3 Licheti in 1. diſt. 3. quæſt. 1. & aliorum apud Conimbr. 2. de anima cap. 1. quæſt. 5. articulo 1. Fonſecam 5. metaphyſ. cap. 28. quæſt. 16. ſect. prima. Hæc ſententia affirmat, animas rationales verè eſſe inæquales, quò ad perfectionem indiuidualem; & vnam ex ſeipſa

D

Caiet. Capreol. Iauell. Alber. Ferrarien. Lichet.

A eſſe magis aptam ad intelligendum, quam ſit alia. In quam ſententiam etiam inclinant Magiſter ſententiarum in 2. diſt. 32. & S. Bonauent. ibidem, qui dicunt, eam valdè probabiliter à multis aſſeri: & addit Caietanus, loco citato, ita perſpicuum eſſe, quòd hæc ſit ſententia D. Thomæ, vt cæcus omninò ſit, qui id non videat: & verè ſatis clarè eam indicat Sanctus Doctor in 2. diſtin. 32. quæſt. 2. art. 1. & 1. parte quæſt. 85. art. 7. vbi ait; *Quantò corpus fuerit melius diſpoſitum, & complexionatum, tantò nobiliorem animam ſortiri; cum omne, quod recipitur, per modum recipientis recipiatur.*

Mag. Sent. D. Bonauent.

D. Thom.

B Secunda ſententia negat inæqualitatem in animabus rationalibus. Ita Henricus quolibet. 3. quæſt. 2. Soncinas 8. Metaphyſ. quæſt. 26. Sotus in cap. de ſubſtantia quæſt. 2. ad 5. Zimmara theoremate 34. Fonſeca 5. Metaphyſ. cap. 28. quæſt. 16. ſect. 2. & Conimbric. 2. de anima cap. 1. q. 5. ar. 3. qui, etiamſi probabile putent oppoſitum, hanc tamen ſecundam ſententiam ſequuntur.

Secunda ſententia. Henricus, Soncinas, Zimmara, Sotus, Fonſeca, Conimbric.

Dico, probabilius videri, omnes animas rationales eſſe æquales, quo ad perfectionem naturalem.

Cõcluſio ſecundæ opinioni adhærens.

Probatur; quia, ſi qua eſſet ratio, quæ nos cogeret ad ponendam aliquam inæqualem perfectionem in animabus rationalibus, illa eſſet; quia videmus operationes intelligendi, verbi gratia, in vno homine magis perfectas, quam in alio; operatio verò perfectior arguit principiũ operatiuum perfectius. Sed hæc ratio non cogit; quia diuerſitas operationum, quas experimur in varijs hominibus, ab Ariſt. ſolùm refertur in aliquid extrinſecum animæ, vt patet primo de anima tex. 65. & 66. vbi ait: *Intellectum, quantum eſt ex ſe, eſſe impaſſibilem, & intellectionem ſolùm marceſcere, & impediri alio quodam interiùs corrupto, vt patet in ebrietatibus, & morbis: item, variato organo phantaſiæ, & per conſequens etiam phantaſmate, quod obiectum repræſentabat*: & ſecundo de anima tex. 64. ex carnis mollitie, vel duritie colligit bonitatem, vel prauitatem ingenij; quia, ſcilicet, talis mollities, vel durities neceſſariò arguit certam diſpoſitionem in organo phantaſiæ: & in problematib. ſect. 30. q. 1. ſimili ratione ex eo, quod contingit propter vinum in ebrietatibus, explicat, quomodò melancolici ſint magis ingenioſi; quia, ſcilicet, ille humor facilè incaleſcit, & tali, vel tali modo diſponit organũ phantaſiæ. Et hinc adhùc confirmari poteſt noſtra cõcluſio hoc modo: experientia cõſtat, quòd ex læſione internorũ organorũ, aut impeditur,

Probatio.

C

Ariſtot.

D

Digitized by Google

aut imperfectior redditur operatio intellectiua; ergo ſignum eſt, ex ſola organorum. varia diſpoſitione inęqualitatem operationum animæ rationalis pendere; & per conſequens, potentias inorganicas animæ eſſe in omnibus æquales, & ſic etiam animas.

Omitto alias probationes, quæ videri poſſunt apud Auctores citatos. Sed

Prima obiectio.

Obijcies primò: ſi omnes animę eſſent æquales, etiam anima Chriſti dicenda eſſet æqualis cum anima Iudæ; quod tamen piorum aures videntur reſpuere; qua de cauſa inter articulos Parisienſes etiam hic refertur: *Si quis dicit, omnes animas ab origine eſſe æquales, errat: quoniam alias anima Chriſti non eſſet perfectior, quam anima Iudæ.*

Pariſienſis Academia.

Diluitur.

Reſpondeo, Animam Chriſti eſſe perfectiorem anima Iudæ propter dona gratiæ, & etiam propter optimam corporis Chriſti diſpoſitionem fuiſſe propenſam ad omnes virtutum actus: reſpectu autem ſubſtantiæ animam Chriſti non fuiſſe perfectiorem anima Iudæ. Et ſi DD. Pariſienſes oppoſitum voluerunt in illo ſuo articulo; illis obijcimus auctoritatem Sanctorum Patrum, quos refert Fonſeca, loco ſupra citato: qui omnes dicunt, nullam aliam eſſe inæqualitatem animarum, & hominum, niſi ſecundùm mores, & corporis temperiem.

Patres.

Secũda obiectio.
Sapien.

Obijcies ſecundò illud Sapientiæ 8. vbi Salomon de ſeipſo ait: *Puer eram ingenioſus, & ſortitus ſum animam bonam:* ex quibus colligi videtur inæqualitas animę Salomonis excedentis alias in perfectione.

Reſpondetur.

Reſpondeo, ex prędicto loco nihil aliud indicari, quam Salomonem ſortitum eſſe animam bonam, quia habebat egregiam indolem ad ſapiẽtiam, & virtutes, ex perfecta corporis, atque humorum temperie, non autem ex aliqua ſubſtantiarum perfectione.

Tertia obiectio.

Obijcies tertiò: Anima rationalis in ſpecie dicit ordinem eſſentialem ad corpus organicum humanum in ſpecie; ergo hęc anima rationalis dicit ordinem eſſentialem ad hoc corpus in indiuiduo, ergo, quemadmodùm inter corpora organica reperitur inęqualitas perfectionis; ita etiam debet reperiri inter animas, quæ debent illis adæquatè reſpondere.

Reſponſio.

Reſpondeo: quidquid ſit, quòd hæc anima rationalis in indiuiduo dicat ordinem ad hoc corpus organizatum in indiuiduo, quòd ſanè multi negant, inter quos eſt Suar. diſp. 5. ſect. 4. num. 6. non tamen per ſe anima rationalis in illo corpore reſpicit quidquid de facto perfectionis inuenit. Sed fieri poteſt, quòd intra latitudinem perfectionis, quam in illo per ſe requirit, ſit aliquid etiam per accidens; & quod, ſi abeſſet, non tamen impediret informationem animæ, & conſtitutionem compoſiti. Quarè ſufficit, ſi hæc anima adęquatè reſpiciat hoc corpus, ſecundùm ea, quæ ab ipſa anima exiguntur, vt corpus poſſit informari, non autem abſolutè ſecundùm omnia, quæ forſan reperiuntur per accidens.

Suarius.

Quarta obiectio.

Obijcies quartò: ex inęquali perfectione generica, vel ſpecifica corporum, quæ debent informari, indicatur inæqualis perfectio generica, vel ſpecifica animarum: vndè anima bruti, verbi gratia, ideò conſtituitur in genere animæ magis perfectę, quam anima plantę, quia exigit corpus diuerſimodè organizatum, & magis perfectum, quam anima plantarum: ergo ſimili modo ex inæquali perfectione indiuiduali eorundem corporum indicabitur inæqualis perfectio animarum.

Confutatur.

Reſpondeo, inęqualem perfectionem genericam, vel ſpecificam organorum, & corporum ab animabus informandorum, eſſe ſufficiens indicium colligendi inęqualitatem genericam, vel ſpecificam animarum; quia apertè conſtat, eam non eſſe intra certam latitudinem, quæ poſſit dici, per ſe, requiri ab aliqua eiuſdem generis, vel ſpeciei. At verò inæqualitas indiuidualis non eſt ſufficiens indicium aliquid colligendi; quia ſimiliter apertè conſtat, eam eſſe intra certam latitudinem, quæ, per ſe, requiritur; & eadem anima rationalis modò habet magis perfectam corporis diſpoſitionem, modò minùs perfectam: quod ſignum eſt, variationem illius perfectionis ſe habere ſolùm per accidens.

Cõcluſio reſpondẽs quęſtioni principaliter propoſitę.

His ita breuiter poſitis, facilè quæſtioni principaliter propoſitæ reſpondere poſſumus. Quare

Dico, probabilius eſſe, animam Deiparæ, quo ad perfectionem ſubſtantialem non fuiſſe perfectiorem cæteris animabus; ſed omnem perfectionem, quàm ipſa habuit, fuiſſe penes dona gratiæ, & optimam conſtitutionem organorum, quæ ad operationes animæ, & pręcipuè ad intellectionem multùm conferebat. Hæc concluſio nulla alia probatione indiget, quia pendet ex pręcedenti. Dixi, probabiliùs; nam etiam contraria opinio, tùm ob auctoritatem, tùm ob rationes, quæ non ita plenè diluuntur, vt patet conſideranti, eſt valdè probabilis. Hac autem opinione probabili admiſſa, probabiliter etiam affirmare poſſemus, vna excepta anima Chriſti, alijs omnibus animã Virginis fuiſſe nobiliorem, & perfectiorem.

QVAE-

Digitized by Google

QVAESTIO X.

Vtrum Nomen Mariæ fuerit ex diuina reuelatione impoſitum Virgini à Parentibus.

Concluſio. Nomen Mariæ a Deo aſſignatum.

DICO, Nomen Mariæ à Deo fuiſſe aſſignatum, & diuinitùs intimatum Ioachim, & Annæ, vt ipſo eã appellarent. Eidem huius aſtruũt grauiſſimi Authores. Hieron. hiſt. de ortu Virginis, ſic Angelum loquentem Parentibus Deiparæ inducit: *Vxor tua pariet tibi Filiam, & vocabis nomen eius Mariam.* & paulò poſt: *Miſſus ſum ad te, Anna, vt annunciem Filiam naſcituram, quæ, Maria vocata, ſuper omnes mulieres erit benedicta.* D. Antonin. 4. par. tit. 15. cap. 14. *Die*, inquit, *qua nata eſt* (ſcilicet B. Virgo) *impoſitum eſt ei nomen Mariæ a Parentibus ſecundùm Angelicam reuelationem.* S. Bonauent. in Pſalt. *Benedictum ſit glorioſum Nomen, quod os Domini mirabiliter nominauit.* Fulbertus ſerm. de Natiuit. Virg. qui habetur in Bibliot. Patrum, tom. 11. *Euolutis ergo tot annorum curriculis, miſſus eſt Angelus Domini prius ad Ioachim, demùm ad Annam, nuncians ei naſcituram Filiam, nomine Mariam, cui ſimilis ſanctitate, nec antea nata fuerit, nec poſtea naſceretur.* Chriſtophorus de Caſtro in hiſt. Deip. cap. 2. num. 10. *Diuinitùs*, inquit, *reuelatum fuit Parentibus Nomen Mariæ.* Suffragatur Petrus Damian. ſerm. 2. de Annunciat. dicens, Nomen Mariæ de theſauro diuinitatis fuiſſe depromptum; cuius luculenta verba accipe: *Inijt Deus concilium, fecit ſermonem cum Angelis de reſtauratione eorũ, de redemptione hominum, de elementorum renouatione, ac illis ſtupentibus, & mirantibus præ gaudio de modo redemptionis, ſtatim de theſauro diuinitatis Mariæ Nomen euoluitur.* Plures inſuper rationes ſuadent, Nomen Mariæ à Deo imponendum fuiſſe, nõ ab hominibus. Et primò aliquibus filijs nomina diuinitùs fuerunt impoſita, vt Iſmaeli, Gen. 16. Iſaac, Gen. 17. Ioanni Baptiſtæ, Luc. 1. ergo meritò illi, quæ Mater Dei electa erat, nomen à Deo erat imponendũ. *Quod enim* (ait Bernar. epiſt. ad Can. Lugd.) *paucis mortalium conſtat fuiſſe collatum, fas certè non eſt ſuſpicari, tantæ Virgini fuiſſe negatum.* Secundò imponere rebus congruens nomen, munus eſt illius, qui tanta pollet ſapientia, vt rerũ naturas perfectè cognoſcat, ſicut conſtat de Adam, qui, per ſibi inditam à Deo in creatione ſapientiã,

Hieronym.

D. Antonin.

D. Bonauen.

Fulbertus.

Chriſtoph. de Caſtro.

Petrus Dam.

Geneſ.

Lucæ.

Bernar.

Quod paucis mortalium conceſſũ eſt, no licet Virgini denegaſſe.

A optimè animantium naturas nouerat, atque ideò nomina illis accõmodauit, vt ex Gen. 2. colligitur. Sed ſola increata Sapiẽtia B. Virginis excellẽtiam adæquatè metiri poteſt, teſte D. Bonau. in Spec. cap. 5. dicente: *Quis Mariæ immenſitatem dimenſus eſt, niſi ille ſolus, qui ipſam non ſolùm in gratia, & gloria, ſed etiam in miſericordia tam altiſsimam, tam latiſsimam, tam profundam operatus eſt?* ergo penes ſolam increatam Sapientiam fuit nomen Virgini imponere. Tertiò B. Virgo naſcitura erat ſumma libertate donata, cõmunibus legibus non ſubiecta; atque adeò à communi etiam iure nominis apponendi, quod Parentibus competit, vindicanda erat; vndè

S. Bonauent. Solus Deus poteſt Mariæ immenſitatẽ metiri.

B. Virg. communibus legibus non ſubiecta.

B & ipſum Nomen Mariæ Dominam ſonat, vt quæſt. ſeq. examinabimus. Quartò B. Virgo concipienda erat filia Dei per gratiam adoptiuã; ergo maximè decebat, vt, ad hanc filiationem præmouendam, à Deo illi nomen præſcriberetur. Ad rẽ eſt, quod ipſum nomen Mariæ idem valet, ac illuminatrix, vt ſeq. quæſt. itẽm videbimus; illuminatrix autem eſſe non potuiſſet, niſi gratiæ luce illuminata prodijſſet. Quintò amor perfectus eſt zelotypus, & quò perfectior, eò maior eſt zelotypia; amor Dei in Virginem erat maximus, ergo maximè zelotypus. Sed propriũ eſt zelotypi nolle, vt in obiecto amato partem aliquã vllus, præter ſe, habeat; ergo dicendũ erit,

C quòd neque amor diuinus aſſenſus fuerit, vt ab vllo, præter ſe, nomen Virgini imponeretur. Immò hæc nominis impoſitio illectamẽtum quoddã fuit aptiſſimum, quo vti potuit diuinus amor, ad Virginem ſibi ex peculiari capite ſuauiter deuinciendã, ita, vt ad eundem amorem diuinum eſſet reſpectura, vt & ſui eſſe, & nominis etiam, quò inſignita erat, Authorem. Sextò maximè exoptabat Deus, vt in orbe terrarũ Nomen Virginis honoraretur; ſed ad hoc plurimùm conferebat, quòd ipſum nomen à Deo eſſet impoſitum, vt pote à quo plurimum dignitatis, & authoritatis reciperet; ergo de facto fuiſſe impoſitum, affirmandum eſt.

D Fauet nobis ſapientiſſimus Idiota lib. de Contempl. Virg. c. 5. *Dedit*, ait, *tibi Virgini Mariæ tota ſuperſancta Trinitas Nomen, quod poſt Nomen ſuperbenedicti Filij tui eſt ſuper omne nomen, vt in nomine tuo omne genu flectatur* (vt manifeſtè patet) *cæleſtium, terreſtrium, & infernorum, & omnis lingua confiteatur ſanctiſſimi nominis gratiam, gloriam, & virtutem.* Septimò nomen Mariæ inſinuat dignitatẽ Matris Dei ex D. Ambroſ. lib. de inſtitut. Virg. c. 5. dicente: *Vndè & ſpeciale Mariæ Domini hoc nomen inuenit, quod ſignificat Deus ex genere meo:* ergo maximè conue-

D. Ambroſ.

niens fuit, vt apud Deũ ſolum eſſet ius nomenclationis huius, apud quem etiam ſolum fuit ius illam ſibi in Matrem eligendi.

Mariæ Nomen ab oraculis prænunciatum.

Quęres, an Mariæ nomen fuerit ab aliquo oraculo prenunciatum mundo, antequam Ioachim, & Anna exiſterent.

Sybilla Eritræa.

Reſpondeo affirmatiuè: Sybilla enim Eritræa lib. 8. oraculorum, Mariæ Nomen prędicens cecinit:

Et breuis egreſſus Mariæ de Virginis aluo
Exorta eſt noua lux.

Et S. Procopius Martyr, vt ad fidem Chriſti traheret Flauianum, illi propoſuit antiquum oraculum Pythici Apollinis, quo Chriſtus, & Mater eius Virgo, nomine Maria, prædicebatur; hæc enim in vita dicti S. Procopij apud Laurentium Surium die 8. Iulij leguntur: *Cum Iaſon princeps eorum, qui dicuntur Argonautæ, in templo, quod Athenis primum conſtructum eſt in arce, ſciſcitatus eſſet Delphicum Apollinem, & dixiſſet: Prædic nobis, Propheta Phæbe Apollo, cuiuſnam erit hæc ædes, & ad quid futura ſit in poſterum: ſic reſpondit: Quæcunque ad virtutem quidem, & honeſtatem vos incitant, facite. Ego autem tres cupio, Deum vnum regnantem apud Superos, cuius Verbum ab interitu alienum, conceptum in ſimplice Virgine, qui tamquam ignitus arcus percurrens mundi medium, omnes capiens, eos adducet donum Patri. Huius erit hæc ædes. Maria autem erit nomen eius.* Templum verò prędictum, Zenonis Imperatoris tempore, ab Idolorum execrando cultu vindicatum, Deiparæ fuit ſacratum. Vide Cedrenum in ſua hiſtoria, & Caniſium lib. 1. cap. 1. de Beata Virgine.

Surius.

Cedrenus, Caniſius.

QVAESTIO XI.

Quid ſignificet Nomen Mariæ.

Prima Nominis Mariæ ſignificatio.

DICO primo, hoc Nomen Mariæ ſonare ſtillam, ſeù guttam maris; nam מר *mar* ſignificat guttam maris, & ים *iam* mare; hoc autem innuit humilitatem Virginis; licet enim eſſet mare gratiarum, ipſa tamen ſe exiſtimabat guttulam maris. Mare etiam ſignificat creaturas: *Aquæ multæ populi multi*: quare dici poteſt, quòd Beata Virgo inter creaturas ſeſe putabat abiectiſſimam. Rurſus, quia nomen Mariæ ſignificat etiã mare, vt patet ex particula ים, & ita communitèr multi illud interpretantur, dici poteſt, Mariam eſſe Mare, reſpectu creaturarum omnium; quia omnes perfectiones illarum continet. Si verò ipſa comparetur cum Deo, eſt veluti gutta maris; vndè Iſai. cap. 40. *Omnes gentes, quaſi non ſint, ſic ſunt coram eo; & quaſi nihilum, & inane reputatæ ſunt ei*: & paulò ante: *Ecce gentes, quaſi ſtilla ſitulæ, & quaſi momentum ſtateræ reputatæ ſunt*: & Sapientiæ 11. *Quoniam tanquam momentum ſtateræ, ſic eſt ante te orbis terrarum, & tanquam gutta roris antelucani*. Quatenùs ergo Maria creatura eſt, dici poteſt gutta, ſeù ſtilla maris, ideſt immenſitatis Dei; ſed, ſi conſiderentur poſteà gratiæ illius, mare ſuſe, ac meritò apparet. Porrò cæteræ creaturæ ſimul dicuntur ſtillæ roris, vt vidimus ex illo Sap. 11. Virgo ſola eſt ſtilla maris, tum quia ſola continet omnes perfectiones creaturarum, tum quia ſtilla roris eſt leuis, & facilè reſoluitur à calore; ſtilla maris eſt grauior, & non ita facilè reſoluitur, quia in ſe continet neſcio quid ſubſtantiæ conſiſtentis, ex qua ſal generatur; & hinc indicatur ſal ſapientiæ, quæ erat in Virgine; ipſa enim eſt *Sedes ſapientiæ*: ſi ergo de Doctoribus dicitur: *Vos eſtis ſal terræ*; illum ſalem à Virgine habent; nam ipſa eſt Doctorum Magiſtra, vt ſuo loco docebimus; talis quippe ſapientia reſidet in Virgine, vt cæterę creaturæ, licèt Angelicæ, videantur inſulſæ, & ſine ſale, ſi cum Virgine Maria comparentur; & ideò creaturæ omnes aptè aſſimilantur guttæ roris antelucani; Virgo ſola ſapientiſſima ſtillæ maris.

Iſaias.

Sapien.

Matth. 13. Sapientia Virginis. Virgo Doctorum Magiſtra.

Secunda Nominis Mariæ ſignificatio. Caniſius.

Dico ſecundò, Mariæ nomen importare excelſam, ſublimem, ſeù eminentem; vt exponit Caniſius de locis noui teſtamenti cap. 13. Nam רם *ram* idem eſt, ac eminuit; in quo media, ideſt י *Iod* quieſcit, quæ in deriuato mouetur; vndè ſicut ex קם fit קים, ità ex *ram* deducitur *riam*; deindè addito מ, ſonat Mariam, & hebraicè *Miriam*: nomina autem, quę hebraicè habent *Iod*, ea Syriacè cum A pronunciantur, vt Migdal, Miriam, Ribboni, quæ pronunciantur Magdal, Maria, Rabboni: & an congruat appellare Virginem excelſam, & ſublimem, nemo eſt, qui dubitet: omnia enim in Virgine fuerunt ſublimia: Virginitas fœcunda, dignitas Matris Dei infinitatem participans; humilitas dominans, dum ancillæ Dei Chriſtus erat ſubiectus; fides cum viſione beatifica, vt dicemus ſuo loco, nõ quidèm cõtinuata, ſed per modum tranſeuntis; gratia verò adeò excelſa, & ſublimis, vt gratiam omnium Sanctorum, atque Angelorum collectiuè ſumptam ſuperaret, vt infra etiam dicemus. Demùm fuit exaltata ſuper choros Angelorum, vt canit Eccleſia.

Dico

Digitized by Google

Tertia nominis Mariæ ſignificatio. Victorinus.

Dico tertiò cum Victorino, nomen Mariæ indicare afflictam, miſeram, & amaram; nam מר ſignificat amaram, & vox ים *iam* ſignificat aquas; voxque מרמר *mar* duplicatur, & dicitur מרמר *marmar*, quod ſignificat eſſe amarum: nam verbale מרא *mara* idem eſt, ac amaritudo. Rurſùs huic expoſitioni fauet, quòd hæc vox hebraicè ſcribatur quatuor litteris מרים; & quidam addunt ſecundo loco ' vt fiat מרים *mor*, idem ac myrrha, quæ eſt amara. Porrò qua amaritudine fuerit repleta Beata Virgo ob paſſionem dilectiſſimi Filij ſui, ſuo loco explicabimus.

Quarta ſignificatio. Leonardus Marius.

Dico quartò, Nomen Mariæ ſignificare Doctricem, Magiſtram, & Dominam. B Ita Leonardus Marius in Exod. cap. 15. verſ. 20. contra Canin. in locis noui teſtamenti cap. 13. hoc ex eo probans, quòd multi dicunt, מ eſſe hemanticum, eiuſq; loco reſtituunt ', ac tertio loco addunt ה vt radix fit ירה, quod eſt docere; vndè verbale תירה *thora*, lex, & מירה *more*, vel *mora* doctor, vel doctrix, magiſtra, Domina, exponitur. Fauent nobis Idiota lib. contemp. de Virgine Maria cap. 5. *Maria, Doctrix, & Magiſtra maris interpretatur*: & Epiphanius oratione de laudibus Virginis: *Mariam* (inquit) *interpretari ſolemus Dominam, atque etiam ſpem: peperit enim Dominum, qui eſt ſpes totius mundi, nempè Chriſtum. Rurſum nomen* C *illud Maria interpretatur myrrba maris; myrrba verò dicet aliquis, quod ego etiam aio, de immortalitate, eò quod paritura eſſet gemmam immortalem in mari, hoc eſt in mundo; mare autem dicet vniuerſum mundum, cui Virgo ſerenitatem, & tranquillitatem contulit, dum portum peperit Chriſtum. Rurſum itaque præclara puella Maria nomen interpretatur illuſtrata, vt potè quæ illuſtrata ſit à Filio Dei, & cunctos, vſque ad terminum terræ, credentes Trinitati illuminauerit.* Hùc reſpicit Gerſon tract. 12. notula prima ſuper Magnificat, dum in perſona Deiparę ſic loquitur: *Illuminata ſimul, & illuminatrix ſecundum* D *nomen meum, debeo cohæredibus meis illuminationem.* Porrò quam aptè illi conueniat hoc nomen, patebit infra, quãdò probabimus, eam fuiſſe Apoſtolorum etiam Magiſtram.

Idiota. Epiphanius. Gerſon.

Quinta ſignificatio. D. Hierony.

Dico quintò, Mariæ nomen ſignificare ſtellam maris. D. Hieronym. in Pſal. 18. *Maria interpretatur Stella maris*: idem habet in lib. de nominibus hebraicis in Exodo. Alij Patres idipſum ſequuntur.

Collige ex dictis hactenus, quam meritò à Sanctis Patribus hoc nomen Mariæ eximijs celebretur laudibus; inter quos A audiendus eſt Petrus Damianus Cardinalis: *Sollicitus*, inquit, *erat Pater, cui Filium mitteret generandum, quæ vocaretur Mater digna tanto infante; & ſtatim de theſauro diuinitatis Mariæ nomen euoluitur*; pondera *de theſauro*; non de communi penu, & cuſtodia, nomina enim prędeſtinatorum ſunt quidèm ſcripta in cęlis, ſed ſunt velut in communi cuſtodia: ſolum nomen Mariæ in abdito theſauro Paradiſi reconditur; vbi etiam aſſeruatur abſconditum nomen Adonai, Exod. 3. *Et nomen meum Adonai non indicaui eis.*

Petr. Damia. Exod.

QVAESTIO XII.

B

Vtrum Nomen Mariæ habeat aliquam virtutem.

NOTANDVM, certum eſſe, nomina nullam habere vim, qua naturalitèr, ſignificando, aliquid efficiant; quia ipſorum ſignificatio tota eſt ex hominum inſtitutione libera, & eſt quid morale, & artificiatum; ergo nullam habent vim naturalem: conſequentia patet, quia quæ ſunt à natura, ſunt neceſſaria, non libera, & debent habere cauſalitatem, & influ- C xum phyſicum in effectum, qui nullus poteſt eſſe in ſignificatione nominum, quæ nihil eſt phyſicum? Et authoritas nonnullorum aſſerentium, certos morbos quibuſdam verbis ſanari poſſe, nihili facienda ęſt; immò, vt ſuperſtitioſa, penitus reijcienda. Non tamen negamus, vim ſupernaturalem, qua poſſunt eleuari à Deo verba quæcunque, pro vt ſubſtant tali ſignificationi, ad effectus ſupernaturales, vel naturales ſupernaturalitèr producendos, vt patet in verbis, quæ proferuntur in forma ſacramentorum. Neque valet dicere, quòd venefeci ſuis incantationibus aliquid efficiunt; cùm ſerpentes D ſentire videantur vim incantationum, vndè ait Poeta:

Frigidus in cãpis cantando rũpitur anguis:

& propterea, ne audiant incantantis vocem, extrema cauda claudunt ſibi aurem, altera ad terram admota, vt dicitur Pſal. 57. *Sicut aſpidis ſurdę, & obturantis aures ſuas, quæ non exaudiet vocem incantantium, & venefici incantantis ſapienter.* Nam ſolis verbis venefici nihil phyſicè efficiũt; ſed dæmones ex conuentione mutua excitantur verbis illis, tanquam ſignis quibuſdam, ad effectus illos producendos: poſſunt enim Dęmones, Deo permittente,

Vndè procedant veneficiorum effectus.

te, non quidèm immediatè alterare, vt facit ignis; ſed celerrimè admouere actiua paſſiuis, & cum optimè noſcant virtutes rerum naturales, admirandos effectus producere; & aliquandò, vel ægritudines inferre, vel eaſdem pellere. Ad authoritatem verò Scripturæ dico, illam non referre, vt approbet quod efficiunt venefici, & incantatores, quos omnes damnat Deuteron. 18. ſed cum vellet arguere impietatem eorum, qui à veritate auditum auertunt, affert ſimilitudinem aſpidis, quæ naturali quadam ſolertia ſurditatem procurat, affigendo aurem vnam ad terram, cauda alteram obturantē. Vide Delrium tom. 2. adag. 74. Placet & hic obiter Nyſſenum referre tract. 2. in Pſalm. cap. 14. aſſerentem, aſpidem tali natura eſſe conſtitutam, vt ira intumeſcens, & exardens faucibus ſpiritum compreſſū non emittat, vtriſq; inſtar inflatur ob ſpiritus receptionem; atque hinc fieri, vt fruſtra quis eam tali furore, atque ira turgentem delinire tentet.

Deuteron.

Delrius, Nyſſenus.

Prima Concluſio. Nomen Mariæ inuocatū confert. Probatur.

Dico primò, Nomen Mariæ deuotè ipſum proferentibus ſolamen, mentis tranquillitatem, atque ſalutis ſpem afferre. Probo; quia in Mariæ nominis deuota inuocatione interuenit aliquis cultus, & veneratio erga ipſam Mariam: hos verò venerationis, atque amoris actus eadem Virgo abundè remunerans, nos miſerijs oppreſſos benignè ſolatur, tentationibus agitatos confirmat, mentem noſtram quomodocunque turbatam ſerenat, & in ſpem ſalutis erigit, Dæmones contra nos inſurgere paratos cohercet: & libentiſsimè Deus in honorem nominis Mariæ Matris ſuę gratiarum affluentiam largitur. Quarè D. Anſelmus in tract. de excellentia Virginis: *Velocior eſt*, inquit, *nonnunquam ſalus, memorato nomine eius, ſcilicet Mariæ, quam inuocato nomine Ieſu Filij ſui: & id quidèm non ideò fit, quòd ipſa maior, & potentior eo ſit (neque enim ille magnus eſt, & potens per eam, ſed illa per ipſum) dicam quod ſentio: Filius eius Dominus eſt, & Iudex omnium, diſcernens merita ſingulorum: dum igitur ipſe à quouis ſuo nomine inuocatus non exaudit, iuſtè quidèm facit: inuocato autem nomine Matris, etſi merita inuocantis non merentur, vt exaudiantur, merita tamen Matris intercedunt, vt exaudiatur.* S. Germanus oratione ſecunda in zonam Deiparæ: *Tu nequiſſimi hoſtis contra ſeruos tuos inuaſiones, ſola tui nominis inuocatione ſanctiſſima, repellens, tutos, atque incolumes ſeruas.* Albertus Magnus in cap. primum Lucæ: *Si illecebræ carnis te trahant, & ſuperantes iam ad illicitas delectationes te propellant,*

D. Anſelmus

S. Germanus.

Albertus.

A *baptiza te in amaritudine maris, & nomina Mariam; & ſic pro certo in te experieris, quòd iuſtè vocatum eſt nomen Virginis Mariæ.* Et in Reuelationibus S. Brigittæ lib. primo cap. 9. habetur, quòd Virgo ei apparuit, & ſic locuta eſt: *Audi, quantum Filius meus nomen meum honorauit: meum nomen dum Angeli audiunt, gaudent, & hoc gratias agunt, quòd per me, & mecum talem gratiam fecit, & quòd vident humanitatem Filij mei in deitate glorificatam. Qui in Purgatorio ſunt gaudent nomine meo audito, ſicut æger iacens in lecto, cum audit verbum ſolatij. Angeli etiam boni, audito hoc nomine Iuſtis magis appropinquant, & de eorum lætantur profectu, quibus* B *ſunt ad cuſtodiam deputati. Omnes quoque Dæmones verentur hoc nomen, & timent, qui audientes hoc nomen, Maria, ſtatim relinquunt animam de vnguibus, quibus tenebant eam. Sicut enim auis, quæ in prædam vngues, & roſtrum habet, ſi audierit ſonum aliquem, relinquit prædam: ſic Dæmones, audito Nomine meo, ſtatim relinquunt animam, quaſi territi.* & paulò poſt: *Nullus etiam tam frigidus ab amore Dei eſt, niſi ſit damnatus, ſi inuocauerit hoc nomen hac intentione, vt nunquam reuerti velit ad opus ſolitum, quòd non diſcedat ſtatim ab eo Diabolus; & nunquam amplius reuertitur ad eum, niſi reſumpſerit voluntatem peccandi mortaliter.* Celebre C etiam eſt illud D. Bernardi hom. 2. ſuper *Miſſus eſt: Si inſurgant venti tentationum, ſi incurras ſcopulos tribulationum; reſpice ſtellam, voca Mariam. Si iracundia, aut auaritia, aut carnis illecebra nauiculam excuſſerit mentis, reſpice ad Mariam. Si criminum immanitate turbatus, conſcientiæ foeditate confuſus, iudicij terrore perterritus baratro incipias abſorberi triſtitiæ, deſperationis abyſſo; cogita Mariam. In periculis, in anguſtijs, in rebus dubijs Mariam cogita, Mariam inuoca, non recedat ab ore, non recedat à corde.*

Reu. S. Brig.

D. Bernard.

In quibuſcūque aduerſitatibus Nomen Mariæ inuocādum.

Dico ſecundò, pium quibuſdam videri poſſe, ex diuina inſtitutione Nomen Mariæ deuotè prolatum non ſolùm ex opere D operantis, ſed etiam ex opere operato valere in ijs, quæ noſtrum, vel aliorum ſalutem concernunt, ſicut valent aliqua alia ſacramentalia. Ducor auctoritate Patrum, qui virtutem aliquam in talis Nominis prolatione, vltra opus operantis, agnoſcere ſatis expreſsè videntur. Methodius in oratione in Hypopantem: *Tuum Dei genitrix Nomen diuinis benedictionibus, & gratijs omni ex parte refertum*: ponderandum ly; *omni ex parte refertum benedictionibus, & gratijs*; hæc .n. verba indicant aliquam virtutem diuinitùs conceſ-

Cōcl. ſecu.

Methodius.

Nomē Mariæ diuinis benedictionibus, & gratijs refertum.

ſceſſam tali domini. Petr. Chryſol. ſer. 156. appellat hoc Nomen Mariæ, *Dei Sacrificium*: hoc autem innuit, in aliquo conuenire cum ſacrificio Dei, quod valet ex opere operato. Chryſoſt. hom. 8. in cap. 4. ad Rom. *Sint nobis incantationes ſpirituales, ipſum nomen Mariæ: huiuſmodi incantatio non ſolùm Draconem è ſpeluncis abigit, atque ita in ignē conijcit, ſed & vulneribus quoque medetur. Hoc igitur ornemur ipſi, hoc tanquam muro nos muniamus.* D. Bonauentura in Cant. poſt Pſalterium: *Domina noſtra omnipotentes; poſt Dominum Nomen eius.* Idiota in lib. contemplat. Mariæ cap. 5. *Dedit tibi Trinitas Nomen, vt in Nomine tuo, poſt Nomen Filij tui, omne genu flectatur cæleſtium, terreſtrium, & infernorum. Hoc Nomen ſuper omnia Sanctorum nomina reficit laſſos, ſanat languidos, illuminat cæcos, penetrat duros, vngit agoniſtas, iugum Diaboli excutit; tanta virtutis eſt, & excellentiæ, vt cælum rideat, terra lætetur, Angeli congaudeant, Dæmones contremiſcant, & infernus conturbetur: tanta eſt virtus tui ſanctiſſimi Nominis, ò ſemper benedicta Maria, quòd mirabiliter emollit, & penetrat duritiem cordis humani*: nota, *vngit agoniſtas*, ideſt in agone pugnantes; ſicut olim athletæ vngebantur oleo, nè, dum luctabantur, ab aduerſariorum manibus detinerentur; ita qui deuotè Mariam inuocant, tempore tentationis, & in mortis agone, diuinæ gratię perfuſione vnguntur, vt ex infernorum hoſtium manibus ſe facillimè ſubtrahere poſſint: vndè rurſus S. Bonauentura in Pſalterio: *Glorioſum, & admirabile Nomen tuum: qui illud retinent, non expaueſcent in puncto mortis.* Nota etiam ad rem noſtram: *Tanta virtutis, & excellentiæ, &c.* Nota inſuper, quòd habet virtutem emolliendi, & penetrandi duritiem cordis humani; hæc enim virtus videtur aliquid diſtinctum ab opere operantis. Probatur ratione: cùm .n. hoc Nomen Mariæ à Sanctiſſima Trinitate Virgini tributum ſit, vt ſupra vidimus; credibile etiam videtur, tum tali priuilegio conceſſū illi eſſe, vt ex opere operato valeat.

A Confirmatur, quia hoc in honorem Virginis redundat, & diuinam liberalitatem commendat. Sed

Obijcies, de hac diuina inſtitutione non conſtare, ergo non eſſe facile introducendam.

Reſpondeo, ex ſupra cit. Patrum auctoritatibus illam ſatis innui. Et prætereà hic habere poteſt locum illa regula; quòd *Multa præſumuntur de Virgine, quæ nunquam leguntur, & præſumptionibus ſtandū eſt, donec probetur contrarium*: quam regulam tradit Nicolaus Monachus S. Albani, & Sancti Bernardi à ſecretis in epiſtola, quę eſt 9. inter epiſt. Petri Cellenſis lib. 9. Cęterùm dixi, quibuſdam pium videri poſſe; nam, vtrum verum hoc ſit, non definio; ſed iudicio Eccleſiæ relinquo.

B Collige primò, quòd, licèt hoc Nomen valeat ex opere operato, requiritur tamen ſimùl, vt ab aliquo deuotè proferatur; & quò maior erit deuotio inuocantis, eò maiora dona obtinebuntur per dictum Mariæ nomen.

Collige ſecundò, cùr Angelus, quandò apparuit Ioſepho varijs cogitationibus agitato, Nomen Mariæ reſonare voluit: *Noli timere accipere Mariam coniugem tuam*: hoc enim ideò fecit, vt ex eò ille

C pacatus redderetur; & diſcerent homines, quòd ſolet Deus ob deuotam Nominis Mariæ prolationem mentis tranquillitatem largiri. Vide Vincentium Beluacenſem in ſpeculo hiſtoriali lib. 7. cap. 116. vbi refert admirabile exemplum de quodam monaco, qui quotidiè recitare ſolebat in honorem Nominis Mariæ quinque Pſalmos: *Magnificat*; *Ad Dominum*; *Retribue*; *In conuertendo*; *& Ad te leuaui*; quorum primæ litteræ MARIAE Nomen componunt; præmiſſa ſalutatione angelica: ex cuius ore, poſt quam mortuus

D fuit, roſa egrediebatur Nomen Mariæ inſcriptum præferens.

Alia exempla de inuocatione deuota Nominis Mariæ vide apud Diſcipulum in ſuo promptuario exemplo 17. 39. & 78.

Marginal notes: S. Chryſolo. — Chryſoſt. — Modus incātationis licitus. — Bonauentura — B. V. omnipotens appellata. Idiota. — Retinentes Nomen Mariæ non expaueſcent in puncto mortis. — Obiectio. — Reſponſio. — Nico. Mona. — Arguta dubij ſolutio. — Vincentius Beluacens. — Miraculum inſigne. — Diſcipulus.

CAPVT QVINTVM.

DE PRÆSENTATIONE VIRGINIS AD TEMPLVM.

QVAESTIO PRIMA.

Qua ætate, & quas ob cauſas Beata Virgo Hieroſolymitanum Templum eſt ingreſſa.

NOTANDVM primò, vt certum, nos hic ſupponere, veriſſimum eſſe, quòd Beata Virgo fuerit in Templo præſentata: Ita Patres communiter, & Eccleſiæ cõſenſus. Vide Damaſc. lib. 4. de orthod. fid. cap. 14. Greg. Nyſſ. ſerm. de Natiuitate Chriſti, & alios, quos refert Ioannes Carthag. tom. 1. lib. 3. hom. 1. Et multa de ipſa Virginis Præſentatione eruditè colligit Petrus Morales in cap. 1. Matth. lib. 5. tract. 10.

Damaſc. Greg. Nyſſe. Ioa. Cartha. Petr. Moral.

Notandum ſecundò, quòd in Templo Hieroſolymitano erant Virgines religioſè viuentes, vt notat D. Cyrillus lib. aduerſus Anthiophonos cap. 27. D. Ambroſ. lib. 1. de virginitate: Suar. tom. 2. in 3. part. q. 29. art. 1. & 2. diſp. 7. Cedrenus in compend. hiſtoriarum, & alij communiter Scriptores.

D. Cyrillus, Ambroſius, Suarius, Cedrenus.

Dico primò, quòd Deipara, cum trimula eſſet, Templum eſt ingreſſa. Ita communiter ſacri Scriptores, Niceph. lib. 1. hiſt. cap. 7. Barrad. tom. primo in apparatu annalium num. 47. & alij, quos refert Petrus Morales in cap. 1. Matth. lib. 1. tract. 10. num. 7.

Prim. cõclu. Deip. V. trimula præſẽtata. Nicephor. Barrad. Petr. Moral.

Dico ſecundò, diuino impulſu à Ioachim, & Anna Virginem in templo fuiſſe A præſentatam: (& eſt probabile, vt ſupra cap. 2. q. vlti. diximus, eam ex voto oblatam eſſe: ita Nicephorus ſup. cit. & alij:) Facit pro hac concluſione illud Oſeæ 2. vbi loquens Spiritus Sanctus de Virgine ait: *Ducam eam in ſolitudinem, & loquar ad cor eius*; & in Apoc. 12. mulieri illi ſole amictæ, per quam denotatur Virgo Deipara, iuxta multorum Patrum interpretationem, Epiphanij hæreſi 78. D. Aug. lib. 4. de Symb. ad Cathecumenos cap. 1. Bernardin. Senen. tom. 1. concion. 61. art. 2. cap. 1. & tom. 2. ſerm. 3. de nom. glorioſæ Mariæ ar. 1. cap. 3. illi, inquam, *Mulie-* B *ri datæ ſunt alæ duæ; & mulier fugit in ſolitudinem, vbi habebat locum paratum à Deo*: & ſanè per hunc locum, à Deo paratum, intelligere aptè poſſumus Hieroſolymitanum Templum.

Sec. concluſ. B. V. a parentibus præſẽtata diuino impulſu.

Oſea.

Apocal.

D. Epiphan. Auguſt. Bernardin. Senens.

Dico tertiò, Virginem infantulam in templo præſentatam fuiſſe à Parentibus, Dei impulſu, quia amor diuinus zelabat ipſam Virginem, vt etiam diximus ſupra q. 10. in cap. de Genealogia Deiparæ; & ideò eam voluit omninò à Parentum conuerſatione ſeiunctam, vt ſic ad Deum vnicè diligendum magis, ac magis C alliceretur. Et ſi zelus eſt amoris index, vt notat Theodoretus q. 34. in Exodum; ſane, cum amor Dei erga Virginem eſſet vehementiſsimus, nil mirum, ſi etiam talis amoris zelus erat maximus. Porrò de reciproco amoris zelo lætabunda loquitur.

Terti. cõcluſ. Diuinus amor Virginis zelotypus.

Theodoret.

Digitized by Google

tur Sponſa dicendò : *Dilectus meus mihi, & ego illi*, &c.

Quart. cõcl. B.V. in Templum ſeceſſit, vt pro Incarnatione Verbi preces fũderet. Leuitic.

Dico quartò, Virginem templum eſſe ingreſſam, vt ſuis precibus Deum ad ſumendam carnem humanam attraheret. Huius rei figuram habemus Leuit. 2. *Cum autem obtuleris ſacrificium coctum in clibano de ſimila, panes, ſcilicet, abſque fermento*, &c. Sicut.n. illud ſacrificium panis ſine fermento ſignificat Chriſtum, ita clibanus, vbi fuit coctus, deſignat Virginem, in cuius vtero ſecundùm carnem Chriſtus fuit formatus. Porrò, ſicut clibanus, vt benè coquat panem, debet eſſe perfectè clauſus; ita conueniens erat, Beatam Virginem, vt Deum per Incarnationem panem hominum efficeret, iuxta illud: *Ego ſum panis viuus*: in templo vitam degens mirabiliter, cõcluderetur, ita, vt nullum in ea ſpiraculum pateret, per quod poſſet euaporare calor Spiritus Sancti, qui tam continuò calefaciebat. Vide Patrem Oroſium in feſto Præſentationis poſt principium §. 3. tom. 3. vbi ait: *Venit in templum Maria, vt pugnam cum Deo ineat, & Deum ſuperet, ac in terram deijciat. Templum verò eſt locus huius certaminis, ſtadium, in quo curritur, quia in eo agone nobis cum Deo contendendum eſt. Quòd, licet Deus mera, & pura gratia decreuerit in mundum venire factus homo; voluit tamen, mundum diſponi ad eum dignè ſuſcipiendum, & vt mundus id mereretur, non quidem de condigno, & de iuſtitia, ſed de congruo, vt D. Thom. & alij dicunt, quia ſancti Patres meritis, & orationibus obtinuerunt, vt Deus deſcenderet, non quidem iuſtitia id exigente, ſed quia conueniens fuit, vt Deus homo fieret, id exigentibus, & poſtulantibus tot Sanctorum meritis, & orationibus. Sed hoc meritum de congruo impletum non fuit, donec Maria in mundum veniret, & ſuis meritis, & oratione Deum è cælis in terram deduceret: illa vltimam lineam, ac manum huic operi impoſuit*: de qua re infra. Innuitur hoc ipſum Cant. 4. *Vadam ad montem myrrhæ, & ad collem thuris*: quibus verbis denotatur, quòd Deus à Virgine, quæ erat mons myrrhæ, ideſt, mortificationis; & collis thuris, ideſt orationis, ſe trahi ſentiebat. Tertullianus lib. de reſurrectione carnis dicit, quòd *Deus æmula operatione recuperauit mundum*: ex quo inferre poſſumus quòd, ſicut Adam terrenus genus humanum perdidit, ita Adam cæleſtis recuperauit: &, ſicut Eua ſuaſit comeſtionem pomi Adamo vndè nata perditio, ita noua Eua, ideſt Maria, precibus Deum induxit ad carnem ſumendam, vndè mundus recuperatus eſt. Antiqua ętas nunquã ſatis celebrare viſa eſt admirandum illud prodigium, quod ad commendandam virginitatem Deus edidit, quod fuit huiuſmodi. Cùm mater Deorum ex Phrygia naui aduęheretur Romam, repentè in medio Tiberis nauis immota permanſit, vt fruſtrà, hominum, bouum, atque equorum vires illam è loco dimouere tentarēt. Et ecce Claudia virgo veſtalis zona, qua cingebatur, ad nauim alligata, illam quò voluit, facilimè traxit. Ita D. Auguſt. lib. 10. de Ciuitate c. 16. Liuius decad. lib. 9. Ouid. lib. 4. faſt. Suetonius in Tiberio Plin. lib. 7. c. 35. Sed profectò magis mirandum eſt, quòd Virgo funiculo orationis traxerit nauem illam inſtitoris, de longe portantē panem vitæ æternæ: magis (inquam) admirandũ, quòd Virgo funiculo orationis ad aſſumendam carnem traxerit Filium Dei.

Ioann. 6. Pat. Oroſius. B. Virgo Incarnationis petitioni vltimam manũ impoſuit. Cantic. Tertullianus. Auguſt. Liuius, Ouid. Suetonius, Plinius.

A

B

Quam verò ardēter Deipara expectaret, atque à Deo exigeret executionem Incarnationis, indicatur in principio Cant. *Oſculetur me oſculo oris ſui*, &c. Fauet Rupertus, dum ait; *eundem eſſe ſenſum horum verborum, & petitionis oſculi cum illis Fiat mihi ſecundùm verbum tuum*. D. Bonauent. tom. 2. opuſc. de medi. vitę Chriſti c. 3. ſic de oratione ſua loquentē inducit Virginē: *Petebam etiam, vt faceret me videre tempus, in quo eſſet nata illa beatiſſima Virgo, quæ debebat Dei Filium parere, &, vt conſeruaret oculos meos, vt poſſem eam videre; linguã, vt poſſem eam laudare; manus, vt poſſem ei ſeruire; pedes, vt poſſem ire ad ſeruitium ſuũ; genua, vt poſſem adorare Dei Filium in gremio ſuo.* Vide Caniſ. lib. 1. c. 13. vbi aſſerit, ſimile quid reuelatũ fuiſſe B. Brig. Audiēdus eſt Ludoui. de Ponte ſuper Cant. lib. 1. exhort. 23. vbi ſic loquitur de Virgine: *Fuit enim velut ſcala Iacob millibus gradibus conſtituta per quos gradiebatur ſcandens de virtute in virtutem, ab vno gradu in aliũ ſublimiorem, donec perueniret ad ſummum, quem debebat habere Genitricem Dei. Si autē Angeli per ſcalam deſcendebant, nouas huius myſterij reuelationes priſcis Patribus afferentes, & iterum aſcendebant, eorum deſideria Deo præſentantes: Quot Angelos putas per hanc ſcalam ad Virginem deſcendiſſe, mirabiles ei annunciantes reuelationes Meſsiæ iã iam terris appropinquantis? Qua etiam alacritate iterum aſcendebant ad Deum, tanta Virginis ardentia deſideria reportantes?* His addi poteſt, quòd tanta erat excellentia Virginis, vt ab ea Angeli recedere neſcirent; & an cum ipſa morarētur, vel ad Empyreum redirēt (vt humano loquar modo) ſuſpenſi viderentur; quod in eodē aſcenſu ac deſcenſu per ſcalam ſignificatum eſt. Sed de hac re plura infra vbi diſputabimus an Virgo meruerit maternitatem Dei.

Cantic. Rupertus. D. Bonauent. Oratio B. V. in templo. Caniſius. Ludou. de Ponte. Angeli à Virgine recedere neſciebant.

C

D

Dico quintò, Virginẽ ingreſſam eſſe in templũ,vt,tanquã anteſignana, ſtatũ Sanctimonialium fundaret. Facit ad hoc illud Pſal. 44. *Adducentur Regi virgines poſt eam: proximæ eius afferentur tibi in lætitia, & exultatione: adducentur in templum Regis*. Vndè D. Hieronymus epiſt. 74. ad Pammachium, *Igitur*, inquit, *Chriſtus, & Virgo vtriuſque ſexus virginitatis dedicauere principia*: & D. Ambroſ. lib. 2. de virginitate: *Tùnc Maria tympanũ ſumens choros virginales excitauit, cantantes Domino, quòd mare ſæculi ſine fluctibus ſæcularibus tranſierunt. Oh quantis illa virginibus occurret, quantas complexa ad Dominum trahet, dicens: hæc thronum Filij mei, hæc thalamos nuptiales immaculato ſeruauit pudore!* Hæc Ambroſius, quia, licèt in templo eſſent puellæ virgines, nullæ tamen erant voto virginitatis obſtrictæ, ſicut Beata Virgo, quę, ſi priùs non conſecrauit Deo virginitatem, ſaltèm tùnc conſecrauit. Hoc dico, quia infra, Beatam Virginem, à primo conceptionis momento, virginitatis votum emiſiſſe, vt probabiliſſimum, demonſtrabimus. Vndè D. Anſelm. de excellentia Virginis cap. 4. ait: *Virgo tenera, & delicata, regali ſtirpe progenita, & ſpecioſiſſima totum amorem ſuum totum ſtudium ſuum ad hoc intendit, vt corpus, & animam ſuam Deo virginitate perpetua conſecraret*. Et ſi dicatur, à Deipara votum virginitatis, ipſo conceptionis momento, emiſſum fuiſſe, quod nos infra validis argumentis tuebimur, illam, tùnc quandò templum ingreſſa eſt, votum renouaſſe, nemini dubium eſſe debet

Pſal. — D. Hierony. — Ambroſ. — D.Anſelm.

Sexta cõcluſ. Iuuẽtutis florem Deo dicare ipſi acceptiſſimum Leuit.

Dico ſextò, Spiritum Sanctum, exemplo Virginis in tenerrima ætate templum adeuntis, oſtendiſſe, quanti Deo placeat flos iuuentutis ipſi dicatus. Quod fuit etiam adumbratum Leuit. 2. vbi pro ſacrificio primitias exigebat, & ſpicas adhùc virentes iubebat offerri. Demonſtratum verò apertiùs Matth. 19. num. 14. *Sinite paruulos, & nolite eos prohibere venire ad me*: & Mich. 7. vbi, quaſi faſtidio habens Dominus miſerum illius temporis ſtatum, in quo multi à diuinę legis obſeruantia receſſerant: *Perijt*, inquit *ſanctus de terra, & rectus in hominibus non eſt*: &, tanquam ſolamen, exoptat rectam iuuenum educationem: *Præcoquas ficus deſiderauit anima mea*. Exod. 16. Deus matutino tempore manna colligi iubebat, vt indicaret, mane ætatis, ideſt à primis annis colligendum eſſe per virtutum exercitia cæleſtis gratiæ manna.

Matth. — Mich. — Exod.

Vtilitas ſolitudinis.

Collige primò, optimum modum mente concipiendi Deum eſſe ſolitudinem, & A ſeperationem à rerũ mundanarũ ſtrepitu.

Collige ſecundò, à Virgine tenerrimè diligi Sanctimoniales; quia earum Princeps, & modo peculiari Mater, extitit, vt dictum eſt, & rurſùs ſequenti quæſtione palàm fiet.

QVAESTIO II.

Quid potiſſimùm meruerit Virgo, Templum, in tenerrima ætate, ingrediendo.

B DICO, probabiliſſimum eſſe, Mariam, trimulam ſe Deo in perpetuum holocauſtum offerendo, dum templum ingrediebatur; de congruo promeruiſſe, vt tot agmina puellarum Deo virginitatis florem dicarent, & tot Religioſorum cætus, per caſtitatis, paupertatis, & obedientiæ votum, diuino ſe manciparent obſequio, quot ab eo tempore hùcvſque viguerunt, vigent modò, atque vigebunt in poſterum. Patet, quia in hoc etiam particulari ſenſu loqui videtur Propheta Pſal. 44. *Adducentur Regi virgines poſt eam:* C *proximæ eius afferentur tibi in lætitia, & exultatione: adducentur in templum Regis*. Innuit inſuper hoc Spiritus Sanctus, cum Virginẽ inducit ſic loquentem, Ecc. 24. *Et flores mei fructus honoris, & honeſtatis*. Et eiuſdem rei figura fuit virga Aaron, quæ eadem nocte floruit, & flores fructus produxerunt, Num. 7. *Turgentibus gemmis, eruperant flores, qui, folijs dilatatis, in amygdalas deformati ſunt*. Sanè ad hunc modum Maria dicere poterat: flores virginitatis meę celerimè Deo oblati ſic illi placuerunt, vt hinc multis pueris, atque puellis gratiam ſit largitus, per quam vitam cælibem elegerunt. Et ſic patet, quòd flores Virginis fuerunt fructus honoris, & honeſtatis. Confirmatur, D quia, ſi iuſtum, & congruum videtur, ex D. Thoma prima ſecundæ q. 114. quòd Deus impleat iuſtum deſiderium ſui amici de ſalute alterius, multò magis iuſtum, & congruũ videbitur, quòd Deus impleret deſiderium illius, quam in Matrem elegerat, de perfectione alterius, & de ſtatu virginali, & religioſo multorum.

B. V. per ingreſſum in templum, in ætate tenerrima, meruit, vt innumeri vtriuſque ſexus homines virginitatis florem Deo dicarẽt.

Pſal. — Eccleſiaſt. — Numer. — D.Thom.

✠✠✠
✠

QVAESTIO III.

An Beata Virgo habitauerit in ſecretiori loco Templi, qui Sancta Sanctorum vocabatur.

Opinio affirmatiua.

PARTEM affirmatiuam videntur tradere antiquiſſimi Patres, qui vitę Mariæ ſeduli fuerunt inueſtigatores. B Euodius Epiſcopus Anthiochenus Apoſtolorum ſucceſſor apud Nyceph. in epiſt. cuius titulus *Lumen* inſcribebatur, ait: *Trimula cum eſſet in templo præſentata, ibi in Sanctis Sanctorum traduxit annos vndecim*. S. Germanus Epiſcopus Conſtantinopolitanus ſerm. de Præſentatione Virginis ait: *Vbi non ſepè, ſed ſemèl ſolùm in anno Sacerdos ingrediens peragebat cultus myſticos, illuc Virgo, vt ibi perpetuò maneret, a ſuis adducitur Parentibus, vt eſſet in ſacris gratiæ aditis. Quis vidit, aut audiuit fæminam, quæ adduceretur in intima Sanctorum, ad quæ vix patet aditus hominibus, vt in eis habitet, & verſetur? An non eſt hoc euidens demonſtratio noui, & alieni operis, quod in ea futurum erat poſtea? Oſtendant nobis, qui in eam linguas mouent, & vident, tanquam non videntes, vbinam talia vnquam viderunt, puellam ex profeſſo adduci intra tertium velum, tanquam donum, in quod nulla cadit reprehenſio, vt illic habitaret aſſiduè*. Gregorius Nicomediæ Archiepiſcopus in oratione de Pręſentatione Virginis: *Oportebat*, inquit, *Virginem non in Sanctis Sanctorum tabernaculis; ſed in ipſo cælo cæli, in prima ætate, educari*. Quarè propter has authoritates aliqui Recentiones, inter quos eſt Ioann. Carthagena tom. 1. lib. 3. homil. 1. hanc partem ſequuntur; & reſpondent obiectioni, quę fieri poteſt, nimirùm quòd ſoli Pontifici ſemel in anno in Sancta Sanctorum ingredi liceret, ex Diuo Paulo ad Hebræos cap. 9. *In ſecundo tabernaculo*, ideſt in Sanctis Sanctorum, *ſemèl in anno ſolus Pontifex, non ſine ſanguine introibat*. Reſpondent, inquam, ſoli Pontifici ex lege; ex ſpeciali verò priuilegio id fuiſſe conceſſum Virgini: & ponderat Carthagena, eos Patres, qui affirmant, Virgi-

B. Euodius. S. Germanus Conſtantin. Gregorius Nicomed. Io. Carthag. Ad Hebręos

A nem in Sanctis Sanctorum habitaſſe, optimè ſciuiſſe prædictam doctrinam Apoſtoli. Pro explicatione huius quæſtionis

Notandum primò ex Baron. in apparatu num. 50. rectè colligi ex Ioſepho, in circuitu templi fuiſſe conſtructas nonaginta ampliſſimas cellas, in quibus non ſolùm fæminæ Deo, voti cauſa, oblatæ, ſed aliæ inſupèr diuerſi ordinis perſonæ ſeparatim degere potuiſſent. Et quidèm quòd in aliqua templi parte habitarent fæminæ, & Patres tradunt, & Scripturæ ſacræ teſtantur, vt benè notat idem Baron. num. 53. 4. Reg. 11. *Ioſaba abſcondit Ioas a facie Athalię in necem*
B *filiorum Ochoziæ furentis, eratque cum ea ſex annis in domo Domini*; ergo in templo fæminæ habitabant, cum Ioſaba filia Regis Iorami vxor Ioiadæ Pontificis in eo per ſex annorum ſpatium fuerit cum multis ancillis. Similiter 1. Reg. 2. ſacrilegi filij Heli Sacerdotis pudicitiam mulierum, quæ ad oſtium templi caſtam traducebant vitam contaminare auſi ſunt. Itèm fæminarum habitatio in templo Exod. 38. habetur. Facit ad hæc auctoritas Diui Ambroſ. initio lib. 1. de virginibus.

Paron. Ioſephus. Regum. Exod.

Notandum ſecundò cum eodem Barõ. in apparatu cit. num. 51. fuiſſe in interiori templi muro diſcretum locum, quò
C fęminę tam indigenæ, quam peregrinæ ad orandum venirent; negat verò idem Baron. hunc locum fuiſſe prædictarum fæminarum habitationem, tum quia ibi quę ad victum erant neceſſaria non potuiſſent ſibi parare, cum illùc nec vas inferre, nec comedere fas eſſet, vt Ioſephus ſcribens contra Appionem lib. ſecundo teſtatur. Vndè concludit, quòd ille locus erat diſcretus, orationis, & non habitationis cauſa. His ita notatis,

Ioſephus.

Dico, ſententiam Diui Anſelmi de Laudibus Virginis in fine ſuorum operum probabiliorem eſſe, vbi ait: *Maria Dei genitrix didicit hebraicas literas,*
D *erat docilis, amans doctrinam, & circa ſacram doctrinam perſeuerabat: opus verò manuum eius erat lanæ, & lini, & ſerici. Erat itaque locus diſtinctus in domo Domini, ſcilicet in templo, propè læuam altaris: ibi ſtabant virgines ſolæ, &, diuino officio peracto, ibant omnes ad propria: Maria verò perſeuerabat, & cuſtodiebat altare, & templum, Sacerdotibus miniſtrans*. Quarè colligitur, Virginem non habitaſſe in Sanctis Sanctorum, quia ibi lanam, linum, aut ſericum operari non decebat,

Cõcluſio affirmatiua. D. Anſelm.

A & ſi, vt vidimus in ſecundo notabili, in loco, in quem orationis cauſa conueniebant virgines, non licebat manducare, nec illùc vas inferre, multò minùs decebat ſimilia agere in Sanctis Sanctorum. Adde, quòd, ſi in Sanctis Sanctorum Virgo habitaſſet, fuiſſet ab alijs omninò ſegregata, quod non videbatur conueniens, & ſi in illo virginum cœtu illa erat anteſignana, omniumque virtutum exemplar. Probabiliſſimum tamen puto, Virgini ob eius eximiam ſanctitatem ex ſpeciali priuilegio conceſſum fuiſſe ingredi in Sancta Sanctorum, & aliquandò ingreſſam eſſe; nam ſi hoc etiam D. Iacobo conceſſum fuit, vt habetur in lectionibus Breuiarij: *Iacobo vni licebat ingredi in Sancta Sanctorum*: multò magis Virgini conceſſum fuiſſe, credendum eſt, quę in illa ętate adeò eminenti ſanctitate fulgebat, vt omnes in admirationem traheret. Et ſanè conueniens erat, vt ad myſticam arcam, in Sanctis ſanctorum collocatam pateret aditus Virgini, quæ in ipſa eadem arca figurabatur. Quarè

In lectionib' feſti S. Iacob.

Reſpondetur Patribus.

Vel in hoc ſenſu dicimus, authoritates in principio quæſtionis adductas poſſe explicari, vel eos Patres accepiſſe Sancta Sanctorum pro toto templo: ſicut videtur ſumere D. Gregorius Nyſſenus in oratione de Natiuitate, referens, D. Annam in Sancta Sãctorum ad orandum eſſe ingreſſam: & ſic etiam explicari poteſt S. Germanus Epiſcopus ſupra citatus affirmans expreſsè, Virginem in Sanctis Sanctorum aſſiduè habitaſſe.

D. Gregor. Nyſſenus.

QVAESTIO IV.

An Beata Virgo in Templo contemplatiuam, vel actiuam duxerit vitam.

B.V. in templo vitam mixtam vixit, ſed intenta potiſſimùm contẽplationi. Sabell.

DICO, B. Virginem in Templo vitam mixtam vixiſſe, ſed potiſſimùm contemplationi vacaſſe. Colligitur ex grauiſsimis Authoribus. Nam Sabell. lib. 2. exemplorum cap. 4. & 9. & lib. 8 cap. 4. ex antiqua traditione ſcribit, Virginem conſueuiſſe, à prima luce ad tertiam diei horam, contemplationi, ac rebus ſacris vacare; deindè vſque ad meridiem, aliquod opus exercere; à meridie verò vſq; ad finem diei, ſacræ lectioni, & orationi incumbere. Epiphanius Præsbyter Conſtantinopolitanus, diligentiſsimus inueſtigator vitæ Mariæ, refert ex græcis Auctoribus, in lana, lino, ſerico byſſo, &c. laboraſſe. Idem etiam habet D. Anſelmus de laudibus Virginis. Diuus verò Bonauentura in meditationibus c. 3. circa Sanctum Hieronymum, ſic ſcribentem: *Hanc ſibi regulam Beata Virgo ſtatuerat, vt a mane vſque ad horam tertiam, orationibus inſiſteret; a tertia vſque ad nonam, externo opere ſe occuparet; a nona verò iterum ab oratione non recedebat, quovſque dũ illi Angelus appareret*. Egregiè Petrus Damianus ſermone primo de Natiuitate explicat vitam mixtam B.V. *Vt nec actio*, inquit, *contemplationem minueret, nec contemplatio actionem deſereret: conſidera quæ ipſa eſt, quæ in contemplatiuæ dignitatis ſuperuecta dulcedinem, in ipſius Dei ſubſtantia lucidiores infixit obtutus*. Innuitur etiam in ſacris paginis; ſupra enim q. 1. huius cap. vidimus, per mulierem, quam Ioan. vidit amictam ſole, ſignificari Virginem, illique datas fuiſſe duas alas, per quas intelligere poſſumus vitam actiuam, & contemplatiuam: *Et mulier fugit in ſolitudinem*, ideſt in templum.

Epiphanius Præsby. Cõſtantinopol.

D. Anſelm.

D. Bonauen. ex Hierony.

Petrus Damianus.

Ioann.

Probatur ratione: ſtatus comprahendens actiuam, ſed principaliter contemplatiuam, eſt perfectiſsimus (vide D. Tho. ſecunda ſecundę q. 188. art. 6. & confirmatur ex eo, quod talem viuendi rationem retinuit Chriſtus;) ergo eum viuendi modum Deipara retinere debebat.

D. Thom.

Ratio viuendi B. V. vitæ Chriſti conformis.

C De virtutibus, quas exercuit Beata Virgo in templo, commodiùs dicemus infra in capite de eius virtutibus.

QVAESTIO V.

Vtrum Beata Virgo in Templo ab Angelis viſitaretur, & nutriretur.

D DICO, hoc à probatiſsimis Authoribus affirmari, & pricipuè à Hierony. quẽ refert S. Bonauentura in meditationibus cap. 3 cit. præcedenti quæſtione, vbi inter alia hæc habentur: *Ab oratione non recedebat, quouſq; dum illi Angelus appareret, de cuius manu eſcam accipere ſolebat*: & paulò poſt: *De eſca, quam de manu Angeli accipiebat pauperibus erogabat: quotidiè videbatur ei Angelus loqui, & quaſi cariſsimæ Sorori, vel Matri, obtemperabat ei*. Greg. Nicomed. hom. de oblatione Virginis in templo hæc habet: *Mariam in templo libenter manſiſſe, immò etiã ab Angelo ſancto nutritam fuiſſe, qui frequen-*

Cõcluſio parti affirmatiuæ adherẽs. D. Hierony.

Greg. Nico.

Digitized by Google

quenter, *inuſitatam ſpeciem præſeferens, puellam inuiſerit*. Et idē Gregor. expreſsè aliàs affirmans, quòd ab Angelo nutriebatur, nè videretur ſua opinio improbabilis, ſubdit: *Tu autem, ò homo, admirabilem, & nouam in Templo viuendi rationem audiens Virginis, noli de ea dubitare, noli exiſtimare ratione eā, quæ capere non poteſt cogitatio. Vides, ipſum Dei Verbum modo ineffabili habitaſſe in eius vtero, & contendes, fuerit ne alimentum, quo nempè Maria veſcebatur, materiale, an expers materiæ? Vides, paterno conſilio, Spiritus in ea adumbrationem, & de miniſterio Angelorum dubitas? Nihil eſt dubium ex his, quæ ſunt caſtiſsima Virginis, ex eius magnalibus. Nihil eſt, quod non ſit conuemens, omnia a veritate ipſa ſunt confirmata: oportebat enim, diuinum tabernaculum augeri talibus aſcenſionibus; oportebat agnā immaculatam tali excipi conuiuio, talibus cibis exſatiari.* Fauent etiam huic ſententiæ Andreas Cretenſis in Concept. Virginis, & Germanus Archiepiſcopus Conſtantinopolitanus. Suar. tom. 2. in tertiam partem diſp. 7. Baron. tom. 1. Concord. lib. 6. cap. 6. Petrus Moral. in cap. primū Matth. lib. 1. tract. 10. num. 20. Gregorius Gallicanus in ſuo Mariali, agens dē Præſentatione.

Virginis encomium.

Andr. Cret. Germ. Conſtantinop. Suarius, Baron. Petrus Moral. Gregor. Gallicanus.

Innuitur illis verbis, quibus Eccleſia vtitur in ea oratione: *Omnipotens ſempiterne Deus, qui glorioſæ Virginis Matris Mariæ corpus, & animam, vt dignum Filij tui habitaculum effici mereretur, Spiritu Sancto cooperante, præparaſti*. Ponderandum eſt, quòd Deus Omnipotens appelletur in præparatione tum corporis, tum animæ Virginis; vndè indicatur, quòd menſura donorum, gratiarum, & priuilegiorum, quibus cumulata fuit Virgo, eſt ipſa diuina Omnipotentia. Et ſanè, ſi Spiritus Sanctus cooperatus eſt in præparanda Virgine, quid mirum, ſi ope, & miniſterio etiam Angelorum eius corpus præpararetur, dum ab illis alebatur? Typus huius rei fuit Arca, quæ continebat manna, quod Angelorum miniſterio compactum erat. Et ſi cibo regio veſcebantur ex Regis præſcripto adoleſcentuli illi, Daniel. 1. quia congruum videbatur ſic magnificè alere eos, qui poſteà ſtare debebant in conſpectu Regis; certè congruentius erat, vt ea quæ non ſolùm aſſiduè futura erat in conſpectu Summi, & Aeterni Regis, ſed & illum ipſum paritura erat, per manus Angelorum cibū caperet.

Oratio, quæ habetur in Offic. B. V.

Daniel.

Patet ratione; nam priuilegia cæteris Sanctis conceſſa, in Virgine nobiliori, & altiori modo ſunt admittenda. Sed ex priuilegio multi Sancti ab Angelis cibum capiebant: & Palladius teſtatur, inter ſanctos Eremitas, Abbatem Appollinem poſt longiſſimas preces, quibus die, noctuque vacabat, ab Angelo quotidiano nutrimento fuiſſe refectum; idemque de Anuphio Abbate affirmat: ergo multò meliùs tale priuilegium Virgini fuiſſe conceſſum, eſt aſſerendum.

Palladius. Sancti quibꝰ cibū ab Angelis miniſtratum fuerunt.

Confirmatur primò, quia Angeli, virtute, & intuitu Incarnationis, gratiam, & gloriam ſunt conſecuti, vt ſuo loco dicemus: quare aliquod miniſterium, quod Incarnationem ipſam aliquo modo reſpiceret, exhibere cupiebant; & hinc Deus illis conceſſit, vt Virginem enutrirent, ex qua ipſe carnem erat aſſumpturus. Et credibile etiam eſt, Chriſtum, vt tali Angelorum deſiderio ſatisfaceret, illos aliquandò in proprium miniſterium admiſiſſe, vt habetur Matth. 4. *Et ecce Angeli acceſſerunt, & miniſtrabant ei*.

Matth.

Confirmatur ſecundò, quia ſolent ſubditi tributa ſoluere pro Regis ſuſtentatione: ergo conueniens erat, vt Angeli pro Regis ſuſtentatione, alimoniam in tributum Angelorum Reginæ deferrent.

Confirmatur tertiò, quia Virgo Annæ mamillas ſpontè reliquerat, vt ad templum properaret, teſte Nicephor. lib. 1. hiſtor. cap. 7. dicente: *Vt vero infans a lacte materno iam abhorruit, & mammam attingere noluit; promiſsionem Mater adimplet, & in templum aſcendens, iuxta votum, eam Deo conſecrat, tertium iam tum ætatis agentem annum*: ergo non incongruum erat, vt Angelorum miniſterio aleretur. Etenim, ſi in Iſraelitas ea fuit Dei munificentia, vt, pro allijs, porris, ac cepis in Aegypto relictis, cæleſte manna in cibum eis depluerit: *Panem cæli*, inquit Dauid Pſal. 77. *dedit eis, panem Angelorum manducauit homo: cibaria miſit eis in abundantia*; quantò maior ratio ſuadet, Deum pari liberalitate, ne dicam maiori, ſanctā Puellulam, iam in Dei Matrem electam, fuiſſe proſequutum, quæ vbera D. Annæ ſuauiſſima, animo verè inuicto, vt ad diuinum properaret cultum, reſpuerat? Vndè, ſi Iſraelitæ longo tempore Angelico pabulo fuerunt ſaturati, cur, quæſo, heſitabimus in affirmando, huic paucis ijs annis, quibus in templo commorata eſt, ab Angelis eſcam fuiſſe ſubminiſtratam? Adde quòd vbera Annæ diuinitùs lacte Angelorum miniſterio fabricato tumeſcebant, vt auctor eſt Zeno ſerm. 2. de Abraham: *Maria, Parentum amor, ac deliciæ, incredibili Matris gaudio ad vbera vetulæ nutritur, creſcit nouis in dies per ætatem augmentis ex abundanti ſic lacte, diuinitùs areſcentibus vetulæ vberibus infuſo*.

Nicephor.

Pſal.

Zeno.

Qua-

A Quare, ſi Maria infantula lac miniſterio Angelorum confectum reliquerat, vt ſe ad templum conferret, conueniens erat vt Angeli alium illi cibum in templo ſubminiſtrarent. Sed

Obiectio. Dices: quandò B. Virgo ingreſſa eſt templum, vel iam erat ablactata, vel ſaltèm tunc erat completum ablactationis tempus; hoc enim triennio circumſcribebatur, vt patet ex 2. Machab. 7. *Machab.* *Fili mi, miſerere mei, quæ te nouem menſibus in vtero portaui, & lac triennio dedi.* Et quò ad Virginis ablactationem, expreſsè D. Hieronym. lib. de ortu Mariæ: *Cumque trium,* inquit, *annorum circulus volueretur, & ablactationis tempus eſſet completum,* &c.

Reſponſio. Reſpondeo, hæc non auferre vim noſtri diſcurſus. Primò, quia Nicephorus magnam meretur fidem, vtpotè antiquus, & ſolertiſſimus hiſtoriographus; & Diuus Hieronymus (*D. Hierony.*) exponi poteſt, quòd ideò dicat, tempus ablactationis fuiſſe completum, quia, vel, ſpectato more conſueto, vltra triennium non prorogabatur, vel Beata Virgo voluit, vt tunc compleretur, ſeù terminaretur lactatio, licet Anna parata eſſet, ob ſpecialem amorem in Mariam, lactationem vlteriùs protrahere. Secundò, dato, quòd Virgo infantula tunc non deſeruerit vbera matris, cum templum ingreſſa eſt, ſed ante fuerit ablactata, aderant paternæ domus commoda, materna Annæ blandimenta, dulciſſimum eorum Parentum conſortium, qui Angelica eminebant ſanctimonia, quibus (mirum dictu!) verè cælitùs indita conſtantia, puellula Maria detineri non potuit, quin ad diuinum cultum properaret.

Collige, ex lactatione D. Annæ, in qua diximus ex Zenone, lac diuinitùs affluxiſſe, Virginem maximam propenſionem ad res diuinas habuiſſe, & etiam complexionem perfectiſſimam; quantam enim vim habeat lactatio, ad lactantis mores in prolem transfundendos, videbimus infra, cùm de Virgine lactante agemus.

QVAESTIO VI.

Quodnam myſterium fuit, Virginem trimulam aſcendere quindecim gradus Templi.

SVPPONENDVM, vt veriſſimum, quod tradit Hieronymus in lib. de ortu Mariæ: *D. Hierony.* *Cumq; trium annorum circulus volueretur,* B *& ablactationis tempus cōpletum eſſet, ad templum Domini Virginem eius Parentes cum oblationibus adduxerunt. Erant circa templum iuxta quindecim graduum pſalmos, quindecim aſcenſionis gradus. In horū itaque vno Beatā Virginē Mariam paruulam Parentes conſtituerunt: cumque ipſi veſtimenta, quæ in itinere habuerant, exuerent, & cultioribus ex more veſtibus ſe, & mundioribus induerent, Virgo Domini cunctos ſigillatim gradus ſine ducentis, & leuantis manu ita aſcendit, vt perfectæ ætati in hoc dumtaxat nihil deeſſe putares. Iam quippe Dominus in Virginis ſuæ infantia magnum quid operabatur, & quanta futura eſſet, huius miraculi indicio* C *præmonſtrabat.*

Supponendum ſecundò, quòd quindecim illi gradus templi, iuxta D. Antonin. *D. Antonin.* 4. par. tit. 15. cap. 6. §. 2. quindecim Beatorum ſtatus in templo cæleſtis gloriæ ſignificabant, nouem Angelorum ordines, & ſex Sanctorum gradus, Patriarcharum, Prophetarum, Apoſtolorum, Martyrum, Confeſſorum, atque Virginum. His ſuppoſitis.

Concluſio prima. Declaratio myſterij. Dico primò, indicari quòd ex tūnc Virgo ſanctitate excedebat omnes Angelorū ordines, atque Sanctorū. Hęc concluſio corroborabitur ex ijs, quæ dicemus in cap. de Sanctitate, & gratia Deiparę quæ- D ſtione, in qua probabimus, ab ipſo primo Conceptionis momento, Virginem habuiſſe maiorem gratiam, quam ſit gratia omnium Sanctorum, & Angelorum collectiuè ſumpta.

Secunda concluſio. Dico ſecundò, celerem illum aſcenſum Virginis per quindecim gradus exemplū præbere ijs, qui ad religionem vocati ſunt, vt ſtatim reſpondeant. Audi D. Hieronymum (*D. Hierony.*) in epiſt. ad Paulinum: *Feſtina, quæſo, & hærenti in ſalo nauiculæ funem magis præſcinde, quam ſolue.*

QVAESTIO VII.

Lucæ. Cur Eccleſia in Feſto Præſentationis legit Euangelium illud Lucæ 11. *Extollens mulier vocem de turba dixit illi: Beatus venter, qui te portauit, & vbera, quæ ſuxiſti*, &c.

RATIO ambigendi eſt, quia, cùm tũc Virgo paruula eſſet, & vbera non haberet, primo aſpectu non videtur, quòd ſatis accommodatè fiat de vberibus ipſius mentio in hac ſolemnitate. Sed

Prima Concluſio. Dico primò, valdè opportunam eſſe vteri, & vberum commendationem, ad indicandam Virginis trimulæ excellentiam; quia in maternitate Dei, veluti in radice, continentur innumerabiles excellentiæ: vndè veluti breui compendio laudes ipſius Virginis perſtringuntur, quoties aliquid de ea annuntiatur, per quod Dei Mater declaratur: &, licet Virgo tũc infantula Deum corpore nondum concepiſſet; quia tamen ad illum concipiendum

C electa erat, maximis gratijs cumulabatur.

D. Anſelm. Adnotanda ſunt verba D. Anſelmi lib. de excelientia Virginis cap. 7. *Si talis apparatus fit pro aduentu terreni hominis, qualis apparatus omnis boni, putamus, fiabat pro aduentu cæleſtis Regis in corde Virginis, quæ illum non ſolum erat tranſitiuè hoſpitatura, ſed etiam ex ſubſtantia ſua factum hominem paritura?* Porrò de excellentia maternitatis Dei dicemus plura infra.

Secunda Concluſ. Dico ſecundò, in prædicto Lucæ Euangelio mentionem etiam fieri de ſpirituali Maternitate Dei illis verbis: *Quinimmò beati, qui audiunt verbum Dei, & cuſtodiunt illud*.

D B. Virg. Mater Dei ſpiritualis. Virgo autem in illa infantili ætate Mater ſpiritualis Dei dici poterat, quia diuinam voluntatem, à primo Conceptionis momento, ſemper adimpleuerat, & diuinum verbum, ſeù inſpirationes ſibi cęlitùs immiſſas diligentiſſimè cuſtodierat.

Beda. Audiendus eſt Beda ſuper Lucam cap. 9. *Dei enim Genitrix*, inquit, *indè quidem beata, quia Verbi incarnati miniſtra facta eſt temporalis: ſed indè multò beatior, quia eius ſemper amandi cuſtos manebat æterna*: nota ly *æterna*, hoc eſt, à Conceptionis momento inceptam fuiſſe, & numquàm interruptam cuſtodiam diuini

A Verbi. Plura de hac Maternitate ſpirituali dicemus infrà.

Dico tertiò, ideò voluiſſe Spiritum Sãctum de vtero, & vberibus Virginis fieri mentionem in hac ſolemnitate ab Eccleſia, vt indicaret, ipſam Virginem, in illa infantili ætate, adeò ſanctam fuiſſe, vt ex tunc aliquo modo digna Dei Mater videretur. Tertia Concluſio. B. Virg. in ætate infantili iam digna quodam modo Dei maternitate.

Innuitur etiam hoc ab eadem Eccleſia, dum appellat Virginem, Habitaculum Spiritus Sancti; ſic enim ait in oratione huius ſolemnitatis: *Deus, qui Beatam Mariam, ſemper Virginem, Spiritus Sancti habitaculum, hodierna die in templo præſentari voluiſti*, &c. Oratio feſti Præſent.

B & in antiphona ad Magnificat dicitur ipſa Virgo *Templum Domini*: alibi verò ab eadem Eccleſia templũ Domini nominatur vterus Virgineus, quatenùs in eo Verbum carnem aſſumpſit: *Magnum hæreditatis myſterium: templum Dei factus eſt vterus neſciens virum*. Antiphona.

Nec alicui hoc mirum videri debet. Nam Patres tantam in Virgine adhùc in materno vtero exiſtente ſanctitatem agnouerunt, vt ex tunc, tamquam dignam Matrem, à Verbo eſſe electam prædicent.

B. Laurentius Iuſtinianus. B. Laurentius Iuſtinianus ſerm. de Natiuitate S. Mariæ: *Illam*, inquit, *profectò adhùc in Matris vtero decubantem adamauit Verbum, ſibique in Genitricem elegit, vtpotè ſuperabundanti iam benedictione præuentam, iamque*

C *Sancti Spiritus magiſterio deputatam*.

Chryſol. Facit etiam pro prædicta concluſione luculentum illud encomium Petri Chryſologi ſerm. 146. *Quomodò non ante conceptum mater, quæ poſt partum Virgo? Mater, aut genitrix quandò non, quæ ſæculorum genuit Auctorem?* Et ſupra cap. de Conceptione quæſt. 3. in probatione ſecundæ concluſionis notauimus ex Patribus, per virgam Aaron ſignificari Virginem; & per eandem præfigurari eius Cõceptionem, ex quadam reuelatione S. Brigittæ demonſtrauimus. Quo poſito, ſi virga illa vno die & germinauit, & floruit, & fructus attulit; ſanè indicatur,

D quòd Virgo, ſtatim atque concepta fuit, floruit omnibus virtutibus, ita, vt ex tunc iam digna videretur, quæ benedictum fructum, ideſt, Filium Dei conciperet.

Iſaiæ. Confirmatur ex ibi dictis in explicatione illius: *Egredietur virga de radice Ieſſe*, (Iſai. 2.) *& flos de radice eius aſcendet*. Confirmari demùm poterit ex ijs, quæ dicemus tom. 2. in cap. de admirabili ſanctitate, & gratia Deiparæ, vbi, inter alia, videbimus, eſſe probabiliſſimum, Virginem, à primo Conceptionis momento, maiorem gratiã habuiſſe, quam ſit gratia omnium Sanctorum collectiuè ſumpta.

Dico

A Quare, ſi Maria infantula lac miniſterio Angelorum confectum reliquerat, vt ſe ad templum conferret, conueniens erat vt Angeli alium illi cibum in templo ſubminiſtrarent. Sed

Obiectio. Dices: quandò B. Virgo ingreſſa eſt templum, vel iam erat ablactata, vel ſaltèm tunc erat completum ablactationis tempus; hoc enim triennio circumſcribebatur, vt patet ex 2. Machab. 7. *Fili mi, miſerere mei, quæ te nouem menſibus in vtero portaui, & lac triennio dedi.* Et quò ad Virginis ablactationem, expreſsè D. Hieronym. lib. de ortu Mariæ: *Cumque trium*, inquit, *annorum cirtulus volueretur, & ablactationis tempus eſſet completum*, &c.

Machab.

B

Reſponſio. Reſpondeo, hæc non auferre vim noſtri diſcurſus. Primò, quia Nicephorus magnam meretur fidem, vtpotè antiquus, & ſolertiſſimus hiſtoriographus; & Diuus

D. Hierony. Hieronymus exponi poteſt, quòd ideò dicat, tempus ablactationis fuiſſe completum, quia, vel, ſpectato more conſueto, vltra triennium non prorogabatur, vel Beata Virgo voluit, vt tunc completetur, ſeù terminaretur lactatio, licet Anna parata eſſet, ob ſpecialem amorem in Mariam, lactationem vlteriùs protrahere. Secundò, dato, quòd Virgo infantula tunc non deſeruerit vbera matris, cum templum ingreſſa eſt, ſed ante fuerit ablactata, aderant paternæ domus commoda, (C) materna Annæ blandimenta, dulciſſimum eorum Parentum conſortium, qui Angelica eminebant ſanctimonia, quibus (mitum dictu!) verè cælitùs indita conſtantia, puellula Maria detineri non potuit, quin ad dininum cultum properaret.

Collige, ex lactatione D. Annæ, in qua diximus ex Zenone, lac diuinitùs affluxiſſe, Virginem maximam propenſionem ad res diuinas habuiſſe, & etiam complexionem perfectiſſimam; quantam enim vim habeat lactatio, ad lactantis mores in prolem transfundendos, (D) videbimus infra, cùm de Virgine lactante agemus.

QVAESTIO VI.

Quodnam myſterium fuit, Virginem trimulam aſcendere quindecim gradus Templi.

SVPPONENDVM, vt veriſſimum, quod tradit Hieronymus in lib. de ortu Mariç: *Cumq; trium annorum circulus volueretur, & ablactationis tempus cõpletum eſſet, ad templum Domini Virginem eius Parentes cum oblationibus adduxerunt. Erant circa templum iuxta quindecim graduum pſalmos, quindecim aſcenſionis gradus. In horũ itaque vno Beatã Virginẽ Mariam paruulam Parentes conſtituerunt: cumque ipſi veſtimenta, quæ in itinere habuerant, exuerent, & cultioribus ex more veſtibus ſe, & mundioribus induerent, Virgo Domini cunctos ſigillatim gradus ſine ducentis, & leuantis manu ita aſcendit, vt perfectæ ætati in hoc duntaxat nihil deeſſe putares. Iam quippe Dominus in Virginis ſuæ infantia magnum quid operabatur, & quanta futura eſſet, huius miraculi indicio præmonſtrabat.* D. Hierony.

Supponendum ſecundò, quòd quindecim illi gradus templi, iuxta D. Antonin. 4. par. tit. 15. cap. 6. §. 2 quindecim Beatorum ſtatus in templo cæleſtis gloriæ ſignificabant, nouem Angelorum ordines, & ſex Sanctorum gradus, Patriarcharum, Prophetarum, Apoſtolorum, Martyrum, Confeſſorum, atque Virginum. His ſuppoſitis. D. Antonin.

Dico primò, indicari quòd ex tùnc Virgo ſanctitate excedebat omnes Angelorũ ordines, atque Sanctorũ. Hęc concluſio corroborabitur ex ijs, quæ dicemus in cap. de Sanctitate, & gratia Deiparę quæſtione, in qua probabimus, ab ipſo primo Conceptionis momento, Virginem habuiſſe maiorem gratiam, quam ſit gratia omnium Sanctorum, & Angelorum collectiuè ſumpta. Concluſio prima. Declaratio myſterij.

Dico ſecundò, celerem illum aſcenſum Virginis per quindecim gradus exemplũ præbere ijs, qui ad religionem vocati ſunt, vt ſtatim reſpondeant. Audi D. Hieronymum in epiſt. ad Paulinum: *Feſtina, quæſo, & hærentis in ſalo nauiculæ funem magis præſcinde, quam ſolue.* Secunda concluſio. D. Hierony.

QVAESTIO VII.

Cur Eccleſia in Feſto Præſentationis legit Euangelium illud Lucæ 11. *Extollens mulier vocem de turba dixit illi: Beatus venter, qui te portauit, & vbera, quæ ſuxiſti,* &c.

Lucæ.

RATIO ambigendi eſt, quia, cùm tūc Virgo paruula eſſet, & vbera non haberet, primo aſpectu non videtur, quòd ſatis accommodatè fiat de vberibus ipſius mentio in hac ſolemnitate. Sed

Prima Concluſio.

Dico primò, valdè opportunam eſſe vteri, & vberum commendationem, ad indicandam Virginis trimulæ excellentiam; quia in maternitate Dei, veluti in radice, continentur innumerabiles excellentiæ: vndè veluti breui compendio laudes ipſius Virgiois perſtringuntur, quoties aliquid de ea annuntiatur, per quod Dei Mater declaratur: &, licet Virgo tūc infantula Deum corpore nondum concepiſſet; quia tamen ad illum concipiendum electa erat, maximis gratijs cumulabatur. Adnotanda ſunt verba D. Anſelmi lib. de excellentia Virginis cap. 7. *Si talis apparatus fit pro aduentu terreni hominis, qualis apparatus omnis boni, putamus, fiebat pro aduentu cæleſtis Regis in corde Virginis, quæ illum non ſolum erat tranſitiuè hoſpitatura, ſed etiam ex ſubſtantia ſua factum hominem paritura?* Porrò de excellentia maternitatis Dei dicemus plura infra.

D. Anſelm.

Secunda Concluſ.

Dico ſecundò, in prædicto Lucæ Euangelio mentionem etiam fieri de ſpirituali Maternitate Dei illis verbis: *Quinimmò beati, qui audiunt verbum Dei, & cuſtodiunt illud.* Virgo autem in illa infantili ætate Mater ſpiritualis Dei dici poterat, quia diuinam voluntatem, à primo Conceptionis momento, ſemper adimpleuerat, & diuinum verbum, ſeù inſpirationes ſibi cęlitùs immiſſas diligentiſſimè cuſtodierat. Audiendus eſt Beda ſuper Lucam cap. 9. *Dei enim Genitrix,* inquit, *indè quidem beata, quia Verbi incarnati miniſtra facta eſt temporalis: ſed indè multò beatior, quia eius ſemper amandi cuſtos manebat æterna:* nota ly *æterna*, hoc eſt, à Conceptionis momento inceptam fuiſſe, & numquàm interruptam cuſtodiam diuini Verbi. Plura de hac Maternitate ſpirituali dicemus infrà.

B. Virg. Mater Dei ſpiritualis.

Beda.

Tertia Concluſio.

Dico tertiò, ideò voluiſſe Spiritum Sāctum de vtero, & vberibus Virginis fieri mentionem in hac ſolemnitate ab Eccleſia, vt indicaret, ipſam Virginem, in illa infantili ætate, adeò ſanctam fuiſſe, vt ex tunc aliquo modo digna Dei Mater videretur. Innuitur etiam hoc ab eadem Eccleſia, dum appellat Virginem, Habitaculum Spiritus Sancti; ſic enim ait in oratione huius ſolemnitatis: *Deus, qui Beatam Mariam, ſemper Virginem, Spiritus Sancti habitaculum, hodierna die in templo præſentari voluiſti,* &c. & in antiphona ad Magnificat dicitur ipſa Virgo *Templum Domini:* alibi verò ab eadem Eccleſia templū Domini nominatur vterus Virgineus, quatenùs in eo Verbum carnem aſſumpſit: *Magnum hæreditatis myſterium: templum Dei factus eſt vterus neſciens virum.* Nec alicui hoc mirum videri debet. Nam Patres tantam in Virgine adhùc in materno vtero exiſtente ſanctitatem agnouerunt, vt ex tunc, tamquam dignam Matrem, à Verbo eſſe electam prædicent. B. Laurentius Iuſtinianus ſerm. de Natiuitate S. Mariæ: *Illam,* inquit, *profectò adhùc in Matris vtero decubantem adamauit Verbum, ſibique in Genitricem elegit, vtpotè ſuperabundanti iam benedictione præuentam, iamque Sancti Spiritus magiſterio deputatam.* Facit etiam pro prædicta concluſione luculentum illud encomium Petri Chryſologi ſerm. 146. *Quomodò non ante conceptum mater, quæ poſt partum Virgo? Mater, aut genitrix quandò non, quæ ſæculorum genuit Auctorem?* Et ſupra cap. de Conceptione quæſt. 3. in probatione ſecundæ concluſionis notauimus ex Patribus, per virgam Aaron ſignificari Virginem; & per eandem præfigurari eius Cōceptionem, ex quadam reuelatione S. Brigittæ demonſtrauimus. Quo poſito, ſi virga illa vno die & germinauit, & floruit, & fructus attulit; ſanè indicatur, quòd Virgo, ſtatim atque concepta fuit, floruit omnibus virtutibus, ita, vt ex tunc iam digna videretur, quæ benedictum fructum, ideſt, Filium Dei conciperet. Confirmatur ex ibi dictis in explicatione illius: *Egredietur virga de radice Ieſſe,* (Iſai. 2.) *& flos de radice eius aſcendet.* Confirmari demùm poterit ex ijs, quæ dicemus tom. 2. in cap. de admirabili ſanctitate, & gratia Deiparæ, vbi, inter alia, videbimus, eſſe probabiliſſimum, Virginem, à primo Conceptionis momento, maiorem gratiā habuiſſe, quam ſit gratia omnium Sanctorum collectiuè ſumpta.

B. Virg. in ætate infantili iam digna quodam modo Dei maternitate.

Oratio feſti Præſent.

Antiphona.

B. Laurentius Iuſtinianus.

Chryſol.

Iſaias.

Dico

Quarta Concluſio.

In Virgine adhùc infantula erant vbera charitatis.

Cantic.

Dico quartò, ab Eccleſia fieri mentionem de vberibus Mariæ in hac ſolemnitate, vt intelligamus, vbera charitatis erga proximum in Virgine fuiſſe, licèt in ea nondum eſſent vbera lactis. Indicatur hoc Cant. 8. vbi, poſtquam dictum eſt: *Soror noſtra parua, & vbera non habet*: ipſa reſpondet: *Ego murus, & vbera mea turris, ex quo facta ſum coram eo, quaſi pacem reperiens*: quaſi dicat: Etſi A paruula ſim, & non habeam vbera lactis, habeo tamen vbera charitatis, quibus, inſtar fortiſſimæ turris, protego fideles. Accipe hic verba Guillelmi: *Vbera Mariæ ſemper turgent charitate Dei, & proximi; murus ad protegendum, mater ad nutriendum; murus infirmis, mater paruulis; nullus me putet habere, quo nutriam, & non habere, quo muniam: materna pietas mea, quos nutrit, etiam munit.* Guillelmus.



CAPVT SEXTVM.

DE MATRIMONIO VIRGINIS CVM S. IOSEPHO.

QVAESTIO PRIMA.

Vtrum inter Beatam Virginem, & Sanctum Ioſephum verum matrimonium interceſſerit.

Opinio negatiua.

ALIQVI putant, inter B. Virginem, & S. Ioſephum verum non fuiſſe matrimonii, eo quòd Ioſeph fuerit aſſumptus tantùm, vt cuſtos Mariæ. Exiſtimant, inferri

D. Hieronymus.

hoc ex verbis Hieronymi in lib. contra Eluidium hæreticum; dicit enim Hieronymus, quòd *Ioſeph cuſtos potiùs fuit Mariæ, quam maritus*. Et confirmant ex eo, quòd Ioſeph erat ſenex, & non aptus ad copulam. Sed contra, quia Hieronymus diſputabat cõtra Eluidium hęreticum, qui dicebat, Dominam noſtram genuiſſe plures filios poſt Chriſti natiuitatem. Ioſephũ autem fuiſſe ſenem negat veriòr opinio.

Concluſio affirmat.

Dico, certum eſſe, inter Virginem, & Ioſeph fuiſſe verum, & proprium matrimonium ratum. Ita communiter Theologi: D. Thomas 3. p. q. 29. a. 2. Suar. in 3. p. t. 2. diſp. 7. ſect. 2. Abulenſ. in Matth. cap 1. q. 32. Petrus Morales in caput. 1. Matthæi lib. 2. tract. 3. & alij.

D. Thom. Suar. Abulens. Petrus Morales. Probatio. Matth. Lucæ.

Probatur ex Scriptura. Matth. 1. dicitur: *Cum eſſet deſponſata Mater eius Maria Ioſeph*: & Lucę 1. *Miſſus eſt Angelus ad Virginem deſponſatam viro, &c.* & rurſùm Matth. 1. *Iacob genuit Ioſeph virum Mariæ*; ſed vir ſignificat maritum, ergo, &c. Et eodem cap. dicitur: *Noli timere accipere Mariam coniugem tuam*: coniux propriè dicitur perſona vinculo matrimonij alteri coniuncta. Et ibidem paulò poſt: *Exurgens autem Ioſeph à ſomno fecit ſicut præcepit ei Angelus Domini, & accepit coniugem ſuam*: & Lucę 2. *Aſcendit Ioſeph in Bethleem, vt profiteretur cum Maria deſponſata ſibi vxore*. Probatur ſecundò, quia, ſi qua ratio eſſet, cùr matrimonium inter Virginem, & Ioſeph non fuiſſet verum, maximè eſſet illa, quia ambo obſtricti erant voto caſtitatis, & ideò in copulam coniugalem non conſenſerunt, quandò matrimonium inierunt. Sed hæc ratio non obſtat; nam matrimonium non concubitus, ſed conſenſus facit, vt multa iura tum canonica, tum ciuilia teſtantur c. *cum locum*, de ſponſalibus, cap. *in matrimonium* 27. q. 2. & in regula *nuptias*, ff de regulis iuris: Concilium Tridentinum ſeſſ. 24. c. 6. Sed.

A

B

Leges, Trident.

Obiectio prima.

Obijcies primò: debuit ſaltèm adeſſe conſenſus in copulam; nam matrimonium ordinatum eſt ad prolem: ergo, ſi fuit verum matrimonium, virginitatis votum in Virgine fuit diſpenſatum, ne dicatur violatum per huiuſmodi conſenſum.

Reſponſio.

Reſpondeo, hanc eſſe difficultatem in tertia quæſtione huius capitis pertractandam.

C

Obiectio ſecunda.

Obijcies ſecundò authoritatem multorum Patrum, qui negare videntur matrimonium inter Virginem, & Ioſeph.

Reſponſio.

Reſpondeo, eos intelligendos eſſe de matrimonio conſummato, non autem de matrimonio rato.

Aduerte autem, prædictum matrimonium non fuiſſe ſacramentum nouæ legis, quia eo tempore coniugium nondum habebat rationem ſacramenti.

QVAESTIO II.

An ſit de fide, matrimonium fuiſſe verum inter Virginem, & Ioſephum.

Opinio affirm. Suar. Petr. Moral.

AFFIRMANT aliqui, inter quos eſt Suar. in 3. p. diſput. 7. §. 1. paulò poſt principium, & Petrus Morales in caput 1. Matth. tract. 3. num. 8. alios citans. Fundamentum eſt, quia Euangelium vocat Virginem vxorem, coniugem; & Ioſephum virum Mariæ.

Concl. prima negatiua. Sanchez, Rebellus, D. Auguſt.

Dico primò, partem negatiuam eſſe probabiliorem. Ita Sanchez t. 1. de ſponſalibus diſp. 28. Rebellus lib. 2. de matrim q. 13. ſect. 1. Et fundatur primò in anthoritate D. Auguſt. de nuptijs contra Iulianum c. 9. vbi dicit, eſſe verum matrimonium, ſed, ſalua fide, contrarium teneri poſſe: & fauet Can. *inuenta* 27. quæſt. 2.

Probatio.

Probatur ſecundò, quia non euidenter colligitur ex Scripturis, Concilijs, Patribus, aut traditionibus. Et ſicut Ioſeph appellatur pater Ieſu in Scriptura, & tamen pater putatiuus eſt tantùm; ita nomen viri coniugis, & vxoris intelligi poteſt ſecundùm exiſtimationem tantum.

Reſpondetur ad fundamentum contrariæ opinionis.

Ad fundamentum contrariæ opinionis reſpondeo, quòd coniuges propriè non dicuntur aliqui, niſi conſummata copula, per quam verificatur illud: *Erunt duo in carne vna*; vt communiter exponunt Theologi: ergo nomen coniugis, cum in Scripturis applicatur Virgini, non accipitur omninò propriè, & ſtrictè; ergo ex illo, aut alio ſimili nomine nihil de fide colligi poteſt. Tamen

Sec. Concl. Opinio negans, B. V. & S. Ioſephi matrimonium fuiſſe verum, erronea.

Dico ſecundò, opinionem negantem, huiuſmodi matrimonium fuiſſe verum, erroneam eſſe, & temerariam. Patet ex dictis præcedenti quæſtione.

Colligè eximiam dignitatem, & poteſtatem S. Ioſephi. Nam, ſi vxor eſt ſub poteſtate viri, iuxta Apoſt. 1. ad Corinth. 7. Beata Virgo, vt vera vxor S. Ioſephi, ſub eius poteſtate erat: &, ſi Chriſtus fuit fructus benedictus ventris Mariæ, ſanè fuit fructus arboris, quæ aliquo modo ſub poteſtate, & dominio erat S. Ioſephi. Ex quo inferre potes, quantum poſſint apud Virginem, & Chriſtum preces ipſius Sancti.

QVAESTIO III.

An Virgo, quandò contraxit matrimonium cū Ioſepho, habuerit expreſſum animum non conſentiendi in copulam maritalem.

Ratio exaggerationis.

RATIO difficultatis eſt, quia, ſi Beata Virgo non conſenſit in copulam maritalem, non videtur apparere, quomodò ſaluari potuerit eſſentia matrimonij: ſi verò cōſenſit, vrget voti virginitatis obligatio, quomodò, ſcilicet, ſaluo dicto voto, potuerit conſentire in copulā.

Reſponſio nonnullorū.

Aliqui reſpondent, Virginem non habuiſſe votum virginitatis, ſed tantùm propoſitum. Sed hoc eſt omninò falſum, vt hic ſuppono, & ſuo loco infra probabo, cùm agam de Deiparæ virginitate.

Alia ſententia.

Alij fatentur, habuiſſe votum, ſed hoc, aiunt, fuiſſe irritatum à Parentibus, quia tale votum erat contra cōſuetudinem populi hebraici, Deuter. 7. *Non erit apud te ſterilis*. Sed hoc non eſt admittēdum, tum quia ſine vllo fundamento aſſeritur, fuiſſe irritatum, cùm nullum habeamus talis irritationis teſtimonium in Scriptura; tum quia non ſaluabatur excellentiſſima puritas virginalis Deo à Maria perfectiſſimè dicata. Prætereà aliqui fuerunt, qui virginitatem ſeruauerunt in antiqua lege, vt dicemus, cum de Virginitate Mariæ pertractabimus: ergo votum Virginis non fuit contra conſuetudinem.

Deuter.

Aliorum opinio.

Alij dicūt, B. V. votū emiſiſſe ſub cōditione, niſi ob prolē aliter Deus voluiſſet. Sed gratis aſſeritur, nec vlla neceſſitas erat, quòd Deus diſpēſaret in voto ſibi gratiſs.

Rebellus.

Notandum primò cum Rebello lib. 2. de matrimonio q. 13 ſect. 4. n. 24. obligationem formalem actualem exercendi copulam non eſſe de eſſentia matrimonij. Patet euidenter, nam, ſi duo ineant matrimonium, animo non conſummandi, ſed ingrediendi religionem ante conſummationem, intra duos menſes præfixos; matrimonium illud erit ratum, & verum matrimonium. Et quòd matrimonium ratum ſit verum matrimonium, patet ex cap. *cum locum*, de ſpōſalibus cap. *ſufficiat* cap. *matrimonium* 27. q. 2.) Sed in prędicto caſu nulla eſt obligatio actualis reddendi debitum; ergo ſaluari poteſt eſſentia matrimonij abſq. formali obligatione exercēdi copulam. Confirmatur; nam, ſi in prędicto caſu non ingrediantur religionem, ſed mutuo conſenſu caſtitatem voueant, nulla eſt obligatio actualis reddendi copulam, & matrimoniū adhùc durat; ergo, &c. Scio, ali-

Digitized by Google

aliquos opinari contractum matrimonium ſub expreſſa conditione, ne teneantur contrahentes ſibi debitum reddere, nullum eſſe; quia vi contractus conſenſus implicitus in copulam excluditur: ita D. Thom. in 4.diſt.28.q. vnica art.4. D. Bonauentura ibidem, & alij quam plurimi, quos citat, & ſequitur Sanchez lib.2. de matrimonij eſſentia diſp. 28. ſub num. 3. *§. & confirmatur*. Sed nihilominùs quod notauimus cum Rebello, videtur verum.

D.Thom. D. Bonau. Sanchez.

Notandum ſecundò, eſſentiam matrimonij conſiſtere in quadam indiuiſibili coniunctione animorum, per quam vnus coniugum indiuiſibiliter alteri fidem ſeruare tenetur, in qua coniunctione eſt radicalis quædam, ſeù aptitudinalis, ſeù in actu primo obligatio ad concubitum. Porrò finis matrimonij triplex eſt ex Cathechiſmo Romano ad Parochos ſub titulo de matrimonio. Primus ipſa diuerſi ſexus, ita natura appetente, ſocietas, & mutuum auxilium, iuxta illud: *Non eſt bonum eſſe hominem ſolum, faciamus illi adiutorium ſibi ſimile*. Secundus finis eſt procreatio, & educatio prolis, vt veræ fidei cultores educentur. Tertius remedium concupiſcentiæ, quæ per copulam maritalem ſedatur.

Cathechiſmus Rom.

Geneſ.

Dico primò, Virginem hac condirione, ſiuè expreſſa, ſiuè implicita, vt virginitatem ſeruaret, cum S. Ioſepho mattimonium inijſſe, ſeù (qnod veriſimilius videtur) conueniſſe Mariam, & Ioſeph in obligationẽ viuendi caſtè (diuinitus præmonitos ad ſic contrahendum) & ſibi inuicem renuntiandi ius petendi copulam. Fauet Albertus Magnus lib. de laudibus Mariæ; Magiſter in 4.diſt.30.c.2.& alij, quos citat, & ſequitur Rebellus lib.2. de eſſentia matrimonij q.13. ſect.3.

Prima Cõcl. B.V. cum conditione inijt matrimonium.

Albertus Magnus, Magiſt. ſent. Rebellus.

Probatur; nam (vt certum ſuppono) Maria ante nuptias virginitatem vouerat: ſed talis voti obſeruatio eſt incõpoſsibilis cum redditione debiti; nam votum virginitatis includit abſtinentiam ab omni carnali copula; ergo vel fuit diſpenſatum in tali voto, vel ipſa expreſſè, vel tacitè conuenit cum Ioſepho de ſeruanda virginitate; alioquin votum violaſſet in nuptijs cõtrahendis. Sed nõ debet dici, quòd in voto fuerit diſpenſatum, quia votum ipſum Deo gratiſſimum erat, & valdè conueniẽs puritati Matris Dei; ergo ſecundum dici debet. Confirmatur; nam iuſtitia, & fidelitas, quam excellentiſſimam in Virgine debemus agnoſcere, eam obligabat ad manifeſtandum Ioſepho, ſe voto virginitatis dicatam eſſe. Vel dicere poſſumus, (quod veriſimilius eſt) Virginem tales nuptias cum prędicta conditione contraxiſſe, quia erat præmonita diuinitùs, quòd Sanctus Ioſeph nunquam ab ea carnalem copulam exegiſſet.

Probatio.

Dixi, vel, quod veriſimilius; quia pro certo habeo, Sanctum Ioſephum, ante nuptias, virginitatis voto ſe obſtrinxiſſe, vt optimè probant Recentiores Theologi, & præcipuè Petrus Morales in caput primum Matthęi, lib.2 tract.6.concl.5.

S. Ioſeph ante nuptias voto ſe virginitatis obſtrinxit.

Dico ſecundò, Beatam Virginem, contrahendo nuptias cum S.Ioſepho, non cõſenſiſſe quidèm in actualem obligationem copulæ maritalis, ſed in illius aptitudinalem obligationem, ſeù radicalem. Hæc cõcluſio eſt Rebelli lib.2. de matrimonio q.13.ſect.5.n.42. nec diſſentiunt Suar. t.2. in 3.p.diſp.6.ſec.1.verſus finẽ, Sanch.lib.2. de mattimonij eſſentia diſp.28.n.4. Petr. Mor. in c.1.Matth.lib.2.tract.7.n. 8. Probatur primò, & explicatur ſenſus huius concluſionis præcipuè quòad ſecundã partẽ; nam quòad primam explicata, & probata eſt in præcedenti concluſione. Matrimonium implicitè includit ex natura ſua aliquam obligationem ad copulam nuptialem, vt patet ex communi ſententia Doctorum, & ex ſupra notatis, quod eſt dicere, natura ſua matrimonium obligare poteſt coniuges ad cõcubitũ nuptialem, quę potentia obligandi ſemper eſt in matrimonio, licèt poſteà ex multis cauſis actu poſſit eſſe matrimonium, & non obligare ad talem concubitum, vt patet in caſu propoſito in primo notando. Beata ergo Maria conſenſit quidèm in matrimonium, quod, vt talis contractus eſt, conſiſtens in coniunctione, & mutua corporum traditione, aptum erat ad obligandos coniuges ad concubitum nuptialem: hocq; ipſa optimè ſciebat, & ad hoc, vt verè contraheret matrimonium, debuit habere animum conſentiendi tali contractui matrimonij, vt natura, & eſſentia contractus poſtulat, ſcilicet, vt aptum erat ad obligandos coniuges ad copulam: & ſic in hoc ſenſu dicitur B. Virgo conſenſiſſe in aptitudinalem obligationem copulæ. Et ſic etiam intelligendus eſt D. Auguſtin. relatus in capite, *Beata Maria*, 27.q.2. vbi dicitur: *Maria conſenſit in carnalem copulam, non illam appetendo, ſed diuinæ inſpirationi in vtroq; obediendo*. Quia tamen à Spiritu Sancto ſupernaturali, & eminentiſſima certitudine confirmata erat, quòd nullum huiuſmodi copulę maritalis erat periculum, vt dicemus infra q. 5. ideò cum hac conditione contraxit matrimonium. Quare nũquam conſenſit in actualem obligationem copulæ, immò expreſſe diſſenſit. Sed

Petr. Moral. Sec. Concl.

Rebellus, Suar. Sanchez, Petr. Moral.

D. Auguſt.

Obijcies: ergo habuit conſenſum, & diſſenſum circa copulam, quod implicat.

Obiectio.

Probatur hæc conſequentia; nam, quatenùs conſenſit in matrimonium aptum ad obligandum ad copulam, ſic habuit ſaltèm virtualem, & implicitum conſenſum in copulam; quatenùs verò dicitur non conſenſiſſe expreſsè in obligationem copulæ, habuit diſſenſum. A

Reſponſio. Reſpōdeo, conſenſum, & diſſenſum circa eandem rem implicare: ſed in caſu noſtro non fuit conſenſus, & diſſenſus circa eādē copulam eodem modo ſumptam; nā fuit conſenſus in contractum matrimonij apti ad obligandum ad copulam, non tamen actu obligantis ad copulam; vnde ſolùm fuit conſenſus in aptitudinalem obligationem copulæ nuptialis: B fuit autem diſſenſus ab actuali obligatione copulæ nuptialis, quia Virgo conſenſit in Matrimonium tale, quòd ipſa certiſſimè ſciebat, nec tempore celebrationis, nec in poſterum obligatorium ad actualem copulam maritalem.

Collige ex dictis, quo modo licitè potuit Virgo inire matrimonium, quamuis fuerit voto virginitatis Deo dicata, quia nullum erat periculum copulæ maritalis.

QVAESTIO IV.

An matrimonium hoc fuerit inter Virginem, & Ioſephum peculiari Spiritus Sancti monitione celebratum. C

B. Virgo ex diuina reuelatione contraxit matrimonium. Hugo de S. Victore, D.Thom. Suar. DICO, Beatam Virginem ex diuina reuelatione cōtraxiſſe matrimonium. Ita Hugo de S. Victore lib. de virginit. Mariæ; S. Thom: & alij: & fuit ſententia antiquorum Patrum, vt teſtatur *Petr. Mor.* Suar. tom.2. in 3. par. diſp.7. ſect.1. §. dicēdum; & Petrus Morales in cap.1. Matth. lib.2. tract.2. num.35. & 16. Et ſanè, cum Virgo diuinæ inſpirationi ſubijceretur in D omnibus, quæ agebat; multò magis in re adeò graui, conueniens fuit, vt à particulari impulſu Spiritus Sancti dirigeretur.

Sed difficultas eſt, an hæc Spiritus Sācti monitio fuerit ſigno ſenſibili declarata.

Origenes. Notandum cum Origene hom.13. in Ioſue, ſortes conſultorias, ideſt, quibus inquiritur diuinum conſilium, & quid agendū in re dubia, & graui, licitè adhiberi poſſe, ſi debito modo id fiat, quatenùs humanum conſilium non ſuppetit, præuia oratione, magna cum reuerentia, & ſpeciali Dei impulſu. Ita communiter Theologi: & patet ex Scriptura, *Ioſue.* Ioſue 7. & 1. Reg. 10. *Reg.* Et prætereà licere etiam à Deo ſubmiſsè, & magna cum reuerentia, ex eodem ſpeciali Dei impulſu, atque feruēti oratione, fideq; præmiſſa, poſtulare ſignū aliquod ſenſibile, quo eius voluntas in re grauiſſima declaretur, colligitur ex Act. 1. *Actor.* vbi in electione Matthiæ in Apoſtolatum, cum eſſent dubij Apoſtoli, ad Deum confugerunt, illum ſic orando: *Tu Domine, qui corda noſti omnium, oſtende, quem elegeris:* quibus verbis ſignum aliquod viſibile petiiſſe videtur. Quare Deum ſigno ſenſibili declaraſſe Matthiam electum Apoſtolum, multi affirmant, quorum dux eſt Dionyſ. cap.5. de Eccleſiaſt. Hierarch. *Dionyſius.* vbi: *Ob reuerentiam,* inquit, *tantæ dignitatis Apoſtolos Deo ipſi electionem commiſiſſe, vt non ab hominibus, neque per homines; ſed à Deo ipſo immediatè tribueretur; & ideò Deum, exhibito aliquo mirabili ſigno ſenſibili, quem elegerat, declaraſſe.* Ratio eſt euidens, quia ſolùm eſt tentatio Dei, petere huiuſmodi ſigna abſque vrgentiſſima neceſſitate, atque ſpeciali Dei impulſu.

Concluſio. Virga in manu Ioſeph Mariam ducturi floruit. Dico, probabiliſſimum eſſe id, quod grauiſſimi tradūt Auctores, ſcilicet, quòd virga, quam manu tenebat S. Ioſeph, floruit in ſignum, quòd ille erat Spōſus Virginis Mariæ à Deo electus. Hæc concluſio eſt multorum, quos citat Petrus Morales in cap.1. Matth. lib.2. tract.2. nu.8. *Petrus Mor. Hiſtoria virgæ efflore ſcentis.* Hiſtoria autem in ſummam collecta eſt hæc. Pontifex, vt moris erat apud Hebræos, publicè denuntiabat quibuſdam virginibus, in templo conſtitutis, quæ ad nubilem ætatem peruenerant, vt ad nuptias contrahendas propriam reuerterētur domum: ſola Virgo dixit, ſe totam Dei ſeruitio mancipaſſe, eiq; virginitatē dicaſſe, atque ideò tali mandato non poſſe parere. Dubius in re non minùs noua, quam graui Pontifex, ſimul cum alijs, qui ad feſtum Enceniæ cōuenerant, ad Deum fuſis precibus confugit, vt quid conſilij capiendum in re dubia diuinitùs indicaretur: *Nec mora,* inquit Hieronym. in hiſtoria de ortu Mariæ: *D.Hieron.* *cunctis audientibus, de oraculo, & de propitiatorij loco vox facta eſt, requirendum eſſe, cui Virgo illa commēdari, & deſponſari deberet, cunctiſq; de domo, & familia Dauid nuptui habiles, non coniugatos, virgas ſuas allaturos ad altare perduci; & cuius virgā floreſceret, atque in eius cacumine Spiritus Domini in ſpecie columbæ conſediſſet, eum eſſe, cui Virgo commendari, & deſponſari deberet. Quod cum in Ioſephum feliciter contigiſſet, liquidò omnibus patuit, Virginem ei deſponſandam fore: & ſic diuina ſorte, tanquam magis idoneus, Iuſtus Ioſeph fuit electus.* Confirmatur primò hæc hiſtoria ex nonnullis antiquis

A quis picturis, in quibus prædicta repræſentantur. Confirmatur ſecundò ratione, quia veriſimile eſt, Virginem votum virginitatis, quod iam emiſerat, vt dicemus infra, tali occaſione Pontifici maniſeſtaſſe. Prudenter, & religioſè ſe geſſit Pontifex, confugiendo ad Deum; nam ex vna parte ſciebat, votum obligare, iuxta Pſal. illud Pſal. 35. *Vouete, & reddite*: ex altera videbatur noua quædam conſuetudo, & non introducenda, niſi de diuina voluntate conſtaret. Et ſic nulla erat tentatio, poſtulare à Deo ſignum aliquod ſenſibile diuinæ voluntatis, vt patet ex ſupra notatis Confirmatur tertiò: ſi Aaron floruit Num. virga in ſignũ, quo declararetur, eum eſſe Sacerdotẽ à Deo electum, Num. c. 7. ergo B conueniens etiam erat, vt Ioſepho, qui verum Deum manibus pertractaturus, & ſponſus futurus erat Deiparæ Virginis, ſimili virga florida declararetur diuinitùs Iſa. electus. Et hoc indicare etiam videtur oraculum Iſa. 11. *Eggredietur virga de radice Ieſſe, & flos de radice eius aſcendet, & requieſcet ſuper eum ſpiritus Domini.* Confirmatur quartò, quia. flores in illa virga indicabant Chriſtum, de quo dicitur *Ego* Eccleſiaſt. 2. *flos campi, & lilium conuallium* Confirmatur quintò, quia flores in dicta virga aptè ſignificant florem Virginitatis Deiparæ, Hieronym. & S. Ioſephi. Confirmatur ſextò, quia Na- Luc. zareth fuit patria S. Ioſephi, Luc. 1 *Miſſus eſt Angelus à Deo in ciuitatem Galileæ,* C *cui nomen Nazareth*: Nazareth autem interpretatur flos, vt explicat D. Hieronymus in epiſtola ad Marcellam, ad finem tom. 1. *Vndè (nota myſterium) vbi fit mentio ab Angelo de deſponſatione Mariæ, & Ioſephi, nominatur Nazareth: cur. quæſo hoc, niſi vt indicetur florida deſponſatio Ioſephi cum Maria?* Hùc etiam reſpicere viden- Cantic. tur illa verba Cant. 2. *Iam hyems tranſiit, imber abijt, & receſſit. flores apparuerunt in terra noſtra, tempus putationis aduenit,* quò Chriſtus, ſcilicet, naſci debebat, qui reſecaret ceremonialia, ac iudicialia præcepta, ſolaque naturalia, ſeù moralia relinqueret; ſicut enim qui putat vitem D vel arborem, non illam deſtruit, ſed potiùs perficit, ita Chriſtus non legem ſoluit, dum ceremonialia præcepta abrogauit, ſed potiùs illam perfecit, gratiam ſuper addendo, tum etiam multos abuſus, & praua dogmata, introducta à Phariſæis, & Scribis abſtulit. *Vox turturis audita eſt*, ſcilicet, vox virginis, quę indicauit Sacerdoti, à ſe emiſſum fuiſſe virginitatis votum.

QVAESTIO V

Vtrum ex diuina reuelatione Beata Virgo certò ſciret, nullo periculo exponendam fore ſuam illibatam virginitatem in matrimonio, quod cum Sancto Ioſepho inire debebat.

DICO, Beatam Virginem diuinitùs ſciuiſſe, ſtatum matrimonij nullum periculum virginitati ſuæ allaturum. Probatur ratione, meo iudicio, efficaci: quandò Virgo audiuit ab Angelo, quòd erat paritura Filium Dei, oppoſuit virginitatis votum, dicendo: *Quomodò fiet iſtud, &c.* de qua re infra. Si igitur Beata Virgo non priùs conſenſit, vt Dei Mater fieret, quam virginitatis amittendæ periculum omne eſſet remotum: ergo non eſt credendum, quòd ipſa conſenſerit, vt fieret ſponſa hominis, niſi diuinitùs ſciuiſſet, ad futurum nullum periculum virginitatis violandæ in matrimonio.

Concluſio affirmatiua.

Luc.

QVAESTIO VI.

Quo tempore fuit celebratum matrimonium inter Virginem, & S. Ioſephũ, an, ſcilicet, ante, vel poſt Incarnationẽ.

NOTANDVM, in matrimonio aliqua ſpectare ad eſſentiam matrimonij, alia eſſe veluti illius accidentalia. Eſſentiale matrimonij eſt mutuus coniugum conſenſus, ſignis expreſſus, ſtando in natura matrimonii, & præſcindẽdo à lege prohibente, & euitante matrimonia clandeſtina. Accidentalia matrimonij ſunt ſolemnitates, cerimoniæ aliquæ, traductio vxoris domum mariti, mutua cohabitatio, &c.

Dico, matrimonium, quò ad eſſentiam, fuiſſe celebratum inter Virginem, & Sanctum Ioſephum ante Incarnationem. Ita communiter Patres, & Theologi. Probatur ex Scriptura; nam Lucæ 1. *Miſſus eſt*

Concluſio.

Luc.

QVAE-

Digitized by Google

eſt Angelus Gabriel ad Virginem deſponſatam viro; ſed vir ſignificat propriè maritum; ergo, &c. Et eiuſdem Lucæ 2. *Aſcendit Ioſeph in Bethleem, vt profiteretur cum Maria deſponſata ſibi vxore*; vbi eſt ſermo de matrimonio perfecto abſque vlla dubitatione; ſicut enim vir ſignificat hominem matrimonio copulatum, ita vxor ſignificat fœminam matrimonio alligatam. Secundò probatur ratione; nam ideò Virgo tradita fuit in vxorem Sancto Ioſepho, vt nullus ſuſpicaretur, eius partum ex fornicario actu originem traxiſſe: ſed ſi poſt Incarnationem contractum fuiſſet matrimonium, Virgo peperiſſet eo tempore, quo nondum tranſacti eſſent tot menſes coniugij, quot communiter prærequiruntur ad partum emittendum; atque adeò potuiſſet quis contra Virginem impuritatis notam aliquam concipere, quæ ſuſpicio in magnum Virginis dedecus ceſſiſſet: ergo neceſſe eſt fateri, ante Incarnationem ſequutum fuiſſe matrimonium. Sed

Quæſtio. Quæres, vtrum matrimonium, quò ad accidentalia, celebratum fuerit inter Virginem, & Sanctum Ioſephum ante Incarnationem.

Controuerſia eſt, an eo tempore, quo Verbũ carnem ſumpſit in vtero Virgineo, Beata Virgo, & Sanctus Ioſeph ſimùl habitarent in eadem domo.

Opinio affirmatiua. Chryſoſt. Greg. Nyſſe. Epiphan. Ianſen. Titelm. Dionyſius de Iſolanis. D. Thom. Suarius. Matth.

Partem affirmatiuam tradunt multi, & precipuè Sanctus Chryſoſtomus hom. 2. in Matth. in opere imperfecto tom 2. Gre. Nyſſen. in oratione de Chriſti Natiuitate; Epiphan. hæres. 78. Ianſen. Titelm. Dionyſius de Iſolanis lib. de donis Ioſeph, Sanctus Thom. 3. parte q. 29. art. 2. ad tertium: & probabiliorem hanc opinionem putat Suar. in tertiam partem tom. 2. diſp. 7. ſect. 2. Fundatur primò in Euangelio, in quo dicitur: *Voluit occultè dimittere eam*; nam id dimittitur, quod fuit acceptum; ſic enim ait Ambroſ. lib. 2. in Lucam in principio: *Quam non accepit, nemo dimittit; & ideò, qui volebat dimittere, fatebatur acceptam.* Secundò fundatur in ratione, quam affert S. Thom. loco citato, vbi dicit: *Beata Virgo ſic fuit deſponſata Ioſepho quòd etiam eſſet domi habita; nam, ſicut in ea, quæ in domo viri concipit, intelligitur conceptio maritalis, ſic in ea, quæ extra domum concepit, eſt ſuſpecta conceptio: & ita non eſſet ſufficienter prouiſum famæ Beatæ Virginis per hoc, quòd fuit deſponſata, niſi etiam fuiſſet domi habita*: hæc D. Thomas.

Ambroſ.

Opinio altera negatiua. Aliqui verò negant, ante Incarnationem fuiſſe matrimonium celebratum cum omnibus ſolemnitatibus, & præcipuè

A quò ad mutuam habitationem. Ita Caietanus in citatum locũ D. Thomæ. Et fundatur in illis verbis: *Noli timere accipere Mariam coniugem tuam*: & expreſsè id tuetur Abulenſis in Matth. poſt q. 33. ductus illis verbis: *Nolebat eã traducere*, quorum ſẽſum eſſe putat, nolebat eam ducere in domum ſuam, & nuptias celebrare. Et verbum traducere in prædicto ſenſu accipit etiam magiſter in 4. diſt. 27. Secundò (vt eorum omnes rationes, prout ab ipſis ponuntur, ſubijciam) Angelus perſuaſit Sancto Ioſepho id, quod ipſe nolebat, & dixit ei: *Ioſeph fili Dauid, noli timere accipere Mariam coniugem tuam*; ergo videtur, quòd nolebat eam accipe-

Caietanus. Matth. Magiſter.

B re, vel propter humilitatem, vt dicemus infra, vel propter ſuſpitionem adulterij, vt alij opinãtur; ergo nolle traducere erat nolle accipere. Tertiò videtur Ioſeph deprehendiſſe, Mariam eſſe prægnantem, quandò nondùm erant celebratæ nuptiæ, ſed ſolùm erat deſponſatio facta, vt patet ex textu: *Cum eſſet deſponſata Mater eius Maria, inuenta eſt in vtero habens de Spiritu Sancto*: & quandò mulier dicitur deſponſata, non eſt viro tradita. Quartò accipere traducere pro infamare non conſonat litteræ, quia etiam dimittendo eam infamaſſet. Quintò ideò *Nolebat eam traducere, quia erat iuſtus*; ſed ſi traducere ſignificat infamare, dicta ratio nõ

C militat; nam propter adulterium licitum erat non ſolùm infamare, ſed vſque ad mortem proſequi. Si verò accipiatur traducere pro ducere domum, rectè ſaluatur ſenſus ita, vt intelligatur, quòd ideo, quia erat iuſtus, noluit ducere domum, ne particeps, aut approbator adulterij videretur.

Cõcluſio eſt priori opinione conſentiens.

Dico, priorem ſententiam mihi ſummoperè placere. Et ſufficienter probatur ratione D. Thom. ſupra citata, & ex Scriptura contrarium non poteſt colligi, quod nobis ſufficit; nam verbum traducere verè ſignificat infamare, & idẽ, quod ducere ad Tribunal, ſi vis verbi græci παραδειγματισαι conſideretur, vt rectè pon-

D derat Suar. citatus. Et (quod valdè eſt notandum) ex Euangelio ſatis clarè noſtra concluſio deducitur, dum dicitur. *Miſſus eſt Angelus Gabriel à Deo ad Virginem deſponſatam viro*; notanter enim ponitur particula, *viro*, vt innuatur, eſſe verum matrimonium, & mutuam cohabitationem ſimùl Virginis cum viro.

Reſpondetur argumentis ab Aduerſarijs oppoſitus.

Supereſt, vt reſpondeamus pro ſecunda parte adductis. Ad primum iam dictum eſt, quòd traducere ſignificat infamare. Ad ſecundum, Angelus perſuaſit Ioſepho illis verbis: *Noli timere accipere*

Mariam,

Digitized by Google

Mariam; acſi diceret: noli recedere à Maria, & ab eius cohabitatione. Ad tertium, negatur, Mariam depræhenſam, eſſe prægnantem, quandò nondum erant celebratæ nuptiæ; nam particula, *deſponſata*, ſignificat fæminam iam matrimonio copulatam, vt ex Luc. 1. & 2. ſupra uidimus. Ad quartum, negatur, quòd, dimittendo, ideſt recedendo ab ea occultè illam infamaſſet; nam nec Sanctus Alexius in ſimili caſu vllam infamiæ notam intulit propriæ vxori, à qua clàm receſſit. Ad quintum, ideò *nolebat eam traducere, cùm eſſet iuſtus*, explicari poteſt in duplici ſenſu: vel, quia Ioſeph erat vir iuſtus, omne iudicium ſuſpendebat, videndo, Mariam concepiſſe (eſt enim viri iuſti quandoquè iudicium in re graui ſuſpendere) & ſic noluit eam traducere, ideſt, ad tribunal accuſando, &c. vel, quia erat vir iuſtus, ideſt, omni virtutum genere præditus, ob humilitatem à Virgine diſcedere moliebatur, quia neſcio quid diuinitatis in ipſa Virgine agnoſcebat, vt dicemus infra: ideò noluit eam, vt ſupra, traducere ad tribunal.

Collige, ſi quæ cerimoniæ interueniebant in matrimonio, vt benedictio Sacerdotalis, matrimonium Virginis fuiſſe ante Incarnationem perfectum, quò ad tales cerimonias; ſi enim cohabitabant ſimul, ſignum eſt quòd omninò erat perfectum; quia maiorem religionem indicabat, ante quam cohabitaſſent, omnia, quæ ex legis præſcripto, vel laudabili conſuetudine ſeruanda erant, executioni mandaſſe.

QVAESTIO VII.

Qua ætate Virgo matrimonium contraxit.

Sententiæ variæ. Petr. Moral.

VARIAS ſententias Patrum, & Doctorum affert Petrus Morales in cap. 1. Matth lib. 2. tract. 4. quæ videri poſsũt apud ipſum.

Notandum primò in hac materia, quòd Sacerdotes, ſtatuto tempore, virgines templum ingreſſas nuptui tradere ſolebant: immò & viri templo dicati, ſtatuto tempore, matrimonium inibant, vt conſtat de Samuele, qui habuit vxorem, & liberos. Vndè Sacerdotes de Virgine matrimonio iungenda concilium iniiſſe, cum ipſa annum attigiſſet 15. vult Balduinus Iun in ſuis chronicis moralibus ætate 5. mundi pag. 72. *Balduin Iun.*

A in impreſſis Coloniæ.

Notandum ſecundò, fuiſſe conſuetudinem apud Iudæos, in contrahendis matrimonijs, non reſpicere ad opes, neque ad artes, &c. ſed ſolùm ad genus per antiquam lineam ductum, atque probatum: ſic teſtatur Ioſephus lib. 1. contra Appionem. Hinc Sacerdotes, ad quos ſpectabat ſemèl Deo oblata diſponere, Virginem tradiderunt Ioſepho viro iuſto, contribuli eius, oriundo ex ſtirpe Dauid. His notatis,

Mons à Iudæis ſeruatus in matrimonijs contrahendis.

Ioſephus.

Dico, probabilius videri, Virginem matrimonio iunctam fuiſſe cum Sancto Ioſepho paulò poſt inchoatum 14. annum. Fidem huius aſtruit Nicephorus, qui B lib. 2. hiſt. cap. 3. ſic diſcurrit: Virgo, cum trimula eſſet, fuit in Templo præſentata, vbi 11. annos remanſit, & cum quartum decimum annum ageret, fuit tradita Ioſepho, & poſt quatuor menſes fuit annunciata. Nec diſſentiunt alij, quos referunt, & ſequuntur Suar. tom 2. in tertiam partem diſp. 7. ſect. 3. & Petrus Morales lib. 2. in cap. 1. Matth. tract. 4. licèt hic num. 10 inclinet etiam in ſententiam D. Auguſtini lib. de mirabilibus ſacræ Scripturæ, affirmantis, Virginem fuiſſe 12. annorum, cum matrimonium contraxit.

Concluſio B. V. matrimonio iuncta, inchoato anno 14.

Nicephorus.

Suarius, Petr. Moral.

Auguſtin.

QVAESTIO VIII.

C

Quibus potiſsimùm de cauſis Sanctiſsima Virgo matrimonium cum S. Ioſepho cõtraxerit.

D. Thom. & eius rationes.

DIVVS Thomas 3 parte q. 29. ar. 1. plures rationes enumerat Ex parte Chriſti, prima eſt, nè Chriſtus ab infidelibus, tamquam illegitimè natus, abijceretur. Secunda, vt generationis proſapia deſcriberetur, quia conD ſuetudo erat apud Hebręos, vt à viris generationis ordo teneretur, & non à fęminis: & ſic conſtaret, quòd, ſicut promiſerat, ex ſemine Dauid Chriſtus natus eſſet. Tertia fuit pro tutela Chriſti pueri, ne Diabolus contra eum vehementiùs nocumenta procuraret: & ſic Sanctus Ignatius dicit, fuiſſe deſponſatam Virginem, vt partus celaretur Diabolo. Quarta, vt nutriretur à Sancto Ioſepho. Ex parte Virginis, prima, ne lapidaretur à Iudęis, vt adultera. Secunda, vt per hoc ab infamia liberaretur. Tertia, vt Ioſeph illam adiuua-

S. Ignatius.

Digitized by Google

adiuuaret ſuo miniſterio. Ex parte noſtra, prima, vt Ioſeph ſuo teſtimonio comprobaret, de Virgine Chriſtum natum. Secunda, quia verba Virginis magis credibilia reddebantur, ſuam virginitatem aſſerentis. Tertia, vt hinc virgines diſcerent, quam cautè ſe gerere debent in ſeruanda bona fama. Quarta, vt ſignificaretur ſpirituale matrimonium inter Chriſtum, & Eccleſiam. Quinta, vt in perſona Virginis matrimonium, & virginitas honoraretur. Has rationes affert Sanctus Doctor citatus.

Difficultas.

Sed occurrit difficultas circa illam rationem Sancti Ignatij, quòd, ſcilicet, deſponſata fuerit Virgo, vt partus celaretur Diabolo, quam rationem approbant multi alij Sancti Patres, quos refert Suar. (*Suarius.*) tom. 2. in tertiam partem in commento præadducta q. 29. Et eſt, quòd generatio, & integritas virginalis ſunt res corporeæ, quas Angelus poteſt euidenter cognoſcere, & ſic potuit Dæmon virginitatem Mariæ agnoſcere, & ſcire euidenter, cum Sancto Ioſepho copulam non habuiſſe, & poſt partum etiam virginale clauſtrum integrum, atque illibatum permanſiſſe, atque adeò Corpus Chriſti illicò formatum fuiſſe, & non eo ſpatio, quo ſolet embrion organizari. Propter hanc difficultatem Scotus in quarto diſt. 30. q. 2. & Toſtatus q. 3. in cap. 1. Matth. improbant dictam rationem.

Scotus. Toſtatus.

Dico cum Suar. cit. & Petro Morali in caput primum Matth. lib. 2. tract. 1. prædictam rationem Ignatij admittendam eſſe. Difficultati autem propoſitæ reſpondet optimè D. Thom. citatus ad tertium cum D. Auguſtino 2. de Trinitate, quòd, Diabolus multa poteſt virtute ſuæ naturæ, à quibus tamen prohibetur virtute diuina: & hoc modo dici poteſt, quòd virtute naturæ ſuæ Diabolus cognoſcere poterat, Matrem Dei non fuiſſe corruptam, ſed virginem permanſiſſe ſemper, & cætera ſuperiùs adducta; tamen Deus prohibuit, ne hæc ab illo agnoſcerentur. Sed

D. Thom. cũ Auguſtino reſpõdet difficultati.

Obijcies ex Scoto, quòd ſine coniugio potuit Deus impedire, ne Dæmon cognoſceret modum partus Virginei, ita, vt, ſicut nunc exiſtimauit Dæmon, Virginem concepiſſe ex Sancto Ioſepho; ita tunc ex alio viro concepiſſe, putaret.

Obiectio Scoti.

Reſpondeo cum Suar. talem fuiſſe puritatem, & ſanctitatem Virginis, vt exiſtimarent Patres, quòd ne Dæmon quidem potuiſſet ſuſpicari, Virginem cum viro, qui non eſſet eius coniux, concepiſſe: vndè, ſi non potuiſſet Dæmon probabili coniectura aſſequi, Mariam ex proprio coniuge concepiſſe, potiùs ſuſpicatus fuiſſet, eam ſine opera viri vterum geſtaſſe. Conueniens ergo fuit, vt matrimonij velo tegeretur hoc myſterium Dæmoni.

Diluitur.

Obijcies ſecundò ex Toſtato, non fuiſſe neceſſarium hoc Incarnationis myſterium Dæmoni occultari; nam ipſe etiam alia indicia, & miracula apertè cognouit, quibus poterat ſatis probabiliter agnoſcere deitatem Chriſti, vt ſtellam ducentem Magos Bethleem; Angelum annunciantem paſtoribus; vocem de cælo: *Hic eſt Filius meus dilectus*; imperium quod exercuit in creaturas, imperando ventis, ſuſcitando Lazarum quatriduanum, &c.

Obiectio Toſtati.

Reſpondeo cum D. Thom. citat. ad 3. quòd ab initio Incarnationis, & infantiæ Chriſti oportebat impedire malitiam Diaboli, nè eum acriùs perſequeretur, quãdò nondum, determinarat pati. Quod verò progreſſu temporis alia ſigna edita ſint, quibus diuinitas Chriſti cognoſci à Diabolo poterat, non referebat; quia iam tẽpus erat, quo Chriſtus virtutẽ ſuã cõtra Diabolũ oſtenderet; ſicut Matth. 4. *Dominum tuum non tentabis, ſed illi ſoli ſeruies.*

Confutatur. Matth.

Dices: poterat Chriſtus infans tenellus oſtendere etiam virtutem ſuam contra Dæmonem, & ita paruulus illi illudere; & ſic victoria fuiſſet glorioſior: ergo non fuit neceſſe expectare ætatis progreſſum ad oſtendendam virtutem ſuam contra Dæmonem.

Noua oppoſitio.

Reſpondeo, potuiſſe quidèm Chriſtum puerulum in infantili ætate virtutem, & diuinitatem ſuam oſtendere, & ſic Dæmonem aperto (vt ita loquar) marte expugnare; verùm id noluiſſe iuſto iudicio ſibi noto. Conſtat tamen, quòd Chriſtus adhùc in illa tenella ætate ſemper contra Dæmonis inſidias præualuit, vt patet in perſecutione Herodis, &c.

Refellitur.

Difficultas alia eſt circa illam rationem, ex parte Virginis, ne lapidaretur. Si enim lapidatio erat pæna adulterij, poſito quòd Virgo innupta fuiſſet, adulteriũ incurrere non potuiſſet.

Alia difficultas.

Reſpondet S. Thom. citatus ad 4. quòd non propter adulterium fuiſſet lapidata, quia nullum eſt adulterium, vbi alieni thori non eſt violatio; ſed quia, ſi puella vterum geſtans fuiſſet inuenta in domo patris, ſimiliter lapidibus obruenda erat; Deuteron. 21. *Si non eſt in puella inuenta virginitas, lapidibus obruent illam viri ciuitatis illius.*

Reſpondet D. Thom. Deuteron.

Non placet autem alia ratio, quam adducit Sanctus Thomas ad præallatam difficultatem explanandam, ex ſententia aliorum, quòd Virgo eſſet de ſtyrpe Aaron,

Digitized by Google

Lucæ. Leuit. Aaron, vndè erat cognata Eliſabeth, Lucæ 1. virgo autem de ſtirpe ſacerdotali propter ſtuprum occidebatur, Leuit. 21. *Sacerdotis filia, ſi deprehenſa fuit in ſtupro, & violauit nomen patris ſui, flammis exuretur*. Non placet, inquam, hæc ratio; nam Deiparæ Pater non fuit ſacerdos, licèt ex parte Matris à genere ſacerdotali ipſa traxerit originem, ſicut ſupra dictum eſt: pæna autem erat impoſita filiæ ſacerdotis; quæ lex, cùm ſit pænalis, non extenditur ad filiam, quæ ex parte Matris duxerit originem à Sacerdote. Eſt enim doctrina ſatis recepta, quòd lex pænalis, quò ad pænam, non extenditur ob ſolam ſimilitudinem rationis. Gloſſa. Ità Gloſſ. in c. *in pænis* 49. de regul. iur. in *6.* vbi habetur, quòd de pænis non arguimus ad ſimilia, quia pęnę non excedunt proprium caſum; Caſtro. Ant. de Butr. Molina. Caſtro lib. 1. de lege pęnali cap. 7. docum. 3. Antonius de Butrio in cap. vltimo de conſuetudine num. 57. & 58. Molina tract. 2. de iuſtitia diſp. 176. §. 4.

Vlti. Conclu. Dico vltimò, pręter rationes à D. Thoma A aſſignatas, has etiam adduci poſſe. alias rationes ſuggerens. Prima ſit, quòd decebat, Virginem deſponſari viro Ioſepho, quia, ſicut ex primò matrimonio Adę, & Euæ fructus mortis ortus eſt, ita & ex hoc virgineo, & cæleſti coniugio Marię, & Ioſeph fructus vitę naſci debebat, ſcilicet, Chriſtus, Spiritu Sancto cooperante, & illibata Deiparę virginitate permanente, ita, vt, ſicut duo coniuges Adam, & Eua ad noſtrâm perditionem conſpirarunt, ſic & duo ſanctiſſimi Coniuges noſtrę redemptioni cooperarentur. Secunda ratio eſt, vt Virgo haberet, quomodò obedientiam, & humilitatem exercere poſſet, dum ratione matrimonij ſubdita erat Ioſepho, à quo in B externa gubernatione pendebat. Dico, in externa gubernatione; nam, quantum ad myſteriorum Dei cognitionem, & priuilegia gratiæ, nullo modo fuit ſubiecta Deipara Ioſepho. Tertia, vt Deipara non ſolùm virginibus, ſed etiam coniugatis normam perfectè viuendi præſcriberet.



ÇAPVT SEPTIMVM.

DE B. VIRGINE ANNVNTIATIONEM ANGELICAM EXCIPIENTE, ET CONCIPIENTE, ope Spiritus Sancti, Filium Dei.

QVAESTIO PRIMA.

Quo tempore, & qua hora Verbum in vtero Virginis carnem aſſumpſit.

QVO anno Verbi Incarnatio peracta ſit, facilè conſtare poterit ex ijs, quę ſupra in c. de Natiuit. Virginis diximus q. 1. vbi ſequuti Martyrologium Romanum aſſignauimus annum Natiuitatis Chriſti, à quo ſubtractis nouem menſibus, quibus Verbũ in vtero Virgineo, vt ſolent cæteri infantes, à tempore conceptionis vſque ad Natalem immorari voluit, liquebit de anno, quo idẽ Verbum carnem ex illibata Virgine aſſumpſit. Quò ad diem verò,

Pri. Concluſ.

Dico primò, octauo Kalendas *A*prilis Verbum in vtero Beatæ Virginis Mariæ carnem aſſumpſiſſe. Ita Eugenius IV. in decreto fidei poſt vltimam ſeſſionem Concilij Florent. Athanas. lib. quæſt. ad Anthiochũ q. 17. & tali die creditur mundus conditus: idem tradunt Baron. in apparatu num. 76. & Balduin. Iunius ætate quinta mundi pag. in impreſſis Coloniæ 79. verſic. *contigerunt*. Denique quò ad horam,

Secun. Conc. Incarnatio.

Dico ſecundò, probabilius eſſe, circa mediam noctem id contigiſſe. Ita grauiſ-

A ſimi Auctores. Symon Caſſia: *In conclaui inquit, erat Virgo; eam vigilantem inuenit Angelus, deditam lectioni, aut orationi vacantem: nox appendebatur ex medio, nec adhùc tenella Virgo ſua membra in quiete collegerat.* Alios complures citat, & ſequitur Suar. tom. 2. diſp. 9. ſect. 5. & Barradius tom. 1. lib. 7. çap. 6. Fauet illud. Sap. 8. *Dum medium ſilentium tenerent omnia, & nox in ſuo curſu medium iter perageret, omnipotens ſermo tuus de regalibus ſedibus venit.*

circa media noctem contigit. Symon Caſſ. Suarius. Barradius. Sap.

Confirmatur primò, quia eadem hora Deus aliquandò exercuit iuſtitiam, cùm, B ſcilicet, Angelus interfecit primogenitos AEgyptiorum, Exod. 12. *Factum eſt autem in noctis medio percuſſit Dominus omne primogenitũ in terra AEgypti*; ergo ſimili hora conueniens erat, quòd Filius Dei faceret hanc miſericordiam. Confirmatur ſecundò, quia media nocte Chriſtus natus eſt; ſed, nouem menſibus in puncto completis, natus eſt; ergo ſimiliter media nocte, à qua nouem menſes ſupputari inceperunt, conceptus fuit

Exod.

Quocirca non placent ij, qui dicunt, mane fuiſſe ſalutatam ab Angelo Beatam C Virginem, inter quos eſt *A*lbertus Magnus ſuper *Miſſus eſt*; D. *A*ntoninus p. p. ſummæ tit. 5. cap. 9. & Clithouæus adducens pro coniectura manna,

Refellitur cõtraria ſentẽt. Alb. Magn. D. Antonin. Clithouæus.

A na, quod matutino tempore deſcendebat; vndè putat, paulò ante præceſſiſſe ſalutationem, & poſteà Verbum incarnatum fuiſſe.

Sententia alia improbatur.

Itèm nec ſatis firmum eſt, quod aliqui dicunt, Virginem circa initium noctis fuiſſe ſalutatam; nam tantum temporis decurriſſe à ſalutatione vſque ad Incarnationem parùm credibile videtur. Et, licèt D. Bonauentura obtinuiſſe dicatur à Pontifice, vt ea hora, quæ eſt initium noctis, ſignum daretur ſalutandi Virginem in memoriam ſalutationis Angelicæ, nihil contra nos; nam, quia media nocte omnes ferè dormiunt, ideò præuenitur, vt communiter ab omnibus celebretur memoria dictæ ſalutationis.

QVAESTIO II.

Quo in loco fuit Beatæ Virgini ab Angelo annunciata incarnatio.

Luc. 1.

DICO, locum, in quo B. Virgo ab Angelo ſalutationem excepit, fuiſſe Nazaret. Patet ex textu Euangelij Lucæ 1. *Miſſus eſt Angelus Gabriel in ciuitatem Galileæ, cui nomen Nazareth*. Porrò cubiculum, in quo Deipara fuit ab Angelo ſalutata, translatum fuit ex ciuitate Nazareth, vt hiſtoria ſatis certa teſtatur (Vidè Caniſium lib. 5. de Deipara cap. 25.) & hodie Laureti ſumma cum veneratione excolitur à Chriſti fidelibus, ex varijs orbis partibus deuotionis cauſa ad ſanctam illam domum confluentibus. Et, quod ſingulariter eſt admirandum, illam inuiſentes (id ego ipſe in me expertus ſum) nouo ſemper deſiderio illius reuiſendæ inflammantur; quod inter alia, quæ de excellentia huius domus recenſet in hiſtoriæ lauretanæ præfatione, elegãter adnotat Turſellinus, cuius verba placet hic referre: *Tantam Deus mortalium animis inſpirauit huius AEdis Lauretanæ religionem, vt quicumque ad lauretanam ædem accedunt, non tam ad ædem Virginis, quam ad ipſam Virginem ſibi adire videantur. Et ſanè hic Deus, Deiq; Mater miro quodam modo præſentiam ſuam declarant: hinc diuinus ille omnium pectoribus incutitur honor ad Sacroſanctæ Domus ingreſſum; hinc illud adeuntibus iniicitur eius reuiſendæ deſiderium; hinc nobilis illa perditarum, profligatarumque mentium in diuerſa mutatio. Quæ quidem perpetua AEdis Lauretanæ miracula ita euidentia ſunt, vt, & ſi deeſſent alia, quibus abundat, cunctis facerent diuinæ præſentiæ fidem. Eſt autem hoc præcipuum Templi Lauretani, vt eius religio, ac ſanctitas quotidie magis efflorescat, cùm aliquarum, & celeberrimarum ædium Beatæ Virginis, aliorumq; Sanctorum celebritas, cùm aliquamdiù viguerit, interdum deflorescere videatur.* Hæc Turſellinus.

Caniſius. Cubiculum, in quo B. V. fuit ab Angelo ſalutata, Laureti ſumma cum veneratione excolitur.

Turſellinus.

Ex quibus collige obiter, quòd aliquo modo domus hæc lauretana cum Empyreo conuenire videtur. Sicut enim in Empyreo Beati ita Deo fruuntur, vt ſemper fruendi deſiderio accendantur, ita fideles in æde Lauretana neſcio quid diuinitatis ita deguſtant, vt iterum deguſtare appetant.

B Aduerte, quòd aliqui putant, eamdem domum fuiſſe habitaculum Virginis, poſtquam ab Egypto redijt; ſed oppoſitum valdè eſt probabilius, vt colligitur ex Beda in libello de locis ſanctis cap. 16. ibi enim recenſet, in ciuitate Nazareth duas eſſe Eccleſias, alteram in media ciuitate, vbi aliàs fuerat Domus, in qua Chriſtus infans nutritus eſt, ſcilicet, poſt reditum ex AEgypto; alteram, in qua Beata Virgo ab Angelo fuit ſalutata: & hæc ſemper fuit habita celebrior, & eſt illa, vt dixi, quæ fuit translata Angelorum miniſterio in Illyricum, indè in Italiam, & Lauretana modò Eccleſia appellatur. C

Beda.

QVAESTIO III.

Cùr Angelus, & non homo miſſus eſt ad Virginem.

D RATIO ambigendi eſt, quia, ſi homo, ideſt, Sanctus Ioannes Baptiſta, fuit electus ad prædicandum vniuerſo orbi ipſum Chriſtum, vt Ioann. 1. *Hic venit in teſtimonium, vt teſtimonium perhiberet de lumine, vt omnes crederent per illum*: Si, inquam, vnus homo fuit ſufficiens ad annunciandum vniuerſo orbi Incarnationis myſterium, cùr non ſufficeret vni Virgini Mariæ Angeli poteſt difficultas; nam, ſi Gabriel

Ioann.

A non fuit vnus è Seraphim, vt communis tenet opinio, ſed Angelus, vel Archangelus: multi autem viri ſunt, qui ad talem ſanctitatem peruenerunt, vt inter Seraphim ſedem ſint aſſecuti; cur, quæſo, vnus ex huiuſmodi Sanctis potiùs ad Virginem non eſt miſſus?

Concluſio.

Dico, valdè conueniens fuiſſe, vt potiùs Angelus, quam homo ad Virginem mitteretur. Huius rei tres congruentias

D. Thom.

affert D. Thomas 3. par. q 30. a. 2. in corpore. Et præter eas, illa eſt primò, vt ſic omnis, vel leuiſſima etiam ſuſpitio contra Virginis honeſtatem tolleretur: ſi B enim aliquis homo, licèt ſanctiſſimus, eam allocutus fuiſſet ſecretò, non defuiſſent forsàn impij, & impudici homines, qui aliquid mali contra eius puritatem concepiſſent. Fauet nobis D. Bernard. ſic

D.Bernard.

loquens: *Credo quòd Angelus ad Virginem mittitur, nè vlli hominum ad eam pateret acceſſus*. Secundò, vt intelligeretur, quòd hæc dignitas Matris Dei tantam exigebat puritatē, & remotionem à quocumq; peccato actuali, & originali, vt non ſolùm ipſa Virgo, quæ Mater Dei eligebatur, ab illis immunis deberet eſſe per gratiam, ſed etiam nuntius, qui electus erat ad illam de Maternitate Dei alloquendam, ſimulque adfuturus, dum ipſa actu C fieret Mater Dei, talis eſſet, vt nulla in eo non ſolùm labes, ſed nec peccati ſuſpicio reperiretur. Et ſi dixit ille: *Domus Cæſaris carere debet non ſolùm crimine, ſed ſuſpicione criminis*: multò conuenientius de domo, quam ſibi infinita Sapientia ædificauit, idem dicendum eſt. Fauet

Greg. Neoc.

Gregorius Neocæſarienſis ſerm. 3. *Miſſus eſt ſeruus incorporeus ad Virginem inuiolatam, atque immaculatam: miſſus eſt à peccato liber ad eam, quæ omnis corruptionis expers erat*. Tertiò, vt palam fieret, quòd non ſolùm in bonum hominum, ſed etiam Angelorum Incarnationis myſterium conſummabatur. Quartò ſi fuit Angelus malus, qui ad lapſum Euæ concurrit, D meritò etiam Angelus eſt, qui reparationis humanæ myſterium annuntiat. Idē ſenſus eſt Bedę homil. ſuper cap. 1. Lucæ:

Beda.

Apium, inquit, *humanæ reſtaurationis principium, vt Angelus à Deo mitteretur ad Virginem partu conſecrandam diuino, quia prima perditionis humanæ fuit cauſa, cum ſerpens à Diabolo mittebatur ad mulierem ſpecie ſuperbiæ decipiendam*. Et Ter-

Tertullianus.

tullianus lib. de carne Christi: *Deus*, ait, *imaginem ſuam à Diabolo captam æmula operatione recuperauit: in Virginem n. adhuc Euam irrepſerat verbum ædificatorium mortis; in Virginem æquè introducendum erat Dei Verbum extructorium vitæ, vt quòd per huiuſmodi ſexum abierat in perditionem, per eumdem ſexum redigeretur in ſalutem. Sed Eua nihil tunc concepit in vtero ex Diaboli verbo; immò concepit, nam exindè, vt abiecta pareret, & in doloribus pareret, verbum Diaboli ſemen illi fuit: nixa eſt Diabolum fratricidam, ideſt. Cain. Contra Maria eum edidit, qui carnalem fratrem Iſrael, interemptorem ſuum ſaluum quandoque præſtaret. In vuluam ergo Deus Verbum ſuum detulit, bonum fratrem noſtrum, vt memoriam mali fratris redderet*. Vide aliam rationem apud

Albertus.

Albertum ſuper, *Miſſus eſt*, cap. 199. Meritò ergo Angelus Incarnationis myſterium annuntiare debebat.

QVAESTIO IV.

Vtrum Angelus, cui annunciandæ Virgini Incarnationis prouincia demandata eſt, in aſſumpto corpore Virgini apparuerit.

Boni Angeli ſolēt in aſſūptis corporib. apparere.

C SVPPONENDVM primò, Angelos in aſſumptis corporibus verè apparuiſſe; quidquid dicant aliqui exiſtimantes, omnes apparitiones Angelorum, quas in Scriptura legimus, per ſolam imaginationem accidiſſe; licèt enim non ſit negandum, interdum per ſolam imaginationem apparuiſſe; interdum etiam Dæmones, præſtigijs exteriorem ſenſum perturbando, ac nulla re exteriùs obiecta, viſos fuiſſe: nihilominùs certum eſt, aliquandò bonos Angelos verè in aſſumptis corporibus apparuiſſe, verè illa corpora exterioribus oculis obijcientes realitèr ſine vlla ſenſuum perturbatione. D Ita communiter Scolaſtici in ſecundo, diſt. 1. Et patet ex Scriptura, in qua narrantur aliter imaginariæ viſiones Prophetarum, & aliter nonnullæ aliæ Angelorum apparitiones, quales ſunt illæ ad Abrahamum, ad Loth, & Raphaelis ad Tobiam: hæ enim ita narrantur, vt indicet Scriptura, Angelos vera corpora habuiſſe; cùm eos ambulantes, loquentes, comedentes, ſeque attractari, ac pedes ſibi ablui permittentes inducat: cumque Scripturæ verba, ſi nihil obſtat, propriè ſint ſumenda, verè eos Angelos in corporibus apparuiſſe dicendum erit: quod etiam Patres teſtantur, & præcipuè Dionyſius

Dionyſius.

cap.

Digitized by Google

Athanaſius, Auguſtinus, Gregorius, Iſidorus, Bernardus, D. Thom.

cap.2. de cæleſt. hierarch. epiſt. ad Titum; A Athan. ſerm. 4. contra Arrianos; Auguſt. 15. de Ciuitate, cap. 23. Greg. hom. 34. in Euangel. Iſid. lib. 1. de ſummo bono cap. 12. Bernard. ſerm. 4. in Cant. Rationem autem huius rei hanc aſſerunt D. Thom. & alij; quia quæ ſolùm per imaginationem apparent, non ab omnibus cernuntur indifferenter; Angeli verò, qui Abraham apparuerunt, à tota familia viſi ſunt; qui Loth, à Sodomæ incolis; qui Tobiæ, paſſim ab omnibus: quæ ſanè ratio vim facit maximam; quis enim dicat, eos multos ſimùl fuiſſe deceptos, ac præſtigijs perturbatos?

Quomodò vniatur Angelus corpori aſſumpto.

Supponendum ſecundò, Angelum corpori, quod aſſumit, non vniri, niſi acci- B dentaliter per modum motoris per illud repræſentati: quòd non vniatur, niſi accidentaliter, patet, quia, cum non vniatur ſubſtantialiter per modum formæ informando (Angelus enim eſt actus completus, cui omninò repugnat informare) cum illo corpore non poteſt conſtituere vnum per ſe, & conſequenter non vnitur, niſi accidentaliter. Patet etiam quòd Angelus non vniatur ſubſtantialiter corpori aſſumpto vnione perſonali, ſecundùm quam Verbum eſt vnitum naturę humanę; nam, prę̨terquam quòd fruſtra pro tam breui tempore tam arcto vinculo corpori vniretur, id etiam ſuperat vires naturales Angeli: immò non deſunt, qui dicant, C etiam de abſoluta Dei omnipotentia eſſe impoſſibile, de quo alibi. Præter autem dictos modos vnionis ſubſtantialis, ſcilicet, per modum formæ, & per modum vnionis perſonalis, cum nullus alius reperiatur, ſequitur, Angelum corpori, quod aſſumit, vniri ſolùm vnione accidentali; cuiuſmodi eſt vnio motoris, & mobilis. Nec id ſatis eſt, ſed vniri debet, vt motor repræſentatus per corpus mobile; nam Angelus mouet cælum, & tamen defectu huius repræſentationis non dicitur illud aſſumere. Non ſufficit tamen ad hanc repræſentationem, vt malè dicunt aliqui Recentiores, quòd à corpore aſſumpto D procedat operatio aliqua intellectualis, quæ conuenire non poſſit ex ſe tali ſubſtantiæ corporeæ. Nam in arreptitijs operationes quaſdam cernimus, quæ non niſi à Dæmone proueniunt, & tamen eorum corpora non dicuntur ab eo aſſumi, ſicut nec aſſumpta dici poteſt lingua aſinæ Balaam in ſenſu, quo loquimur, etiamſi locutio illa ab Angelo proueniret. Debet ergo, ad hoc, vt Angelus per aſſumptum corpus repræſentetur, corpus illud habere ſimilitudinem quamdam Angeli repræſentatiuam, ita, vt illius perſonam quodammodò ſuſtineat.

Ex quo formentur corpora, quę aſſumũt Angeli.

Supponendum tertiò, Angelos, cùm non aſſumunt aliquod corpus viuum, vel mortuum, ſed nouum formant, formare illud potiſſimùm ex aere. Primò quia faciliùs aer formari poteſt, quam aliud quodcunq; corpus, & ſub varijs coloribus poteſt apparere. Secundò quia quidam, vt ait Durand. in 2. diſt. 8. q. 8. tentantes aſſumptum à Dæmone corpus ſcindere gladio, non valuerunt: idque non, niſi quia partes aeris diuiſi vniebantur ſtatim, & continuabantur. Tertiò quia, cum relinquuntur huiuſmodi corpora, ſtatim euaneſcunt, nec ampliùs apparent; quod etiam eſſe non poſſet, niſi conſtarent ex aere. Probabiliſſimùm autem eſt quod docent multi, non ex puro aere illa corpora formari, ſed admiſceri etiam exhalationes, & vapores; cùm hæc plurimum conferant, & ad faciliorem corporum formationem, & ad ſimulandas qualitates, quæ in illis apparent: & potiſſimùm ad comprobandam duritiem, & ſoliditatem, veriſimile eſt, plures partes terreſtriores interuenire. His ita ſuppoſitis,

Durand.

Cõcluſio affirmatiua.

Dico, Angelum, à quo B. V. ſalutationem, ac legationem Incarnationis excepit, viſione corporali illi apparuiſſe. Ita communiter Patres: D. Auguſtinus ſerm. 14. de Natali Domini ante medium t. 10. D. Hieronymus tom. 1. epiſt. 7. ad Lætam de inſtitutione filiæ, & epiſt. 22. ad Euſtochium de cuſtodia virginitatis; Ambroſ. lib. 1. de officijs cap. 8. & lib. 1. in Lucam; Origenes hom. 4. in Lucam, & alij, quos ſequuntur Theologi.

D. Auguſt. Hieron. Ambroſ. Origen.

Probatur ex Euangelio Luc. 1. *Ingreſſus Angelus ad eam, dixit*: & poſteà ſubditur, quòd Virgo reſponderit: *Dixit autem Maria, &c.* Sed huiuſmodi collocutio ſenſibilis fuit, vt etiam ſatis apertè colligitur ex ipſo textu; ergo in ſpecie viſibili adſtabat Angelus, dum talia miſcebantur colloquia. Confirmatur, quia ingreſſus, & diſceſſus Angeli eandem ſpeciem viſibilem, & humanam indicat.

Luc.

QVAE.

QVAESTIO V.

Cur Angelus Virgini viſione corporali apparuerit.

D.Thom. & eius congruentiæ.

DICO, à D.Thoma 3.p.q. 30.ar.3. in corpore tres congruentias aſſerri. Prima eſt, quia Angelus annunciabat Incarnationem inuiſibilis Dei, per quam viſibilis fiebat; vndè conueniens fuit, vt & ipſe, qui annunciabat, cum creatura inuiſibilis eſſet, in forma viſibili aſſumpta appareret. Secũda quia, ſicut Virgo nõ ſolùm mente, ſed ventre Deum erat conceptura, ita non ſolùm eius mens, ſed corporei ſenſus viſione angelica recreandi erant. Tertia quia ſic congruebat certitudini eius, quod annunciabatur; ea enim, quæ ſunt oculis obiecta, certiùs apprædhendimus, quam quæ imaginamur. His addi poſſunt aliæ duæ. Prima eſt, quia in bonum Angelorum, & hominum Incarnationis myſterium ordinabatur; ergo Angelus illud annuncians non ſolùm ſecundùm ſuam ſubſtantiam, ſed etiam in corporea ſpecie debebat apparere, vt ſic communis vtilitas Angelis, atque hominibus ex tali myſterio adumbraretur. Secunda vt maximum charitatis exindè futurum eſſe vinculum inter Angelos, & homines, ex eodem myſterio indicaretur.

QVAESTIO VI.

Cuius ordinis cæleſtis fuerit Gabriel miſſus ad Virginem.

Ireneus, Gregorius.

NOTANDVM, quòd aliqui Sancti appellant Gabrielem interdum Angelum, interdum Archangelum. Iren. lib.5 contra hæres. c. 25. Archangelum vocat; Gregorius hom. 34. in Euangel. & Archangelum, & ſummum Angelorum appellat; Andreas Hieroſol. hom. de Annunciatione Archangelum vocat, & vnum ex præcipuis Angelis: ſimiliter & Eccleſia Michaelem nunc Angelum, nunc Archangelum, & nunc Principem Angelorum ſepè noncupat. Quarè, ſicut nomen Angeli conuenit omnibus cæleſtibus ſpiritibus, & infimo ordini etiam tribui-

Andre. Hieroſolym. Eccleſia.

A tur; ita & nomen Archangeli, quamuis accommodetur ſecundo ordini infimæ Hyerarchiæ, alia tamen ratione, ſeu latè ſumptum vocabulum Archangeli ſignificat omnem Angelum, qui primatum aliquem habet inter cæleſtes Spiritus. Vndè ex eo, quòd Gabriel modò Angelus, modò Archangelus à Patribus appelletur, non poteſt colligi, quòd ſit ex infima Hyerarchia.

Communis opinio. D.Thom. Suarius, Granadus.

Communis opinio, quam retinet D. Thom. 3.p q.30. ar.2. ad quartum, tradit, credibile eſſe, quòd Gabriel ſit ſummus in ordine Archangelorum. Sequitur hanc partem, vt probabiliorem, Suarez t.2. in tertiam partem diſp.11. ſect.1. verſ. *In re* B *tam incerta*: & de Angelis lib.6. c.10. nu. 30. & 46. Iacobus Granadus in primam partem tom.3. tract.16. de modo, quo boni Angeli à Deo ordinati, &c. diſp. 4. num. 10. & alij.

Diuerſa à priori ſententia. D. Thom.

Aliqui verò contrà ſentire videntur, ſcilicet, Gabrielem, qui Virgini Incarnationem annuntiauit, fuiſſe, vel vnum ex Seraphim, vel ſupremum ex illis. Citatur pro hac parte D. Bernardus hom. 1. in *Miſſus eſt*; ſed re vera nihil certi ex B. Bernardo colligi poteſt, niſi Gabrielem non eſſe de minoribus Angelis, quod ab omnibus eſt concedendum: & lib.5. de conſideratione ad Eugenium cap.4. dicit, Gabrielem eſſe ex ſecundo ordine infimæ C Hyerarchiæ. Adducuntur etiam D. Gregorius hom. 74. in Euang. & Andreas Hieroſolymitanus loco ſupra citato. Et idem Suarez loco præallato num. 46. dicit, non eſſe incredibile, Gabrielem miſſum ad Virginem fuiſſe, vel ſummum, vel ex ſupremis Seraphinis propter excellentiam miniſterij, quo functus eſt.

D. Greg. And. Hieroſ.

Suppono, probabiliſſimum eſſe, aliquandò ſaltèm de lege extraordinaria à Deo mitti aliquem è Seraphim. Videtur contra communem ſententiam, quæ negat, mitti Angelos ſupremæ Hyerarchiæ: ſed non deſunt grauiſſimi Authores, qui huic concluſioni fauent, exiſtimantes, quòd, licèt vt plurimum non mittantur Ange- D li ſupremæ Hyerarchiæ, aliquandò tamen accidit, vt ad grauiſſima negotia mittantur. Chryſoſt. Pſ.8. in principio, qui: *Supernorum*, inquit, *chororum Cherubim, & Seraphim hoc eſt munus, Deum aſſiduè laudare, & hymnis celebrare: ex his choris etiam in terra apparuerunt cum vigilantibus paſtoribus cantantes*. Salmeron p.8. in epiſt. ad Hebræos; Valent. diſp.8. q.6. p.2. Molin. ad quæſt.112. concl. 3. qui addit, in eam ſententiam inclinare Scotum, Durandum, Gabrielem, & alios in 2. diſt. 10. Suarez etiam de Angelis lib. 6. cap. 11. num. 47. dicit,

Chryſoſt.

Salmeron, Valent. Molin. Scotus, Durandus, Gabriel, Suarez.

dicit, in aliquibus publicis, & ſolemnibus opportunitatibus non eſſe negandum, ſupremos etiam Angelos in Dei Nominis honorem ad terras, vel deſcendiſſe, vel deſcenſuros eſſe. Veritas huius ſuppoſiti benè colligitur ex Scriptura; nam ex Luc. 2. habetur, quòd: *Facta eſt cum Angelo multitudo cæleſtis exercitus*: porrò hæc multitudo, ſi non fuit collectio omnium ſpirituum cæleſtium, fuit ſaltèm ex omnibus choris, vt expreſsè notat Chryſoſt. cit.. Et quòd ſupremi Seraphim ſint deſcenſuri, patet ex Matth. 25. *Cum venerit Filius hominis in maieſtate ſua, & omnes Angeli eius cum eo*: ex quo loco ſi inferre licet, quòd Seraphim deſcenſuri erunt, licebit etiam inferre, de facto ipſos Seraphim deſcendiſſe ad comitandum Chriſtum ad cælum aſcendentem; ait enim Euangeliſta: *Sic veniet, quemadmodum eum vidiſtis aſcendentem in cælum*: ſed veniet cum omnibus Angelis, vt ex Matth. patet; ergo, illis omnibus comitantibus, aſcendit. Hoc ſuppoſito,

Luc. Chryſoſt. Matth.

Concluſio. Mariæ miſſus Gabriel vnus è ſupremis Seraphim. Probatio.

Dico, valdè probabile videri, Gabrielem ad Mariam Virginem miſſum, fuiſſe vnum è ſupremis Seraphim. Probatur: myſterium Incarnationis fuit veluti baſis, & origo cæterorum myſteriorum, hoc eſt, Natiuitatis, Aſcenſionis, &c. ergo, ſicut in his deſcenderunt ſupremi Seraphim, vt ex Scripturis nupèr vidimus, ita etiam omni cum probabilitate affirmare poſſumus, ad myſterium Incarnationis annunciandum miſſum fuiſſe vnum è Seraphim.

Confirmatur primò, quia, ſi Virgo pluſquam Seraphim Deum amabat, vt ſuo loco videbimus, et hoc myſterium erat effectus immenſi amoris, & ope amoris increati, ſcilicet, Spiritus Sancti conſummandum erat, vt ipſe Gabriel dixit: *Spiritus Sanctus ſuperueniet in te, &c.* ergo conueniens erat, vt vnus ex illis ſpiritibus, qui Deum intenſiùs amant, tanti amoris myſterium annuntiaret. Quòdſi fuit conueniens, & Scriptura non obſtat, de facto ita eueniſſe, probabiliter affirmare poſſumus.

Luc.

Confirmatur ſecundò, quia ad regiam dignitatem ſpectat mittere Legatos ad ſponſalitia contrahenda digniores; ergo Maieſtatem diuinam decebat mittere Nuntium alijs digniorem pro ſpirituali, & tanti momenti Sponſalitio, quod cum humana natura contrahere decreuerat.

Confirmari poteſt tertiò ex illo Iſai. 6. vbi priùs dicit Propheta: *Seraphim ſtabant ſuper illud, ſex alæ vni, & ſex alæ alteri*: & poſteà ſubdit: *& volauit ad me vnus de Seraphim, & in manu eius calculus, quem forcipe tulerat de altari, & tetigit os meum*. Quarè, ſi ſit mentio de varijs Seraphinis, vt videntur ſentire multi Patres, inter quos eſt D. Hieronymus in dictum cap. Iſaiæ; Chryſoſtomus in expoſitione inchoata eiuſdem Iſaiæ; Damaſc. lib. 2. cap. 3. Theodoret. in epiſtola diu. decret. cap. de Angelis, & alij; ergo multò veriſimiliùs affirmare poſſumus, Gabrielem ad Virginem miſſum, fuiſſe vnum è Seraphim. Quòdſi dicas, Seraphim, qui ad Iſaiam volauit, ſecundùm expoſitionem D. Dionyſ. de cæleſti Hyerarch. cap. tertio, non fuiſſe vnum è Seraphim ſupremis, Deo aſſiſtentibus, ſed vel fuiſſe vnum ex illis ſpiritibus, qui ad purgandos, & illuminandos homines mittuntur, vel certè nominatum Seraphim, quia ex imperio Seraphim Angelus ille exercebat miniſterium illud; quæ expoſitio magis etiam placet Suarez lib. 6. de Angelis c. 10. num. 8. Hoc (inquam) ſi dicas, quod ſanè propter auctoritatem D. Dionyſij probabiliſſimum eſſe fateor:

Iſai.

D. Hierony. Chryſoſt. Damaſcen.

Oppoſitio. Dionyſius.

Suarius.

Reſponſio.

Reſpondeo, ideò negari à Dionyſio, & ab alijs, talem Angelum fuiſſe vnum è ſupremis Seraphim, quia fuit miſſus ad miniſterium purgandi, & illuminandi Prophetam, quod ad communem prouidentiam Dei ſpectare videtur, quarè idem miniſterium per tales Spiritus immediatè exercere debebat, qui communiter illuminant, & purgant homines. Sed Spiritus, qui ad Virginem miſſus eſt, non ad rem communem, ſed myſterium altiſſimum annuntiandum; non ad perſonam ordinariam, ſed ad Virginem Sanctitate Seraphim eminentiorem mittebatur. Quarè non ex imperio Seraphim tale miniſterium obire debebat: ſed conueniens erat, vt immediatè vnus è Seraphim à Deo de hoc myſterio inſtructus ad prædictam legationem mitteretur.

Dixi, ab initio concluſionis, valdè probabile; nam contraria opinio habet etiam ſuam probabilitatem, maximè ob auctoritatem D. Thom. & aliorum grauiſſimorum Theologorum, eam amplectentium, vel in ipſam magis inclinantium. Sed

Pri. Obiect.

Objicies primò ex D. Thoma tertia parte q. 30. ar. 2. Gabrielem ab Eccleſia appellari Archangelum, nomen autem Archangeli, ex Gregorio, tribui ijs ſpiritibus, qui ſumma annuntiant.

Reſponſio.

Reſpondeo: etiam ab Eccleſia, vt ſupra notauimus, Michael modò Angelus, modò Archangelus appellatur; & tamen communior opinio, quam ſequuntur etiam ex Aduerſarijs multi, vt Iacob. Granad. tom. 3. in primam partem, tract. 16. de modo, quo boni Angeli à Deo ordinati, &c. diſp. 3. num. 3. tenet, Michaelem fuiſſe vnum è ſupre-

Iacob. Gran.

ſupremis Seraphim; ergo idem dici poteſt de Gabriele. A

Sec. Obiect. Obijcies ſecundò ex eodē Iacobo Granado loco citato diſp.4. num. 10. ſi ob rei magnitudinem deferendum fuit hoc negotium Incarnationis alicui Seraphim, potiùs aligendus fuiſſet S. Michael, qui Suarius. maior erat, vt optimè Suar. argumentatur: ſignum ergo eſt, non fuiſſe in hoc negotio immutatum ordinem, qui inter Angelorum choros verſatur. Et ſanè quòd Michael omnium cæleſtium Spirituum ſit præſtantiſſimus, & princeps, affirmant magni nominis Auctores; Serrarius, Tena, Serrarius in cap.5. Ioſue q.45. Tena in cap.1. ad Hebræos difficultate vltima ſect.5. & Coſmus Magallan. Magallanus in Cant. Moyſi ſect.3. annot.4.

Reſponſio. Reſpondeo quòd, cùm (vt etiam benè notat Suar. lib.6. de Angelis cap.10. num. B 26.) non conſtet nobis, an in vna ſpecie angelica dentur plures Angeli, ſolo numero differentes, & æquales inter ſe, vel vnus tantùm; ita etiam non conſtat, an in ordine Seraphim ſit vnus perfectior, verbi gratia, Michael, vel Gabriel; vel ſint plures inter ſe æquales, & ſuperiores cæteris. Quare dico, valdè probabiliter affirmari poſſe, Michaelem, & Gabrielem eſſe in ordine Seraphim inter ſe æquales, cæteris verò cæleſtibus Spiritibus præſtantiores. Quarè

Collige, non eſſe credibile, eumdem fuiſſe Gabrielem illum, qui ad inferiora miniſteria legitur miſſus Dan. Dan. cap.8. 9. & 10. ac ille, qui ad Virginem Mariam C Magiſter. à Deo miſſus eſt. Nam, vt tradit Magiſt. in ſecundo diſt.10. nomen Michaelis, vel Gabrielis non eſt vnius ſingulariter determinati, ſed nùnc huius, nunc illius, ſecundùm qualitatem eorum, ad quos nuncij, vel curatores mittuntur.

Et ſimiliter multi dicunt, Michaelem, qui fuit dux Angelici belli, in cælo commiſſi contra nequiſsimos Spiritus, eſſe quidèm vnum è Seraphim; eum verò Michaelem, Dan. de quo loquitur Dan. 10. & 12. nequaquam fuiſſe ſupremum, nec ex ordinibus aſſiſtentium, Angelorum, vel Dominationum, quæ ex officio non mittuntur de lege ordinaria: ſed eſſe, vel Ar- D changelum, vel ex aliquo ſuperiori ordine vſque ad poteſtates, vt doctiſſimè adnotat Suar. Suarius. lib.6. de Angelis cap. 10. ſub num. 26. & 27.

QVAESTIO VII.

An Beata Virgo viderit eſſentiam Angeli Gabrielis, dum illi apparuit.

DIVVS Thomas 3.p.q.30. ar.3. ad primum negat, & ait: *Fuiſſet tam nobilior* (idest, viſio) *ſi ipſum Angelum intellectuali viſione in ſua ſubſtantia vidiſſet: ſed hoc non patiebatur ſtatus hominis viatoris, quòd Angelum per eſſentiam videret.* Sequuntur multi, inter quos eſt Vaſquez 3.p.tom.2.diſp.126.cap.2. à num.9. Opinio negatiua. D. Thom. Vaſquez.

Affirmant alij, & præcipuè Suar. tom. 2. in 3. p. diſp.9. ſect. 2. ſub verſiculo 20. *probabiliter*: & idem docuit Athanas in lib. quæſtionum ad Anthiochum q.12. (ſi tamen liber ille eſt Athanaſij). Fundamentum eſt, quia perfectiùs Beata Virgo videre debebat Angelos, quàm antiqui Prophetæ, cùm illis apparebant, &c. Opinio affirmatiua. Suar. Athanas.

Dico, hanc ſecundam ſententiam, & piam, & probabiliſsimam eſſe. Ratio eſt, quia, cùm Virgo, vt hic ſuppono, eſſet etiam in terris vera Regina Angelorum, conueniens erat, vt eorum eſſentiam aliquandò videret: ſed nullum tempus videtur opportunius fuiſſe, quam quandò apparuit illi Gabriel, myſterium adeò ſublime annuntians; ergo, &c. Confirmatur, quia, vt ſuo loco videbimus, Beata Virgo habuit ſcientiam infuſam, qua Angelos, & animas rationales, ſicut in ſe erant, cognoſcebat; ergo conueniens fuit, vt hac ſcientia aliquandò vteretur; ſed, vt dixi, nullum videbatur opportunius tempus, quam quandò illi apparuit Gabriel in corporea ſpecie, quem ſaltèm in progreſſu annunciationis, ſi non primo aſpectu, cognouit non fuiſſe hominem, ſed Angelum; ergo. Adde quòd perfectior omninò erat hæc viſio eſſentiæ angelicæ, quam ſola viſio corporis ab Angelo aſſumpti; ergo Virgini in omni genere perfectiſsimæ concedenda. Confirmatur vltimò ex eo, quod aliàs diximus, priuilegia, ſcilicet, alijs Sanctis conceſſa, Virgini non eſſe deneganda: Idiota lib. 6. *Sanctorum omnia priuilegia, ò Virgo, habes in te congeſta.* Sed alijs Sanctis fuit aliquandò datum, vt Angelos, vel animas clarè in ſua eſſentia intuerentur; ergo multò magis, idem, aſſerendum erit, fuiſſe Deiparæ conceſſum. Cōcluſio ſecundæ ſententię adhærens. Idiota.

Ne-

Dicitur ratio D.Thom.

Neque obſtat ratio D. Thomæ, tum quia, ſi ponamus Virginem ex ſpeciali priuilegio habuiſſe ſcientiam infuſam, per quam intrinſecè cognoſceret eſſentiam Angelorum, potuit facilè vti tali ſcientia: cùm etiam quia, licèt talis viſio ſit ſupra communem hominum viatorum ſtatum, tamen certum eſt, quòd & viatori communicari poteſt ex ſingulari priuilegio; ſicut etiam ipſe met D.Thomas, conceſſo quòd viſio diuinæ eſſentiæ in hac mortali vita ſit ſupra communem hominum ſtatum; tamen aliquandò Paulum, & Moyſem eam intuitos eſſe admittit; ergo, licèt viſio eſſentiæ angelicæ ſit ſupra ſtatum communem viatornm, par tamen, & conueniens fuit, vt ex rationibus ſupra allatis patet, quòd Virgini concederetur. Sed

Obiectiuncula. Ex D.Ambr.

Obijcies D. Ambroſium lib. 1. officiorum cap. 18. vbi ait, Virginem motam fuiſſe in introitu Angeli, & ad ſpeciem virilis ſexus peregrinam turbatam fuiſſe.

Reſponſio.

Reſpondeo, hoc ſolùm probare, prima fronte Virginem non cognouiſſe eſſentiam angelicam; quod ego libenter concedo.

QVAESTIO VIII.

Cùr Angelus, ante quam exponeret diuinam legationem, laudes Virginis præmiſerit.

Ratio ambigendi. Humilitas Deo maximè grata.

RATIO hoc inquirendi eſſe poteſt quia, cùm Virgo conceptura eſſet Deum, cui tantoperè humilitas placet, videbatur Angelus verbis, quæ ad humilitatem allicerent, non autem quæ excellentiam ſonarent, vti debere.

Pri. Concluſ. Vt Virginem redderet attentam. Humilis ad laudes ſuas admiratur.

Dico primò, Angelum præmiſiſſe laudes Virginis ante legationem, vt illam attentam redderet. Ratio eſt quia humilis, dum ea, quæ in ſui laudem redundant, audit, valdè admiratur, admiratio autem attentionem excitat. Hæc doctrina eſt D. Thom. 3. p. q. 30. ar. 4. vbi hæc habet: *Ad primum ergo dicendum, quòd animo humili nihil eſt admirabilius, quàm auditus ſuæ excellentiæ: admiratio autem maximam ei attentionem facit; & ideò Angelus, volens mentem Virginis attentam reddere ad auditum tanti myſterij, ab eius laude incepit.*

D.Thom.

Sec. Concluſ. Vt ad conſenſum Incarnationis induceretur.

Dico ſecundò, ab Angelo factam fuiſſe mentionem de abundantiſſima gratia, qua Virgo repleta erat, deque alijs donis, & priuilegijs, quæ innuebnntur per illa verba: *Dominus tecum, benedicta tu, &c.* vt ipſa ad fidem, & conſenſum præſtandum myſterio Incarnationis ſuauiter induceretur. Ratio eſt quia, cùm ipſa intelligebat ſe adeò ſublimi gratia plenam, tot priuilegijs cæleſtibus cumulatam, facilè credere poterat, quòd ſibi talia fuiſſent diuinitus conceſſa, vt ſic diſponeretur ad opus altiſſimum, ſcilicet, ad concipiendum Filium Dei.

Ter. Concluſ. Vt profundiùs humilitatem exerceret.

Dico tertiò, diuino iuſſu ab Angelo ſum mè laudari Virginem, quia Deus ſciebat, eam adeò humilem eſſe, vt quò magis laudibus extolleretur, eò profundiùs ſe per humilitatem deijceret. Veritas huius concluſionis patet ex ipſo euentu rei:nam, cùm ab Angelo laudata fuiſſet, & dignitas Matris Dei fuiſſet illi propoſita, ſe ſolùm ancillam Domini profeſſa eſt. Qua in re heroica humilitas Virginis reſplenduit: vndè Bernardus homil. 4. ſuper, *Miſſus eſt*: *Non magnum*, inquit, *eſt eſſe humilem in abiectione; magna profectò, & rara virtus humilitas honorata*. Quandò aliquis dux ob partam victoriam curru triumphali, magno cum populi applauſu, Romam antiquitùs ingrediebatur, ne in illo faſtu ſuperbiret, inſequebantur trimphantem nõnulli, qui à tergo contumelioſis verbis eum afficiebant, illique in memoriam redigebant, hominem mortalem eſſe. *Suggeritur ei à tergo*, inquit Tertullianus in apologia, *reſpice poſt te, hominem memento te*. Hoc quidem fuit opportunum remedium ad effugandam inanem gloriam in hominibus. Sed B. Virginis humilitas tanta erat, vt non ſolùm in laudibus altiſsimis non periclitarètur, ſed immò magis corroboraretur ac excellentior dignoſceretur.

D. Bernard.

Tertullianus.

QVAESTIO IX.

Quid ſignificet vox, AVE, quam primò protulit Gabriel.

NOTANDVM primò, quòd in texu græco habetur χαῖρε, quod eſt pro aue, vel gaude, ſalue, vel vale. Porrò mos erat apud Hebræos ſic ſalutare: *Aue Rabbi*: & Chriſtus, *Auete*, dixit mulieribus, Matth. 28.

Matth.

Notandum ſecundò, vocem, AVE, ab Angelo gratulabundo prolatam fuiſſe in ſignum lætitiæ, vt potè qui fauſta, & læta nuntiaret. Vndè egregiè Andreas Epiſcopus Hieroſolym. ſer. de Annuntiatione: Dece-

Andre. Epiſc. Hieroſolym.

Q

Titus Boſtrē.

A *Decebat verò*, inquit, *vt gaudij vocabulo ſalutaretur, quæ verè voluptatis Authorem erat conceptura, & Ieſum ſalutaris gratiæ Principem paritura*. Et Titus Boſtrenſis in Lucam: *Quandoquidem Deus ad Euam dixerat, in dolore paries filios; propterea Angelus gaudium, per quod dolor olim decretus ſoluatur, Virgini denuntiat.*

Sec. Concluſ. Aue affirmā-tis.
D. Ambroſi. & Auguſt.

Dico ſecundò, vocem, Aue, à Gabriele prolatam, fuiſſe affirmantis. Ita D. Ambroſius, & Auguſtinus, quorum primus homil. de humana generatio. Chriſti ait: *Maria edocta, & iuſſa eſt ab Angelo gaudere*: alter ſermone de Natiuitate Domini: *Hęc vox*, inquit, *Aue in hoc loco non eſt vox imperantis, ſed annunciantis, & exhortantis ad gaudium, & lætitiam.* B

Toletus, Salmeron.

Toletus in Lucam cap. primo annot. 45. Salmeron tom. 3. tract. 5. & alij fauent. Ratio eſt quia Angelus loquebatur de plenitudine gratiæ, quam Virgo iam habebat, & de priuilegijs, quibus ipſa cumulata erat, vt patet ex illis verbis: *Gratia plena, Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus. Aue*, inquit, quaſi dicat cæleſtis nuntius: iure, & titulis multis gaudere, & lætari potes; ſed præcipuè quia immunis es ab omni peccato originali, & actuali, ob quę ſolùm dolendum eſt.

D. Bernardin.

Audiendus eſt Sanctus Bernardinus Senen. tom. 5. ſerm. 12. qui eſt de ſalutatione Angel. art. 1. cap. 1. *Aue* (inquit) *Beata Virgo ſine primo væ, ideſt, ſine tyranno peccati originalis, quia ſine eo concepta es*: C

D. Bonauen.

& D. Bonauentura in ſpeculo Virg. cap. 2. *Aue Maria abſque væ: triplex eſt væ, à quo immuniſſima fuit Maria, væ culpæ actualis, væ miſeriæ originalis, & væ pœnæ gehennalis.*

D. Thom.
Albert. Mag.
D. Antonin.
Greg. Thau.
Pelbartus.

Fauent illi, qui exponunt, Aue, ideſt, ſine væ: lege Diuum Thom. in explicatione ſalutationis angelicæ; Albertum Magnum in lib. de laudibus Virginis, & ſalutatione angelica; D. Antoninum quarta parte tit. 15. cap. 2. § 4. Suffragatur etiam Gregorius Thaumaturgus in ſerm. de Annuntiatione: *Aue* (inquit) *tu enim, quæ re vera ſunt gaudio digna, agis; quoniam immaculatam induta es veſtem.* Pelbartus etiam in ſuo ſtellario lib. 1. art. 2. multum tribuit huic explicationi: D *Aue, ideſt, ſine væ; cùm enim iſta ſalutatio ſit totius ſalutis inchoatio, quæ primò, & principaliter per ſe Beatiſſimæ nunciatur Virgini, & in ea, & per eam toti generi humano deſtinatur; rectè incepit ab Aue: initium quidèm beatitudinis eſt remotio miſeriæ, quod notat Aue, quaſi ſine væ*: & paulò poſt refert illud carmen: *Porta ſalutis Aue, per quam datur exitus a væ.*

Ter. Cōcluſ. Veneratio Angeli erga Virginem.

Dico tertiò, ab Angelo hanc vocem, Aue, prolatam fuiſſe non ſolùm in ſignum A lætitiæ, & gratulationis, ſed etiam tali modo, vt ipſe venerationem, obſequium, ac famulatum erga Virginem teſtaretur. Ratio huius eſt quia, ſicut Angelus cognoſcebat, Virginem verè eſſe hominum, atque Angelorum Reginam, ita conueniens erat, vt erga illam venerationis, & obſequij ſigna, atque voces oſtenderet.

Sophronius.

Vndè Sophronius ſerm. de Annuntiatione angelica: *Se namque ad annunciandum veniſſe, inquit, Dominam eſſe omnium eam conſtitutam.*

QVAESTIO X.

B

Qualiſnam ſit ſenſus Verborum illorum: GRATIA PLENA.

D. Thom. Gratiæ nomen tripliciter vſurpatū.

SVPPONENDVM eſt primò ex D. Thoma prima ſecundæ q. 110. ar. 1. gratiæ nomen tripliciter vſurpari. Primò pro beneuolentia, ac dilectione alicuius; quo in ſenſu dicitur aliquis eſſe in gratia Principis, & illius gratia aliquid operari. Secundò pro dono aliquo, liberaliter collato, quod dicitur gratia, quia gratis datur; C quo in ſenſu, cùm quis alteri ex beneuolentia benefacit, dicitur illi gratiam facere: vndè cecinit Auſonius:

Auſonius.

Gratia, quæ tarda eſt, ingrata eſt; gratia nãq;
Quæ fieri properat, gratia grata magis.

Lucianus.

Et in hoc ſenſu etiam locutus eſt Lucianus: *Celeris gratiæ dulciores; ſi autem tardauerit, omnis gratia vana, neque dicetur gratia.* Tertiò pro compenſatione beneficij gratis dati tam interna, quam externa, quomodò dicimur alicui gratias agere. Aſt Theologi, cùm de gratia Dei diſputant, gratiæ nomen ſecundario modo ſumunt; nam gratia primo modo non tam eſt gratia, quàm gratiæ præparatio ex Auguſtino 1. de prædeſtinatione Sanctorum cap. 10.

Auguſtin.

D Quòd ſi gratiæ nomen latè ſumatur, poteſt ex eo nomine quodlibet Dei donum etiam naturale compręhendi: ſed, dum à Theologis de gratia Dei diſputatur, preſſiùs gratiæ nomen accipitur ita, vt, excluſis omnibus naturalibus donis, ea ſolùm, quæ naturæ ſunt indebita, quæque illi ex mera Dei liberalitate ſuperadduntur, compræhendantur: & ſic gratia dici poterit donum Dei gratis, ſeù ex mera ipſius liberalitate.

Diuiſio gratię ex D. Th.

Supponendum ſecundò ex eodem D. Thom. cit. q. 110. a. 2. primò diuidi gratiam

in ha-

in habitualem, & actualem. Habitualis eſt, quæ in homine permanet per modum habitus, etiam quandò non operatur: actualis verò eſt actio ſupernaturalis, quæ diuinitùs fit in homine. Rurſùs diuiditur à S. Thoma q. 111. a. 1. gratia in gratum facientem, & gratis datam. Priore membro vtraque gratia explicata compræhenditur; nam habitualis formaliter gratum facit, actualis verò diſpoſitiuè. Poſteriori verò intelliguntur beneficia omnia, ſeù dona naturæ indebita, quibus aliquis ad alterius iuſtificationem cooperari poteſt, cuiuſmodi eſt donum prophetiæ, diſcretio ſpirituum, & alia apud Paulum ad Corinth. 1. cap. 12. Tertiò diuiditur gratia in operantem, & cooperantem: quæ diuiſio accipitur ex Arauxicano cap. 9. & ex Auguſtino lib. 2. contra Pelagium epiſt. 19. vbi dicitur, quædam Deus operari in nobis ſine nobis: ex quibus verbis colligitur gratia operans: quædam in nobis cum nobis: & ex his colligitur gratia cooperans. Quarè ſecundùm mentem Auguſtini gratia operans videtur eſſe illa cogitatio nobis immiſſa ſine vllo præuio voluntatis imperio, qua ad opus bonum mouemur; gratia verò cooperans videtur eſſe auxilium Dei, pro vt coniũgitur cum noſtro libero conſenſu, per quem gratiæ operanti, ſeù ſanctæ illi cogitationi cooperamur. Scio, hæc eadem vocabula aliter accipi à Sancto Thoma ptima ſecundæ q. 111. a. 2. hic enim per gratiam operantem intelligit auxilium Dei, per quod facit, vt velimus; per gratiam verò cooperantem intelligit auxilium Dei, per quod facit, vt exequamur. Præterea hanc diſtinctionem applicat Sanctus Thomas non ſolùm auxilio Dei, ſed etiam gratiæ gratum facienti, quam vocat operantem, in quantum ſanat, & iuſtificat animam: cooperantem verò, quatenùs eſt principium operis meritorij. Sed hæc variatio tantùm eſt in vocibus, in quibus tamen diſcedere non debemus à probatis Authoribus: & ſic vtroque modo accipere poſſumus diuiſionem gratiæ operantis, & cooperantis. Quartò diuiditur gratia in præuenientem, & ſubſequentem ex Auguſtino lib. de natura, & gratia: quod ità explicat S. Thomas. Gratiæ plures ſunt effectus: primus eſt animum ſanare; ſecundus eſt eſſe principium bonæ voluntatis; tertius eſt principium bonæ exequutionis; quartus eſt perſeuerantiæ, quintus gloriæ. Loquitur autem S. Thomas de gratia gratum faciẽte, quę principium eſt bonę voluntatis remotum, & radicale, tum quia eſt principiũ habitus charitatis, tum quia tali gratiæ

Ad Corinth.
Cõcil. Arauxicanum.
Auguſt.
S. Thom.

A debentur quædam auxilia mouentia ad bonas volitiones, & bona opera; quæ auxilia infallibiliter debentur homini exiſtenti in gratia. Hæc igitùr gratia, pro vt ſecundùm vnum effectum priorem ad alium poſteriorem comparatur, vocatur gratia præueniens; pro vt verò ſecundùm effectum poſteriorem comparatur ad priorem, vocatur gratia ſubſequens. Omitto alias diuiſiones gratiæ de ſufficienti, & efficaci, &c.

Supponendum tertiò, cum gratia habituali infundi tres virtutes Theologicas, ſcilicet. fidem, ſpem, & charitatem: de qua re videri poteſt Suar. p. 3. de gratia lib. 6 cap. 4. vſque ad caput 9. Immò certum eſt, virtutes etiam morales, per ſe infuſas pertinere ad gratiam habitualem, vt cum communi ſententia idem Suar. probat cap. 9. num. 7.

Suarius.

B

Dico primò, quòd, dum Virgo ab Angelo appellatur GRATIA PLENA, indicatur, eam fuiſſe gratia gratum faciente cumulatam. Ita communiter Patres: vide Caniſium lib. 3. cap. 5. Ratio eſt, quia gratia in ſacris paginis, & Concilijs ſignificat principaliter gratiam gratum facientem.

Prim. Cõclu. B. V. gratia gratum faciente cumulata.
Caniſius.

Dico ſecundò, quòd Virgo ab Angelo dicitur gratia plena, non ſolùm quia, vt dixi, gratia gratum faciente erat cumulata, ſed etiã virtutibus theologicis, & cardinalibus cũ omnibus partibus, ſeù ſpeciebus eiuſdem ordinis cum ipſa gratia, ac ſubindè ſupernaturalibus, & per ſe infuſis. Hæc concluſio fundatur in doctrina, quam ſupra tertio loco ſuppoſuimus. Et confirmatur primò, quia, ſi nomen gratiæ ſignificat quodcumque donum liberaliter collatum, amplectitur non ſolùm gratiam gratum facientem, ſed etiam habitus virtutum theologalium, & cardinalium, per ſe infuſarum, quia & hi habitus dona, & beneficia Dei ſunt: ergo non eſt reſtringenda prædicta commendatio Virginis, dum gratia plena nominatur, ſed latè exponenda, quantum proprietas nominis gratiæ patitur. Confirmatur ſecundò ex voce, quæ habetur in textu græco, κεχαριτωμένη; hoc enim participium ſine articulo poſitum ſignificat hanc vnam ſingulari, & omni gratia donatam, vt cum alijs notat Vincentius Reg. in Euangelicis dilucidationibus lib. 1. cap. 5. theor. 3. Confirmatur tertiò authoritate Patrum, & precipuè Athanaſij 3. tom. in ſerm. de Sancta Deipara: *Decet*, inquit, *te Matrem regeneratricem, dominam, atque heram cognominari eo, quòd ex te prodijt Rex Dominus, & Deus noſter*;

Sec. Cõcluſ. B. V virtutibus etiam theologicis, & cardinalibus ab Annunciatione referta in ſummo.

C

D

Vince. Reg.
Athanaſius.

Q 2 aſſi-

Digitized by Google

aſſiſtentem illi, nobis quidèm terribili, tibi autem dulci, omnemq; gratiam largienti; qua de cauſa factum eſt, vt gratia plena appellata ſis, vt potè quæ omni gratia abundares: hæc Athanaſius: pondera ly *omnem gratiam largienti*; & ly *omni gratia abundares.* Sit hic nobis inſtar aliorum omnium, quos omitto.

Tert. Cóclúſ. Dona Spiritus Sancti.

Dico tertiò, ex eo, quòd Virgo gratia plena nominatur, innui etiam, quòd donis Spiritus Sancti fuerit locupletiſſima. Probatur, & explicatur: nomen gratiæ ſignificat donum ex liberalitate collatum, vt vidimus ex D. Thoma; ergo ſignificat etiam dona Spiritus Sancti; ergo, &c. Porrò per dona Spiritus Sancti intelliguntur quidam habitus diſtincti ab habitibus virtutum infuſarum, vt hic ſupponitur ex probabiliori ſententia, quam tradit D. Thomas prima ſecundæ q. 69. Bonauentura, Riccardus, & alij in tertio diſt. 24. & Henric. quolib. 4. q. 23. Nam, licèt habitus virtutum infuſarum etiam dona Spiritus Sancti vocari poſſint: *Omne enim datum optimum* (inquit Iacobus) *& omne donum perfectum deſursùm eſt, deſcendens à Patre luminum*; tamen nomen virtutis generaliter ſumptum ſignificat habitum, per quē homo honeſtè operatur bonum, quaſi ex propria motione, & ordinario modo operetur; nomen autem doni ſignificat habitum, per quem homo redditur benè mobilis à Spiritu Sancto, ipſum ſpeciali, ſingularique modo ad ſanctè, egregièq; operandum inclinante: appellantur autem tales habitus dona per anthonomaſiam. Quarè, licèt dona Spiritus Sancti, & ſint, & dici poſſint virtutes, ſumpto generaliter nomine virtutis, tamen non ſunt illæ virtutes infuſæ, per quas homo operatur bonum ordinario modo, & quaſi ex propria motione. Et quòd ſint admittenda huiuſmodi dona Spiritus Sancti, colligitur ex illo Iſa. 11. *Requieſcet ſuper eum Spiritus Domini*; nam, ſi Spiritus Sanctus dicitur venire in aliquem, quandò in eo nouo modo operatur, iuxta illud: *Alium Paracletum dabit vobis, vt maneat vobiſcum*; ergo, quandò ita venit ad aliquem, vt in eo quieſcat, permanens Spiritus Sācti effectus indicatur, qui permanens effectus eſt habitus. Pro hac doctrina vide plura apud Suar. parte tertia de gratia lib. 6. cap. 10. Et ſanè hæc dona non ſolùm in Deipara ſunt admittenda, ſed etiam in illa fuiſſe modo quodam perfectiſsimo, atque altiſsimo, paſsim docent Patres: S. Bernardinus tom. 3. ſerm. 11. ar. 1. cap. 1. *In Virgine Beata nullum fuit omninò retardatiuum: proindè rota volubilis fuit, ſecundum omnem Spiritus Sancti nutum.*

D. Thom. D Bonau. Riccard. Henricus. Iacobi.

Iſai.

Ioann. 14.

Suar.

S. Bernardin.

A

Et eodem tom. ſerm. 11. ar. 2. cap. 3. *Spiritus Sanctus* (inquit) *occurrit Virgini glorioſæ, eam recognoſcens fornacem ſui amoris, & officinam ſuæ ſtupendæ operationis; in qua, & de qua fabrefactum eſt corpus mundiſſimum Filio Dei*: & infra; *Spiritus Sanctus oſtendit electis expreſsè, quòd in hac officina, ideſt in Beatà Virgine, & per eam fabrefecit quidquid in gratia mirificum operatur; & quòd in hac totum ignem operationis recluſit, quem nunquam dare diſpoſuit creaturæ rationali.* Arnoldus Carnotenſis de laudibus Mariæ, eam *Spiritus Sancti officinam* appellans. Et Abbas Cellenſis lib. de panibus cap. 12. *Quia ſimul*, ait, *collecta gratiæ plenitudo nullatenus creaturæ*

B

humanæ capacitate poteſt apprehendi, in quatuor capita dicitur diuidi: priuilegio tamen Filij ſui ſupra totius creaturæ meritum Mater Dei aſperſione Spiritus Sancti, tota Deitatis gratia eſt ſuperfuſa. Clariùs autem adhùc ad rem noſtram loquitur Athanaſius tom. tertio in ſerm. de Sancta Deipara: *Ita quoque Spiritus Sanctus in Virginem deſcendit cum omnibus ſuis eſſentialibus virtutibus, imbuens eam gratia, vt in omnibus gratioſa eſſet: atque idcircò, gratia plena, cognominata eſt, eo quòd adimpletione Spiritus Sancti, omnibus gratijs abundaret.* Fauet etiam Gregorius Neocęs. homil. in Annuntiatione Beatæ Virginis Mariæ: *Maria ſic gratia plena dicitur, quòd in illa*

C

Virgine totius gratiæ theſaurus reconderetur.

B. V. fornax diuini amoris.

Arnold. Car. Abbas Cellenſis.

Athanaſius.

Greg. Neoc.

Quar. Cóclu. Gratię gratis datæ.

Dico quartò: dum Beata Virgo prædicatur plena gratia, etiam gratijs gratis datis repleta ſignificatur. Concluſio patet ex ſupra dictis. Nam nomen gratiæ comprehendit etiam gratias gratis datas; & in prędicta commendatione Deiparæ eſt latè interpretandum, vt vidimus concluſione ſecunda; ergo, &c.

Quint. Cócl. Priuilegia in B.V. innumerabilia.

Dico quintò, Angelum, dum aſſerit, Deiparam eſſe plenam gratia, innuere etiam, priuilegijs innumerabilibus eam eſſe decoratam. Probatur, quia nomen gratiæ extenditur etiam ad priuilegium

D

ſignificandum: Gloſſ. per litteras verb. diret. de præbend. & paſsim in iure gratia accipitur pro priuilegio. Et confirmatur, quia priuilegium eſt quædam donatio immunitatis à lege: Vide D. Thomam tertia parte q. 27. ar. 1. Fauet D. Anton. 4. p. tit. 15. cap. 16. *Priuilegia Principum ſunt latè interpretanda: cùm ergo Dominus in priuilegio ſuo, quod ei mittit per Angelum, dicat, GRATIA PLENA, nullam ſpecificando, erit pro omnibus interpretandum. Prætereà Deus infundit ſuam bonitatem vnicuique ſecundum ſuam virtutem, & capacitatem, vt patet de Domino, qui tradidit*

Gloſſa.

D. Thom. D. Antonin.

ſeruis

ſeruis ſuis bona ſua, vnicuique ſecundùm propriam virtutem: ergo quæcunque creatura eſt capax omnis gratiæ, cuius eſt capax pura creatura, illa erit plena omni gratia: talis autem creatura fuit Beatiſſima Virgo Maria: ergo ipſa eſt plena omni gratia, cuius particeps eſſe poteſt omnis pura creatura. A Et 4.p. hiſt.tit.5.cap.2 §.15. *Beata Maria fuit gratia plena quadrupliciter: primò quia omnes gratias generales, & ſpeciales habuit: ſecundò quia illas gratias habuit, à quibus omnis creatura vacua fuit: tertiò quia ſua gratia tanta fuit, quòd pura creatura maioris gratiæ capax non fuit: quartò quia etiam gratiam increatam, ideſt, Deum in* B *ſe tota continuit.* Plura pro hac concluſione eruditè adnotat Salaz. de Conceptione cap.39.à num.7. Fauet & dictio hebręa, Thaibuta, quæ idem ſonat, ac aggregatio gratiarum.

Salazar.

B.V. à peccato origin. & corporis corruptionę immunitas.
Teſiphon diſcip. S. Iacob.

Collige ex hac concluſione ſatìs ſolidum fundamentum excipiendi Virginem à lege, per quam incurritur in peccatum originale, & ab illa: *Puluis es, & in puluerem reuerteris*; atque ab alijs. Vndè Teſiphon diſcipulus Sancti Iacobi maioris in quodam ſuo tractatu, qui repertus eſt in monte ſancto Granatenſi: *Nunquam*, inquit, *Angelus diceret, Aue gratia plena, ſi in originali peccato fuiſſet concepta.*

Sexta côclu. Gratia, ac beatitudo p B.V. in genus humanum transfuſa.
Eccleſiaſt.
Pelbartus.
B.V. gratiarum omnium diſpenſatrix.

C Dico ſextò, Virginem nuncupari plenam gratia, quia in illa ſalutatione angelica annuntiabatur initium, & origo omnis gratiæ, ac beatitudinis, in humanũ genus transfundendæ per ipſam Beatam Virginem: vndè Eccleſ. 24. *In me omnis gratia viæ, & veritatis; in me omnis ſpes vitæ, & virtutis.* Ita Pelbartus in ſuo ſtellario lib.1.p.5.art.2. ſequens Albertum Magnum ſuper, *Miſſus eſt*, cap. 68. Et ſanè quòd Beata Virgo omnium gratiarum ſit diſpenſatrix, docent communiter Patres: & tom. ſecundo fusè hoc pertractabo. Poſſem hoc loco agere de gratia Beatæ Virginis, & an fuerit maior, quam gratia omnium Sanctorum, atque Angelorum collectiuè ſumpta; ſed commodius D tom.2. in cap. de Gratia, & Sanctitate Virginis id fiet: itèm de donis, & priuilegijs in particulari c. de donis ſupernaturalibus Deiparæ.

✠✠
✠

QVAESTIO XI.

Quiſnam ſit ſẽſus illorum verborum, DOMINVS TECVM.

Maldonatus.

ALIQVI putant, idem eſſe: *Gratia plena*, quòd *Dominus tecum*. Ita Maldonatus in commentario huius loci. Alij verò communiter volunt, eſſe quid diuerſum.

Deus immẽſus.
Baruch.
Ierem.
Reg.

B Supponendum eſt, Deum eſſe in omnibus rebus, quia eſt immenſus. Baruc. 3. *Magnus eſt, & non habet finem; excelſus, & immenſus.* Ierem. 23. *Cælum, & terram ego impleo.* 3.Reg. 8. *Si enim cælum, & cæli cælorum te capere non poſſunt.* Alia etiam huiuſmodi loca habentur in ſacris paginis, quæ non aliter ſunt explicanda, quam Patres explicare ſolent, qui omnes conſtanter aſſerunt, ex talibus loquutionibus colligi, Deum eſſe in omnibus rebus. Et Mercurius Trimegiſtus dixit, *Deum eſſe circulum, cuius centrum vbique eſt, circumferentia nuſquam; nam vbique totus eſt, & nullo termino diſinitur.* Ex qua ſententia clarè prædicatur immenſitas Dei. C

Mercurius Trimegiſt.

Quot modis Deus ſit in creaturis.
Suarius.
Ad Hebręos.
Pſalm.

Supponendum ſecundò, Deum varijs modis eſſe in creaturis. Primò per eſſentiam, ideſt, per indiſtantiam eſſentiæ ſuæ ab omnibus rebus creatis, quæ præſentia ſubſtantialis dicitur: & hæc, vt benè docet Suar. prima parte Summæ theolog. lib.2.c. 2.num.4. infertur ex immẽſitate Dei; nam, cùm Deus ſit ratione immenſitatis ſuæ perfectiſſimè aptus eſſe in omnibus rebus, hoc ipſo, quòd res aliqua exiſtit, illa neceſſariò eſt realiter indiſtans à ſubſtantia Dei, & ſubſtantia Dei ab ipſa. Secundò per pręſentiam Deus eſt in creaturis, quia illæ omnes præſentes Deo, & in conſpectu illius ſunt; Deus enim omnia intuitiuè cognoſcit, iuxta illud ad Hebræos 4. *Non eſt vlla creatura inuiſibilis in conſpectu eius; omnia autem nuda, & aperta ſunt oculis eius.* D Tertiò per potentiam, quia operatur in illis per ſuam potentiam. Quartò Deus eſt in creatura rationali per gratiã. Quintò in humanitate Chriſti per vnionem hypoſtaticam. Sextò in Eccleſia per aſſiſtentiam gubernationis, & directionis. Septimò in cælo per maieſtatem, & gloriam; ibi enim, tãquam in aula regia, manifeſtat ſuam gloriam: & in hoc ſenſu explicantur plura dicta Scripturæ, vt illud: *Cælum cæli Domino, terram autem dedit filijs hominum*: Pſal. 113.

Sup-

A Supponendum eſt tertiò, verba hæc, DOMINVS TECVM, in duplici ſenſu poſſe accipi: vel per modum benè precantis; & idem erit, Dominus tecum, ac Dominus ſit tecum; quo modo ſalutandi

Ruth.

vſus eſt Booz erga meſſores ſuos, Ruth. 2. *Dominus vobiſcum:* vel per modum affirmantis, & idem erit Dominus tecum, ac Dominus eſt tecum; & iuxta hunc ſenſum

Iudic.

dixit Angelus Gedeoni, Iud. 6. *Dominus tecum*; vt patet ex ipſo reſponſo Gedeonis: *Obſecro, mi Domine, ſi Dominus nobiſcum eſt*.

Prima Concluſio.

Dico primò, Angelum hæc verba, DOMINVS TECVM, per modum affirmantis protuliſſe; & præcipuum eorum

B

ſenſum eſſe; Dominus potentiſſimus tecum eſt, ò Virgo, vt potentiſſimè tecum operetur, & primò quidem miraculorum maximum, opus Incarnationis, de quo

D. Hieron.

Hieronymus loquens: *Quod natura*, inquit, *non potuit, ratio ignorauit, vſus neſciuit; hoc Deus ſtupendo miraculo in Maria opere compleuit, vt, videlicet, Deus fieret homo, & Mater eſſet Virgo*. Annuit noſtræ

D. Bonau.

concluſioni D. Bonauentura in ſpeculo c. 8. ſic fatus: *Nam omnia quæcunque voluit Dominus, fecit; & quia Dominus potentiſſimus, tecum potentiſſimè eſt* (Hic Author plures habet huiuſmodi expoſitiones.) Et

Arnold. Carnot.

Arnold. Carnotenſ. de laudibus Mariæ:

C

Nec à dominatione, inquit, *vel potentia Filij Mater poteſt eſſe ſeiuncta: vna eſt Mariæ, & Chriſti caro, vnus ſpiritus, vna charitas: ex quo dictum eſt ei, Dominus tecum: inſeparabiliter perſeuerauit promiſſum, & donum*. Ex hac concluſione

Chriſti, & Mariæ vna caro, vnus ſpiritus, vna charitas.

Amor Dei in Virginē maximus.

Collige amorem Dei erga Virginem ineffabilem; quia enim non potuit omnipotentiam ſuam illi communicare, cùm attributa Dei non poſſint vlli creaturæ propriè, & abſolutè communicari; ſaltem illam voluit ſociam in exercitio omnipotentiæ: in quo ſenſu explicari poteſt illud

Prouerb.

Prou. 8. *Quandò præparabat cælos, aderam, &c. cum eo eram cuncta componens, &c.* Hinc eſt quòd Virgo videtur facta omnipotens, ſecundùm quid, ideſt, ratione huius coniunctionis, & aſſociationis cum

D

Deo.

D. Thomas.

Conſiderandum eſt in confirmationem huius argumenti quod habet S. Thomas prima parte q. 25. art. 6. in ſolutione, ad

Encomium Virginis admirabile.

quartum: *Humanitas Chriſti*, inquit, *ex hoc, quòd eſt vnita Deo; & beatitudo creata ex hoc, quòd eſt fruitio Dei; & Beata Virgo ex hoc, quòd eſt Mater Dei, habent quandam dignitatem infinitam ex bono infinito, quod eſt Deus: & ex hac parte nihil poteſt fieri melius eis, ſicut non poteſt aliquid eſſe melius Deo*. His addo ego quartum, ſcilicet, dignitatem ſacerdotalem, quatenùs Sacerdos habet facultatem conſecrandi verum corpus Chriſti; non enim maior facultas in creatura ſecundùm rationem ſacerdotij reperiri poteſt; nam Sacerdos & conſecrat, & offert rem infiniti valoris. Hæc omnia verò in vtero Virgineo fuerũt peracta. De vnione hypoſtatica, ac de Maternitate Dei patet, atque etiam de viſione beatifica, qua anima Chriſti fuit illuſtrata ſtatim, atque Chriſtus fuit conceptus: conſtat & de Chriſti ſacerdotio; nam ſtatim etiam, atque Chriſtus, vt dixi, fuit conceptus, quatenùs homo, vnctus, & conſtitutus eſt Sacerdos à diuinitate: vndè de illo dicitur Pſal. 109. *Tu es Sacerdos in æternum, &c.* Pſal. Quarè ſi in vtero Virginis diuina potentia adeò eximia operatur, ſemper, Virgine intercedente, nihil adeò erit difficile, quod eadem diuina omnipotentia non ſuperet.

Dico ſecundò, ex prædictis verbis, *Dominus tecum*, intelligi etiam altiſſimum, & perfectiſſimum modum, quo Dominus inhabitabat in Virgine. Audi Petrum Damianum ſerm. 1. de Natiuitate, vbi, poſt quam præmiſit, quòd Deus per ſuam immenſam eſſentiam eſt in omnibus: *Secundo*, ait, *in bonis per operationem: agit enim in eis virtus operatiua, vt operentur opera Dei. Tertiò in bonis, illuminatione, ac cognitione futurorũ eos nobilitans, & participes ſuorum efficiens ſecretorum*. Addit quartò: *Ineſt vni creaturæ, videlicet, Mariæ Virgini identitate, quia idem eſt, quod illa (Hic taceat, & contremiſcat omnis creatura, & vix audeat aſpicere tantæ dignitatis, & dignationis immenſitatem) Dominus tecum, inquit Archangelus: habitat Deus in Angelis, ſed non cũ Angelis, quia cũ illis eiuſdẽ non eſt eſſentiæ: habitat Deus in Virgine, habitat cũ illa, cum qua vnius naturæ habet identitatem: hoc eſt aurũ fuluum nimis, quo thronus eſt veſtitus, quia tali modo Deus Virginem induit, & in Virgine indutus eſt, vt meliori non poſſet*.

Sec. Concl. Deus in Virgine habitãs altiſsimo, ac perfectiſsimo modo.

Petrus Dam.

Arnoldus etiam Carnotenſis tractatu de laudibus Virginis poſt illa verba ſuperiùs cit. ſubdit: *Vnitas diuiſionem non recipit, nec ſecatur in partes, & licèt ex duobus factum ſit vnum, illud tamen vltra ſcindi non poteſt, & Filij gloriã cum Matre non tam communem iudico, quam eandem*. D. Auguſtinus ſerm. de Natiuitate: *Dominus tecum*, inquit, *magis, quàm mecum; ipſe enim in tuo eſt corde, in tuo eſt vtero, adimplet mentem, adimplet ventrem:* pondera ly *magis, quam mecum*. Et D. Thomas opuſc. 8. hæc habet: *Et ideò hoc deſignans Angelus dixit, Dominus tecum, quaſi dicat: ideò exhibeo tibi reuerentiam, quia tu familiarior es Deo, quam ego; nam Domi-*

Arnoldus Carnot.

D. Auguſtin.

D. Thomas.

Dominus eſt tecum: Dominus, inquit, *Pater cum eodem Filio, quod nullus Angelus, nec aliqua creatura habuit*, Lucæ 1. *Quod enim naſcetur ex te ſanctum, vocabitur Filius Dei: Deus Filius in vtero*, Iſa. 12. *Exulta, & lauda habitatio Syon, quia magnus in medio tui Sanctus Iſrael. Aliter ergo Dominus cum Beata Virgine, quam cum Angelo, quia cum ea, vt Filius; in Angelis, vt Dominus. Dominus Spiritus Sanctus, ſicut in templo; vndè dicitur, Templum Domini, ſacrarium Spiritus Sancti, quia concepit de Spiritu Sancto*, Lucæ 1. *Spiritus Sanctus ſuperueniet in te. Sic ergo familiarior eſt cum Deo Virgo, quàm Angelus, quia cum ipſa Dominus Pater, Dominus Filius, Dominus Spiritus Sanctus, ſcilicet, tota Trinitas; vndè cantatur de ea: totius Trinitatis nobile Triclinium*: hæc S. Thomas. Similia habet D. Bernard. hom. 3. ſuper, *Miſſus eſt: Aue*, inquit, *gratia plena, Dominus tecum, nec tantùm Dominus Filius tecum, quem carne induis, ſed & Dominus Spiritus Sanctus, de quo concipis, & Dominus Pater, qui genuit quem concipis: Pater, inquã, tecum, qui Filium ſuum fecit & tuum, &c.* Patebit ergo conſideranti per prædicta Patrum teſtimonia, quàm miro, & excelſo modo Dominus ſit cum Virgine. Sed

B. V. totius Trinitatis nobile tricliniũ

D. Bernard.

Quæſtiũcula.

Quæres, an Dominus illis omnibus ſeptem modis, quibus illum ſupra in ſecundo ſuppoſito diximus eſſe in creaturis, ſit, vel fuerit in Beata Virgine.

Reſponſio.

*R*eſpondeo, de quatuor primis modis eſſe per ſe omninò certum. Quò ad quintum verò Deus eſt in humanitate Chriſti per vnionem hypoſtaticam: verùm quis ignorat, hanc vnionem fuiſſe factam in vtero Virginis? ergo, ſi non immediatè, ſaltèm mediatè, ratione vnionis hypoſtaticæ Deus fuit in Virgine. Adde quòd vnio hypoſtatica non fuit terminata ad animã ſolùm, ſed etiam ad corpus: nam alioquin Corpus Chriſti non fuiſſet in triduo vnitum Verbo, quod eſt contra fidem docentem, Filium Dei fuiſſe ſepultum, quod Deo conuenire non poteſt, niſi ratione vnionis cum corpore, cui per ſe conuenit ſepeliri: lege ſanctum Thomam 3. par. q. 50. art. 1. Et probatur etiam à priori, quia ſubſiſtẽtia eſt modus eſſentialiter exactus à ſubſtantia vt ſic, ſicut inhærentia ab accidente; ergo non ſolùm anima, ſed etiam corpus eſt capax vnionis hypoſtaticæ, quę per ſe terminatur ad ſubſiſtentiã: ſed Corpus Chriſti de ſubſtantia Virginis fuit formatum; ergo poteſt dici, quòd aliquid de ſubſtantia Virginis fuit hypoſtaticè vnitum.

D. Thomas.

B. V. in ſingulis actionibus à Deo dirigebatur.

Quò ad ſextum affirmant Patres, Deum per particularem aſſiſtentiam guberna-
A tionis, & directionis fuiſſe in Virgine, quæ in ſingulis actionibus à Deo dirigebatur. Accipe verba Damaſceni in oratione de Natiuitate: *O Diuinum, ac viuum mundi ſimulacrum, ad quod opifex Deus inuentus eſt, mentem quidem diuinitus gubernatam habens*: pondera ly, *diuinitus mentem gubernatam habens*; ſi enim hoc materiale cælum ab intelligentia creata mouetur, myſticum hoc Deiparę Cælum à Deo mouetur, & gubernatur.

Damaſcen.

Deus in vtero Virginis, tanquam in aula regia, gloriã ſuam manifeſtauit.

Quò ad ſeptimum certũ eſt, quòd Deus in vtero Virginis, tanquam in aula regia manifeſtauit ſuam gloriam animæ humanitatis Chriſti, quia anima Chriſti eo primo momento, quo ipſe fuit conceptus, B clarè diuinam eſſentiam videre cæpit, & ſemper vidit. An verò ipſa etiam Deipara, quandò in vtero concepit Chriſtum, viderit diuinam eſſentiam, tomo 2. videbimus; quod etiam colligi poſſe videtur (vt hoc obiter dicam) ex dictis verbis; *Dominus tecum, &c.*

Tertia Concluſio. Dominus cũ Virgine conquirendus.

Luc.

Dico tertiò, ideò etiam Angelum dixiſſe Virgini, *Dominus tecum*, vt omnes intelligant, communem modum reperiendi Dominum eſſe, illum quærere cum Virgine. Vndè Lucæ 2. *Et venerunt feſtinantes, & inuenerunt Mariam, & Ioſeph, & Infantem poſitum in præſepio*: & Matth. 2. *Intrantes domum inuenerunt Puerum cum Maria Matre eius*. Quò etiam reſpicere C videtur illud Cant. *Innixa ſuper Dilectum ſuum, &c.*

Matth.

Cantic.

QVAESTIO XII.

Qualis ſit ſenſus illorum verborum: BENEDICTA TV IN MVLIERIBVS.

Admirabilis Virginis fæcunditas.

DICO primò, dum Virgo nominatur BENEDICTA IN MVLIERIBVS, eius admirabilem fæcunditatem indicari. Ita multi Patres, & præcipuè D. D Bernardus ſerm. 3. de Annuntiatione: *Benedicta es in mulieribus, quæ generalem maledictionem euaſiſti, qua dictum eſt: In triſtitia paries filios tuos, & nihilominùs, maledicta ſterilis in Iſrael. Tu ſingulorũ conſequuta es benedictionem, vt nec ſterilis maneas, nec cum dolore parturias.* Vide Chryſologum ſerm. 23. & alios, quos in hanc ſententiam citat, & ſequitur Salazar. de Conceptione cap. 39. §. 4. nu. 19.

D. Bernard.

Chryſolog.

Salazarus.

Probatur, quia, ſicut ſterilitas, ex ſacris

Scri-

Scripturis antiquitùs maledictio quædam exiſtimabatur; ita fertilitas benedictio. Confirmatur primò; nã conueniens erat, vt Angelus aliquid de fæcunditate Virginis præmitteret in tali ſalutatione, tamquam exordium eius orationis, quam habiturus erat de partu Virgineo. Confirmatur ſecundò; nam & Eliſabeth eodem modo, cùm appellaſſet Mariam benedictam inter mulieres, ſtatim de eius fæcunditate mentionem fecit, ſubijciens: *Et benedictus fructus ventris tui*.

B. V. omni benedictionum genere repleta.

Dico ſecundò: dum Deipara prædicatur benedicta in mulieribus, ſignificatur, quòd omni benedictionum genere fuerit repleta, quòdq; per eius benedictionem auferenda erat maledictio primorum Parentum. Fundatur potiſſimùm hæc concluſio in authoritate Patrum ſic prædicta verba exponentium. D. Auguſtinus ſerm. de Annunciatione: *Maledictio Euæ in benedictionem mutatur Mariæ*. Sophronius ſerm. de Aſſumptione: *Maria*, inquit, *verè gratia plena, per quam largo Spiritus Sancti imbre ſuperfuſa eſt omnis creatura: & ideò*, inquit, *Benedicta tu in mulieribus, ideſt, plus benedicta, quàm omnes mulieres: ac per hoc quidquid infuſum eſt maledictionis per Euam, totum abſtulit benedictio Mariæ*. Idelphonſus ſerm. 1. de Aſſumptione: *Hæc eſt illa, per quam omnis maledictio ſoluta eſt primorum parentum, & cæleſtis benedictio in toto venit mundo*. Sunt & alij: vide Pelbartum in ſuo ſtellario lib. 1. p. 5. art. 2.

D. Auguſt. & Ambroſ. Sophronius. Ildephonſus. Pelbartus.

Collige ex dictis, Angelum vniuerſaliter innuiſſe per hæc verba, *Benedicta tu in mulieribus*, eam omnem excellentiam, & ſanctitatem in Virgine fuiſſe, quæ conueniens erat Matri Dei. Et hinc habes ſatis ſolidum fundamentum admittendi in Virgine innumerabiles perfectiones, immunitatem à multis miſerijs, vt ab illa: *Terra es, & in terram reuerteris*: atque etiam à labe peccati originalis. Vide Salazar. de Conceptione c. 39. §. 4. vbi à n. 18. inueſtigat præſeruationem Deiparæ à peccato originali ex prædictis verbis. Hic etiam nota, quòd volens Sancta Eliſabeth breui compendio præſtringere omnes excellentias Deiparæ, eamdem benedictionem replicat: *Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus ventris tui; & vnde hoc mihi, vt veniat Mater Domini mei ad me?* Priùs præmittit illam eſſe benedictã, antequam Matrem appellet, vt indicet, fuiſſe ipſam priùs per gratiam, & ſanctitatem præparatam, vt eſſet digna Mater, &c.

Immunitas B. V. à corporis corruptione, & labe originaria. Salazarus. Luc. 1.

A

QVAESTIO XIII.

Quantum nobis proſit Angelicam ſalutationem debita cum veneratione proferre.

DICO, ſalutationem Angelicam, debita cum veneratione prolatam nobis magno eſſe gratiæ emolumento. Ita D. Bonauentura in ſpeculo Beatę Virginis c. 4. *Libenter*, inquit, *nos ſalutat cum gratia, ſi libenter eam ſalutamus cum Aue Maria*. Adnotãda etiam ſunt verba Laurentij Iuſtiniani ſerm. de Annunciatione: *Gratiæ*, inquit, *plenitudinem, quæ in Maria erat, præſenſit cæleſtis nuntius, cognouit, manifeſtauit, dixitq; Aue gratia plena*: hæc Iuſtinianus. Si ergo Angelus, accedendo, & ſalutando Virginem, præſenſit plenitudinem gratiæ ipſius ita, vt ad ipſum aliquid de dicta gratia deriuarit; cur nõ & ij, qui deuotè eãdem ſalutationem angelicã pronunciant, aliquid de gratiæ Marianæ plenitudine præſentiẽt? Et ratio eſt quia, ſicut per hãc ſalutationem via aperta fuit noſtræ ſalutis, ita, quotiès de nouo repetitur debita cũ veneratione, ſemper via illa aperitur, per quã ad nos gratia fluit. Suffragatur nobis, quod refert B. Alanus lib. de B. V. pſalt. cap. 69. de quadam moniali in Dominam noſtram valdè affecta; ſcilicet, quòd hæc poſt mortem cuidam ſorori ſuæ apparuit, cum qua de ſalutationis Angelicæ vtilitate differens, hæc protulit: *Si poſſem redire ad corpus, & vnum dumtaxat Aue Maria orando dicere, etſi ſine magna deuotione; ego propter meritum illius vellem tantum rurſus ſuſtinere cruciatum, quantũ ante mortem perpeſſa tuli*. Confirmari hoc poteſt multis miraculis, ſed quia non eſt noſtrum hæc ſingula percenſere, vnum tantùm innuam, quod refertur à D. Anſelmo lib. miraculorum c. 17. de quodam peregrino defuncto, qui ſæpiſſimè Virginẽ ſalutatione angelica venerabatur: Hic igitur poſteà occiſus eſt à latronibus: & ecce (mirabile dictu!) baculus, quem manu deferebat, in eodem occiſionis ſitu defixus, in arborem creuit, radicibus in ore defuncti peregrini iactis; quæ exindè ramos, & frondes protulit, in quibus deſcripta hæc cernebantur: AVE GRATIA PLENA, DOMINVS TECVM. Nota quòd, ſi baculus aridus floruit virtute ſalutationis angelicæ; ſimili etiam virtute quilibet

Angelicã ſalutationẽ deuotè proferentibus magna prouenit gratia. D. Bonauent.

B

Laur. Iuſtin.

C

B. Alanus.

D

D. Anſelm.

quilibet aridus peccator gratia florebit.

D. Athanaſ.

Notatu dignum eſt, quod D. Athanaſius relatus à Reuerendiſſ. P. Nicolao Riccardo, nunc digniſſimo Sac. Palatij Magiſtro ſerm. 8. in Lytanias, dicit, Seraphicos, ſcilicet, Spiritus in cælis inceſſanter decantare ſalutationem angelicam; *Aue gratia plena, Dominus tecum: Benedicta tu in mulieribus*.

Nicolaus Riccardus.

Ipſe verò Riccardus acutiſſimè, pro more ſuo oſtendit, quomodò conueniat hæc continuà decantatio cum illa, de qua in præfatione miſſæ Sanctiſſimæ Trinitatis fit mentio:

Præfatio miſſæ Sanctiſſ. Trinitatis.

Quam laudant Angeli, atque Archangeli, Cherubim, atque Seraphim, qui non ceſſant clamare quotidiè vna voce dicentes: Sanctus, Sanctus, Sanctus: Et cũ illa Iſaiæ:

Iſai.

Et requiem non habebant die, ac nocte dicentia: Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus Sabaoth.

Collige, eos, qui pio affectu frequentant in terris ſalutationem Angelicam, quandam cæleſtis Regni arram habere, quia quodammodò in eo agunt nouitiatum, quod in cælis æternum profeſſuri ſunt. Fauet nobis B. Alanus in pſalt. B.V. cap. 11. vbi ait:

B. Alanus.

Scias enim, & ſecurè intelligas, quòd & indè latè omnibus patefacias, quòd, videlicet, ſignum probabile eſt, & propinquum æternæ damnationis horrere, & attædiari, ac negligere ſalutationem angelicam, totius mundi reparatiuam. Sicut ergo dictam ſalutationem angelicam auerſari inditium damnationis cenſetur; ita erga eam benè affici prædeſtinationis erit argumentum.

QVAESTIO XV.

Qualis ſit ſenſus illorum verborũ: *Quæ cum audiſſet, turbata eſt in ſermone eius.*

Diuerſæ ſententiæ. D. Bernard.

DIVVS Bernardus ſerm. 3. ſuper, *Miſſus eſt*, dicit, *turbatam fuiſſe Deiparam, quia dubitauit, an bonus, vel malus Angelus fuerit*.

Alij exiſtimant, turbatam fuiſſe ob timorem amittendæ virginitatis:

Damaſcen.

Damaſcenus enim oratione prima de Beatæ Mariæ Natiuitate: *Ita, inquit, comparata eras, vt ad te nullus viri acceſſus pateret. Teſtis eſt metus ille, in quem ex inuſitato Angeli alloquio incidiſti*.

Hieron.

Similiter ſentit Hieronymus epiſt. 6. ad Lætam poſt numerum 22. *Et ideo forſitan timore perterrita eſt, quia virum, quem non ſolebat, aſpexit*.

Ambroſ.

Fauet etiam S. Ambroſius lib. 2. in Lucam: *Virginum eſt trepidare ad omnẽ viri ingreſſum*. Quòd ſi dicas, Virginem conſueuiſſe cum Angelis conuerſari; hi, qui hanc ſectantur interpretationem, reſpondent, non conſueuiſſe verſari cum Angelis apparentibus in aſſumpto corpore. Sed quis dicere poſſet: in aſſumpto humano corpore pluriès Angeli alijs Patriarchis apparuerunt; cur ergo Virgini, quæ illis Patriarchis fuit ſanctior etiam ante Incarnationis tempus, ſimile priuilegium denegabitur? Præterea contra prædictam expoſitionem videtur eſſe textus ipſe; non enim dicit, quòd turbata ſit ex viſione Angeli, ſed in ſermone Et licèt textus græcus habeat, *vidiſſet*, tamen noſtra vulgata editio habet, *audiſſet*, à qua non eſt recedendum. Adde quod ſubdit: *Et cogitabat, qualis eſſet iſta ſalutatio*; & non qualis eſſet ille ſalutans. Nihilominùs ob authoritatem tantorum virorum probabilis ſit prædicta interpretatio.

Alij opinantur, huiuſmodi turbationem ortam fuiſſe ex humilitate ipſius Virginis; quia *iuſtus, dum laudatur in facie, flagellatur in mente*, vt inquit Gregorius. Vide Vaſq. tom. 2. in tertiam partem diſp. 124. cap 5. num. 35: & hanc explicationem etiam ſequitur Vincentius Regius in ſuis dilucidationibus Euang. lib. 1. theor. 5. n. 5.

Gregor. Vaſq. Vinc. Reg.

Quid ſit propriè timor.

Notandum, timorem propriè & ſtrictè ſumptum dicere primò auerſionem mali alicuius; ſecundò eius fugam; tertiò connotare quandam perturbationem, ſeu anxietatem animi fugientis malum. Timore verò non ſtrictè acceptum, ſcio, aliquandò dicere ſolùm quemdam affectum non accedendi ad rem aliquam ſublimem, vel perſonam maieſtate inſignem, & alta veneratione dignam; qui quidem affectus ſecludit omnem animi anxietatem: & ſic infimæ perſonæ non mediocriter timere ſolent acceſſum, aut cõſpectum Principis, aut Regis. Porrò hic timor oritur ex eo, quòd appræhendimus rem adeò excellentem improportionatam nobis; vndè refugimus acceſſum ad eam. Talis fuit timor D. Petri, Luc. 5. quandò procidit ad genua Ieſu dicens:

Luc.

Exi à me, quia homo peccator ſum; putabat enim ſe omninò indignum præſentia Chriſti, cuius virtutem paulò antè expertus erat in captura piſcium. Et in eodem capite ſimili timore perterriti videbantur ij, qui viderant hominem paralyticum ſanitati reſtitutum à Chriſto: *Repleti ſunt timore dicentes, quia vidimus mirabilia hodiè*: & cap. 7 eiuſdem Lucæ ob reſuſcitatum filium viduæ, *Accepit omnes timor, & magnificabant Deum*, quamquam in poſtremis his duobus locis timor quãdam admirationem ſignificare videatur; ſicut & Apocal. 15. Beati clamant: *Magna, & admirabilia ſunt opera tua*.

Apoc.

D.Gregor.

Vndè D. Gregorius lib. 25. moral. explicans illud Iob cap. 26. *Columnæ cæli contremiſcunt, & pauent ad nutum eius*; hæc habet: *Ipſæ virtutes cæleſtium, quæ hunc ſine ceſſatione conſpiciunt, in ipſa ſua contemplatione contremiſcunt, & pauent ad nutum eius: ſed idem timor, ne ijs pœnalis ſit, non timoris eſt, ſed admirationis*. Hoc notato,

Prima Cōcl. Turbatio Virginis rationabilis, ac moderata. D. Bernard.

Dico primò, hanc Virginis turbationem rationabilem, atque moderatam fuiſſe ita, vt mentis contemplationem altiſſimam nullo modo impediret. Ita D. Bernard. hom. 3. ſuper, *Miſſus eſt*: *Turbata*, inquit, *eſt, ſed non perturbata*. Colligitur & ex ipſo textu; dicitur enim: *Cogitabat, qualis eſſet iſta ſalutatio*.

Sec. Concl. Turbatio B. V. ab excellentia laudis orta.

Dico ſecundò, quòd Virgo turbata eſt ob laudis excellentiam, qua celebrata fuit in ſalutatione, ac præcipuè ob illa verba: *Dominus tecum*. Sciens enim propriam vilitatem, quam vt creatura habebat, reuerentialiter timebat audire, Dominū ſecum eſſe: vndè ob eximiam venerationem erga Dominum, humiliter tantam cum eo propinquitatem refugiebat. Quarè Angelus illi ſubijcit: *Ne timeas*, ideſt, talem propinquitatem, quia *Inueniſti gratiam apud Deum*; ac ſi dicat: adeò per gratiam ſublimem eleuata es, vt propinqua, & proxima Deo ſis. Fauet huic

Origen.

expoſitioni Origenes lib. 6. in Lucam, quatenùs ait: *Timorem ei incuſſit nimia ſalutationis præexcellentia*. Et quòd Virgo, in-

B. V. facta Deo proxima. D. Bernard.

ueniendo gratiam apud Deum, facta ſit proxima Deo, egregiè proſequitur Diuus Bernardus in ſermone, *Signum magnum*, exponens, quomodò ipſa ſole amicta apparuit, Apoc. 12. *Quàm familiaris*, inquit, *ei facta es Domina? quàm proxima? immò quam maxima fieri meruiſti? quantam inueniſti gratiam apud Deum? In te manet, & tu in eo; veſtis eum, & veſtiris ab eo; veſtis eum ſubſtantia carnis, & veſtit ille te gloria ſuæ maieſtatis; veſtis ſolem nube, & ſole ipſa veſtiris*.

Tert. Concl. Cauſa turbationis timor filialis.

Dico tertiò, B. V. turbatam eſſe ob aliquem timorem filialem. Explicatur, & probatur. Audiens Virgo in ſalutatione ſe multis donis, & gratijs repletam prædicari ab Angelo, ſtatim ex vehementi amore, quo in Anthorem omnis gratiæ ferebatur, appræhendit magnam obligationem altiſſimæ gratitudinis; quam quomodò poſſet exhibere, cogitabat; & quācumque vel leuiſſimam ingratitudinis notam timebat: certum enim eſt, quòd eò magis timemus offendere aliquem, quò magis eum amamus; vndè cecinit ille:

Res eſt ſolliciti plena timoris amor.

Quarè ſubdit Angelus: *Ne timeas, inueniſti gratiā apud Deum*, ideſt, omnem gratiam, & conſequenter eas etiam, quæ Virgo ex auxilio gratiæ ſemper quærebat, vt perfectiſſimè Deo agerentur. Fauet aliquo modo huic noſtræ expoſitioni Petrus Chryſol. ſerm. 140. vbi hæc habet: *Angelus blandus in ſpecie, fortis in bello, mitis in habitu, in ſermone terribilis, humana proferens, diuina repromittens; quid plura? Mox ſenſit in ſe ſupernum ſuſcipi Iudicem, vbi ante iam cæleſtem vidit, & contemplata eſt mediatorem*: pondera ly *ſupernum Iudicem*, cui, nimirùm, reddenda erat ratio omnium donorum, & magna pro illis gratitudo exhibenda. Sed

Petr. Chryſ.

Obiectio.

Obijcies: Virgo à primo conceptionis momento fuit in gratia confirmata; ergo probabile eſt, quòd tunc illi tale donum innotuerit, ergo non eſt, cùr timeret tempore Annuntiationis aliquam ingratitudinis notam.

Reſponſio.

Reſpondeo, B. V. fuiſſe quidem tunc in gratia confirmatam, vt ſupra diximus; an verò ei diuinitùs innotuerit tunc tale donum, non eſſe certum. Sed, hoc dato, dico, quòd, ſicut in Beatis admittitur filialis aliquis timor, ideſt, quædam voluntas, qua Beatus fugit, & deteſtatur quancumque culpam, ita & in Virgine adhuc viatrice multò meliùs admitti potuit; licèt enim quilibet Beatus ſciat, ſe non poſſe peccare, per actum tamen voluntatis fugit, ſeù deteſtatur quodlibet peccatum poſſibile in ſua natura, vt benè notat Suar. de fide, ſpe, & charitate, tract. 2. diſp. 1. ſect. 4. num. 20. ſic Beata Virgo poterat elicere actum timoris, ſeù fugæ, & deteſtationis ingratitudinis poſſibilis.

Suar.

QVAESTIO XVI.

Cùr cogitabat Virgo, *qualis eſſet illa ſalutatio*.

NOTANDVM, probabile eſſe, quòd Beata Virgo dubitarit, bonus ne, an malus Angelus eſſet, vt ex D. Bernardo ſerm. 3. ſuper, *Miſſus eſt*, retulimus quæſt. præcedenti in principio. Quo poſito, dici poſſet primò, quòd cogitabat Virgo, *qualis eſſet iſta ſalutatio*, quia ad ſpirituum diſcretionem ſpectat magna circumſpectione conſiderare, quiſnam ſit, bonus, vel malus ſpiritus. Quarè, cū Virgo dono diſcretionis ſpiritus eſſet prædita, diligenti mentis examine perpendit qualiſnam eſſet illa ſalutatio. Ita Vincent. Reg.

in

Vinc. Reg. in ſuis elucidationibus lib. 1. cap. 5. theor. 6 num. 3. Secundò dici poteſt, quòd cogitabat qualis eſſet illa ſalutatio, quia an in illo ſublimi encomio adulationis inſidiæ laterent, prudenter conſiderabat: &, vt potè quæ in Scripturis optimè verſata erat, ſciebat verba aſſentatoris blanda, & mollia ad interiora ventris deſcendere, Prouerb. 18. num. 8. ex hebræo; & adulationis oleum pernitioſum facilimè penetrare, atque caput impingere, ſeù hebetare ſolere.

Prou.

Si verò aſſeratur, quòd Virgo cognouerit, Angelum nuntiantem eſſe Spiritum bonum, à Deo miſſum, quòd ſanè eſt probabiliſſimum,

Prima Cócl. Prudentia B.V.

Dico primò, quòd cogitabat B.V. qualis eſſet illa ſalutatio; quia circumſpectio, ſeù attenta conſideratio circumſtantiarum rei, & perſonæ loquentis eſt ſignum prudentiæ, vt colligitur ex D. Thoma prima ſec. q. 57. Virgo autem erat prudentiſſima, vt ſuo loco probabimus.

D. Thom.

Sec. Concl.

Dico ſecundò, veriſimile eſſe, quòd cogitabat quò tendebat adeò honorifica, & ſublimis illa ſalutatio. Colligi videtur ex verbis, quæ ſubtexuit Angelus: *Ne timeas Maria; inueniſti enim gratiam apud Deum: ecce concipies:* (quorum verborum expoſitionem in ſubſequentibus dabimus) nota ly *Ecce*, quaſi dicat: ecce finis, ad quem hùc miſſus ſum, & cùr ſic te ſalutaui; quia, nimirum, electa es ad cócipiendum, & pariendum Filium Dei, quem tantoperè in carne humana videre cupiebas: particula enim illa, *Ecce*, innuere videtur, adeſſe, quod magnis votis exoptauimus. Et quòd Virgo, tunc quandò apparuit Angelus, cogitaret, & poſtularet aduentum Meſſiæ, inter alios tradit D. Bernard. hom. 3. in *Miſſus eſt*. Et, ſicut ex Scripturis cognoſcebat, hebdomadas Danielis fuiſſe impletas, & ſceptrũ à tribu Iuda ablatũ, ſic ratio ſuadebat, vt deprecaretur celerem Meſiæ aduentum.

B.V. tũc quãdò apparuit Angelus, aduentũ Meſſię poſtulabat. D. Bernard.

Tertia Cócl.

Dico tertiò, probabile eſſe, quòd etiam Virgo cogitaret, quo grati animi ſtudio pro tot gratijs, à Deo acceptis, de quibus in illa ſalutatio. ne mentionem fecerat Angelus, poſſet reſpondere.

QVAESTIO XVII.

Qualis ſenſus ſit horum verborũ: *Inueniſti gratiam apud Deum.*

ALIQVI ita exponunt, B.V. ſcilicet, inueniſſe eam gratiam, quam Adã, & Eua perdiderant. Ita Andreas Epiſcopus Hieroſolymitanus: *Ne timeas,* inquit; *nacta enim es gratiam apud Deum, quam Eua perdiderat.*

Multiplex expoſitio.

Andr. Epiſc. Hieroſolym.

Aliqui colligunt ex hac inuentione gratiæ Virginis præſeruationem ab originali peccato. Ita Idiota lib. contemplationũ c. 6. *Inueniſti Virgo Maria gratiam cæleſtem, quia fuerunt in te, ab originis labe præſeruatio, Angelica ſalutatio, Spiritus Sancti præuentio, & Filij Dei conceptio.*

Idiota.

Alij dicunt, Virginem inueniſſe gratiam maternitatis Dei. Vndè Lorinus in cap. 7. Actuum Apoſt. verſic. 46. dicit: *Non improbabile videtur, dixiſſe Angelum Mariæ, quòd gratiam inueniſſet, nempè maternitatis Dei, quam nouerat concedendam cuipiam fœminæ de domo, ac familia Dauid, vt hac etiã fortaſſe de cauſa eſſe virgo voluerit præter aliarũ conſuetudinem, quòd Matrem Dei debere virginem eſſe, in Iſaia legiſſet. Vide Salmeronem tom. 3. tract. 6. egregiè hoc probantem.* Hæc Lorinus.

Lorinus.

Prima Cócl.

Dico primò, quòd Virgo dicitur inueniſſe gratiam apud Deum, quia hominum ſalutem promeruit. Ita D. Bernard. ſer. 2. de Annuntiatione: *Inueniſti gratiam apud Deum; inueniſti* (inquit) *quod quærebas; inueniſti quod nemo ante te potuit inuenire; inueniſti gratiam apud Deum; quam gratiam? Dei, & hominum pacem, mortisq; deſtructionem, vitæ reparationem: hæc eſt gratia, quam inueniſti apud Deum.* Riccardus de S. Victore cap. 26. in Cant. *Virginis,* ait, *charitatem non tantùm ad Iudæos, ſed ad omnes homines dilatatam fuiſſe, & pro his indeſinenter oraſſe, & orando exauditam fuiſſe, dicente ei Angelo; inueniſti gratiam apud Deum, quam quærebas.*

D. Bernard.

Riccard. de S. Vict.

Aduertendum eſt, quòd priùs Angelus dixerat, Virginem eſſe plenam gratia; poſt verò addendo, eam inueniſſe gratiã apud Deum, aliquam aliam gratiam indicare videtur. Quare

Sec. Concl.

Dico ſecundò, per priora verba, *Gratia plena,* indicari primã gratiam, quæ à Deo Virgini fuit infuſa à primo Conceptionis momento; nunc verò, dum affirmat Angelus, quòd ea inuenerit gratiam apud Deum, declarari eximiam gratiam, quam Virgo promeruit ex auxilio gratiæ.

Digitized by Google

Facit pro hac cõcluſione ſignificatio verbi; inuenio enim ſignificat attingere, ſeù conſequi rem, quam diligenter quæſiuimus: reperio verò ſignificat caſu rem aliquam in manus noſtras peruenire. Vndè Ouidius primo Metamorph.

Ouidius.

Tu non inuenta reperta es.

D. Bonau.

Et D. Bonauent. in meditationibus vitæ Chriſti cap. 3. ex quadam reuelatione id refert: *Nullam gratiam, nullum donum, vel virtutem habuit Virgo Sãctiſſima a Deo ſine magno labore, continua oratione, ardenti deſiderio, profunda deuotione, multis lacrymis, & multa afflictione, excepta gratia, qua primùm in vtero fuit ſanctificata.* Fauet & nobis id, quod diximus q. 12. huius capitis concluſione tertia.

Tert. Concl. B. V. inuenit gratiam omnem, quã alij perdiderunt. Eccleſiaſt.

Dico tertiò, quòd Beata Virgo inuenit gratiam, quam creaturę rationales omnes perdiderunt. Innuitur Eccleſiaſt. 24. *In me omnis gratia viæ, & veritatis, &c.* Ratio eſt, quia, cùm Deus ſit maximè propenſus ad communicandam gratiam creaturis, cùmq; eam non communicauerit quibuſdam, quia obicem poſuerunt; vt ſuæ illi propenſioni ſatisfaceret, effudit in Virginem. Confirmari poteſt ſimili diſcurſu, deſumpto ex philoſophia; ſi enim ſecundùm opinionem, quam, vt veram, in phyſicis ſum ſecutus, agens productiuum qualitatis directæ, producit etiam qualitatem reflexam, quia agens neceſſarium intendit ſe communicare, quantum poteſt; ergo non eſt mirum, ſi agentia maximè communicatiua ſui, vt eſt calidum, & luminoſum, impedita, ne agant vlteriùs, à corpore obicem ponente reflectãt actionem, agantq; in corpus medium, magis capax id, quod vlteriùs debuiſſent producere.

Collige primò ex hoc modo loquendi, quo ex diuino impulſu vtitur Angelus: *Inueniſti gratiam apud Deum*, gratiam hanc, quam Virgo inuenit, fuiſſe adeò eminentem, vt nullis limitibus videatur circumſcribi. Vndè, ſi creaturæ omnes à Deo in infinitum diſtant; cùm hæc gratia dicatur eſſe apud Deum, ſaltèm innuitur quòd Virgo ratione huius gratiæ, quaſi in infinitum eleuatur ſuper omnes alias creaturas. Fauent huic interpretationi multi Patres. Damaſc. oratione prima de dormitione: *Virginis Dei Matris*, inquit, *& ſeruorum Dei infinitum eſt diſcrimen*: & in eadem oratione appellatur Maria *Gratiæ abyſſus*. D. Anſelmus de excellentia Virginis c. 9. *Quas laudes, quaſve gratiarum actiones non ſolum humana natura, ſed omnis creatura huic ſanctiſſimæ Virgini debet? Pura enim ſanctitas, & ſanctiſſima puritas piiſſimi pectoris eius omnem omnis creaturæ puritatem, ſiue ſanctitatem tranſcendens, incomparabili ſublimitate hoc promeruit, vt Reparatrix perditi orbis digniſſimè fieret*: hæc Anſelmus: pondera pro re noſtra illud *incomparabili ſublimitate*.

B. V. ſupra omnes creaturas, quaſi in infinitum eleuata.

Damaſc.

Anſelm.

B.V. Reparatrix perditi orbis.

Petrus Damian. ſerm. de Aſſumptione; *Vtramque naturam itèm angelicam, & humanam Virgo ſingularis exſuperat immenſitate gratiæ.* Dionyſius Carthuſian. lib. 8. de laudibus Virginis: *Palam* (inquit) *eſt Chriſtus ſine menſura omnis gratiæ plenitudinem ſortitus: huic plenitudini, gratiæq; infinitæ Maria vehementer appropinquat.* S. Gregor. Papa magnus in lib. 1. Reg. c. 1. explicans illa verba Iſaiæ c. 2. *Et erit præparatus mons domus Domini in vertice montium*, hæc habet: *Poteſt autem huius montis nomine Beatiſſima ſemper Virgo Maria Dei genitrix deſignari; mons quippe fuit, quæ omnem electæ creaturæ altitudinem electionis ſuæ dignitate tranſcendit. An non mons ſublimis Maria, quæ, vt Conceptionem æterni Verbi pertingeret, meritorum verticem ſupra omnes Angelorum choros vſque ad ſolium deitatis erexit?* Nota ad rem noſtrã ly, *meritorum verticem vſque ad ſolium deitatis erexit.*

Pet. Damian.

Dion. Carth.

Greg. Magn.

Altitudo meritorum Virginis.

Collige ſecundò, Mariam inueniſſe omnem gratiam, quam damnati perdiderunt, & dãnandi perdituri ſunt; immò & omnẽ eam, quam culpa ſua perdiderunt aliquandò ij, qui poſteà ſaluati, vel ſaluandi ſunt. Fauet illa parabola de cœna parata, ad quã inuitati noluerunt venire. Tunc enim mandatum fuit, vt alij etiam per vim introducerentur: *Compelle intrare*, inquit ſacer textus.

B.V. omnem damnatorũ, ac damnandorum gratiam inuenit, &c.

Luc. 14.

QVAESTIO XVIII.

An illa verba: *Ecce concipies, & paries*: ſic intelligenda ſint, vt in conceptione, qua Virgo Chriſtum concepit, omnia concurrerint, quæ neceſſaria ſunt ad humanam, ſeù maternam filij generationem.

NOTANDVM, quòd, cũ Beatiſſima Virgo vera, & propria Mater Chriſti fuerit, nihil eorum illi defuiſſe affirmandum eſt, quæ neceſſaria ſunt ad humanam, ſeù maternam filij generationem. Sed hic duæ occurrunt difficultates. Prima eſt an Virgo concurrerit actiuè. Secunda

cunda an Virgo ſanguinem in ſemen conuerterit per naturalem facultatem, & ad locum conceptioni deſtinatum, abſque omni prorſus inordinatione, ſeù voluptate, vel motu concupiſcentiæ, transfuderit; ex quo poſteà, opera Spiritus Sancti, formatum fuerit corpus Chriſti; an verò ſolùm puriſſimum ſanguinem Virgo ſubminiſtrarit, ex qua ſanguinea ſubſtantia, virtute Spiritus Sancti, corpus Chriſti formatum fuerit.

Prima difficultas.

Prima difficultas trahit originem ex illa quæſtione, an mater concurrat actiuè, atque an maternum ſemen ſit neceſſariũ ad prolem. Quarè aliqua breuiter de hac quæſtione attingenda ſunt; in qua

Ariſtot. Conimbric.

Prima opinio docet, fœminam non concurrere actiuè. Ita *Ariſtot.* 1. de generatione animalium capit. 19. & 20. & 19. de animal. c. 25. & 26. & alij multi, quos referunt Conimbric. lib. 1. de generatione c. 4. q. 27. ar. 1. Fundamentum eſt, quia fœmina non emittit ſemen verum, in quo ſit facultas ad generandum.

Hippocrat. Galenus. Scotus. Suarez. Andr. Laur.

Secunda opinio affirmat. Ita Hippocrates in lib. de genitura. & lib. de ſpermate; & Galenus lib. 6. de locis affectis: Scotus in 3. diſt. 4. q. vn. & alij multi, quos referunt Conimbr. loco citato: & ſequuntur recentiores Philoſophi communiter; Suar. de anima lib. 2. c. 12. nu. 21. Andreas Laurentius in ſua anatom. c. 7. lib. de vaſis ſpermaticis, & teſtibus mulierum, & c. 9. vbi ait: *Porrò ſemen duplex eſt, quidquid garriant Peripatetici, alterum maris, alterum fœminæ, quia in vtroque ſexu organa ſunt præparantia, exæquentia, deferentia, &c.* & paulò poſt: *Maris ſemen maiorem efficiendi vim habet, quam fœminæ, vtrumque tamen fæcundum, & ad generandum præpotens*: idq; fusè probat eodem ſecundo lib. q. 16. & alibi reperit. Fundamentum ergo huius ſententiæ eſt, quia etiam fœminæ verum ſemen emittunt, vt experientia conſtat, præcipuè ducta ab anathomia: lege Fernelium cap. 6. lib. 7. ſuæ phiſiologiæ; Vexalium lib. 5. de fabrica corporis humani.

Fernelius. Vexalius.

Prima Cõcl.

Dico primò, fœminam concurrere actiuè ad multas functiones, quæ ad generationem requiruntur, cuiuſmodi eſt concoctio ſanguinis, qui ſaltèm, vt materia fœtus, eſt neceſſarius; ſimiliter emiſſio eiuſdem ſanguinis ad locum generationi deſtinatum, itèm concaleſactio, & conſeruatio illius: vide Soncinatem 8. metaph. q. 16.

Soncinas.

Sec. Concl. Fœmina cõcurrit actiuè ad generationem.

Dico ſecundò, fœminam concurrere actiuè, quatenùs attingit phyſicè, & immediatè vnionem animæ cum corpore, quæ eſt terminus generationis humanæ;

A nam anima per creationem producitur. Probatur, quia, ſi fœmina non concurreret actiuè modo prædicto ſaltèm, ſequeretur, in ſpecie hominis non eſſe vim principalem producendi alium hominem: cõſequens non videtur admittendum, ergo nec antecedens. Sequela maioris probatur, quia homo non poteſt concurrere principaliter per ſemen maris; nec tale ſemen inſtrumentaliter concurrit, & mas ſeipſo non poteſt attingere principaliter vnionem, quandoquidem in productione vnionis ſeparatus eſt à materia, in qua talis vnio deberet produci; & ſic non poteſt agere in diſtans; ergo, ſi talis vis prin-

B cipaliter influxiua in ipſam vnionem non daretur in fœmina, quæ reperitur indiſtãs à tali materia, ſequeretur, in ſpecie hominis non eſſe vim principalem productiuam alterius hominis; ſed totum debere reduci ad cauſam primam eleuantem ſemen ipſius maris ad productionem vnionis. Quòd verò hoc non ſit admittendũ, probatur, quia aliæ ſubſtantiæ immediatè attingũt ſubſtantias ſibi vniuocas, vt ignis ignem; immò etiam accidentia, vt calor calorem; & à frigore producitur frigus, idq; principaliter; ergo ſpecies humana, ſi non poteſt attingere animam, quæ creatur, ſaltèm debet principaliter attingere vnionem: ſed hoc non poteſt mas, vt pro-

C batum eſt; ergo debet poſſe fœmina, quæ eſt eiuſdem ſpeciei.

Obiectio.

Obijcies: in generatione humana ſufficit dicere, quòd mas per virtutem formatricẽ in ipſo maſculino ſemine præcipuè reſidentem attingat vnionẽ animæ cũ corpore, vt ſaluetur quòd verè, & propriè ſit generans; ſicut, ſi gallina foueat ouum alterius gallinæ, pullus, qui naſcitur, dicetur filius illius gallinæ, quæ peperit tale ouum, & illius galli, qui virtutem formatricem eidem ouo impreſſit; & ſaluatur verè, & propriè ratio generantis tam in eo gallo, quàm in ea gallina, licèt ambo ſint diſtantes, & non attingant, niſi per ouum, & per virtutem formatricem, il-

D lam pulli actualem generationem; ergo virtus formatrix in ſemine reſidens, tamquam inſtrumentum generantis, ſufficit, vt vera, & propria generatio ſaluetur.

Reſponſio.

Reſpondeo quòd, etſi in rigore ſaluari poſſit vera, & propria generatio in generante per ſolam virtutem formatricem ſemini, vel ouo impreſſam, tamquam inſtrumentum ipſius, vt patet in exemplo propoſito; tamen negari non poteſt, quin ſit nobilior, & perfectior illa generatio, quæ admittit potentiam, ſed virtutem, non ſolùm inſtrumentalem, ſed etiam principalem producendi illud indi-

iiduum

uiduum eiuſdem ſpeciei: & hoc nobis ſufficit; nam generatio humana, cùm ſit perfectiſſima, debet admittere in fœmina, cùm non poſſit in mare, virtutem principalem producendi alium hominem.

Tert. Concl. Dico tertiò, non eſſe ſimpliciter neceſſarium ſemen fœminæ ad prolis formationem, licèt probabilius videatur, quòd aliquandò fœminę verè ſemen conficiant, ex quo partiatim fœtus formatur. Primæ parti huius concluſionis fauent Suar. to. 2. in tertiam partem diſp. 10 ſect. 1. & ſequitur Vincent. Reg. in ſuis elucidationibus Euangelicis to. 1. lib. 1. c. 9. theor. 3.

Suarius. Vinc. Reg.

Galenus. Vgo Senen. Et in hac ſententia videtur fuiſſe Galenus lib. 1. de ſanitate tuenda c. 1. & lib. 2. de naturalibus facultatibus; & alij, quos refert Vgo Senen. ſuper libros Tegni Galeni lib. 2. §. *frigidum verò, & ſiccum*. Probat Suar. quia, cùm ſubſtantia ſanguinis non multùm diſcrepet à ſubſtantia ſeminis, & è ſanguine facilè confici poſſit ſemen, videtur ſufficiens ad naturalem generationem, licèt quandoque fœmina ſemen non emittat, dummodò copiam ſanguinis ſufficientem conferat, maximè cū virile ſemen ſit valdè efficax, atque abundans, cæteraq; ad generationem requiſita adſint. Plura pro hac parte habet idem Suar.

Confirmatur primò, quia nè ſæpiùs fruſtranea redderetur conceptio, conueniēs erat, vt ita à natura conceptio etiam fieri poſſet abſque fœmineo ſemine, quod ob humiditatem maiorem multis obnoxium videtur accidentibus, & extraneis qualitatibus, generationi contrarijs. Confirmatur ſecundò, quia dicere poſſumus, fœminam ſeipſa immediatè per potentiam aliquam, ſibi intrinſecam, concurrere ad productionē vnionis in homine, & ab ipſa eleuari ſemen viri, vt coniunctum cum actione ipſius fœminæ; & ſic abſque eo, quòd ſemen fœmineum concurrat ad prolis efformationem, adhùc optimè ſaluatur, quòd fœmina concurrat actiuè. Confirmari poteſt tertiò exemplo, quod affert

D. Thom. Diuus Tho. quolib. 6. ar. 18. *Sicut*, inquit, *dicitur accidiſſe cuidam puellæ, iam pubeſcenti, quam propter pudoris cuſtodiam in lecto ſuo pater habebat, qui dum in ſomno pollueretur, ſemen eius ad matricem fœminæ deſcendit, & indè puella concepit*: & à Dæmone idem præſtari poſſe in puella, contendit Toſtatus comment. in cap. 19. Geneſis.

Toſtatus. Secunda pars concluſionis eſt eorum, qui pro ſecunda ſententia fuerunt citati. Et probari poteſt argumento, meo iudicio, ſatis efficaci; cùm enim conſtet, fœminam emittere ſemen, omne autem ſemen à natura progignatur, vt ad prolis efformationem inſeruiat; ſatis patet, etiam fœmineum ſemen eſſe à natura intentum, & ordinatum ad fœtus efformationem; alioquin ad quid inſeruiret? ſed certum eſt, naturam nihil fruſtra moliri. Quòd ſi ſemen fœmineum ob caloris defectum, vel nimiam humiditatem aliquandò eſt infæcundum, hoc eſt per accidens: & Hippocrates ſupra citatus docet, fœminas interdum emittere calidius ſemen, & efficacius, & confirmat ab effectu; nam ſæpè filij matris ſimilitudinē magis exprimunt; hæc verò ſimilitudo non niſi ad virtutem effectiuam in fœmineo ſemine reſidentem referenda videtur. Neque dicas, ſemen fœmineum eſſe aqueum, & ſeroſum, & non excoctum: nam reſpondet Andreas Laurentius dicta q. 16. ex anathomia conſtare vaſa in fœminis præparantia: *Si crudum contineret humorem, quorſum*, inquit, *tot giris intorta, tot anfractibus implicita fuere? Numquam plexus formaſſet natura, niſi ad concoctionem, & elaborationem nouam. Adde quòd ſi aqueum tantum, & ſeroſum humorem eructant vaſa illa, cur vena ſpermatica arteriam ingreditur, & ex duobus vaſis vnicum fit vas, vt in maribus? An non vt duplex ſeminis materia permiſceatur, & ex ſanguine, ac ſpiritibus vnum fiat corpus?* Præterea Ariſtoteles 3. de hiſtorijs animalium cap. 22. affirmat, ſemen genitale emitti ab omnibus habentibus ſanguinem. Demùm illa ſoliditas non videtur neceſſaria ad generationem; ſufficit enim, vt ſit ſubſtantia craſſa, ſpiritibus repleta, quæ ſubſtātia craſſa ex diggeſtione, & concoctione fit; in fœminis autem virtus ad concoquendum ſanguinem reperitur. His ita poſitis, vt reſpondeamus primæ difficultati,

Andr. Laur. Ariſtot.

Pri. Conclu. titulo quæſt. princip. reſpondens. B.V. concurrit actiuè ad efformationem corporis Chriſti.

Dico primò, Virginem actiuè cooperatam eſſe, ſeu concurriſſe ad efformationem corporis Chriſti, non ſolùm materiā miniſtrando; ſed etiam præparando, diſponendo, & fouendo. Explico, & probo: Virgo fuit vera Mater; ergo omnia matris munera, quæ virginitati, aut perfectioni virginitatis non derogant, obijt: ſed inter alia materna munera eſt, quòd mater cōſeruet ſuo calore naturali, & ſpiritibus vitalibus materiam conceptioni præparatam, quæ actio durat, donec fœtus formetur, in alijs fœminis; Virgo autem, licèt in ipſa formatio fœtus ſubitò facta ſit, vt dicemus, non tamen debuit hac efficientia priuari: *Et ideò ei datum eſt*, inquit Suar. tom. 2. in tertiam partem diſp. 11. ſect. 2. *vt ſubitò efficeret totam illam diſpoſitionem, quam hoc modo, & per has qualitates in naturali tempore effectura erat*.

Sec. Conclu. Dico ſecundò, probabiliſſimum eſſe, Virgi-

Quomodo B.V. concurrerit.

Virginem actiuè cõcurriſſe ad humanam Chriſti generationem eo modo, quo cæteras matres concurrere actiuè, diximus ſupra, attingendo, ſcilicet, vnionem per potentiam aliquam ſibi internam, quæ potentia generatiua appellari poteſt: & de hac, puto, loquutum fuiſſe Damaſcenũ, quem citat Magiſter in 3. diſt. 4. ait enim: *Poſt conſenſum autem Sanctæ Virginis Spiritus Sanctus peruenit in ipſam, ſecundum verbum Domini, quod dixit Angelus, purgans ipſam, & potentiam Deitatis Verbi receptiuam præparans, ſimul autem & generatiuam.* Probatur ratione: Virgo fuit vera Mater; ergo eadem cum probabilitate, qua diximus ſupra, cæteras matres ad vnionem cum anima cõcurrere actiuè, aſſerendum eſt, Virginem ad ſimilem vnionem per potentiam ſibi internam actiuè concurriſſe.

Damaſcen.

Sec. Difficultas.

Supereſt ſecunda difficultas enodanda. Qua in re

Notandum primò, quòd multi affirmãt, fieri poſſe conceptionem ſine voluptate. Vide Andream Laurentium lib. 2. de *Anathom.* q. 23. & q. 19.

Andr. Laur.

Notandum ſecundò, ſemen fieri ex ſubſtantia ſanguinis: quod qua ratione eueniat, breuiter ex Medicorum doctrina accipe. Ex cibo ſumpto fit chylus in ventriculo, qui eſt ſubſtantia alba, & lacti ſimilis: hic chylus ad hepar tranſmittitur, & intra illius ſubſtantiam accipitur, non quidem quia hepar ventriculos habeat, ſed quia talis compoſitionis eſt, vt illo totum impleri poſſit, cùm plurimæ, ac tenuiſſimæ venæ per totam ipſius ſubſtantiam diffuſæ ſint, vt explicat Fernelius lib. de functionibus, & humoribus c. 3. Calore hepatis adhuc concoquitur magis illa ſubſtantia chyli, & ex ea fiunt quatuor humores, atra bilis, ſeù malincolia; flaua bilis, ſeu colera; ſanguis, & phlegma. Porrò, vt notat Andreas Laurentius in ſua Anathomia lib. 2. c. 14. cuius verba placet referre: *Sanguine ſatiatum hepar, quod reliquum eſt, tamquam redundans pellit in venas maiores; ſic hepatis excrementum, hoc eſt, ſuperfluum illarum partium conueniens fit alimentum: ſanguine ſaturatæ partes carnoſæ, & ſolidæ, quod reliquum eſt, tamquam redundans, relinquunt in venis: reliquiæ hæ ſenſim, & paulatim trahuntur à teſtibus, tandèmq; in ſeminis naturã faceſſunt. Hac ratione ſemen excrementum dicitur alimenti vltimi, quia ex reliquijs alimenti generatur: reſiduum autem illud ſanguis eſt non à partibus ſolidis immutatus, alteratus, & dealbatus; nam ſeminis candorem ſola ſpermatica vaſa, & teſtes concedunt; ſed ruber, & purus ſanguis, à trunco venæ cauæ per ſper-* A *maticas venas delatus, argumento eſt quòd pueri, & decrepiti ſemen non emittunt, quia his nulla ſuperſunt reliquiæ: & ijs, qui ſupra modum Veneri indulgent, cruentum plerumque prodit ſemen, à teſtibus quippe, & vaſis ſpermaticis nullo modo alteratum. Eſt altera ſeminis materia nobilior, quæ facit, vt fœcunda ſint ſemina; ſpiritus quippè per arterias ſpermaticas delati, qui ignei, aereiq; per vniuerſum corpus oberrantes ſingularum partium ideam in ſe continent, neque ſolùm alterius ſexus formam, ſed etiam τὴν πεπρωμένην μοῖραν fatalem viuendi, & moriendi neceſſitatem habent:* hæc citatus Laurentius.

Fernelius.

Semen vndè, & quomodò fiat.

Riccardus in 3. diſt. 4. a. 2. q. 1. opinatur, B materiam, quam Virgo conceptioni Chriſti subminiſtrauit, fuiſſe ſanguinem in ſemen conuerſum (intellige tamen ſine vlla inordinatione, & voluptate) Quam ſententiam putat probabilem Suar. to. 2. in tertiam partem diſp. 10 ſect. 1. licèt, eam eſſe incertam, nec facilè diuulgandam, affirmet: nec illam improbat Sanchez lib. 2. de matrimonio diſp. 21. num. 11. Et D. *Anſelmus* lib. de conceptu Virginali c. 13. & 14. relatus à Suar. dicit, corpus Chriſti formatum eſſe de ſemine Virginis, & obijciens ſibi, quòd conceptio ex ſemine eſt immunda, reſpondet, hoc intelligendum eſſe de illo ſemine, quod cum conſenſu ſeminatur voluptatis; ſemen autem de Vir- C gine ſumptum fuiſſe abſque vlla voluptate, & ideò fuiſſe puriſſimum. Fundatur hæc opinio in authoritate, & rationibus eorum, qui probant, fœmineum ſemen eſſe ſimpliciter neceſſarium ad cõceptionem: de qua re multa Peramatus tract. de ſemine à §. *tam verò*, vſque in finem; Valleſ. lib. controuerſiarum medicarum, & philoſophicarum c. 6. Et pro hac ſententia etiam vim aliquis facere poterit in verbis ab Angelo prolatis: *Ecce concipies*; nam, cùm conceptio vera, & propria non poſſit fieri ſine aliquo ſemine, vt patet in conceptione hominum, & animalium; in conceptione Chriſti facta in vtero Virgineo cùm nullum aliud ſemen, quam fœ- D mineum eſſe potuerit; vt ſaluetur, quòd fuerit vera conceptio, admittendum erit, quòd ſanguis Deiparæ puriſſimus in ſemen puriſſimum conuerſus abſque vlla inordinatione materiam pro formatione corporis Chriſti ſubminiſtrarit.

Riccardus.

Suar.

Sanchez.
D. Anſel.

Peramatus.
Valleſius.

Communis opinio tenet, non ex ſemine, ſed ex ſolo puriſſimo ſui ſanguine Virginem concepiſſe. Ita Franciſcus Syluius 3. p. q. 32. ar. 4. Vincent. Reg. in ſuis elucidationibus tom. 1. lib. 1. cap. 9. theor. 3. & magis in hanc partem inclinare videtur D. Bonauen. in 3. diſt. 4. ar. 3. q. 1. vbi ait: *Cùm*

Franc. Sylu.
Vinc. Reg.
D. Bonau.

Cùm ergo materia neceſſaria ſimpliciter non videatur (ſcilicet, ſemen fœmineum) *ſatis conſentaneum eſt credere, in Beata Virgine non fuiſſe aſſumptum; ſed ſolum ſanguinem, ex quo, ſicut Spiritus Sanctus ſuppleuit id, quod defuit virilis ſeminis, ita etiam formauit quidquid ex fœmineo ſemine formari poteſt*. Huic etiam parti valdè fauet Suar. tom. 2. in tertiam partem diſp. 10. ſect. 1. & ſect. 2.

Suar.

Concluſio. Corpus Chriſti ex puriſſimo Virginis ſanguine, ſpiritibus admixto formatum.
D. Bonau.

Dico, probabilius videri, corpus Chriſti ex Virginis puriſſimo ſanguine, mixto cum ſpiritibus fuiſſe formatum. Probatur primò, quia id videtur magis conſonum modo loquendi ſanctorum Patrum in hac materia. Vndè D. Bonauentura in 3. diſt. 4. ar. 2. q. 1. hæc habet: *Vtrum autem Virgo excitata à Spiritu Sancto ſeminauerit, hoc eſt, ad locum matricis ſemen emiſerit, quamuis aliqui dixerunt, non eſt tamen verbum illud frequenter in ore verſandum, tum quia turpitudinem habet annexam, & homo habere debet munda labia in tali materia; tum etiam quia certitudinem non habet ex ſe, nec verbis Sanctorum videtur multũ conſonare*. Vide Damaſcenum lib. 3. c. 2. Synodum ſextam generali actione ſecunda. Secundò quia hic modus iuxta communem omnium captum meliùs ſaluat illibatum virginitatis florem. Tertiò quia nulla eſt neceſſitas aſſerendi, corpus Chriſti non ex ſanguine, ſed ex ſemine fuiſſe formatum, vt patet ex ſupradictis. Eſto enim quòd fœmineum ſemen quandòq; concurrat actiuè ad prolis efformationem, hanc tamen efficientiam ſuppleuit Spiritus Sanctus; & propterea non tollitur quin vera, & perfectiſſima mater Chriſti Virgo fuerit. Quartò cùm Spiritus formatricem vim deferant; vt enim ait Andreas Laurentius citatus, *Spiritus aerei tenuiſſimi, pernicitate veloces, per vniuerſum corpus oberrantes, ob eam, quam cum inſitis habent familiaritatem, ſingularum partium ideas præſeferunt, deferuntq; vim earum formatricem*: cùm, inquam, hi ſpiritus per vniuerſum corpus oberrent, virtutemq; formatricem deferant, & conſequenter præcipua fœcunditatis cauſa in illis ſita ſit, ſi dicatur quòd ſanguis puriſſimus Virginis cum multis huiuſmodi ſpiritibus ſimùl collectis ex omnibus Virginei corporis partibus aſſumptus fuit ad efformandum corpus Chriſti, virtute Spiritus Sancti, rectè ſaluatur vera conceptio; nam verè fœcunditas principaliter ſita eſt in ſpiritibus, vt notauimus ex eodem Laurentio.

Damaſcen.
Sexta Synod.

Collige ex hac vltima doctrina, poſſe exponi Patres aliquos, quòd locuti ſint de ſanguine mixto cum prædictis ſpiritibus, quandò dixerunt, ſementinam materiam interfuiſſe in conceptione Chriſti; quo loquendi modo vſus eſt Beda lib. 4. in Lucam cap. 49. & ſic etiam explicari poteſt Anſelmus ſupra citatus.

Beda.

QVAESTIO XIX.

Vtrum in corpore Chriſti ſint aliquæ partes, in quibus anima Virginis, tamquam forma, priùs extiterit.

NOTANDVM, ſi admittatur, cum Galeno in lib. de Maraſmo cap. 5. Themiſteo lib. de anima c. 21. Platone in Timæo, Peramato lib. de ſemine, Valleſio lib. 2. controuerſ. cap. 9. & aliis, ſemen eſſe animatum; in opinione aſſerente materiam, quam Virgo conceptioni Chriſti ſubminiſtrauit, fuiſſe ſanguinem puriſſimum, in ſemen puriſſimum conuerſum ſine vlla voluptate, aut inordinatione (quam opinionem, vt notauimus præcedenti quæſtione, non improbant grauiſſimi Theologi, vt Suarez, & Sanchez locis ibi citatis: immò, vt diximus S. Anſelmus cap. 14. de conceptu Virginali expreſſè videtur dictam ſententiam tradere, cuius formalia verba placet referre: *Illi vtique, qui hoc dixerunt, aut noluerunt id intelligi de omni hominis ſemine, aut tantùm de illo, quod cum conſenſu ſeminatur voluptatis, quod non eſſet niſi brutorum animalium, ſi homo non peccaſſet. At ſi de omni hoc ſenſerunt; ergo ſemen de ſola Virgine ſumptum immundum tanti viri aſſerunt, quod impium eſt credere. Non itaque hoc de illa ſcripſerunt, ſed ſi de aliquo hominis ſemine hoc iuxta hunc ſenſum protulerunt, non niſi de illo, quod cum prædicta voluptate concipitur, intelligi voluerunt. Hoc autem nullatenus refragatur noſtræ rationi, quæ, ſemen de Virgine ſumptum, aſſerit, eſſe mundum, quamuis de maſſa peccatrice*: hæc D. Anſelmus) in hac, inquam, opinione conſequenter dicendum eſſe, materiam, ex qua corpus Chriſti fuit elaboratum, priùs anima Virginis fuiſſe informatam. Verùm, quia præcedenti quæſtione aliam ſententiam, vt probabiliorem, & magis conſonam Patribus, ſumus ſecuti, quæ aſſerit, corpus Chriſti fuiſſe formatum ex puriſſimo Virginis ſanguine, ſpiritibus admixto; ideò, ea ſuppoſita, videndum

Galenus, Themiſteus.
Plato, Peramatus, Valleſius.
S. Anſelmus.

dum eſt, vtrum partes aliquæ corporis A Chriſti fuerint prius anima Virginis infor. matæ. Quare

Concluſio. Aliquæ partes ſunt in corpore Chriſti, in quibus anima Virginis, tamquã forma, præceſſit.

Dico, probabiliſſimum videri, aliquas partes eſſe in corpore Chriſti, in quibus anima Virginis, tamquam forma præceſſit. Hæc probabilitas fundari poteſt primò, ſuſtinendo, in ſanguine perfectiſſimè decocto, ex quo formatum fuit corpus Chriſti, animam Virginis priùs extitiſſe. Nam, eſto quòd ſanguis non perfectè decoctus non ſit animatus, certè qui ad perfectam decoctionem peruenit, videtur anima totius compoſiti informatus, quia eſt pars neceſſaria viuentis, de quo loquitur Ariſtoteles ſecundo de partibus B animal. cap. 2. dum ſanguinem nomine partium animalis comprehendit. Et quòd ſit pars neceſſaria, ſatis colligitur ex eo, quòd, effuſo omni ſanguine, animal emoritur: ſi ergo aliqnis ſanguis eſt pars neceſſaria animalis, ſequitur quòd aliqua pars ſanguinis informatur anima. Quòd ſi dicas, emori animal, effuſo omni ſanguine, quia ex eo efformentur ſpiritus, & ſanguis maximè naturalem calorem foueat, quo deficiente, moritur animal; vita enim conſiſtit in calido, & humido. Ex hoc nihil contra nos; nam ideò dicimus, ſanguinem eſſe animatum, quia eſt pars animalis neceſſaria ad vitam conſeruandam. Prætereà cùm ſanguis ſit ca- C lidior carne, & cartilaginibus, &c. peto, an iſte calor in ſanguine cauſetur à corde, vel ab hepate, vel ab vtroque membro: ſi hoc dicatur; ergo non magis erit calidus ſanguis, quàm cor, & hepar; ergo, deficiente ſanguine, videretur ſufficiens calor cordis ad vitam conſeruandam: deindè ſanguis, qui eſt remotus à corde, vel hepate, difficile creditu eſt, quomodò totum calorem, ab hepate, vel corde cauſatum conſeruare poſſit diù. Quarè dicendum eſt, calorem ſanguini inhærentem ab anima, tamquã forma inexiſtenti cauſari. Neque dicas, ab anima quidem cauſari, ſed non ab ea, tamquam à forma in- D exiſtenti. Nam contra eſt, quia nullo modo videtur veriſimile, quòd anima plus caloris communicet parti extraneæ, quàm non informat, nempè ſanguini; quã parti ſibi coniunctæ, quam informat, nempè carni. Demùm, licèt plures Auctores in aliam ſententiam abeant, noſtræ tamen ſuffragantur Conradus in comm. primæ ſecundæ q. 64. ar. 1. Caiet. 1. p. q. 11. ar. 1. & 3. p. q. 54. ar. 2. & alij: & vtramque opinionem probabilem putat Sylueſter in roſa aurea tract. 3. q. 30. 31. & 33. facit ad rem noſtram cap. Leuit. 17. vbi dicitur, animam omnis carnis eſſe in ſanguine. Sed

Ariſtot.

Diluitur obiectiuncula.

Conradus, Caietanus, Sylueſter.

Leuit.

Nova Obiectio.

Ariſtot.

Obijcies: ſanguis eſt alimentum animantis; ergo non eſt informatus anima eiuſdem. Anteced. eſt Ariſtot. 2. de partib. anim. c. 3. & alibi: conſequentia probatur, quia alioquin ſequeretur, quòd animal ex ſuis met partibus nutriretur, quod videtur abſurdum.

Reſpõſio aliquorum.

Reſpondent aliqui, dicendo, ſanguinẽ perfectè decoctum non eſſe in animali deſtinatum ad nutritionem, ſed tantùm ad vitam conſeruandam, vel ad prolem gignendam, quod ſanè videtur probabile. Ego verò

Reſpõſio Auctoris.

Reſpondeo, nullum eſſe abſurdum, quòd animal ex aliquibus ſuiſmet partibus alatur, quia, cùm in corpore humano, vt hic ſuppono (& infra aliquid dicam de hac opinione) dentur plures formæ ſubſtantiales partiales carnis, oſſis, nerui, cæterorumq; organorum ſubordinatæ vni totali formæ vltimatæ, ſcilicet, animæ rationali, ad quã diſponunt ſubiectum; nulla apparet repugnantia, cùr non poſſit aliqua pars materiæ in homine, etiam poſtquam eſt actuata per formam aliquã partialem, & per animam, tamquam formam ſuperiorem, & vltimò completiuam totius compoſiti, per virtutem actiuam ipſius compoſiti animati immutari, & relinquere formam partialem, quam habebat, & nouam acquirere neceſſariam propter bonum totius cõpoſiti, cuius gratia à natura intendũtur omnes formæ illæ partiales ſubordinatæ vni vltimatæ, ſcilicet, animæ. Nec vllum eſt abſurdum, ſed optima diſpoſitio, vt à natura ſic fuerint ordinatæ partes animatæ hominis, vt vna, inſtar pabuli, pro bono totius hominis inſeruiat alijs partibus. Ex quo diſcurſu liquet, quòd ſanguis, licèt animatus, poteſt adhùc immutari in carnem, verbi gratia, ipſius hominis, propter bonum, ſcilicet, nutritionem ipſius.

Alia obiectio.

Obijcies ſecundò: ſi ſanguis eſſet informatus anima rationali, eſſet pars humani corporis; ergo in Euchariſtia ſub panis ſpecie æquè principaliter (non concomitanter) contineretur ſanguis, ac caro, nerui, & oſſa. Patet hæc conſequentia, quia ex vi verborum eſſet integrum corpus Chriſti, & ex conſequenti adeſſent omnes eius partes, atque adeò etiam ſanguis, vt pars. Sed hoc repugnat Concilio Tridentino ſeſſ. 13. c. 3. aſſerenti, ex vi verborum ſub panis ſpecie contineri corpus, concomitanter verò ſanguinem: ergo, &c.

Triden.

Reſponſio.

Reſpondeo, eſſe magnam controuerſiam inter Theologos, quid veniat nomine corporis, quod ex vi verborum ponitur in Sacramento Euchariſtico ſub ſpecie panis. Ego breuiter dico, nomine corporis intelligi corpus humanum,

S prout

prout includit formas partiales, conſiſten- A
tes principaliter, concomitanter autem
fluidas, vt eſt ſanguis. In eo, quòd in-
telligatur corpus humanum, prout inclu-
dit formas partiales, ducor hac ratione,
quia non repugnant plures formę ſubſtan-
tiales ſubordinatæ vni totali, & perfecti-
uæ formæ, ad quam diſponunt in eodem
ſubiecto, quia omnes habent rationem
ſubiecti perfectibilis ab vna forma ſupe-
riori: de qua re aliqua etiam dicam infra
quæſt. 36. Præterea, his formis partiali-
bus admiſſis, faciliùs ſaluantur multa,
quæ Theologia docet. Primò illud, *Quod
ſemel aſſumpſit, numquam dimiſit*, quia
poſitis formis partialibus, nulla eſt neceſ-
ſariò admittenda forma cadaueris in B
Chriſti corpore mortuo. Secundò ſalua-
tur ſatis apertè, quòd idem corpus, quod
natum fuit de Virgine, iacuit in ſepul-
chro, & regnat in cælo: nam idem nume-
ro corpus cum iiſdem formis partialibus,
abſque alia forma ſubſtantiali aduentitia,
iacuit in ſepulchro, fuit in ventre Virgi-
nis, & regnat in cælo. Tertiò ſaluatur,
quòd ex vi verborum ſit tantùm corpus
cum his formis organicis ſubſtantialibus,
anima verò vi ſolius naturalis connexio-
nis, qua copulatur cum corpore Chriſti
viuo. Et quòd intelligatur corpus, pro
vt dicit non principaliter, ſed concomi-
tanter partes fluidas, cogimur id dicere,
quia, cùm ex vi verborum ponatur id, C
quod per verba ſignificatur, in forma ve-
rò conſecrationis ſanguinis verba ſignifi-
cent ſanguinem; ergo ex vi verborum in
conſecratione ſanguinis ponitur princi-
paliter ſanguis, & concomitanter corpus;
ergo ſimili modo in conſecratione corpo-
ris ex vi verborum ponitur tale corpus
ſub ſpecie panis, quod non principaliter,
ſed tantùm concomitanter dicit partes
fluidas, ſcilicet, ſanguinem. Nec alicui
mirum videri debet, quòd, licèt ſanguis
in corpore Chriſti, tamquam pars anima-
ta includatur, non tamen ponatur ex vi
verborum in conſecratione corporis ſub
ſpecie panis, quia etiam in corpore Chri-
ſti includitur ſubſiſtentia diuina, & tamen D
hæc non ponitur ex vi verborum in con-
ſecratione corporis Chriſti.

Cætera, quæ objiciuntur contra opi-
nionem admittentem, ſanguinem eſſe
animatum, vtpotè quæ facilimè dilui poſ-
ſint, breuitatis cauſa omitto.

Fundatur ſecundò noſtra concluſio, qua
aſſerimus, probabiliſſimum eſſe, aliquas
partes eſſe in corpore Chriſti, in quibus
præceſſit anima Virginis, in ſententia,
quæ docet, ſpiritus eſſe animatos (de qua
Scaliger. re lege Scaligerum exercitatione 280. in
Cardanum) & in iis, quæ præcedenti quæ-
ſtione adnotauimus, ſpiritus, ſcilicet, fuiſ-
ſe mixtos cum ſanguine, ex quo fuit cor-
pus Chriſti formatum. Ex his poſitis pa-
tet, quòd in ſpiritibus admixtis prædicto
ſanguini priùs fuerit anima Virginis.

Collige, quòd ſi Maria repleta eſt gra-
tia, quia propinqua fuit Chriſto auctori
gratiæ, vt docet D. Thom. 3. par. q. 27. D.Thom.
ar. 5. ad primum, & Theodoretus, qui ait: Theodoret.
*Immaculata, & pulchra euaſit ſponſa, quia
propinqua ſponſo effecta eſt*; ſanè quò pro-
pinquior, eò maiorem gratiam, & pul-
chritudinem participauit: ſed ex hoc,
quòd partes aliquæ in corpore Chriſti
ſint, in quibus anima Virginis præceſſe-
rit, gradus quidam particularis propin-
quitatis Mariæ & Chriſti apparet; ergo
ex hoc capite etiam particularis quædam
participatio gratiæ, & pulchritudinis di-
uinæ habetur in Virgine. Egregiè inter
alios de hac propinquitate Virginis cum
Chriſto loquitur Bernardus ſuper cap. 12. Bernard.
Apocalyp. *Quam familiaris ei facta es,
Domina, quam proxima, immò quam
intima fieri meruiſti! Quantam inueniſti
gratiam apud Deum! In te manet, & tu
in eo: veſtis eum, & tu veſtiris ab eo; ve-
ſtis eum ſubſtantia carnis, & veſtit ille te
gloria ſuæ maieſtatis; veſtis ſolem nube,
& ſole ipſa veſtiris.*

QVAESTIO XX.

Cùr Angelus dixit Virgini: *Vocabis nomen eius Ieſum.*

NOTANDVM, quòd Ieſus idem,
nomen Ieſus idem ſonat, ac Saluator.
ac Saluator. Vndè Augu- Auguſtinus.
ſtinus in ſuis meditationi-
bus c. 39. *Quid eſt*, inquit,
Ieſus, niſi Saluator? Et
D. Bernard. ſerm. 1. in vigilia Natiuitatis Bernard.
Domini ſic ait: *Venit Ieſus cum ſalute,
venit cum vnguentis, venit cum gloria; ne-
que enim ſine ſalute Ieſus.* Et D. Gauden- Gaudentius.
tius tract. 2. de Paral. explicans verba
illa, quæ protulit paralyticus, Ioan. 5. *Ie-
ſus eſt, qui fecit me ſanum: Sciebat, ait, vt-
potè hebræus, nomen Ieſu ex virtute deſcen-
dere ſanitatis. Ille ergo, inquit, fecit me
ſanum, cuius & nomen ſalus eſt; & quo-
modò potes, ſalus, per ſcriptam legem pro-
hibere, ne ſanet?* Et Angelus ſatis aper-
tè explicauit ethymologiā nominis Ieſu,
Matth. 1. *Vocabis nomen eius Ieſum; ipſe* Matth.
*enim ſaluum faciet populum ſuum a peccatis
eorum.* Vndè D. Hieron. exponēs prædicta D.Hieron.
verba,

verba, dicit: *Ieſus hebræo ſermone ſaluator dicitur: ethymologiam ergo nominis eius Euangeliſta ſignauit, dicens: Vocabis nomen eius Ieſum, quia ipſe ſaluum faciet populum ſuum: & ex hoc habes, quòd Filius Dei Ieſus, ideſt, Saluator denominatur à ſalute æterna, quam vt nobis afferret, naturam humanam aſſumpſit:* Extenditur etiam hoc nomen

Origenes. Ieſus ab Origene ad ſignificanda omnia dona Spiritus Sancti; ait enim hom. 4. in Iſaiam: *Quid eſt, inuocetur nomen tuum ſuper nos? Ego ſum ſapientia, volo tuo nomine vocari, vt ego ſapientia dicar Ieſus, vt intellectus, & conſilium magnum, & fortitudo, & ſcientia, & pietas, & timor Dei nominetur Ieſus, vt omnia in omnibus nomen tuum fiat.* His notatis.

Prima Cócl. Dico primò, ideò Angelum dixiſſe Virgini: *Vocabis nomen eius Ieſum:* vt indicaret, quòd, licèt Ieſus ex eo, quòd Deus eſt, habeat eam virtutem, per quam verè & eſt, & denominatur Ieſus, ſeù Saluator, tamen Virgini concedebatur authoritas, & ius tale circa Ieſum, vt Ieſus officium, & munus Ieſu non eſſet obiturus, niſi dependenter ab ipſa, quod eſt dicere, à Deo æternam ſalutem, & quamcumque gratiam non niſi intuitu, & nutu Virginis, rationalibus creaturis conferri. Prima pars ſatis patet; nam Iſaias c. 12. loquens de Saluatore noſtro, eum priùs appellat Deũ, & poſteà nominat Saluatorem: *Ecce Deus Saluator meus.* Et Damaſc. 3. de fide c. 15. *Patienti,* inquit, *carni connexa erat diuinitas ſalutares cruciatus efficiens.* Sed clariùs ad rem noſtram D. Bernard. ſerm. 2. de circumciſione ſuper illa verba: *Quod vocatum eſt ab Angelo,* hæc habet: *Vocatum planè, non impoſitum, nempè hoc ei nomen eſt ab æterno à natura: propterea habet, vt ſit Saluator: innatum eſt ei nomen hoc, non inditum ab humana, vel angelica natura.* Holanus 2. par. c. 11. *Nomen Ieſu impoſuerunt Deus, Angelus, Maria, & Ioſeph: Deus quidem rem nominis præſtando, Angelus prædicendo, Maria imponendo, & Ioſeph exequendo.* Ratio huius eſt, quia Filius Dei in aſſumpta natura humana ſaluos nos fecit ab iniquitate, quia eius opera habuerunt valorem infinitum; & ſic pro peccatis noſtris, & nobis gratiam & ſalutem mereri potuerunt æternam. Habuerunt autem valorem infinitũ opera Chriſti, quia fuerunt opera perſonæ infinitæ; & opera perſonæ infinitè dignæ ſunt infiniti valoris. Maior conſtat; nam, teſte Philoſopho, actiones ſunt ſuppoſitorum; eius enim eſt agere, cuius eſt perfectè ſubſiſtere; quia agere ſupponit completum eſſe; eius autem eſt perfectè ſubſiſtere, quod vltimò, & completè exiſtit: ſed

(Margin notes, left column: *Ieſus Ieſu munus nonniſi dependenter à Virgine obit.* — *Iſaias.* — *Damaſcen.* — *D. Bernard.* — *Holanus.*)

A ſuppoſitum eſt, quod vltimò, & completè exiſtit; ergo ſuppoſiti eſt agere. Cùm igitur natura humana Chriſti vltimò, & cõpletè exiſtat per ſuppoſitum Verbi, operationes Chriſti erunt operationes Verbi. Nec eſt neceſſe, vt ſuppoſitum dicatur operari actiones naturæ, quam terminat, vt vel ſimul cum natura influat formaliter in illas, vel immediatè recipiat eas in ſe; nullum quippe ſuppoſitum formaliter influit in actiones naturæ, aut illas immediatè recipit in ſe, ſed ſufficit, vt ſubſtantialiter compleat naturam ad hoc, vt per illam, tamquam per principium, quo, denominetur agere, vt principium quod. Minor probatur, quia perſona eſt vna ex circumſtantijs actus humani, vt cum Ariſtotele 3. Ethicorum docent Theologi; circumſtantiæ autem, vt ex eodem Philoſopho docet S. Thom. 1. 2. q. 18. ar. 3. ſuam bonitatem, & malitiam influunt in actum, quem circumſtant: ergo perſona infinita Verbi infinitam dignitatem influit in actiones humanas Chriſti; ergo opera Chriſti ex circumſtantia perſonæ operantis infinitum ſortiuntur valorem. Secunda pars concluſionis probatur; nam ad eum imponere nomen ſpectat, qui habet auctoritatem, poteſtatem, & ius in re, cui nomen adſcribit. Vndè Gen. 1. *Dixit Deus, faciamus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram, & præſit piſcibus maris, & volatilibus cæli, & beſtijs, vniuerſæq; terræ, & omni reptili, quod mouetur in terra:* & poſteà c. 2. habetur: *Formatis igitur Dominus Deus de humo cunctis animantibus terræ, & vniuerſis volatilibus cæli, adduxit ea ad Adam, vt videret, quod vocaret ea; omne enim, quod vocauit Adam animæ viuentis, ipſum eſt nomen eius, appellauitq; Adam nominibus ſuis cuncta animantia, & volatilia cæli, & omnes beſtias terræ.* Habes ergo ex his, quòd, quia Adam præſidebat cunctis animantibus, nomina illis impoſuit. Si ergo Virgini data fuit facultas imponendi Chriſto nomen Ieſu, intelligitur ſimul conceſſa authoritas, & ius circa Ieſum, vt, ſcilicet, Ieſus in exercendo munere Ieſu, ſeù in ſalute, & gratia quacumque conferenda dependeret à Virgineo nutu. Et ſanè quòd nullus, niſi per Mariam, ſaluus fiat; & quòd Deus omnia per Mariam velit nos habeamus, docent Patres: & nos de hac re fuſiùs agemus tom. 2. cùm probabimus, cultum erga Virginem eſſe ſignum prædeſtinationis; cumque eam contemplabimur gratiarum omnium diſpenſatricem.

Collige primò, quòd qui deuotè nomen Ieſu inuocat, non ſolùm veneratur

(Margin notes, right column: *Ariſtot.* — *D. Thom.* — *Nullus niſi per Mariam ſaluus.* — *Inuocãs Nomen Ieſu nõ ſolùm Chri-*)

(Section letters in the inner margin: A, B, C, D.)

ſto, ſed etiam Matri honorem impendit.

A Deum, & ſacram Chriſti humanitatem, ſed etiam honorem Mariæ defert, quatenùs hæc tale nomen impoſuit, & aliquid iuris, & poteſtatis in ipſo nomine habet. Et Chriſtus ipſe, vt teſtaretur, quòd etiam honoraret Matrem ex hoc capite, quia nomen Ieſu ab ea acceperat, ſupra caput ſuum idem nomen Ieſu crucifixus detinere voluit: atque etiam ob eamdem cauſam veriſimile eſt, quòd, inclinato capite, emiſerit ſpiritum, vt, ſcilicet, illa vltima capitis inclinatione oſtenderet, quantum ſibi, etiam morte imminente, cordi eſſet, nomini Ieſu, atque adeò Matri ſuæ, à qua illud acceperat, honorem exhibere.

In Nomine Ieſu gratias poſtulare, efficaciſſimũ.

B Collige ſecundò, in nomine Ieſu ſalutem, & gratiam quamcumque poſtulare, efficaciſſimum medium eſſe ad eam obtinendam, quia in tali inuocatione nominis Ieſu, etiam honor Mariæ defertur, & eius interceſſio ſimul ſaltèm virtualiter, & implicitè petitur: Deus autem ſemper paratiſſimus eſt ad celeriter, & abundantiſſimè omnem Mariæ honorem exhibitum remunerandum, atque ea interpellante, ſalutem, & gratiam quamcumque elargiendam. Et hinc eſt, quòd Deus ad inuocationem nominis Ieſu miſericordiam ſuam videtur neſcire continere. Vndè hoc ipſum nomen Ieſus eſt illud, quod dicitur *Oleum effuſum* Cant. 1. vt notat Bernard. ſerm. 2. de circumciſione. Inſtar ergo olei miſericordia diuina effunditur; & vox hebræa, *Turac*, ſignificat etiam liquidum, & natura fluidum. Ex quo adhuc clariùs, quod dicimus, apparet; ſcilicet, quòd, ſicut oleum, ſeu vnguentum liquidum, & natura fluidum facilè rem quamcumque penetrat, & vim pati videtur, niſi effluat; ita miſericordia diuina ad inuocationem nominis Ieſu nequit ſe cohibere, quin effluat ad quamcumque miſeriam auferendam. Et ſanè mirum in modum pro re noſtra facit, quòd numquã legitur in Euangelio, quòd quis petierit aliquid à Chriſto, nominando illum Ieſum, & non impetrarit. Et, quod magis mirum eſt, ingratitudo, quæ fontem diuinæ miſericordiæ exſiccare ſolet, non tamen impedire videtur, quin aliquo modo effluat oleum ſalutiferum nominis Ieſu. Vndè Luc. 17. *Decem viri leproſi*, quia leuauerunt vocem dicentes, *Ieſu præceptor, miſerere noſtri*; *Ieſu dixit illis: ite, oſtendite vos ſacerdotibus, & factum eſt, dum irent, mundati ſunt*, licèt nouem eorum ingrati eſſent, vt colligitur ex ipſo ſacro textu, dicente Ieſu: *Nonne decem mundati ſunt? Non eſt inuentus, qui rediret, & daret gloriam Deo, niſi hic alienigena*. Iurè ergo, &

Cantic. Bernard.

Ingratos etiã iuuat inuocatio Ieſu.

Luc.

A meritò Sancti Patres ſummoperè delitiabantur hoc nomine Ieſu, & maximam in eo fiduciam collocabant. Audiendus eſt D. Bernard. inter alios ſuper Cant. ſer. 15. *Nihil ità, ſicut hoc nomen Ieſu, lucet prædicatum; paſcit recogitatum; lenit & vngit inuocatum. Ieſus mel in ore, melos in aure, iubilus in corde. Aridus eſt omnis animæ cibus, ſi non oleo nominis Ieſu infunditur; inſipidus eſt, ſi non hoc ſale conditur. Si ſcribas, non ſapit mihi, niſi legero ibi Ieſum: ſi diſputes, aut conferas, non ſapit mihi, niſi ſonuerit ibi Ieſus. Triſtatur aliquis veſtrum? Veniat in cor Ieſus, & indè ſaltat in os, & nubilum omne diffugit, &* B *redit ſerenum*. Hæc Bernardus.

D. Bernard.

B.V. ex verbis Angeli collegit Chriſtum paſſurũ.

Collige tertiò ex eo, quod Virgini dictum eſt: *Vocabis nomen eius Ieſum*; illam diuinitùs tunc factam fuiſſe conſciam, quòd filius, quem erat paritura, veniebat in carne paſſibili ad opus redemptionis per paſſionem, & mortem peragendum. Patet, quia nomen prudenter impoſitum debet naturæ rei congruere; ergo qui nomen imponit alicui rei, debet eius naturam optimè cognoſcere. Vndè D. Thom. prima parte quæſt. 94. ar. 3. ex hoc, quòd Adamus impoſuit nomina animalibus, probat, eum ſcientiam omnium illorum habuiſſe: *Ipſe*, inquit, *Adamus impoſuit nomina animalibus, vt dicitur Gen. 2. nomina autem debent naturis rerum congrue*C*re; ergo Adam ſciuit naturas omnium animalium, & pari ratione habuit omnium aliorum ſcientiam*. Ergo, cùm Virgo electa fuit ad imponendum nomen Ieſu filio, quem erat paritura, debebat ſcire, eum futurum eſſe Saluatorem, & mundum redempturum, media paſſione, & morte, quam ſubiturus erat; de qua re plura dicemus infra.

D. Thom.

QVAESTIO XXI.

D In quo ſenſu Filius, quem Virgo paritura erat, dicitur hic ab Angelo, quòd *Erit magnus*.

DICO primò, quòd dicitur magnus, primò ob naturam diuinam, & perſonam Verbi; ſecundò ob perfectiones naturæ aſſumptæ. Ita D. Bernard. hom. 3. ſuper, *Miſſus eſt: Propterea erit magnus, quia magnus Deus erat, magnus homo erat*

Prima expoſitio.

D. Bernard.

erat futurus, magnus homo, magnus doctor, magnus Propheta. Prima pars concluſionis patet ex illis verbis, *magnus Deus*, quibus declaratur natura diuina, & ſubſiſtentia perſonalis. Secunda pars colligitur ex ſubſequentibus verbis, *magnus homo, &c.* Et ſanè, dum à Bernardo dicitur Chriſtus magnus homo, innuitur vnio hypoſtatica; nam Verbum non aſſumpſit hominem, ſed naturam humanam; vndè denominatur homo, quia natura humana ſubſiſtit in ſuppoſito diuino. Et hinc aliæ perfectiones humanæ naturæ aſſumptæ indicantur. Primò viſio beatifica, quam habuit Chriſtus ab inſtanti conceptionis, quia erat connaturalis ipſa viſio vnioni hypoſtaticę. B Secundò, quia erat magnus homo ob naturam humanam vnitam Verbo perſonaliter, debebatur ei connaturalis, & perfectus modus operandi actiones ſupernaturales: ſed talis modus exigit in Chriſto gratiam habitualem, & virtutes infuſas, ſcilicet, charitatem, & ſpem (non quidèm ſpem, quò ad beatitudinem animæ, qua beatus fuit Chriſtus ab inſtanti ſuæ conceptionis, vt dixi, ſed quò ad beatitudinem corporis, & nominis exaltationem) obedientiam, religionem, cæteraſq; virtutes, quæ non ſupponunt aliquam imperfectionem ſtatus, vt fides, quæ cum beatitudinis ſtatu pugnat; vel quæ antecedentem culpam ſupponunt, vt pœnitentia, ſi, C accipiatur pro deteſtatione proprij peccati. Minor probatur, quia anima Chriſti ad elicienda opera ſupernaturalia indigebat concurſu ſupernaturali: ſed hic non à perſona Verbi emanabat, quia hæc non vnitur, vt immediatum principium operandi, ſed vt ratio ſubſiſtendi; ergo ab aliquo principio ſupernaturali. Connaturalius tamen eſt hoc, vt ſit intrinſecum, & inhærens, informans potentiam; nam & ſimili ratione viſio beatifica eadem, quæ cum lumine eſt, poteſt eſſe ſine lumine, quæ tamen eſt à potentia informata lumine, ſecundùm modum connaturaliorem: ſic in Chriſto operationes elicitæ, medijs habitibus, ſortiebantur quamdam perfe- D ctionem maiorem, quam ſi ſine illis fuiſſent: ergo debuit dari in Chriſto principium intrinſecum eliciendi opera ſupernaturalia. Hoc autem ſunt virtutes infuſæ, quæ connaturaliter ſupponunt gratiã habitualem, vt potentiæ eſſentiam, in qua radicantur. Eſt enim gratia habitualis radix, & eſſentia omnium habituum ſupernaturalium; ergo debuit dari in Chriſto, & de facto data fuit gratia habitualis cum virtutibus infuſis ad connaturalem modum operandi actiones ſupernaturales. Eadem verò gratia, & virtutes, quia in-

A trinſecè perficiunt animam, reddunt illã, quaſi extenſiuè perfectiorem in ordine ad finem ſupernaturalem. Dixi, extenſiuè; nam intenſiuè tota hæc accidentalis perfectio eminenter continetur in ipſa gratia ſubſtantialis vnionis. Tertiò dicitur Chriſtus magnus homo, quia per eandem vnionem hypoſtaticam principaliter eſt conſtitutus caput Eccleſiæ: nam in tantum Chriſtus eſt caput, in quantũ vim habet influendi per gratiam vnionis; ergo in tantum eſt caput, in quantum habet gratiam vnionis, & conſequenter per eam conſtituitur in eſſe capitis. Maiorem docet D. Thom. 3. p. q. 7. qui & minorem ſubdit ar. 1. eiuſdem quæſtionis ad primum, B cùm dicit, Chriſti humanitatem habere vim influendi, vt eſt inſtrumentum coniunctum diuinitati per gratiam perſonalẽ: itèm ar. 2. in corpore: *Humanitas Chriſti*, inquit, *in quantum eſt coniuncta Dei Verbo, vim habet influendi*: ar. 4. ad 3. *Humanitas Chriſti ex virtute diuina natura poteſt influere aliquid in Angelis, & hominibus*. Ratio autem eſt quia per illud principaliter intelligitur conſtitui Chriſtus caput Eccleſiæ, quo poſito, & omni alio remoto, adhùc eſſet caput: ſed huiuſmodi eſt gratia vnionis; ſi enim Chriſtus nullam aliam haberet gratiam, adhùc vim haberet influendi in alios omnem gratiam; eſſent enim illius actiones infi- C nitè gratæ, quia ſuppoſiti infiniti, ac proindè infinitè meritoriæ. Quarè per hanc gratiam principaliter conſtituitur in eſſe capitis, cùm nihil aliud hoc ſit, quam poſſe influere; poſſet autem Chriſtus per hanc gratiam. Verùm, quia influxus capitis connaturalior eſt, ſi in capite adſint omnes illæ virtutes, quæ ad membra deriuantur; teſte enim Auguſtino epiſt. 57. *Vigere debent omnes ſenſus, vt ex eo influxus omnis ad membra deriuetur*, hinc fit, vt cum gratia vnionis, & cum gratia habituali, & virtutibus infuſis, ſicut debuerunt eſſe, ita de facto fuerint ſeptem dona Spiritus Sancti, & virtutes gratis datæ, quæ nouem numerantur ab Apo- D ſtolo 1. ad Corinth. 12. ſermo ſapientiæ, ſermo ſcientiæ, fides, prout dicit habitum ad promptè & facilè proponenda, atque explicanda myſteria fidei, gratia ſanitatum, operatio virtutum, prophetia, diſcretio ſpirituum, genera linguarum, & interpretatio ſermonum. Et quòd in Chriſto fuerint dona Spiritus Sancti, conſtans eſt Theologorum ſententia, & colligitur ex illo Iſai. 11. *Requieſcet ſuper eum ſpiritus ſapientiæ*: & etiam ex ipſa natura donorum, quæ fidelibus præſtant, vt facilè à diuino Spiritu ad actiones quaſdam

D. Thom.

Auguſtin.

Ad Corinth

Iſaiæ

heroicas

heroicas moueantur; quæ habilitas ſine dubio fuit in Chriſto; & ſimiliter quòd in eo fuerint gratiæ gratis datæ, à Theologis omnibus recipitur. Confirmatur etiam ex eodem D. Bernardo; à quo dum Chriſtus dicitur magnus doctor, ex hoc etiam præciſo capite, quòd Chriſtus eſt doctor, & Euangelij prædicator, ad eum pertinent omnes gratiæ gratis datæ, quæ ſunt dona quædam conceſſa fidelibus, non vt ipſos meliùs diſponant ad beatitudinem, ſed vt per illa poſſint meliùs alios ad eam conſequendam iuuare: cùm ergo Chriſtus deberet eſſe omnium doctor multò meliùs, quàm vllus alius, huiuſmodi gratiæ debebantur illi. Quartò dicitur Chriſtus magnus homo, quia ſaltem vnio hypoſtatica fuit ratio, ob quam humanitati ſupernaturalis virtus, ſeu poteſtas data fuit ad miracula, & ſupernaturalia opera præſtanda: hoc enim ad minus probant dicta Patrum aſſerentium, quòd Chriſtus homo ea omnia opera poterat facere, inquantum erat coniunctus Deo; ergo illa coniunctio ſaltèm erat ratio, ob quam conſtituebatur potens ad prædicta opera peragenda: ſed illa coniunctio erat vnio hypoſtatica; ergo, &c. Antecedens patet ex Concilio Epheſino ſub Cæleſt. I. can. 11. vbi dicitur: *Si quis non confitetur, carnem Chriſti viuificatricem eſſe, quia facta eſt propria Verbi cuncta viuificare valentis, anathema ſit:* vbi per viuificatricem intelligit potentem dare vitam ſpiritualem, de qua loquitur Chriſtus Ioan. 6. *Niſi mãducaueritis carnem, &c.* nomine autem carnis intelligitur nõ tantùm altera pars, ſed tota etiam humanitas, ſicut Ioan. 1. *Verbum caro factum eſt*: vndè in eodem Concilio in expoſitione Symboli Niceni: *Viuifica igitur ſunt corpus ſanctum, & ſanguis Chriſti; ſunt enim principia vitæ, ſecundùm naturam, ideſt, vnigeniti Filij Dei:* & Ioan. 6. *Spiritus eſt, qui viuificat, caro non prodeſt quidquam:* quem locum ſic explicat Cyrillus lib. 4. c. 23. & c. 24. *Caro, & humanitas Chriſti, ſi ſola eſſent, ſi tantùm humanitas eſſet, non prodeſſet ad vitam, non viuificaret, iuſtificando; & quia Chriſtus, & diuinitas eſt caro, ipſiq; coniuncta, prodeſt, & efficax eſt ad vitam.* Dixi, ſaltèm vnio hypoſtatica fuit ratio, propter quam humanitati fuit donata poteſtas ad opera ſupernaturalia facienda; nam aliqui admittunt hanc propoſitionem; vnio hypoſtatica eſt in humanitate Chriſti ratio, per quam ea conſtituitur potens producere in alijs gratiam, & alia dona ſupernaturalia. Quòd ſi illis objicias, vnionem hypoſtaticam non eſſe rationem efficiendi quidquam, ſed tantummodò coniungendi alienam naturã in perſonæ vnitatem. Reſpondent, vnionem hypoſtaticam primariò eſſe rationem coniungendi naturam cum eſſe perſonali, ſub qua ratione non eſt principium agendi; ſecundariò verò, quatenùs coniungit diuinæ naturæ, poſſe eſſe principium agendi, in quantum communicat naturam, quæ eſt principium operandi. In qua controuerſia Suar. tom. 1. in 3. par. diſp. 31. ſect. 1. tenet, quòd vnio hypoſtatica ſit quidem ratio, ob quam humanitati ſupernaturalis virtus, ſeu poteſtas donatur, ad miracula, vel ſupernaturalia opera facienda; non ſit tamen ipſa vnio, qua humanitas potentior efficitur. Sed non eſt huius loci fusè de hac re diſputare.

Côcil. Epheſin. — Ioan. — Cyrillus. — Suarez.

Quintò Chriſtus dicitur magnus homo, quia per vnionem hypoſtaticam fuit etiã ſummus Sacerdos, ſecundùm humanitatem; quia ex dignitate, & excellentia diuini ſuppoſiti emanauit dignitas, & excellentia Sacerdotij ad humanitatem Chriſti: & ſuppoſitum diuinum fuit neceſſariũ, vt hic Sacerdos eſſet potens ad offerendum ſacrificium, quod omni ex parte Deo ſatisfaceret.

Sec. Concl. Indicatur aliqua infinitas excellentiæ Chriſti ab Angelo.

Dico ſecundò, quòd filius de Virgine naſciturus nominatur ab Angelo magnus ſimpliciter, & abſolutè, abſque vlla limitatione, vt indicaretur aliqua infinitas excellentiæ Chriſti. Et quidem, ſi loquamur de Chriſto, vt Deo, conſtat, Deum eſſe ita magnum, vt magnitudinis eius nõ ſit finis. Si verò loquamur de Chriſto, vt homine, vnio hypoſtatica, per quam natura humana aſſumpta Verbo vnitur, eſt ita magna, vt quamdam infinitatem habeat ex bono infinito, quod eſt Deus, vt docet D.Thom. 1.par. q.25.ar.6. in ſolutione ad quartum. Prætereà hæc vnio eſt in ſupremo ordine entis ſupernaturalis creati, proindè in genere doni maximum, quod Deus de potentia abſoluta creaturæ conferre poteſt: vide D. Auguſtinum de prædeſtinatione Sanctorum c.15. Et ratio eſt quia illud eſt in ſuperiore ordine entis ſupernaturalis, quod propiùs participat eſſe Dei; ſed hæc vnio omnium proximè participat eſſe Dei, ergo, &c. Maior conſtat, quia Deus eſt prima menſura totius eſſe; ergo quò propiùs creaturæ participant ipſum eſſe Dei, eò conſtituuntur in ſuperiore ordine entis. Minor probatur, quia hæc vnio participat Deum in ſe ipſo perſonaliter; eſt enim eſſentialis via ad formalem, & ſubſtantialem communicationem Perſonæ diuinæ componentis vnũ cum natura humana: ſed non eſt poſſibilis alia perfectior, & interior participatio, cùm omnis alia ſit externa, & accidentalis,

D.Thom. — D. Auguſtin.

Digitized by Google

lis, cuius ſignum eſt, quia nulli creaturæ per quodcumque donum eleuatæ debetur adoratio latriæ, quæ conuenit humanitati Chriſti ob hypoſtaticam vnionem; ergo, &c. Similiter viſio beatifica, quam habuit Chriſtus ab inſtanti conceptionis, habet aliquid infinitatis, tùm quia eſt viſio Dei infiniti, tùm quia fuit connaturalis vnioni hypoſtaticæ, quæ quodammodò eſt infinita, vt diximus. Gratia verò habitualis à quibuſdam admittitur infinita, ab alijs ſumma poſſibilis, quod omninò verum eſt. Gratia Chriſti habitualis in ſignificatione, & exiſtimatione morali fuit infinita. Ratio eſt quia dignitas moralis alicuius formæ ſumitur in ordine ad ſuppoſitum, cuius illa ſit, & in ordine ad operationes, quibus inſeruit: ſed gratia Chriſti erat ſuppoſiti infiniti, & ordinata ad operationes illas, quæ erant infinitè dignæ; ergo ipſa hanc habebat moralem dignitatem infinitam. Et ſic nec de potentia Dei abſoluta fieri poteſt gratia maior, quàm gratia Chriſti in prædicto eſſe dignitatis moralis, quia, ſcilicet, nulla poteſt eſſe moraliter dignior; nulla enim poteſt ordinari ad dignius ſuppoſitum, & ad digniores operationes, quàm quæ eſt ordinata ad ſuppoſitum diuinum,& operationes illius. Vide D.Thom.3.p.q.7.ar.2. ad ſecundum, vbi, *Potentia, diuina*, inquit, *licèt poſſit facere aliquid melius habituali gratia Chriſti, non tamen poterat facere, quòd ordinaretur ad aliquid maius, quàm ſit vnio perſonalis ad Filium vnigenitum.* Porrò ſimilem dignitatem infinitam moralem habuerunt in Chriſto, & virtutes infuſæ, & ſeptem dona Spiritus Sancti, & gratiæ gratis datæ, & poteſtas patrandi miracula, & alia opera ſupernaturalia, quia, ſcilicet, non poterant hæc omnia ordinari ad dignius ſuppoſitum, & ad digniores operationes, quàm ad ſuppoſitũ diuinum, & operationes illius. Demùm Sacerdotium Chriſti non potuit eſſe efficacius, & excellentius, neque per diuinam potentiam abſolutam; licèt enim Chriſtus in humanitate tantùm, ſeu ratione humanitatis potuiſſet eſſe Sacerdos, & per illam munus illud exercuerit, efficacia tamen, & excellentia illius Sacerdotij non potuit eſſe maior, quia manauit ex dignitate ſuppoſiti diuini: & ſic non potuit cõſtitui ſacerdos aliquis magis potens, & efficax, quàm fuerit Chriſtus ad offerendum ſacrificium, quod omni ex parte Deo ſatisfeciſſet.

D.Thom.

Laus Virginei vteri.

Collige ex dictis admirabilem laudem vteri Virginei, qui fuit locus à Deo electus, in quo prædictas excellentias, & alias, de quibus in ſequentibus quæſtionibus agemus, erat Chriſtus recepturus. Et ſi plus excellentiæ, perfectionis, & gloriæ habuit Chriſtus ab inſtanti ſuæ conceptionis, quàm omnes ſimul cæleſtium Spirituum hierarchiæ, cæteræq; creaturæ, ſanè ex hoc capite nobilior fuit vterus Mariæ, quandò concepit Chriſtum, quàm ipſum Empyreum. Et in hoc ſenſu accipi poteſt elogium illud, quod Auguſtinus tribuit Deiparæ ſerm. 18. de Sanctis: *Quid dicam? Si cælum te vocem, altior es, &c.* Et ſi in vtero Virgineo Deus largitus eſt naturæ aſſumptæ vnionem hypoſtaticam, quæ, vt vidimus, in genere doni eſt maximum, quod Deus de potentia abſoluta creaturæ conferre poteſt, certè licebit, media Virgine, quæcumque magna dona ſperare. Atqui ſi anima Chriſti viſionis beatificæ poſſeſſionem accepit in vtero Virginis, hinc intelligere poſſumus, quòd ſemper, media Virgine, mortalibus viſionis beatificæ poſſeſſio datur. Idem dic de gratia habituali, de virtutibus infuſis, de donis Spiritus Sancti, & gratijs gratis datis, &c.

Auguſtin.

Media Virgine, gratias à Deo qua ſcumque eminentes ſperare poſſumus.

QVAESTIO XXII.

Cùr prænunciatur ab Angelo, quòd Filius Virginis *Filius Altiſſimi vocabitur*.

Prima cauſa.

DICO primò, ideò Filium Virginis appellari etiam Filium Altiſſimi, tùm quia Chriſtus, quatenùs Deus de Deo, erat Filius naturalis Dei; tùm quia, vt homo, erat etiam Filius non adoptiuus, ſed naturalis eiuſdem Dei. Et quòd Chriſtus, vt homo, ſit Filius Dei naturalis, concedunt communiter Theologi, licèt in aſſignãda efficaci ratione varient. Ratio, quæ mihi videtur efficax, hæc eſt: ſuppoſita doctrina D.Thom. 3. p. q.16. ar.12. vbi notat hanc propoſitionem, *Chriſtus, inquantum homo, eſt perſona*, admittere duplicem ſenſum; primum reduplicando ſupra naturam, & in hoc ſenſu eſſe falſam; ſecundum reduplicando ſupra ſuppoſitum, quod includit homo, & in hoc ſenſu eſſe veram; nos iuxta hunc ſecundum ſenſum affirmare poſſumus, Chriſtum, vt hominem, eſſe Filium Dei, quia, vt homo, non ſolùm dicit naturam humanam, ſed etiam hypoſtaſim, quæ in Chriſto eſt filiatio æterna; ergo Chriſtus, vt homo, includit filiationem Dei naturalem; ergo, vt homo,

D.Thom.

A mo, eſt Filius Dei naturalis. Dices: Chriſtus, inquantum homo, non includit naturam diuinam: ſed Chriſtus, inquantum non includit naturam diuinam, non eſt ſimilis in natura diuina; ergo Chriſtus, inquantum homo, non eſt naturalis filius Dei: nam filius naturalis eſt, qui oritur viuens à viuente in ſimilitudinem naturæ. Reſpondeo, concretum ex humanitate, & perſonalitate Verbi, ratione generationis æternæ, poſſe dici genitum, & Filium Dei in fieri, ſeu fundamentaliter, quod nobis ſufficit. Explico: ſicut in humanis genitus denominatur non à natura humana formaliter, ſed à generatione, qua genitus accipit naturam humanam; ita in
B diuinis genitus denominatur non à natura diuina, ſed à generatione æterna, qua accipit genitus naturã diuinam. Porrò idem eſt genitus, ac filius in fieri, ſeu fundamentaliter. Quòd non ſit filius adoptiuus ſaltèm in ſenſu Neſtotij, eſt definitum in Concilio Francofort. ex Adriano primo, contra Felicem Elipandum Epiſcopum Toletanum. Fundamentum Concilij eſt quia adoptiuus dicitur is, qui alienus eſt ab adoptante, à quo gratis, & non ex debito ius habet ad hæreditatem: at Chriſtus, vt homo, eſt filius Dei naturalis, vt diximus, à quo non gratis, ſed ex debito ius habet ad gloriam. Maior conſtat ex definitione adoptionis, quæ eſt legitimus
C actus, per quem fit quis filius, qui anteà non erat patris naturam imitans. *(Concil. Frãcofort.)*

(Sec. Concluſ.) Dico ſecundò, quòd Filius Virginis nominatur etiam Filius Altiſſimi, quia, dum Angelus mentionem fecerat de temporali Chriſti generatione; *Ecce concipies, &c.* decens erat, vt aliquid innueret de æterna generatione, vt ſic indicaretur aliqua inter vtramque generationem ſimilitudo. Et ſanè hanc ſimilitudinem innunt etiam multa loca Scripturæ, quæ loquuntur de æterna generatione, & ſimul etiam de temporali explicantur: Pſal. 109. *Ex vtero ante luciferum genui te:* vertunt alij: *Ex vtero auroræ tibi ros adoleſcentiæ tuæ:* & pro aurora ſatis aptè intelligitur Virgo,
D quæ ſacris in paginis appellatur aurora: *Quæ eſt iſta, quæ progreditur, quaſi aurora?* *(Cantic. 6.)* Lorin. ex hebr. affert aliam tranſlationẽ: *(Lorinus.)* *De matrice auroræ tibi ros adoleſcentiæ tuæ:* & explicat, quòd ope Spiritus Sancti efformatum ſit corpus Chriſti ſine virili cõmixtione, & virgineus vterus nomine auroræ appelletur, quia, ſicut ſol è loco, vbi aurora rutilat, oritur; ſic Chriſtus iuſtitiæ Sol de Virgine. *Ros* verò *adoleſcentiæ*, dicitur, quia, ſicut cæleſti virtute concreſcit ros, ita corpus Chriſti formatum eſt virtute Spiritus Sancti. Vndè Iſa.

25. hîc fortaſsè reſpexit, quandò dixit: *Rorate cæli deſuper*. Vide apud Lorinum in *(Iſai.)* citatum pſalmum verſ. 3. tùm Authores, qui exponunt de æterna generatione prædicta verba, cùm alios, qui exponunt de temporali. Prouerb. 8. *Cum eo eram cuncta componens:* vertunt alij: *Eram propè eum, quaſi nutritia*; quia Virgo nutritia filij Dei erat ab æterno figurata in generatione æterna: ita Salazar. in Prouer. c. 8. nu. 388. vbi etiam affert Diuum Ildephonſum in lib. de virginitate, & partitione Mariæ, ponderantem verba Matthæi 1. quæ ſunt de generatione Chriſti humana: *Generatio Chriſti ſic erat: Cùm eſſet deſponſata Mater Ieſu Maria Ioſeph, &c. Cur potius non diceret*, inquit, *ſic eſt, ſic facta eſt? Occurrit quia generationis huius maternæ imago, & ſymbolum iam præceſſerat ab æterno in generatione Patris, ſicut agnus dicitur, qui occiſus eſt ab origine mundi, quia à mundi exordio præmiſſæ fuerunt figuræ iſtius occiſionis, vt in ſacrificio Abel, & eius morte*. Pſal. 144. *Generatio, & generatio laudabunt opera tua, & potentiam tuam pronunciabunt*; quem locum poſſumus ad litteram interpretari de vtraque generatione; nam verba Scripturæ in proprio ſenſu accipi poſſunt, quotieſcumque nullum inconueniens reſultat; ergo nomen generationis poteſt accipi pro generatione æterna, quæ eſt vera generatio, & ſimiliter etiam pro generatione temporali Chriſti. De vtraque ergo generatione loquitur Propheta ſimul, vt innuat magnam inter vtramque ſimilitudinem. Et in Cant. Virgo appellatur Soror æterni Patris, vt innuatur, quòd in generatione diuinæ ptolis videtur ei aliquo modo ſimilis. Sed *(Prouerb. — Salazar. — S. Ildephonſ. — Pſalm. — Cantic.)*

Quæres, in quo fuit ſimilis æterna, & temporalis generatio. *(Petitio.)*

Reſpondeo primò, in hoc conuenire, quòd idem Filius, qui eſt genitus à Patre, eſt etiam genitus à Virgine Matre: &, ſicut Pater æternus dicere poteſt; *Tu es Filius meus, in quo mihi benè complacui*; ſimili modo & Virgo eidem Filio dicere poteſt: *Tu es Filius meus, in quo mihi benè complacui*. Hanc cõuenientiam valdè celebrant Patres. Anſelmus in lib. de excellentia Virginis c. 3. hæc habet: *Hunc igitur ſibi tam vnicum, quam dilectiſſimum Filium ſuum non eſt paſſus manere tantummodò ſuum, ſed eumdem voluit in rei veritate eſſe Beatæ Mariæ vnicum, & naturalem filium*: & Leo Magnus in epiſtola ad Pulcheriam Auguſtam: *Niſi enim*, inquit, *nouus homo factus in ſimilitudinem carnis peccati noſtram ſuſciperet vetuſtatem, & conſubſtantialis Patri, conſubſtantialis eſſe digna-* *(Reſponſio prima. — Anſelm. — Leo Magnus.)*

dignaretur & Matri, ſub iugo Diaboli generaliter teneretur humana captiuitas. Adnotanda etiam ſunt verba D. Bernardi pro *D. Bernard.* hac ſententia: *Ipſa*, inquit, *eſt Virginis naturæ gloria ſingularis, & excellens prærogatiua, quòd filium vnum, eumdemq; cũ Deo Patre meruit habere communem*. Et ſanè, ſi Chriſtus non ſolùm quatenùs Deus de Deo, eſt filius naturalis Dei, ſed etiam quatenùs homo, vt diximus in prima concluſione huius quæſtionis, ſequitur, quòd idem, qui eſt filius naturalis Dei, ſit etiam filius naturalis Virginis.

Reſponſio ſecunda. Reſpondeo ſecundò, quòd, ſicut in generatione æterna producitur Verbũ, quod per proprietatem relatiuam terminat naturam diuinam, ita in generatione humana fuit productus Chriſtus, cuius humanitas terminatur ab eadem proprietate relatiua Verbi. Et quòd ratio terminandi humanitatem non fuerit perfectio abſoluta naturæ, ſed proprietas relatiua Verbi, *Toletan. Concil.* patet ex Toletan. 6. can. 2. *Solus*, inquit, *Filius ſuſcepit humanitatem in ſingularitate perſonæ, non in vnitate diuinæ naturæ, id eſt, in eo, quod proprium eſt filij, non quod commune Trinitati*: ſed quomodò poſſet dici, humanitatem ſuſcepiſſe in eo, quod proprium eſt Filij, & nõ potiùs in eo, quod eſt commune Trinitati, ſi illam per ſe primò terminaſſet, ſecundùm perfectionem abſolutam, toti Trinitati communem? Et ità cõmuniter ſentiunt Theologi contra Dur. in 3. diſt. 1. q. 2. Et, omiſſis alijs probationibus, hæc ſatis efficax videtur. Per eamdem rationem Verbum primariò terminat naturam humanam, per quam terminat diuinam; ſed diuinã primariò terminat per proprietatem relatiuam, ergo & humanã. Minor probatur; nam per id terminatur diuina, per quod redditur illa incommunicabilis perſonaliter, ſed per proprietatẽ relatiuam redditur talis, quia per id redditur incommunicabilis perſonaliter, per quod redditur illa formaliter oppoſita reliquis perſonis, quia omnis incommunicabilitas in diuinis eſt formaliter per oppoſitionem; & veriſſimum eſt illud axioma: *In diuinis omnia ſunt vnum, vbi non obuiat relationum oppoſitio*. Maior probatur, quia non maiorem virtutem requirit Verbum ad terminandam naturam humanam, quàm ad terminandam diuinam; ergo, ſi ad terminandam diuinam ſufficit proprietas relatiua, eadem quoque ſufficiet ad terminandam humanam. Conſequentia probatur, nam ex eo, quòd perſonalitas Verbi terminat naturam diuinam, nõ tollitur, quin eius virtus terminandi poſſit etiam naturam humanã terminare, ſicut ex eo, quòd natura diuina communicatur Filio, non reſtat, quin poſſit etiam communicari Spiritui Sancto, quia, licèt perſonalitas Verbi, terminando naturam diuinam, adæquetur intenſiuè, non tamen adæquatur extenſiuè.

Tertia reſpõſio. Reſpondeo tertiò, quòd, ſicut Pater æternus in integritate ſine ſui diuiſione Verbum genuit, ita Virgo, incorrupta virginitate, ſine vlla læſione genuit, & peperit Verbum diuinum. Ità Salaz. in cap. 8. *Salazar.* Prou. n. 389. colligit ex mente D. Ildeph. & Nazianzeni.

Quarta reſponſio. Reſpondeo quartò, quòd, ſicut in generatione æterna Verbum recepit fæcunditatem ſpirandi Spiritum Sanctum, ita in generatione humana Chriſtus, vt homo, recepit virtutem reſpirandi Spiritum Sanctum, ſeu illum communicandi hominibus, vt Io. 20. habetur: *Et, cùm hoc dixiſſet, inſufflauit, & dixit eis; accipite Spiritum Sanctum*. *Ioann.* Verum quidem eſt, quòd in generatione æterna Verbum à Patre recepit fæcunditatem ſpirandi Spiritum Sanctum: in generatione verò humana Chriſtus non recepit à Virgine Matre præciſè, vt pura creatura, virtutem conferendi Spiritum Sanctum hominibus; ſed mediante ipſa tantùm Matre, ſcilicet, quatenùs, illa conſentiente, & ſubſtantiam corporis Chriſti ſubminiſtrante, vnio hypoſtatica ſequuta eſt, quæ vnio eſt ratio ſaltèm, propter quã communicata fuit virtus humanitati aſſumptæ ad opera ſupernaturalia facienda, vt vidimus quæſtione præcedenti, & conſequenter ad inſufflandum Spiritum Sanctum. Et ideò etiam (quod eſt valdè notandum) prænuntiatur ab Angelo, quòd in Virginẽ ſuperuenturus erat Spiritus Sanctus, & virtus Altiſſimi eam obumbratura, quia, nimirùm, Filius, qui ex ea naſciturus erat, virtutem conferendi Spiritum Sanctum recipere debebat: quam virtutem cũ ipſa Virgo, vt pura creatura, non poſſet dare, & Spiritus Sanctus, & virtus Altiſſimi interuenit, dũ in Virgineo vtero Chriſtus eſt genitus. Porrò hanc virtutem cõmunicandi Spiritum Sanctum perfectiſſimè exercere cœpit Chriſtus erga Beatam Matrem, ſtatim atque in eius vtero fuit conceptus.

Quinta reſponſio. Reſpondeo quintò: ſicut Pater æternus genuit Filium contemplando redemptionẽ generis humani à Chriſto per ſanguinis effuſionem, & mortem adimplendam; ita Virgo, dum eumdem Filium Dei ſecundùm humanam naturam genuit, cõtemplabatur idem opus redemptionis humanę, adimplendum per ſanguinis effuſionem, & mortem eiuſdem Verbi, humana carne induti. Hoc ſecundum colligi poteſt ex ipſo textu; nã Virgo, ſi cogitabat, qua-

A lis eſſet Angeli ſalutatio, ſanè diligenter conſiderabat, & tota erat in perpendendis his, quæ ab Angelo proferebantur: ſed inter alia Angelus dixit: *Vocabis nomen eius Ieſum*, ideſt, Saluatorem: & ſciebat Virgo, tùm quia diuinitùs erat illuſtrata, cùm etiam quia optimè in ſacris paginis verſata erat, eum futurum Saluatorem per ſanguinis effuſionem, & per crucis mortē: ergo tunc redemptionē contemplabatur. Primum fundatur in illa opinione, quæ admittit, Verbum procedere ex notitia non ſolùm diuinæ eſſentiæ, perſonarū, & creaturarum poſſibilium, ſed etiam futurarū: cui opinioni multùm fauere videtur D.Th. 1.p.q.34.a.1. ad 3. vbi hæc habet: *Pater, intelligendo ſe, & Filium, & Spiritum* B *Sanctum, & omnia alia, quæ eius ſcientia continentur, concipit Verbū, vt ſic tota Trinitas Verbo dicatur, & etiam omnis creatura*. Nota ly *intelligendo*, ideſt, intellectione, vt principio gignendi cauſaliter, & non concomitanter; alioquin nō magis diceretur gignere, intelligendo, quam amando. Scio, alibi D.Tho. & præcipuè q.4. de veritate art.5. in corpore aliqua habere, quæ contrariæ ſententiæ ſuffragantur: ſic enim cōcludit. Quia Pater principaliter dicit ſe, generando Verbū, & ex conſequenti creaturas, ideò Verbum principaliter refertur ad Patrem, ex conſequenti verò, & quaſi per accidens ad creaturas; accidit enim Verbo, vt per ipſum creaturæ dicantur. C Verùm, quidquid ſit de mente D.Thomæ, eſt expreſſa ſententia D.Aug.5. de Trinit. c.14. vbi ait: *Quidquid eſt in ſcientia, de qua natum eſt Verbum, in ipſo eſt; quod autem in ea non eſt, neque in ipſo eſt*: & paulò infra: *Nouit itaq; omnia Deus Pater in ſe ipſo, nouit in Filio: ſed in ſe ipſo, tamquam ſe ipſum, in Filio, tamquam Verbum ſuū, quod eſt de his omnibus, quæ ſunt in ipſo*. Sanè nihil clarius; hæc enim vltima verba indicant, Verbū procedere *de his omnibus, quæ ſunt in ſe ipſo*; particula enim, *de*, propriè ſignificat originem. Eamdem ſententiam habet *Anſelm.* in moralibus à c.28. vſque D ad 44. Sequuntur etiā Valent.p.1.de Trin. q.8. & Cuniga de Trin. diſp.9. dub.7. à mēb. 1. vbi non minùs acutè, quàm fusè de hoc argumento agit. Fundamentum hoc eſſe poteſt: Verbū procedit ex notitia diuinitatis, vt perfectiſſimè compræhenſiua, vt fatentur etiam aduerſarij; ergo procedit ex illa, vt complectitur etiā creaturas futuras. Hæc conſequentia probatur, quia non poteſt eſſe cognitio diuina compræhenſiua adæquatè, niſi ſe extendat ad cognoſcendum, quidquid eſt determinatè futurum, vel non futurū determinatè; quodlibet enim illorum determinatè eſt aliquid

D.Thom.

D. Auguſt.

Anſelmus, Valentia, Cuniga.

A Dei ſpectans ad eius voluntatem: nam futuritio, vel non futuritio determinata eſt effectus diuinæ voluntatis ab æterno; ergo, vt adæquatè compræhendatur Deus, requiritur, vt cognoſcatur quidquid eſt determinatè futurum, vel non futurum ab eius voluntate; alioquin aliquid non cognoſceretur, quod ſpectaret ad voluntatem Dei, & ex hac parte non cognoſceretur Deus, quantùm cognoſcibilis eſt.

Obiectio.

Dices: ſcientia futurarū creaturarum, vt talis eſt, potuit ſimpliciter non eſſe; ergo ex illa non poteſt per ſe procedere Verbum; quia, cùm ſcientia ſit principium, quo, & formalis origo Verbi, debet habere eamdem neceſſitatem, quam B habet Verbum; alioquin aut poſſet eſſe Verbum ſine ſuo adæquato originis principio, aut, tali ſcientia non exiſtente, non exiſteteret Verbum.

Fateor, ob hoc argumentum contrariā ſententiā eſſe ſatis probabilem; & ego illā aliàs ſecutus ſum; habetq; grauiſſimos patronos, nēpè Caiet. q.34. ar.3. Molinā in eumdem articulum, Suar.9. de Trinit. c.7. & alios aſſerentes, Verbum procedere ex cognitione eſſentiæ perſonarum, & poſſibilium, non autem futurarum. Probabiliorem etiam putat hanc partem Petrus de Arubal in 1.p.D.Thom. diſp.125. c.2. & Iacobus Granadus in 1.p.20.3. tract.9. de perſona, & nominibus Filij diſp.7. nu.5. Et C Scotus etiam eſt pro hac opinione in 1. diſt.2. q.7. & ſumitur ex diſt.12. q.1. & in 2. diſt.1. q.1. & quodlibet.14. *§. hic intelligendum*: in quibus locis tenet, Verbum non ſolùm non procedere ex notitia creaturarum futurarum, ſed neque poſſibiliū. Sed

Caietan. Molina, Suarius,

Petrus de Arubal. Iacobus Granadus, Scotus.

Reſponſio.

Reſpondeo, quòd Verbum, ſicut, vt reſpicit obiectum neceſſarium, procedit neceſſariò ex ſcientia neceſſaria; ſic etiā, vt reſpicit liberè obiectum liberum, procedit liberè ex ſcientia libera. Quò ad argumentum ergo patet diſtinctio ad illam conſequentiam: ex illa enim ſcientia futurorum non poteſt procedere Verbum; vt neceſſarium, concedo; vt liberum, ne- D go. Vndè Verbum, quò ad entitatem tam abſolutam, qua conuenit cum Patre; quàm relatiuam, qua diſtinguitur ab illo, & quò ad reſpectum ad obiectum neceſſarium, ſcilicet, diuinam eſſentiam, non eſt vllo modo liberum, quia entitas Verbi nullo potuit modo non eſſe, nec potuit non exprimere neceſſaria: tamen, quò ad reſpectum ad obiectum liberum, eſt liberum, quia potuit non reſpicere determinatè futura, ac proindè non eſſe Verbum illorum. Plura pro hac re vide apud Cunigam citatum.

QVAE-

Digitized by Google

QVAESTIO XXIII.

An ex illis verbis: *Dabit illi Dominus Deus ſedem Dauid patris eius, & regnabit in domo Iacob; & regni eius non erit finis*: colligatur, quòd Chriſtus fuerit verus Rex ſecundùm humanitatem, & conſequenter Virgo eius Mater vera, & propria Regina.

NOTANDVM, ad deciſionem huius quæſtionis neceſſarium priùs eſſe, vt videamus, an Chriſtus, ſecūdùm humanitatem, fuerit verus Rex, & Dominus in rebus creatis. Et quidem, ſi loquamur de poteſtate regia ſpirituali condendi leges ſpirituales, & inſtituendi Sacramenta in Eccleſia, hanc in Chriſto fuiſſe, omninò certum eſt. Quò verò ad poteſtatem, & dignitatem regiam temporalem, quod attinet ad regimen politicum, ſubijciā nonnullas concluſiones; nam regnum Deiparæ fundatur in regno Chriſti, vt infra videbimus. Igitur

Prima Cōcl.

Dico primò, Chriſtum non habuiſſe ius humanum, ſeù hereditarium ad temporale regnum Iudæorum per humanam ſucceſſionem, eo quòd eſſet de domo, & familia Dauid. Eſt contra aliquos, & præcipuè Armacanum lib. 4. qq. Armen. c. 16. qui putat, prædicta verba, *Dabit illi Dominus Deus ſedem Dauid patris eius*; ſicut & illa Iſai. 9. *Super ſolium Dauid, & ſuper regnū eius ſedebit*; & Ierem. 33. *Suſcitabo Dauid germen noſtrum, & regnabit Rex*: putat, inquam, Armacanus, poſſe intelligi de regno temporali in Iudæos, quod Chriſtus habuerit. Sed probatur noſtra cōcluſio, quę eſt ſine dubio vera, & communis, quia regnum Dauid ante Incarnationem Chriſti iam ceſſauerat, & eius ſucceſſio interrupta erat, vt colligitur ex Ierem. 22. vbi ſermo eſt de Iechonia: *Non erit de ſemine eius, qui ſedeat ſuper ſolium Dauid, & poteſtatem habeat vltra in Iuda*; quem locum, notat Hieron. eſſe intelligendum de ſolio Dauid, quantum ad temporale regnum. Et in Iechonia regnum Dauidicū temporale defeciſſe, conſtat; vndè per extraneos reges, & duces gubernabatur. Vide Ambroſ. lib. 3. in Lucam, Thom. Vualdenſem to. 1. doctrinalis fidei lib. 2. cap. 76. & 77. Sotum in 4. lib. de iuſtitia, & iure q. 4. ar. 1. & Vaſq. to. 1. in 3. p. diſp. 87. cap. 1.

Armacanus. Iſa. Ierem. Hieron. Ambroſ. Thom. Vualdenſis, Sotus, Vaſquez.

A Dico ſecundò, neque Chriſtum habuiſſe regnum temporale Iudæorum, ſecundùm humanitatem, ratione electionis; nam nulla talis electio colligitur ex Scriptura, aut Patribus.

Sec. Concl.

Dico tertiò, Chriſtum, vt hominem, habuiſſe ſupremam regni poteſtatē in omnes reges, & principes: quod eſt dicere, Chriſtum ita fuiſſe dominum, quò ad regimen temporale, & politicū in omnibus regnis, vt poſſet illa moderari, regere, & mutare. Eſt contra aliquos opinantes, regnū Chriſti fuiſſe tantùm ſpirituale: ſed noſtra cōcluſio eſt magis recepta. Fauent nobis D. Antonin. 3. p. tit. 3. c. 2. Suar. t. 1. in 3. p. diſp. 48. ſect. 2. verſ. *Dico ſecundo*; Auguſtinus de B Quiros in epiſt. B. Iudæ à n. 63. & ad Epheſ. c. 1. n. 85. Aluar. Pelag. lib. 1. de planctu Eccleſiæ a. 37. 40. & 59. Almain. de poteſt. Eccleſ. c. 8. & 15. Salazar. in c. 8. Prouer. n. 100. Ex parte etiam ſuffragatur Vaſq. in 3. p. to. 1. diſp. 87. c. 2. quatenus ait: *Mihi verò lōgè probabilius ſemper viſum eſt aſſerere, Chriſtum verè habuiſſe ius Regis, & Imperatoris temporalis ſuper omnes alios reges.*

Concluſio tertia. Chriſtus habuit ſupremā regni in omnes Reges poteſtatem.

D. Antonin. Suar. Auguſt. de Quiros, Aluar. Pelag. Almain. Salazar. Vaſquez.

Probatur autem hæc cōcluſio ex varijs Scripturæ locis, & præcipuè Matth. 1. *Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo, & in terra.* Lucæ 10. *Omnia mihi tradita ſunt à Patre meo.* Apoc. 1. *Princeps regum terræ*: & c. 19. *Habebat ſcriptum in femore: Rex regum, & Dominus dominantiū.* Zach. 9. *Ecce Rex* C *tuus venit tibi.* Pſ. 2. *Poſtula à me, & dabo tibi gentes, hereditatem tuam, & poſſeſſionē tuam terminos terræ.* Pſ. 71. *Dominabitur à mari vſque ad mare, & à flumine vſque ad terminos orbis terrarum*: quem pſalmū non de Salomone, ſed de Chriſto ſcriptū eſſe, affirmāt Tertul. lib. 5. contra Marcionē c. 18. D. Aug. lib. 17. de Ciuit. c. 18. qui; *Pſalmus*, inquit, *71. titulo Salomonis cōſcriptus eſt; in quo tamen multa dicuntur, quæ omninò ei conuenire non poſſunt: Domino autē noſtro Ieſu Chriſto apertiſſima perſpicuitate conueniunt*: D. Hieron. qui ad Ruffin. de iudicio Salomonis ſic ait: *Nulla dubitatio eſt, quòd pſ. 71. qui titulo Salomonis inſcribitur, nō Salomoni conueniat, ſed Chriſti cōueniat maieſtati.* Hoc D dixi, quia Rabini hūc pſalmū non Chriſto, ſed Salomoni adſcribūt, vt etiam pſ. 8. *Omnia ſubieciſti ſub pedibus eius*; vbi certum eſt, de Chriſto loqui ſanctum Prophetam: nam eadē verba refert D. Paulus ad Epheſ. c. 1. n. 22. *Et omnia ſubiecit ſub pedibus eius*: ponderat, *omnia*; vndè 1. ad Cor. 15. ſolus Deus ab imperio Chriſti excluditur; ſic enim ait Apoſtolus: *Cùm autem dicat, omnia ſubiecta ſunt ei, ſine dubio præter eum, qui ſubiecit ei omnia*: & ad Hebr. 2. n. 8. *Omnia ſubieciſti ſub pedibus eius, &c.* Et ſanè ſub pedibus habere indicat modum poſſidendi;

Zachar. Pſal. Tertullian. Auguſtin. Hieron.

Ad Epheſios. Ad Corinth. Ad Hebręos.

nam poſſeſſio à pedum poſitione dicitur. Scio, prædicta loca à quibuſdam explicari de regno ſpirituali Chriſti: ſed multa ſaltem ex his poſſunt commodè intelligi etiam de regno temporali, & nihil cogit, vt ſic non intelligantur; facitq; ad maiorem Chriſti exaltationem, vt patebit ex ijs, quæ mox ſubijciemus; ergo, &c.

Probatur ratione, quia Deitas vinculo vnionis hypoſtaticæ humanitati coniuncta non tantùm erat ſanctitas, quæ humanitatem ſanctam, & ſacram reddebat; ſed etiam eminens excellentia, dignitas, & prælatio; ergo, ſi Deitas conſtituebat Chriſtum ſummum Sacerdotem ſanctum, cùr non etiam conferebat regnũ, & imperium ſummum rerum omniũ temporaliũ? Hoc certè eſt quid minus ſãctitate Chriſti.

Quarta Cõcluſio. Chriſtus habuit ius altũ in cunctis creatis.

Dico quartò, Chriſtum, vt hominem, habuiſſe etiam ius altum, ſeù dominium altum in omnibus rebus creatis. Hæc concluſio probatur, ſimul & explicatur. Ex doctrina Iuriſtarum duplex ius reperitur, ius altum, & baſſum. Altum eſt dominium directum, quod habet Princeps in bonis vitæ, famæ, & fortunæ ciuium, vt de eis diſponere poſſit, prout communi bono expedire iudicabitur; nam hoc ipſo, quòd quis eligitur ad aliquem finem, talis poteſtas electo cenſetur tribui, quæ ſe extendat ad media neceſſaria pro aſſequutione illius finis, ob quem eligitur. Sed Princeps eligitur ob commune bonum, tamquam ob finem, quem debet procurare; ergo debet habere poteſtatem diſponendi de bonis ciuium, quandò ratio boni communis id efflagitabit; non enim negari poteſt, quin aliquandò ad pacem ſeruandam, & ad Rempublicam defendendam neceſſaria ſint bona ciuium. Ius verò baſſum eſt dominium, quod ciues in ſuis bonis habent, & ſemper eſt ſubordinatum dominio alto, quod in eiſdem bonis habet Princeps, & ſic hoc ius altum non tollit ius baſſum ciuium in eadem re. Sed Chriſtus fuit, vt diximus præcedenti concluſione, Rex verus, ſupremus Princeps, atque Imperator; ergo in regia illa, & imperatoria poteſtate erat etiam dominium altum diſponendi de rebus omnibus creatis, non ſolùm quandò finis ſpiritualis, nempè humanæ redemptionis, poſtulabat; ſed etiam quotieſcumque totius vniuerſi commune bonum politicum poſtulaſſet. Et, cùm Chriſtus aliquandò liberè vſus ſit rebus creatis, vt Matth. 8. & Marc. 5. vbi ſpiritus nequiſſimos in porcorum gregem eiecit, quem ſtatim præcipitem in mare dederunt, dicere poſſumus, hac poteſtate regia, ſeù dominio alto vſum fuiſſe. Alibi quoque Chriſtus, ſe tale dominium ha-

Matth. Marc.

A buiſſe, innuit: nam Matth. 21. miſit duos ſuos diſcipulos, dicens eis: *Ite in caſtellum, quod contra vos eſt, & ſtatim inuenietis aſinam alligatam, & pullum cum ea; ſoluite, & adducite mihi: &, ſi quis vobis aliquid dixerit, dicite, quia Dominus his opus habet.* Et ſanè quòd hoc dominium cum regia poteſtate eſſet coniunctum, ex ijs, quæ in eodem textu ſubnectuntur, ſatis innuitur; dicitur enim: *Hoc autem totum factum eſt, vt adimpleretur, quod dictum eſt per Prophetam dicentem* (Zachar. 9.) *Dicite filiæ Syon: ecce Rex tuus venit tibi manſuetus.* Sed

Dices: eſto quòd hoc dominium altum Chriſto, vt homini, ſit concedendum, B quia poteſtati regiæ, & imperatoriæ eſt annexum; non hinc tamen infertur, quòd Chriſtus, vt homo, habuerit verum, & vniuerſale dominium in rebus creatis, ita, vt de illis pro ſuo arbitratu poſſet diſponere; nam ius regni continet iuriſdictionem, ſeù facultatem ſupremam ius dicendi in omni controuerſia ciuili, præcipiendi, ſeù prohibendi, & diſponendi de bonis ciuium, prout bonum reipublicæ ſuadet: ſecluſo autem caſu boni communis rex non habet dominium in bonis ciuium.

Vaſquez.

Negat Vaſq. to. 1. in tertiam partem diſp. 87. c. 6. Chriſtum, ſecundùm humanitatem, habuiſſe dominium in res ſingulas, quamuis concedat, quòd in omnes habue- C rit ius Regis, & Imperatoris.

Suar. Salazar.

Concedunt verò hoc vniuerſale dominium Chriſto, vt homini, Suar. quem ſequitur Salazar. in c. 8. Prou. à nu. 105. quibus ego libentiſſimè adhærens,

Concl. quinta. Chriſtus, vt homo, habuit vniuerſale creatarũ rerum dominium.

Dico quintò, Chriſtum, vt hominem, habuiſſe vniuerſale rerum omnium creatarum dominium, quod eſt dicere, non ſolùm homines, & Angelos Chriſto, vt homini, ſeruos, & mancipia fuiſſe, ſed etiam res omnes creatas prædicto Chriſti dominio ſubiectas, & mancipatas fuiſſe. Et in ſenſu huius concluſionis explicari poſsũt multæ auctoritates ſacræ Scripturæ, ſupra in 3. concluſione adductæ. Probatur primò, quia, ſi primus Adam de D terra terrenus conſtitutus fuit in ſtatu innocentiæ Dominus vniuerſi: Geneſ. 2. *Replete terram, & ſubijcite eam, & dominamini piſcibus maris, & volatilibus cæli, & vniuerſis animantibus, quæ mouentur ſuper terram* (ſubijcite eam, Septuaginta legunt, *dominamini illi*) cùr ſecundus Adã de cælo cæleſtis non debet dici veriori, & altiori modo Dominus; atque adeò illi nõ ſolùm rerum ſublunarium, ſicut primo Adam, ſed etiam rerum cæleſtium, & Angelorum dominium tribuendum fuit?

Geneſ.

Septuaginta Interp.

Probatur ſecundò ratione, quam benè ponde-

ponderat Salazar. citatus. Diuinitas humanitati coniuncta per vnionẽ non ſolùm ſanctitatem, ſed alias etiam dignitates, & præexcellentias communicabat, vt diximus etiam in tertia concluſione: ſed rerum omnium dominium habere quædam præexcellentia, quædam dignitas, quædam prælatio eſt; ergo, &c. Maior patet, nam diuinitas Chriſtum conſtituit formaliter Sacerdotem, verum Regem, & ſupremum Imperatorem, liberum ab humana poteſtate, vt patet Matth. 17. Plura pro hac concluſione vide apud eumdem Salazarum citatum. Sed

Matth.

Obiectio prima. Ad Hebr. 1. Matth. Pſal. 2.

Obijcies, Chriſtum non habuiſſe dominium, niſi ratione hereditaria, vt filiũ, iuxta D. Paulum: *Quem conſtituit heredem vniuerſorum, &c.* Matth. 28. *Data eſt mihi omnis poteſtas, &c. Dabo tibi gentes hereditatem tuam, &c.* ſed heres non eſt primus Dominus; ergo non ratione vnionis, ſed ratione diuinę voluntatis Chriſtus fuit Rex, & Dominus.

Reſponſio.

Reſpondeo, quòd Chriſtus, vt Deus, habet dominium vniuerſale directum, & excellens ſuper omnes creaturas nõ modo humano, ſed diuino; quod dominium eſt independens ab omni voluntate priore, eſtq; dominium naturale, commune Patri, Filio, & Spiritui Sancto: Chriſtus verò, vt homo, habuit ſecundum dominiũ, participatum à voluntate Dei, ſcilicet, à libera collatione vnionis hypoſtaticæ, ratione cuius Deitas ob ſuam eminentiam conſtituit humanitatem illam ſibi vnitam, ſanctam, liberam, dominam, &c. & ſic ratione huius liberæ collationis vnionis hypoſtaticæ dicitur Chriſtus hæres, & verificatur, quòd illi data ſit poteſtas.

Obiectio ſecunda ex Vaſq.

Obijcies ſecundò ex Vaſq. in 3. p. to. 1. diſp. 87. c. 6. à Ioanne XXII. in extrauag. *Nonnullos* definitum fuiſſe, quòd Chriſtus quarundam tantùm rerum dominium habuerit; ergo non omnium dominium habuiſſe, ſupponitur.

Reſponſio.

Reſpondet Salaz. citatus nu. 107. quòd, licèt Chriſtus in actu ſignato rerum omnium dominium habuerit, tamen paucularum rerum dominium exercuit occupãdo, conſummando, expendendo; hi enim ſunt actus dominij: & hoc eſt definitum à Pontificibus.

Obiectio tertia ex eodem.

Obijcies tertiò ex eodem Vaſq. l. *ſi vt certo §. ſi duobus*, ff. commodati, vbi dicitur, duos non poſſe eſſe dominos eiuſdem rei, aut partis illius in ſolidum: & idem habetur in l. *Hereditate §. pater* ff. de caſtrenſi peculio.

Reſponſio.

Reſpondeo, quidquid ſit de iure ciuili, ſpectato iure naturali, non repugnare duo dominia in duabus perſonis circa eandẽ rem, quandò vnum dominium eſt alteri ſubordinatum, ſicut vidimus ſupra in dominio alto, & baſſo. Dominio autem Chriſti omnia alia dominia, apud creaturas exiſtentia fuerunt ſubordinata; ſicut & regiæ eiuſdem poteſtati omnes aliæ regiæ poteſtates fuerunt ſubordinatæ. Et ſanè, vt inquit Salazarus in c. 8. Prouerb. num. 109. *Non magis pugnat, duos eiuſdem rei dominio in ſolidum gaudere, quam duos eiuſdem regni ſupremã iuriſdictionẽ ſortiri.*

Salazar.

Obiectio quarta. Ioan. 18.

Obijcies quartò quod Chriſtus dixit de ſe ipſo: *Regnum meũ non eſt de hoc mundo.*

Reſponſio.

Reſpondeo, non trahere ab hoc mundo originem Chriſti regnum, & ideò dixiſſe, *non eſt de hoc mundo*; nam, vt diximus, ex virtute vnionis hypoſtaticæ Chriſtus fuit Rex: & nota, quòd non dixit, in hoc mundo, ſed, *de hoc mundo*. Dici etiam poteſt, dixiſſe, *non eſt de hoc mundo*, quia, licèt Chriſtus verum ius regis haberet in actu ſignato, noluit tamen de hoc mundo, vt dominus, & rex diſponere.

Obiectio quinta. Nicolaus III.

Obijcies quintò Nicolaum III. c. *exit*, de verb. ſignif. vbi hæc habet: *Dicimus, quòd abdicatio proprietatis huiuſmodi omniũ rerum non tam in ſpeciali, quam etiam in communi propter Deum meritoria eſt, & ſancta, quam & Chriſtus Dominus, viam perfectionis oſtendens, verbo docuit, & exemplo firmauit.*

Reſponſio.

Reſpondeo, quòd Chriſtus ſuo exemplo confirmauit abdicationem proprietatis, quia, cùm potuiſſet exercere regium dominium in omnibus temporalibus, abdicauit à ſe tale exercitium: vndè rectè Suar. tom. 1. in 3. p. diſp. 48. ſect. 2. ait: *Vt Chriſtus exhiberet exemplum paupertatis, ſatis fuit priuari dominio terreno, & externo ſplendore, & abundantia temporalium rerum; in his enim verſatur humana paupertas: priuari autem ſua poteſtate excellentiæ non fuit magis neceſſariũ, quàm priuari poteſtate faciendi miracula; multũ enim eſt coniuncta hæc poteſtas cũ illo excellenti dominio.*

Suar.

Concluſio ſexta. Chriſtus, dũ inter homines vixit, deſpoticam vix exercuit poteſtatem.

Dico ſextò, Chriſtum, dum vixit inter homines, aut numquàm, aut vix regiam, ſiuè deſpoticam exercuiſſe poteſtatem. Patet ex hiſtoria Euangelica. Ratio eſt quia, cùm Chriſtus pro exemplari omnium virtutum à Patre propoſitus ſit, decens erat, vt ſua humilitate ad bona mundi, & eius vanitates deſpiciendas nos induceret: ideo dicitur: *Ecce venit Rex manſuetus*; non militum turmis comitatus, non magiſtratibus, non faſcibus, non aulicis, non ſplendido, aut magnifico apparatu. Cæterùm hic non vſus regiæ poteſtatis, aut dominij nihil repugnat vero dominio, vt rectè D. Paulus ad Galat. 4. *Quanto tempore hæres paruulus eſt, nihil differt*

Ad Galat.

Digitized by Google

differt à ſeruo, cùm ſit Dominus omnium. A Dixi, aut vix; nam videtur quòd aliquandò Chriſtus vſus ſit dominio alto, vt diximus concluſione quarta, quod ad regiam poteſtatem ſpectabat.

His ergo ita enucleatis, ſupereſt, vt titulo propoſitæ quæſtionis reſpondeamus. Quare

Concl. ſeptima.

Dico ſeptimò, ex illis verbis: *Dabit illi Deus ſedem Dauid patris eius, & regnabit in domo Iacob, &c.* colligi, quòd Chriſtus, vt homo, habiturus erat regnum ſpirituale; & implicitè ſaltèm quòd & erat futurus Rex verus temporalis in eo ſenſu, quo locutus ſum in tertia concluſione huius B quæſtionis. Prima pars traditur à Patribus, & communiter placet Scholaſticis. Secunda probatur. Ex his verbis colligitur ſaltèm implicitè vnio hypoſtatica humanitatis ad Verbum: ſed ratione vnionis hypoſtaticæ Chriſtus eſt conſtitutus Rex verus, vt vidimus concluſione tertia, & quarta; ergo, &c. Maior probatur, quia verba præallata: *Dabit illi Deus, &c.* ſunt accipienda in ſenſu cohærenti cum præcedenti; ſed in præcedentibus fuit indicata futura vnio hypoſtatica diuinitatis cum natura humana aſſumenda: *Ecce concipies, & paries*; en natura humana: *Hic erit magnus, & Filius Altiſſimi vocabitur: & dabit illi Dominus Deus ſedem Da-* C *uid patris eius*; en natura diuina cum humana, vt ſupra in præcedentibus quæſtionibus explicauimus, & optimè notat Beda in cap. 1. Lucæ exponens hunc locum: *Catholica*, inquit, *fides, ſicut vnum quemlibet hominem carnem, & animam; ita hominem, & Verbum vnum Chriſtum rectiſſimè confitetur, iuxta quod & Angeli verba ſignificant, quæ dandam illi ſedem Dauid patris eius aſſeruerant: qui enim eumdem ipſum patrem haberet Dauid, quem Filium Altiſſimi vocari pronuntiat, in duabus vtique naturis vnam Chriſti perſonam demonſtrat*: ergo in citatis verbis, *Et dabit illi Deus, &c.* ſatis innuitur, quòd ratione, ſeù virtute vnionis hypoſtaticæ Chriſtus, D vt homo, erat conſtituendus Rex, &c. Probatur ſecundo; nam, cùm ex præcitatis verbis: *Dabit illi Deus ſedem, &c.* annuntietur Chriſtus futurus Rex, & non fuiſſet futurus rex ſecúdùm ſucceſſionem, aut electionem, vt vidimus prima, & ſecunda concluſione; ſed ex alio capite verum regnum temporale ſortiri deberet, vt probatum eſt in tertia, & qnarta concluſione; ergo ex præcitatis verbis colligi poteſt, quòd Chriſtus prænuntietur verus Rex non ſolùm ſpiritualis, ſed etiam temporalis. Cùm enim veriſſimè, & ſecundùm proprietatem Verbum regnare, & regnũ

Beda.

A ſpirituale, & temporale ſignificare poſſit; & ſecundùm veritatem Chriſtus vtrumque regnum habuerit, non eſt, cùr fiat reſtrictio talis, vt prædicta verba accipienda ſint de regno tantùm ſpirituali. Sed

Obiectio.

Obijcies aliquos Patres, exponentes citata verba de regno Chriſti ſpirituali, non autem de temporali: Diuum Ambroſium tom. 3. lib. 3. in Lucam, explicantem illa verba: *Qui fuit Salathiel, &c.* qui, poſtquam oſtendit, regnum Dauid in Iechonia ceſſaſſe, mouet quæſtionem, quomodò Angelus de Chriſto dicit, quòd B *dabit illi Dominus Deus ſedem Dauid patris eius*: & paulò poſt: *Vis ſcire*, inquit, *quis ſederit? is, de quo dicit Angelus ad Mariã, Ecce concipies, &c.* & infra ſubdit: *Si Angelo non credis, ipſi ſaltèm Domino crede, dicenti, Tu dicis, quia ego Rex ſum. Numquid ergo & ipſe mentitus eſt, qui regnare ſe dixit, quia non regnauit in terris? Quomodò Scriptura ſoluitur, quæ & regnare eum dicit, & adſtruit non regnare? In abruptum diſputationis venimus, hæremus in vado, & quodam veritatis naufragio fluctuamus. Excitemus igitur Chriſtũ ipſum, interrogemus; ipſe reſpondeat: interrogemus Scripturas; inueniemus, quia regnum Domini non eſt de hoc mundo: ipſe enim dixit;* C *Regnũ meum non eſt de hoc mundo. Qui dicit, regnum ſuum non eſſe de hoc mundo, oſtendit, eſſe ſupra mundum. Ita & erat regnum eius, & non erat: non erat in ſeculo, erat ſupra ſaculum; erat enim regnum aliud veri Dauid, quod ſolus Chriſtus accepit: & erat ſemen aliud Dauid, quod in æternum manet, de quo ſolo generatus eſt Chriſtus, qui ſolus verus filius Dauid, cuius etiam ſolus nomen accepit, &c.* Ex quibus ſatis apertè habetur, Diuum Ambroſium colligere ex citatis verbis; *Dabit illi Dominus Deus ſedem, &c.* regnum ſpirituale Chriſti. Obijcies & Bedam in c. primũ Lucæ, qui explicans hunc textum ſic fatur: *Accepit autem ſedem Dauid, vt, ni-* D *mirum, gentem, cui Dauid quondam, & filij eius temporalis regni gubernacula præbuerunt, ipſe perpetuum vocaret ad regnum, quod eis paratum eſt ab origine mundi*: & poſteà ſubſequentia verba, *Et regnabit in domo Iacob, & regni eius non erit finis*, confert cum illo vaticinio Iſaiæ: *Multiplicabitur eius imperium, & pacis non erit finis ſuper ſolium Dauid, & ſuper regnum eius, vt confirmet illud, & corroboret in iudicio, & iuſtitia*: & ſubdit ipſe Beda: *Non dixit in acquiſitione gloriæ, gazarumq; terreſtrium, non in victoria gentium plurimarum, vrbiumq; debellatione ſuperbarum; ſed in iudicio, & iuſtitia; per hæc enim regnum*

D. Ambroſ.

Beda.

gnum

gnum Chriſti, & in ſingulis quibusq; fidelibus, & in vniuerſa per orbem multiplicatur pariter, & confirmatur Eccleſia: ergo (inferes) Beda de ſolo regno ſpirituali Chriſti videtur accipere verba citata.

Reſponſio.

Reſpondeo, hos Patres colligere ex allatis verbis, Chriſtum in actu exercito regnaſſe ſpiritualiter; non negare tamen, in Chriſto fuiſſe ius regni temporalis in actu primo, ſeù in actu ſignato, ratione vnionis hypoſtaticæ. Et cùm in prædicto textu ſatis apertè ſermo habeatur, vt etiam notat ipſe Beda, cuius verba citaui ſupra, de vnione hypoſtatica, implicitè ſaltèm innuitur regnum etiam temporale Chriſti.

Concluſio octaua. B.V. vera Regina non ſolùm ſpiritualis, ſed & temporalis probatur.

Dico octauò, ex prædictis verbis: *Dabit illi Dominus Deus ſedem Dauid Patris eius, &c.* inferri poſſe, regnū non ſolùm ſpirituale, ſed etiā temporale Virginis Deiparæ, ita, vt non metaphoricè, ſed verè, & propriè ſit cæli, & terræ Regina, hominum, atque *A*ngelorum.

Probatur: ex citatis verbis annuntiatur, quòd Virgo conceptura, & paritura ſit Chriſtum Regem non ſolùm in ſpiritualibus, ſed etiam in temporalibus, vt patet ex dictis ſupra: ſed Patres Virginem ex eo, quòd ipſa *eſt* mater Chriſti Regis, & rerum vniuerſarum Domini, prædicant etiam Reginam, & Dominam; ergo B.V. non ſolùm in ſpiritualibus, ſed & in temporalibus ex præadductis verbis Regina annuntiatur. Quò ad minorem Auguſt. (Auguſtin.) ſerm. 35 de Sanctis: *Sufficere*, inquit, *debet notitiæ humanæ hanc verè fateri Reginam cælorum pro eo, quòd peperit Regem Angelorum*. Epiphanius hæreſi 78. (Epiphanius, Rupertus, Antoninus, Athanaſius.) *Si Chriſtus Leonis catulus, profectò eius Genitricem leænam dixerim: ita, ſi Chriſtus eſt Rex, profectò Mater eius eſt Regina*. Rupert. in c. 4. Cantic. *Hæc in cælis Regina Sanctorum, & in terris Regina regnorum eſt, quandoquidem eſt mater Regis coronati, quem conſtituit Dominus ſuper opera manuum ſuarum: ac proindè Regina conſtituta totum iure poſſedit Filij regnum*. S. Antoninus 4. par. tit. 15. c. 22. §. 9. *Maria propter Chriſtum Imperatrix, & Monarcha eſt mundi*. D. Athanaſius in ſerm. in Euangelium de Deipara: *Quandoquidèm ipſe Rex eſt, qui natus eſt ex Virgine, idemq; Dominus eſt Deus, eapropter & Mater, quæ eum genuit, & Regina, & Domina, & Deipara propriè, & verè cenſetur*: ponderanda eſt illa cauſalis ad rem noſtram, *ea propter*.

Salazar. & eius ratio.

Probat Salazar. in c. 8. Prou. nu. 125. iure materno Virginem eſſe Reginam, hoc modo. *Chriſtus non ex electione, aut ex meritis, quamuis hoc mereri potuit, ſed natura ipſa verè, & propriè, & non per ſimilitu-* A *dinem Rex, & Imperator ſummus eſt: ſed omnis honor, & dignitas, quæ competit Filio, in Matrem naturali iure refunditur, ex Ariſtot. 8. Ethic. cap. 11. vbi habetur: Amicitia paterna beneficiorum magnitudine præſtat; author enim eius eſt, quod videtur eſſe maximum, vt, videlicet, ſint filij, eorumq; educationis, & inſtitutionis, id, quod maioribus quoque attribuitur; nam & pater filiorum, & maiores nepotum, & Rex a ſe rectorum natura imperium obtinet: ergo in Deiparam regnum Chriſti transfunditur propriè, & non per ſimilitudinem.*

Confirmat etiā idem Salazar. alio principio Ariſtotelico, quia parentes, & filij B non cenſentur aliquid diuerſum: eſt enim filius, teſte eodem philoſopho 8. Ethic. 10. *pars ſeparata patris, & fructus eius, in quo ipſe conſeruatur*: & lib. 1. magnorum moral. c. 34. dicitur: (Ariſtot.) *Quemadmodùm membrum parentis eſt filius, immò idem cum ipſo*. Quarè filius comparatur patri, vt naturalis poſſeſſio: & ſic non poteſt eſſe inter patrem, & filium ius diſtinctum perfectum. Ex quo infertur, regnum, diuitias, & in vniuerſum quemlibet filij honorem parentibus accedere iure naturali; nam prædicta ſubſtantiarum identitas bonorū omnium communionem inducit. Et ad hanc rationem addi poſſet, quòd, quia Virgo fuit principium Chriſti perfectiùs, C quàm cæteræ matres, concurrendo non particulariter tantùm, ſed totaliter ad generationem corporis Chriſti, quatenùs totum illud corpus virtute Spiritus Sancti fuit ex ſolo puriſſimo eius ſanguine compactum; potiori iure naturali, quàm cæteræ matres, ipſa habebat Filium à ſe dependentem; ergo regnum Filij potiori iure naturali in Matrem transferebatur.

Difficultas exorta.

Sed in hoc diſcurſu grauis occurrit difficultas; nam, ſi prædictum argumentum probaret, quòd iure materno regnum Chriſti transfertur in Deiparam, nimiùm probaret, quia probaret etiam, ipſam habere dominium, & poteſtatem regiam non modo æqualem, ſed etiam potiorem, D & modo quodam principaliorem; quod eſt omninò falſum, vt etiam aduertit ipſe Salazar. n. 138. Qua ratione id ſequatur, ſic oſtendo. Ex dictis, ſecundùm doctrinam Ariſtotelis, natura parentes filiorum imperium obtinent; & ex hoc ſequitur naturali conſequutione, vt filij dignitas, regnum, honor, ac bona acquiſita in patris dominium cedant: vndè pater, ſolo naturali iure ſpectato, principaliter ſit dominus bonorum ipſius filij; immò independenter à Filio de illis diſponere poteſt, dum filius manet ſub patria poteſtate: filius verò, licèt etiam ſit dominus bo-

norum

norum paternorum, tamen minùs principaliter de illis diſponere poteſt, dum eſt ſub patria poteſtate; ad quam veritatem reſpexit D. Paulus ad Galat. 4. *Quanto tempore heres paruulus eſt, nihil differt a ſeruo, cùm ſit Dominus omnium:* & hæc vera ſunt, ſolo naturali iure ſpectato; nam filius emancipatus poteſt habere dominiũ diſtinctum omninò à Patris dominio. Nec loquor hìc de bonis caſtrenſibus, aut quaſi caſtrenſibus, &c. de quibus leges diſponunt, & concedunt dominium filio, &c. Hoc ergo poſito, ſi ad Virginem deuoluitur regnum Chriſti naturali iure, vt Matrem eius; ſanè ſequitur, quòd Virgo iure materno non ſolùm regnum Chriſti poſſideat, ſed etiam magis principaliter, ſicut pater potiorem poteſtatem, & principalius dominium in bonis filij, non emancipati habet. Neque dicas, Virginem eſſe quidem Matrem, ſed eſſe alio ex capite ſubditam Chriſto, quatenùs Chriſtus eſt verus Deus, &, vt homo, etiam filius naturalis Dei; & ſic non poſſe Virginem ſine eius licentia vti poteſtate regia. Nã contra eſt, quia adhùc ſequitur, quòd regia poteſtas Virginis, quam, ſpectato naturali iure maternitatis, acquiſiuit, ſit potior, & principalior, quàm poteſtas regia humanitatis Chriſti; in Matre enim ſe habet, vt dominium, quod habet pater in bonis acquiſitis à filio ſub patria poteſtate conſtituto: in Chriſto verò illa regia poteſtas eſt, vt dominium bonorum, quod habet filius non emancipatus, quod ſemper, vt ſic, eſt dependens. Et, ſi filius cum omnibus bonis, quæ acquirit eſt naturalis poſſeſſio ipſius patris, ſequeretur inſuper quòd Chriſtus cũ ſuo Regno fuiſſet naturalis poſſeſſio iure materno ipſius Virginis. Sed reſponderi adhùc poſſet: regnum Chriſti Filij transfunditur in Virginem Matrem eo modo, quo Mater apta eſt recipere illud regnum; *quidquid* enim *recipitur per modum recipientis recipitur:* ſed non eſt capax Virgo participationis regni Chriſti, niſi cum ſubijcibilitate, & dependentia à voluntate, & poteſtate regia Chriſti in vſu, & exercitio ipſius poteſtatis regiæ participatæ; ergo, licèt ius maternitatis, ſpectata ſola natura, eſſet ſufficiens ad transfundendam in Virginem Matrem poteſtatem regiam primariò, & independenter à voluntate Filij; quia tamen regia poteſtas, & dignitas in Chriſto eſt adeò eminens, vt non poſſit eſſe ſubiecta puræ creaturæ, hinc eſt, quòd hoc regnum Chriſti, licèt in Virginem ſit tranſlatum, retineat tamen hanc eminentiam, vt Virgo realiter quidem, & propriè Regina denominetur, ſed cum de-

Ad Galat.

A pendentia tali à poteſtate Chriſti regia, vt non potuerit abſque licentia ipſius Filij exercere regiam poteſtatem, imperando, ius dicendo, bona conſummando, expendendo, diſtribuendo, & alios dominij, aut poteſtatis regiæ actus exercendo: quæ tamen poteſtas nunquam à Filio illi denegata fuiſſet.

Hæc quidem dici poſſunt pro dicta ratione, fundata in principijs Ariſtotelicis. Verùm adhùc in ea multum difficultatis remanet. Dicere enim quis poſſet: ſi admittitur hoc, quòd dominium parentum ſit dependens à dominio filiorum; ergo non habebit locum in re noſtra doctrina Ariſtotelica, transferens naturali iure ad patrem bona filij; non, inquam, habebit
B locum; nam Ariſtoteles eò tendit, vt ſaluet, quòd pater ſemper ſit filio ſuperior, & quantumlibet filius dignitate, honore, diuitijs creſcat, ſemper inferior remaneat: & ſic apparet poteſtas, & imperium naturale patris in filium: & totum hoc indicant illa verba *Ariſtotelis: Natura pater filiorum imperium obtinet: hæc autem amicitia in excellentia conſiſtit: propterea honorantur ipſi parentes, & ius inter hos non eſt, ſed pro dignitate.* Præterea non poteſt dici, quòd Beata Virgo eo modo imperium Filij ſui habeat, quo matres ceteræ habent ſuorum filiorum: nam Chriſtus ratione ſuppoſiti diuini eſt eſſentialiter Dominus. Inſuper Chriſtus, vt etiam ſubſiſtens in natura humana, eſt caput Ec-
C cleſiæ, ſummus Sacerdos, Rex, & Dominus abſolutus, vt ſupra diximus. Vltimò, licèt Chriſtus naturaliter (vt ita loquar) à diuinitate vnctus fuerit Rex ſupremus; quia tamen à libera Dei voluntate humanitas illa fuit aſſumpta in ſocietatem, & vnionem hypoſtaticam, ideò talis poteſtas, & dignitas regia Chriſti non videtur omninò naturalis ſaltèm in radice, ſed ex electione. Dignitas autem ex electione filiorum, licèt honeſtet, & illuſtret parentes, ad eos tamen iure naturali non deuoluitur; nam electorum voluntati cõmenſuratur illa collatio dignitatis. Si ergo electores non intendunt, in parentes
D refundi, non refunditur. Et in l. prima ff. de Senatoribus, à filijs in matrem dignitas, aut nobilitas non refluit: quæ lex intelligenda eſt, quandò dignitas non naturalis, ſed ex voluntate aliorum datur filijs. Quarè

Ariſtot.

Probo aliter, fuiſſe Virginem conſtitutam Reginam, & Imperatricem verè, & propriè, & non per ſimilitudinem. Valdè conueniens fuit, vt ipſa Virgo verè, & propriè conſtitueretur Imperatrix, Regina, & Domina non ſolùm ſpiritualiter,
ſed

Probatur meliori ratione B. V. Regina, & Imperatrix non per metaphorã, ſed verè, & propriè.

Digitized by Google

A ſed etiam temporaliter; ergo, de facto ſic conſtitutam fuiſſe à Deo, affirmare poſſumus. Conſequentia patet; nam ſimili modo argumentandi vtuntur Theologi, vt aliàs diximus, ad probanda varia Chriſti priuilegia, & excellentias, atque etiam ad probandam immunitatem Virginis à labe peccati originalis. Antecedens probatur primò: ratione Maternitatis Dei erat conueniens, vt ipſa eſſet Regina, Domina, & Imperatrix; quam congruentiam adeò magnam, & vrgentem agnoſcentes Patres ſupra citati, D. Athanaſius, D. Antoninus, & alij, ideò Virginem ob Maternitatem Chriſti Regis Reginam, & Dominam factam fuiſſe, prædicarunt: opinor enim, hos, & alios Patres idcircò Virginẽ

B conſtitutam fuiſſe Reginam, Imperatricem, & Dominam, aſſerere, non quia naturali iure, in maternitate fundato in ipſam transfuſum fuerit regnum Chriſti; ſed quia maternitas Dei fuit congruentiſſima, & euidentiſſima ratio, ob quam Deus ad dignitatem regiam, & ad dominium Virginem euexerit. Et, licèt citatus Epiphanius, iure naturali maternitatis, videatur affirmare, deuolutum eſſe regnum Chriſti filij ad Matrem, dum ait: *Si Chriſtus leonis catulus, profectò eius Genitricem leanam dixerim; ita, ſi Chriſtus eſt Rex, profectò Mater eius eſt Regina*: tamen, nihil aliud re vera his verbis illum indicare voluiſſe,

C puto, niſi quòd naturalis ratio generationis requirit perfectam ſimilitudinem inter generantem, & generatum: atque idcircò ob dictam rationem vrgebat conuenientia veluti naturalis, vt Chriſtus filius Rex haberet Matrem Reginam. Quam quidem conuenientiam agnoſcens Salomon rex matrem Bethſabeam ſibi proximam in throno regio ſedere voluit, 3.Reg. c. 2. Rurſus hæc congruentia fundatur in excellentia Chriſti: facit enim ad ampliorem dignitatem Filij Regis habere Matrẽ verè Reginam. Fundatur etiam in communicatione diuinæ bonitatis; ſicut enim ſummoperè elucet diuina bonitas, dum natura humana, vnita Verbo à deitate regno donatur; ita etiam magna eiuſdem

D diuinæ bonitatis communicatio eſt, dum ab eadem deitate Mater Dei ſimili regno donatur. Sunt & aliæ congruentiæ, propter quas Virgo Regina, & Domina eſt conſtituta, de quibus in ſequenti quæſtione.

Explicantur Patres.

Reg.

Aduertendum primò, quòd, ſicut Chriſtus merito ſuæ paſſionis conſequutus eſt regnum ſpirituale animarum; licèt enim humanitas à deitate, cui vnita erat, ſic exaltata remanſerit ad imperium, vt animas à ſatanico imperio ſubtrahere, eaſq; in ſuam transferre poſſet abſoluto iure ditionem; tamen per mortis, & paſſionis ſuæ meritum tranſtulit, atque ſubiecit; vndè regnum ſpirituale Chriſti non omninò liberaliter à Patre donatũ eſt, ſed meritis retributum: ita Virgo, cruci aſſiſtendo, & Filium ſuum ſpontè morti pro communi ſalute deuouendo, regnum ſpirituale animarum, & Angelorum aſſecuta eſt, quia tùnc communi redemptioni cooperationem conſummauit. Vndè Arnoldus Carnotenſis in tract. de laudibus Virginis: *Omninò*, inquit, *tùnc erat vna Chriſti, & Mariæ voluntas, vnumq; holocauſtum: ambo pariter offerebant Deo; hæc in ſanguine cordis, ille in ſanguine carnis: vndè communem in mundi ſalute cum illa effectum obtinuit*: nota ad rem noſtram ly, *communem effectum*. D. etiam Anſelmus de excellentia Virginis c. 11. eam factam eſſe Dominam ob merita, affirmat: *Beata* (ait) *Dei genitrix Maria, ſuis meritis cuncta reparando, Mater eſt, & Domina rerum: Deus enim eſt Dominus omnium ſingula in ſua natura propria iuſſione conſtituendo: & Maria eſt Domina rerum, ſingula congenitæ dignitati per illam, quam meruit, gratiam reſtituendo. Verum quidem eſt, quòd, ſicut radix meritorum Chriſti, id eſt, vnio hypoſtatica, fuit donum omninò gratis donatum; ita prima gratia, quæ fuit veluti radix tot meritorum Beatæ Virginis, fuit donum omninò gratis datum.*

B.V. regnum cruci aſſiſtẽdo aſſequuta eſt, ſicut Chriſtus in illa pendendo promeruit.

Arnoldus Carnot.

D. Anſelm.

B.V. mater, & Domina rerum.

Aduertendum ſecundo, quòd regnum, & imperium Virginis excellentius reddebatur ex hoc capite, quòd, licèt Chriſtus haberet regnum, & dominium altius, & magis abſolutum, ſpontè tamen ſe ſubijciebat imperio Virginis. Explicat rem hanc egregiè D. Bernardinus Senenſis to. 2. ſer. 61. ar. 3. c. 6. vbi hæc habet: *Ille enim, qui Filius Dei eſt, & Virginis benedictæ, volens paterno principatui principatum æquiparare maternum, ipſe, qui Deus erat, Matri famulabatur in terra: Et erat ſubditus illis. Propterea hæc eſt vera propoſitio: Diuino imperio omnia famulantur, etiam Virgo: & iterùm hæc vera: Imperio Virginis omnia famulantur, etiam Deus.*

B.V. regnum excellentius habuit ſecũdùm quid, quàm ipſe Chriſtus.

D. Bernardinus.

Imperio Virginis omnia famulantur, etiam Deus.

An verò Beata Virgo habuerit patriam poteſtatem in Chriſtum, examinabimus infra.

QVAESTIO XXIV.

An Virgo tùnc ſolùm cæperit eſſe Regina, quandò Chriſtum concepit, vel etiam priùs.

Prima opin. PATRES aliqui videntur
expreſsè dicere, quòd Vir-
go Domina, & Regina eſt
conſtituta tùnc, quandò
Chriſti Regis Mater eſt
Damaſcen. effecta. Ita Damaſcen. lib.
4. de fide c. 15. *Verè enim omnium conditorũ*
Domina effecta eſt, cùm Creatoris Mater ex- B
titit. Pro hac parte etiã videntur eſſe Au-
ctores, qui, Virginem iure materno regnũ
Chriſti poſſediſſe, tradunt: & præter cit.
D. Bernardinus. in præced. quæſt. vide D. Bernardinũ Se-
nenſem to. 1. concion. 61. a. 1. c. 7. proban-
tem, Dei genitricem hereditario iure om-
nium, quæ ſunt infra Deum, habere regale
dominium, & inclytum obtinere principa-
tum, quoniam Chriſtus Dominus eius Fi-
lius in primo inſtãti ſuę Conceptionis mo-
narchiam totius promeruit, & obtinuit
Anſelmus. vniuerſi. Anſelmus etiam, dum affirmat,
Virgini regnum eſſe conceſſum, ratione
ſponſalitij initi cum Spiritu Sancto: ſic .n.
ait lib. de excellẽtia Virginis c. 4. *Ipſe Spi-*
ritus Dei, ipſe amor omnipotentis Patris, &
Filij; ipſe, per quem, & in quo amatur omne, C
quod benè amatur; ipſe, inquam, corporaliter
(vt benè dicam) venit in eã, ſingulariq; gra-
tia præ omnibus quæ creata ſunt, ſiue in cælo,
ſiue in terra, requieuit, & Reginam, & Im-
peratricem cæli, & terræ, & omnium, quæ in
eis ſunt, fecit ſponſam ſuam: dum, inquam,
hoc affirmat Anſelmus, ſimul affirmare vi-
detur, tempore, quo Spiritus Sanctus, ſu-
perueniendo, & obumbrando, Virginẽ ſin-
gulari, & diuino modo ſibi ſponſam elegit,
etiam eam Reginam conſtituiſſe. Vide Sa-
Salazarus. lazar. in c. 8. Prouer. n. 119. & 120. eruditè
explicantem ſententiam prædictam. Sic
etiam eos ſentire crediderim, qui tribuũt
regnum Virgini, eo quòd ſponſa etiã facta D
fuerit Chriſti tempore, quo Verbum caro
factum eſt; quia .n. Filius Dei cum natura
humana tunc ſpirituale matrimoniũ inijt,
& Virgo totius naturæ humanæ perſo-
D. Thom. nam geſſit, vt docet D. Tho. 3. p. q. 30. ar. 1.
ideò ipſa Virgo ſponſa Chriſti dicitur: &
S. Ildephonſ. ſic nominatur à ſancto Ildephonſo ſerm.
2. de Aſſumptione, vbi hæc habet: *Hodiè*
peruenit ad thalamum æterni Regis, ad eaſdẽ
nuptias, quæ in vtero ſunt dedicatæ, pro qui-
bus arrbas accepit ſponſa Chriſti in dotis ti-

A *tulo, & pignus hereditatis æternæ, Spiritum*
Sanctum: & à Catharino, qui intelligi ad- Catharinus.
uertit Deiparã per illam ſponſam, de qua
Matthæi c. 25. *Simile eſt regnum cælorũ de-* Matth.
cem Virginibus, quæ exierunt obuiam ſponſo,
& ſponſæ: Chriſtus, ait, ſponſus eſt, & ſpon-
ſa Virgo.

Itèm alij volunt, Virginem fuiſſe conſti-
tutam Reginam ob humilitatem, quam
exercuit, quandò dixit: *Ecce ancilla Domi-*
ni, fiat mihi ſecundum verbũ tuum. D. Ber-
nard. ſer. *Signum magnum: Meritò*, inquit, D. Bernard.
facta eſt omnium Domina, quæ omniũ ſe exi-
bebat ancillam. Vide Ildephonſ. ſerm. 2. de
Aſſump. Damaſc. de eodem feſto ſerm. 1.

Salazarus verò de Concep. c. 5. ſub n. 6. Opinio altera.
tradit, Virginem iure quidem materno re- Salazar.
B gnum adeptam fuiſſe, nihilominùs tamen
eius imperium ab ipſo Conceptionis in-
ſtanti eſſe aucupandum; putat enim, hoc
dominium regium Virginis eſſe ſimile do-
minio, quod habet filius, ante quàm here-
ditatem adeat in bonis paternis, in quibus
hereditario iure ſuccedere debet; quia,
ſicut filius dicitur dominus, eo quòd ius
certum ad illa bona habet; ita, cùm Virgo
ab ipſa æternitate efficaciter electa eſſet
in Matrem Dei, ſtatim atque fuit conce-
pta, conſequi debuit hoc ius ad regnum
hominum, atque Angelorum. Si enim
electio facta ab hominibus ius ad regnum
tribuit, multò magis electio diuina tribuit
ſimile ius Virgini ad imperandum, & re-
gnandũ. Et in eodem ſenſu loquitur idem
C Salaz. de regno Virginis c. 16. & alibi. Ve-
rùm, quia hic Auctor innititur illo funda-
mento, quòd iure materno naturaliter de-
uoluitur regnum Chriſti ad Virginem Ma- Probat opinio, ſed improbatur fundamentũ Salazari.
trem; & ſic, quemadmodũ ab æterno erat
Virgo electa ad Maternitatem Dei, & cõ-
ſequenter ad regnum, ſtatim atque ipſa in
mundo per conceptionem extitit, ius ad
regnum tale habuit; idcircò placet quidẽ
ſententia tanti viri, quatenùs prædicat
Virginem ab ipſo Conceptionis exordio
Reginam: non tamen ſatisfacit illud fun-
damentum, quòd, ſicut naturali iure bona
filiorum in patris dominium refunduntur,
ſic regnum Chriſti naturali iure materno
D in Virginem redundet; idq; ob difficulta-
tes quæſt. precedenti propoſitas ſub con-
cluſione 8. Quare

Dico, à primo Conceptionis momento Concluſio ſecundę ſententiæ adhęrens.
Virginem potuiſſe verè nominari Domi-
nam vniuerſi, hominumq; atque Angelorũ
Reginam. Probari poteſt primò auctori- Probatio.
tate Patrum, qui eam, antequam conci-
peret Chriſtum, Dominam, & Reginam
appellant. Germanus oratione de obla- Germanus.
tione Deiparæ introducit Zachariam ex-
cipientem Virginem puerulam in templo,
eamq;

eamq; Dominam omnium terrigenarum A compellantem: & infra ſubdit contra eos, qui non tam dignè de Virgine ſentiebant: *Erubeſcant, & deficiant, & pereant, & cognoſcant, quia nomen eſt tibi Domina.*

Chryſoſt.

D. Chryſoſt. ſuper Lucam homil. de Annunciatione: *Mittitur Gabriel Angelus, & egreditur de Rege ad Reginam, de Imperatore ad Imperatricem, de ciuibus cæli ad Dominam palatij.* Si ergo ſecundùm hos Patres ante Incarnationem Virgo appellatur Domina, & Regina, cur talis etiam non potuit nominari, ſtatim atque per conceptionem

Petrus Chryſologus.

extitit in mundo? Petrus Chryſolog. ſer. 142. de Annunciatione ad illa verba: *Ne timeas, Maria*; ait: *Ante cauſa dignitatis Virginis annuntiatur ex nomine; nam Maria hebræo ſermone latinè Domina nuncupatur: vocat ergo Angelus Dominam, vt dominatoris genitricem trepidatio deſerat ſeruitutis, quam naſci, & vocari dominam ipſa ſui germinis fecit, & imperauit auctoritas.* Ex quibus ſic licet inferre: ſi naſci, & vocari Dominam, ipſa ſui germinis fecit, & imperauit auctoritas, ideſt, ſi auctoritas, nobilitas, & potentia Filij Dei, quem ipſa paritura erat, fecit, & imperauit, vt Domina abſolutè, & Regina naſceretur Maria; ergo eadem nobilitas, auctoritas, & potentia Filij Dei fecit, & imperauit, vt eo tempore, quo concepta eſt, ſimul etiam Domina, & Regina conſtitueretur. Hoc idem cõfirmari poteſt ex nomine Mariæ, quod Dominam ſignificat, vt diximus ſupra c. de Natiu. Virginis q. 10. cõcl. 4. quòd quidē nomen fuit impoſitum Virgini ex diuina reuelatione, vt vidimus eod. c. q. 9. ergo, ſi ab ortu fuit Domina, quid, quæſo, prohibet, nè talis denominetur à primo Conceptionis momento, in quo & à peccato originali fuit præſeruata, vt concluſimus in cap. de Conceptione, & alia innumera priuilegia recepit? Probatur: ab æterno Virgo fuit electa, vt tali tempore actu fieret Mater Dei, & ſimul actu fieret Domina, & Regina hominum, atque Angelorum, quia ita conueniens erat, vt diximus præcedēti quæſtione; & ſatis indica-

Prouerb. Verſio Hebr. Pagnin. Rodulph.

tur Prou. 8. nu. 23. vbi Virgo ſic loquens de ſe ipſa introducitur à Spiritu Sancto: *Ab æterno ordinata ſum*: Hebr. *Principatum habui*: Pagnin. *Principatū tenui*: Rodulph. *Coronata ſum*: alij, *Inuncta ſum*: alij, *A ſæculo Princeps inaugurata ſum*: ergo, ſtatim atque concepta in mundo extitit, nominari potuit Regina, quia, ſuppoſito decreto Dei, dici poteſt, quòd ſtatim ab ipſa conceptione habuerit ius fundatum in infallibili decreto Dei ad regnum, quod actu erat aſſecutura, cū actu Mater Dei fieret. Et ſanè hoc ius fundatum in infallibilitate diuini decreti certius, & firmius erat quocunque alio iure, fundato in titulo hereditario, vel in alia quacunque ratione humana.

Confirmatur primò; nam, licèt, tamquā ob vltimum finem, propter bonitatem Dei omnia ſint condita, iuxta illud Prouerb. 16. *Vniuerſa propter ſe ipſum operatus eſt Dominus*: & ſic deitas ſit vltimus finis; poſt diuinitatem tamen humanitas Chriſti Domini eſt finis, & poſt hanc Beata Virgo eſt cauſa finalis omnium creaturarum; propter gloriam enim illius etiā conditæ ſunt, vt benè notat Iacob. Granad. in 1. p. tract. de diuina potentia diſp. vlt. n. 6. afferens pro con-

Prouerb. Poſt diuinitatem, & Chriſti humanitatem, B V. eſt cauſa finalis omniū creaturarum. Iacob. Granadus,

B firmatione huius rei verba illa Andreæ Cretenſis ſer. de Aſſumptione: *Hic eſt ſcopus, qui excogitatus eſt ante ſæcula, ad quem, nimirum, omnia opera diuina, poſt humanitatem Chriſti Domini, relata ſunt.* Et D. Bernard. in hoc ſenſu etiam ſic loquitur ſer. 1. in Salue: *Propter hanc* (ſcilicet, Virginem) *totus mundus factus eſt*: & ſer. 2. de Pentecoſte: *Ad illam, ſicut ad medium, ſicut ad arcam Dei, ſicut ad rerum cauſam, ſicut ad negotium omnium ſæculorum, reſpiciunt, & qui in cælo habitant, & qui in inferno, & qui nos præceſſerunt, & nos, qui ſumus, & qui ſequentur, & nati natorū, & qui naſcentur ab ipſis.* Hoc autem poſito, ad rem noſtram ſic valet inſurgere: poſt diuinitatem, humanitas

Andr. Cretenſis. D. Bernard.

C Chriſti eſt finis, & poſteà Beata Virgo eſt cauſa finalis omnium creaturarum; ergo Beata Virgo, poſt Chriſtum, ſuper omnem creaturam habet imperium, & dominium. Conſequentia probatur; ſicut enim, quia propter hominem res ſublunares creatæ erant, illarum dominium primis parētibus fuit conceſſum, vt præcedenti quæſtione concluſione quinta vidimus; ita, cùm omnia creata ſint propter Chriſtum, & Virginem, meritò rerum omnium imperium, & Chriſto, & poſteà Virgini eſſe conceſſum, affirmatur. Porrò, ſicut eſt verum dicere, quòd ab inſtanti Conceptionis Beata Virgo erat cauſa finalis omnium rerum conditarum in ſenſu explicato; ità

D etiam fuit verum dicere, quòd tūnc dominium, & imperium rerum vniuerſarum habuit.

Confirmari poteſt ſecundò: ſpectat ad maiorem, ſeu ampliorem Regis honorem, vt naſcatur ex Matre iam Regina; perfectior enim, & nobilior ſic eſt regia natiuitas; ergo conueniens erat ad maiorem Chriſti honorem, vt Virgo, antequā conciperet Chriſtum, verè Regina, & Domina eſſet: & quia quò antiquior, eò perfectior nobilitas apparet; ideò à momẽto, quo Virgo fuit concepta, debuit eſſe Regina, & Domina. Vndè verba illa Cantic. 3. Cantic.

Egredimini, & videte, filiæ Syon, Regē Salomonē coronatum in diademate quo coronauit eū mater ſua in die deſponſationis, & lætitiæ: quæ explicantur ab aliquibus de nobilitate, quā habuit Chriſtus ſecundùm carnem à Virgine, quatenùs hæc regali de ſtirpe originem trahebat: *Diadema*, inquit Guilhelmus, *quo coronauit eum mater ſua, nempè regiam nobilitatem aſſumptæ humanitatis, qua eum coronauit, eo quòd illum de ſanguine ſuo regio ſecundùm carnem concepit:* ab alijs de humanitate, quam à Virgine Matre Chriſtus accepit, ſecundùm quam à deitate fuit conſtitutus Rex. Explicari etiam poſſunt de nobilitate, quam habuit Chriſtus, quatenùs natus eſt ex Virgine Domina mundi, hominum, atque Angelorum Regina. Quarè, etiamſi diuinitas non conſtituiſſet Chriſtum, vt hominem, Regem, & Dominum cæli, & terræ, adhùc ex hoc capite, quatenùs natus fuit ex Matre Regina, & Domina, Dominus, & Rex verè appellari poſſet, vtpotè qui verè ſanguinem regium à Virgine Regina habuit. Ex dictis

Guilhelmus.

Explicantur Patres.

Collige primò, quomodò intelligendi ſint illi Patres, qui expreſsè videntur aſſerere; conceſſum eſſe Beatæ Virgini dominium, & regnū eo tempore, quo actualiter effecta eſt Mater Chriſti; ex quorum numero, præter citatos in hac, & in præcedenti quæſtione, eſt D. Bernardus ſermone *Signum magnum*, vbi, *Maria*, ait, *eo quòd Mater Dei eſt, Regina cælorum, & Domina mundi iure eſſe probatur.* Collige, inquam, hos Patres, vel loqui de regno, & dominio, quod actu Virgo poſſidebat poſt Chriſti Incarnationem, antequā, licèt eſſet Regina, & Domina, non videbatur tamen habere ius completum in regno, & dominio, ſed tantùm ius ad regnum fundatum in diuino decreto, in quo ipſa ordinata erat, vt in tali differentia temporis, quandò Chriſtum actu conciperet, actualiter etiam Regina, & Domina fieret; vel idcircò affirmare, Beatam Virginem factam eſſe Dominam, & Reginam, quandò effecta eſt Mater Chriſti, quia tūnc titulus maternitatis innotuit, qui vel vnicus, vel præcipuus eſt, propter quem verè ad dominium, & regnum eſt exaltata Virgo.

D. Bernard.

Quomodò dicatur B. V. coronata Regina cæli, terræ, &c. tūnc quandò fuit in cælū aſſumpta. Reuel. S. Brigittæ.

Collige ſecundò, quo in ſenſu dicatur Virgo coronata Regina, & Domina cæli, ac terræ, hominum, atque Angelorum eo tempore, quo aſſumpta fuit in cælum. In Reuelationibus enim ſanctę Brigittæ ſer. angelico c. 20. habentur hæc: *Idcircò ipſius Virginis animam, quandò fuit à corpore ſeparata, ſtatim ſuper omnes cælos ipſe Deus mirificè ſublimauit, eiq; imperium ſuper vniuerſum orbem donauit, & Angelorum Dominam æternaliter conſtituit; quidē Angeli ita poſtmodùm obedientes Virgini effecti ſunt, quòd libentiùs omnes inferni pœnas ſuſtinerent, quam ſuis præceptis non obedire.* Sermo enim ibi eſt de regno, & dominio glorioſo, quod ſolemniter in aula cæli Virgo poſſedit tempore Aſſumptionis.

Enucleatur myſterium.

Collige tertiò, ex præmiſſis aperiri nobis viam ad cognoſcendum myſterium, cùr Iacob vidit Angelos aſcendentes, & deſcendentes per ſcalam, Gen. 28. Quæri enim poteſt, cùr Angeli dicantur priùs aſcendere, & poſteà deſcendere, cùm è contrà potiùs videretur eſſe, vt priùs è cælo deſcenderent. Huic dubio Caietan. in Geneſim reſpondet ſic: *Angeli*, inquit, *qui, priùs quam ſcala fieret, deſcenderunt ſine ſcala ad conſtituendam domum præueniunt aſcendendo per ſcalam deſcendentes in illa:* hæc Caietanus, in cuius explicationis gratiā Stephanus Mendez in ſuo Mariali lib. 4. c. 1. dicit: *Contemplabimur, & benè contemplabimur, quòd, quandò Virgo Deipara fuit concepta, Angeli de cælo deſcenderunt, vt in multis ſanctæ Annæ miniſtrarent, quia mater Domus Dei futura erat, & in ea plenitudo diuinitatis includenda.* Angeli ergo, qui ob tale miniſterium deſcenderunt abſque ſcala, aſcenderunt poſteà, appoſita ſcala. Verùm, ſi per ſcalam prædictam ſignificatur Beata Virgo, vt tradunt Patres; Andreas Cretenſis oratione ſecunda de dormitione, Damaſcenus oratione prima de Natiuitate, & oratione prima de dormitione; collige, inquam, primum gradum huius ſcalæ fuiſſe adeò altum, & eminentem, ideſt, Beatam Virginem, ſtatim atque concepta extitit in mundo, gratia, ſanctitate, potentia, regno, & dominio adeò excelluiſſe, vt, dum eam adeò eximiam Angeli intelligerent, aſcendentes dicantur; rectè enim creatura intellectiua aſcendere dicitur, dum intelligit obiectum altius, & præſtantius ſe: deſcendentes verò Angeli erāt per ſcalam, quia, dum intelligebant ſe inferiores, & ſubditos ipſi Virgini, eam, vt Dominam, & Reginam, venerabantur.

Geneſ.

Caietan.

Stephanus Mendez.

Andr. Cret. Damaſcenus.

Pontificale. Ceremoniæ, quæ in coronatione Reginæ interueniunt.

Collige quartò: ſi, vt præſcribitur in Pontificali, quandò coronatur Regina temporalis, à Metropolitano inter alia illi dicitur: *Viduas, pupillos, pauperes, ac debiles ab omni oppreſſione defendes; omnibus te adeuntibus benignam, manſuetam, atque affabilem pro regia tua dignitate te præbebis, & ita te geres, vt non ad tuam; ſed ad totius populi vtilitatem regnare, præmiumq; benefactorum tuorum non in terris, ſed in cælo expectare videaris.* Ipſa verò Regina acce-

Digitized by Google

accedens ad Metropolitanum emittit hãc profeſſionem: *Ego N. Deo annuente, futura Regina profiteor, & promitto coram Deo, & Angelis eius deinceps legem, iuſtitiam, & pacem Eccleſiæ Dei, populoq; mihi ſubiecto pro poſſe, & noſſe benefacere, ac ſeruare*: ſanè quidni credendum erit, quòd Beata Virgo, quandò Regina cæli, & terræ fuit coronata, tunc promiſerit ſe pro ſuo poſſe, & noſſe præſtituram auxilium, & patrocinium viduis, pupillis, miſeriſq; omnibus? Ratione igitur regiæ dignitatis, & fidelitatis tenetur Virgo huiuſmodi miſeris ſubuenire. Atq; hinc eſt, quòd ab Eccleſia ſalutatur priùs, vt Regina: *Salue Regina*: & immediatè poſt appellatur *Mater miſericordiæ*; vt innuatur, illam ideò eſſe Reginam, vt ſe Matrem miſericordiæ oſtendat. Figura eius fuit Eſter Regina.

Collige quintò, B. Virginem, quandò cognouit ſe concepturam Filium Regem ex illis verbis: *Dabit illi Dominus Deus ſedem Dauid, &c.* & conſequenter ſe eſſe Reginam, maiorem lætitiam ſenſiſſe, eò quòd Filium Regem eſſet paritura, quàm quòd ipſa Regina foret, quia plùs Filium, quàm ſe ipſam diligebat. Si enim, teſte Iuſtino lib. 16. Ptolomæus rex adeò filium ſuum amabat, vt maiori gaudio afficeretur, quia pater erat filij regis, quàm quia ipſe rex eſſet; ſanè multò eminentiori modo in Virgine, quàm in Ptolomæo ſimilem amoris effectum debemus agnoſcere. Iuſtinus.

QVAESTIO XXV.

Cùr Filio Virginis potiùs ſedes Dauid, quàm alterius Regis danda annunciatur.

DICO, rationem huius eſſe quia regnum Dauid fuit figura, & typus in multis repræſentans regnũ ſpirituale, & temporale Chriſti. Et primò, ſicut regnum Dauid principium habuiſſe videtur à perſonis miſeris; ſic enim habetur 1. Reg. 22. *Et conuenerunt ad eum, qui erãt in anguſtia conſtituti, & oppreſſi ære alieno, & amaro animo; & factus eſt eorum princeps, fueruntq; cum eo quaſi quadringenti viri*; ita Chriſti regnum ſpirituale à miſeris peccatoribus originem traxiſſe vi- Reg.

A detur; venit enim Chriſtus *ſaluum facere, quod perierat*, & vt eriperet ab imperio Dæmonis peccatores, & in ſuum traduceret imperium. Fauet nobis Rangol. in 1. Reg. explicans prædicta verba q. 45. vbi dicit: *Dauid, cum eſſet non ſolum dux bello fortis, ſed etiam Propheta egregius, non ignoraſſe, ſe in exemplum futurarum rerum eſſe propoſitum. Verus autem Dauid futurus erat Chriſtus ſeruator noſter, ad quem poſteà venerunt homines obærati, & miſeri: ille cum publicanis; & peccatoribus cibum ſumpſit: ille Matthæum publicanum ad ſe vocauit, ad Zachæum diuertit: ille latronem* Rangol.

B *in cruce complexus: ille mulierem meretricẽ non abiecit; ille omnibus dedit aſylum tutiſſimum, quò ſe reciperent: Venite, inquit, ad me omnes, qui laboratis, & onerati eſtis, & ego reficiam vos*: hæc Rangol. Secundò, ſicut regnum Dauid cognitum fuit ex eius clementia, quam oſtendit, parcendo Saul, cùm illum in fouea potuiſſet facilimè occidere, quod animaduertens Saul dixit: *Nunc, quia ſcio, quòd certiſſimè regnaturus ſis & habiturus in manu tua regnum Iſrael, iura mihi in Domino, nè deleas ſemen meũ*, 1. Reg. 24. ita regnum ſpirituale Chriſti, quod merito ſuæ paſſionis adeptus eſt, vt diximus ſupra, innotuit eo maximè tempore, quo Chriſtus maximam clementiam Reg.

C oſtendit, exorando pro crucifixoribus veniam: *Pater, dimitte illis; non enim ſciũt quid faciunt*: vndè tùnc nomen Regis inſcriptũ ſuper caput retinere voluit: *Ieſus Nazarenus Rex Iudæorum*, cùm alibi oblationem regiæ dignitatis recuſarit, Ioan. 5. *Sciens Ieſus, quia venturi erant, vt raperent eum, & vngerent Regem, fugit in montem ipſe ſolus*. Et Ioan. 18. quandò Pilatus dixit illi; *Rex es tu?* reſpondit; *Tu dicis, quia rex ſum ego*; quia, nimirum, tunc etiam ignoſcebat, cùm poſſet illicò rogare Patrem, qui illi exhibuiſſet *plus quàm duodecim legiones Angelorum*, ad iuſtam vindictam ſumendam de adeò graui iniuria, quam illi tùnc Pilatus, & Iudæi inferebant: Luc. 23. Ioan.

D Tertiò Dauid regnare cæpiſſe videtur, quandò dona, & beneficia conferre cæpit. Nàm 2. Reg. 5. hæc habentur: *Filius triginta annorum erat Dauid, cùm regnare cæpiſſet, & 40 annis regnauit. In Hebron regnauit ſuper Iudam ſeptem annis, & ſex menſibus: in Hieruſalem autem regnauit 33. annis ſuper omnem Iſrael, & Iudam*: Vndè oritur dubium; ſi enim regnauit ſeptem annis, & ſex menſibus ſuper Iudam, & in Hieruſalem 33. annis, cùr ergo dicitur, quòd regnauit ſolum 40. annis? Reſpondet Hieronymus 3. tomo in quæſt. in Reg. quòd ex eo tempore illum regnaſſe dicunt, quo, deuictis Amalechi- Reg. Hieron.

tis,

tis, de ſpolijs eorum miſit dona ſenioribus Iuda, his, qui erant Hebron, & his, qui erant in Bethel, & reliquis, qui erant in his locis, in quibus commoratus fuerat Dauid ipſe, & viri eius. Ita Chriſtus, ſtatim atque conceptus fuit in vtero Virgineo, ſpiritualiter regnare cæpit, theſauros cæleſtes in Virginem matrem effundendo, & paulò poſt Ioannem Baptiſtam ſanctificando, eumq; à poteſtate Diaboli, cui propter peccatum originale ſubiacebat, in ſuum regnum transferendo; & denique in toto vitæ decurſu *pertranſiit benefaciendo*. Ruſũs, ſi aliquo tempore, vt nuper vidimus, fuit Dauid Rex, & non notatur quòd tùnc regnauerit, ſignum eſt, quòd aliquo tempore, licèt verus fuerit rex, non tamen exercuit regiam poteſtatem: ſic Chriſtus, licèt, vt vidimus q. 19. concl. 3. habuerit ſupremam regni poteſtatem in omnes reges, & principes, tamen, vt poſteà aſſeruimus 6. concl. dum vixit inter homines, aut nunquàm, aut vix regiam, ſiue deſpoticam exercuit poteſtatem in temporalibus. Ex his

Act. 10.

Collige primò, quòd, quia Chriſtus habuit cum Virgine Matre commune regnũ ſpirituale, vt benè notat Arnoldus Carnotenſis tract. de laudibus Virginis: *Nec à dominatione*, inquit, *vel potentia Filij Mater poteſt eſſe ſeiuncta: vna eſt Mariæ, & Chriſti caro, vnus ſpiritus, vna charitas*; ideò, ſicut regnum Chriſti fuit tutum, & patens peccatorum aſylum, ita & Deiparæ regnum fuit, & eſt miſerorum confugium: vndè Andreas Cretenſis in ſalutatione angelica ait: *Gaude, diuinum inter Deum, & homines conciliationis profugium.*

Arnold. Carnot.

Andr. Cretenſ.

Collige ſecundò, quòd, ſi Chriſtus gloriari videtur, ſe eſſe eo maximè tempore Regem, quo ignoſcit, ita & Deipara ſe tùnc maximè Reginam, & Imperatricem oſtendet, dum pro peccatoribus indulgentiam deprecabitur. Hinc eſt, quòd ipſa quandoque Regina miſericordiæ appellatur. Sic enim eam nominat S. Dionyſius, vt habetur in Reuelationibus ſanctæ Brigittæ lib. 4. c. 103. *Regina miſericordiæ* (inquit Dionyſius) *tu es, cui data eſt omnis miſericordia; & Mater Dei facta es propter miſerorum ſalutem: miſerere igitur, regno Franciæ tuo, & meo; tuo quidem, quia habitatores eius pro modulo ſuo te honorant, meo autem, quia patronus eorum ſum, & in me fiduciam habent*. Et D. Antoninus 3. p. tit. 15. c. 22. §. 9. *Deus*, ait, *miſericordiam, nè dum magnam, ſed maximam fecit in Virgine pia, vt meritò nominetur Mater miſericordiæ, & Regina eius*. Et ſi Liuia vxor Auguſti, dum proſcriptionis

Reuel. S. Brigittæ.

D. Antonin.

A ſententia dictabatur contra Lucium Cinnam adoleſcentem, quia inſidias Auguſti vitæ ſtruxerat, ingreſſa ad Cæſarem dixit: *Ignoſce, Cæſar; Cinna deprehenſus vita tua nocere non poteſt, famæ prodeſſe poteſt*; quaſi diceret: rem imperatore dignam præſtabis, ignoſcendo: ſanè multò meliùs Regina, & imperatrix Maria, dum ſententia contra peccatorem aliquem fertur, accedit, & dominium, atque imperium ſpirituale exercens: ignoſce, inquit, mi Fili: proderit ad maiorem gloriæ tuæ manifeſtationem cõdonatio, quàm pœna; æterno te Rege dignum ignoſcere. Audiendus eſt hîc Petrus Damianus ſerm. de Natiuitate Virginis: *Accedit ante illud aureum humanæ reconciliationis altare, non*
B *ſolùm rogans, ſed imperans, non ancilla, ſed Domina*. Faciunt pro hoc eodem argumento ea, quæ collegimus in præcedenti quæſtione ex coronatione Reginæ temporalis.

Petrus Damian.

QVAESTIO XXVI.

Cùr dicitur ab Angelo, quòd Filius Virginis *regnabit in domo Iacob*, & non alius Patriarchæ.

C

NOTANDVM primò ex Diuo Antonino 4. p. tit. 15. Virginem figuratam fuiſſe in Rebecca, quæ Iacob filium habuit, eumq; docuit accedere ad patrem Iſaac cum veſtibus bono odore fragrantibus, cibumq; ei pergratum offerre: vndè patris benedictionem obtinuit, per quam omnia bona intelliguntur: *Det tibi Dominus de rore cæli, & de pinguedine terræ abũdantiam frumenti, vini, &c.* Gen. 27.

D. Antonin.

Gen.

Notandum ſecundò ex Beda in c. 1. Lucæ, domum Iacob totam Eccleſiam dici.
D His notatis,

Beda.

Dico, quòd Angelus prænuntiat Chriſtum regnaturum in domo Iacob; ideſt, in Eccleſia bonis ſpiritualibus ditiſſima. Et, ſicut in domo Iacob fuerunt multæ diuitiæ ita, vt non vna tantùm eſſet primogenitura, vt in domo Abraham, quam vt conſequeretur Iſaac, neceſſe fuit, vt Iſmael eijceretur, ſed plures, & tot, vt pro ſingulis duodecim filijs Iacob eſſet opulentiſſimum patrimoniũ; quæ quidem diuitiæ in domo Iacob fuerunt ob benedictionem patris Iſaac, cuius benedictionis cauſa

Concluſio. Domus Iacob idem, ac Eccleſia.

cauſa fuit Rebecca: ita Eccleſia bonis ſpiritualibus opulentiſſima eſt ita, vt pro ſingulis Chriſti fidelibus ingens patrimonium ſpirituale aſſignetur. Hæc verò bona ſpiritualia à benedictione æterni Patris profluunt: *Benedictus Deus*, inquit Apoſtolus ad Epheſ. 1. *& Pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui benedixit nos in omni benedictione ſpirituali in cæleſtibus, in Chriſto*. Verùm huius benedictionis aliquo modo cauſa fuit Beata Virgo: *Per Mariã*, ait Petrus Damianus ſerm. de Aſſumptione, *redditur benedictio terræ: & quis neget, hanc, & benedictam, & dignam fuiſſe, vt benedictum illum fructum ventris conciperet, & pareret, in quo omnes benedicuntur, iuxta illud Dauidicum oraculum Pſ. 31. Et benedicentur in ipſo omnes tribus terræ?* Dici etiam poteſt, quòd, ſicut Rebecca fuit cauſa, vt filius ſuus Iacob à patre Iſaac benediceretur, ita Virgo eſt cauſa, vt omnes electi recepturi ſint glorioſam illam æterni Patris benedictionem: *Venite, benedicti Patris mei*, Matth. 25. *Nullus enim eſt, qui ſaluus fiat, niſi per te, ô Virgo ſanctiſſima*, inquit Germanus Patriarcha de zona Deiparæ.

Ad Epheſ. Petrus Dam. Matth. Germ. Patr.

Rurſùs in domo Iacob fuit abundantia frumenti, & vini, vt patet ex citatis verbis Gen. 27. *Det tibi Dominus de rore cæli, & de pinguedine terræ abundantiam frumenti, & vini*: & paulò poſt: *Frumento, & vino ſtabiliui eum, tibi vltra quid faciã?* Paſchaſius de corpore, & ſanguine Chriſti c. 21. *Hoc eſt*, inquit, *apertè dicere, firmaui eum pane corporis Chriſti, & vino ſanguinis; tibi autem filio vltra quid faciam? Putas nè, ſi indignus fueris tanta gratia, vllis quòd polleas bonis, vltra quam nihil amplius in hac vita præſtatur?* Et hinc colligitur Sacramentum Euchariſtiæ potior pars regni ſpiritualis Chriſti: vndè & Dauid Pſal. 4. *A fructu frumenti, vini, & olei multiplicati ſunt:* quia per virtutem cibi Euchariſtici fidelium numerus ſpiritualiter alitur, & augetur. Et Trident. ſeſſ. 13. c. 2. dicitur, quòd Saluator in hoc Sacramento diuitias diuini ſui erga homines amoris velut effudit. Præterea Euchariſtia eſt illud frumentum Electorum, de quo Zacharias 9. vt optimè adnotat Paſchaſius cit. cap. dicens: *Non niſi Electorum eſt cibus, ex quo bonum ſalutis Eccleſiæ, & pulchritudo decoris præſtatur; bonum quippe, vt ad vitam æternam proficiamus; pulchrum verò, dum immortalitatis gloria veſtimur, vt & interiùs fruamur vita dulcedine, & exteriùs fulgeamus nitidiùs tanti beneficij gratia*. Virginis verò venter eſt aceruus ille tritici, de quo Cant. 7. quem locum expendens Ambroſ. de inſtitutione Virginum cap. 14. hæc habet: *De quo aceruus factus eſt, quia granum illud mortuum plurimum fructum attulit; & hoc quidem granum omnes homines perpetua cæleſtium munerum eſca ſaturauit, dicente Dauid: Cibauit eos ex adipe frumenti:* & Andreas Cretenſis oratione de Annunciatione: *Tu*, inquit, *verè benedicta, cuius venter aceruus quidem area, quoniam fructum benedictionis, ſpicam immortalitatis, Chriſtum, inquam, ſine ſeminantis, ac coloni opera perfectiſſimè produxiſti*. Itèm Euchariſtia eſt *vinum* illud *germinãs virgines*, vt ſubnectit idem Zacharias: & ſic etiam interpretatur idem Paſchaſius citato capite dum, *Felix*, inquit, *fructus vbertatis, ex quo Virginitas germinatur: nam in hoc noſtri germinis vino caſtitas corrumpitur, ab iſto verò Virgines procreantur*. Chriſtus quidem eſt vera vitis, quę tales vuas protulit, ex quibus hoc vinum eſt expreſſum: aperitiùs dicam; Chriſtus ſuum ſanguinem ſub ſpeciebus vini nobis potandum dedit: ſed & Virgo quaſi vitis fructificauit, iuxta illud Eccleſiaſt. 24. *Ego quaſi vitis, fructificaui*; non ſolùm quia ſubſtantiam Chriſto ſubminiſtrauit, illum in vtero concipiendo, & infantulum lactando; ſed etiam quia, ipſa conſentiente, & eius intuitu principaliter Sacramentum Euchariſticum Chriſtus inſtituit, vt infra dicemus.

Geneſ. Paſchaſius. Pſal. Tridentin. Zachar. Cantic. Ambroſ. Andr. Cret. Eccleſiaſtic.

QVAESTIO XXVII.

An ex illis verbis, à Virgine prolatis: *Quomodò fiet iſtud, quoniam virum non cognoſco?* colligi poſſit non ſolùm firmum propoſitum, ſed etiam votum virginitatis ab illa emiſſum.

DICO primò, ex prædictis verbis à quibuſdam Patribus colligi firmiſſimum virginitatis propoſitum in Deipara. Ita D. Bernard. ſerm. 4. de Aſſumptione: *Immobile*, inquit, *virginitatis propoſitum, quod, nec Angelo filium promittente, aliquatenùs titubauit:* & Nyſſenus tom. de Natinitate Domini eadem verba explicans ait: *Angelus partum nuntiat, & illa virginitati inhæret, & integritatem angelicæ demonſtrationi anteponendam iudicat: nec Angelo fidem non habet, nec a propoſito recedit ſuo; interdixi, inquit, mihi conſuetudinem viri*. Sed inter alios valdè placet

Propoſitum Virginitatis aliqui colligunt. D. Bernardus, Nyſſenus.

Vgo V.ctor. placet Vgo Victorinus homil. 4. de Natiuitate, quo in loco ſic dicit: *Quid eſt, virum non cognoſco? Propoſitum habeo, virum non cognoſcere; propoſitum habeo virginitatis decus vſque in finem inuiolatum ſeruare; quomodò, ſi dixerit quis, vinum non bibo, quia in voto habeo vinum non bibere.*

Votum virginitatis in Virgine colligitur ex eius verbis. D. Auguſt. Dico ſecundò, ex iiſdem verbis colligi etiam votum à Maria de virginitate ſeruanda emiſſum. Ita D. Auguſtinus lib. de ſancta virginitate c. 4. *Quia annuntianti Angelo Maria reſpondit; Quomodò fiet iſtud, quoniam virum non cognoſco? Id profectò non diceret, niſi prius Virginem ſe Deo vouiſſet.* Idem habet Anſelmus 4. de excellentia Virginis. Et Gloſſa interlinearis (Anſelm. Gloſſa interlinearis.) ſuper hæc verba, *virum non cognoſco: Ecce*, inquit, *tangit, quod ipſa vouerat, caſtitatem.* Quin & alij Patres etiam, citati pro prima concluſione intelligi poſſunt, quòd loquantur de propoſito ſeruandi votum virginitatis, & præcipuè Nyſſenus; nam verbum illud, *interdixi (mibi conſuetudinem viri)* plus, quàm ſimplex propoſitũ virginitatis ſonare videtur. Præterea ex eodem textu votum virginitatis in Maria colligunt communiter Theologi: D.Tho. 3.p.q.28.ar.4. Scotus in 4.diſt.30.q.2. §. *de ſecundo articulo*; Supplementum Gabr. q. 2.ar.2. poſt 6. concluſionem, & alij. (D. Thom. Scotus, Gabriel, Balduin. Iun.) Ratio autem optimè aſſignatur à Balduino Iunio in ſuis chronicis moralibus, ætate quinta mundi ſub §. *Porrò votum*, vbi dicit: *Porrò votum virginitatis ab eadem ſanctiſſimâ Virgine Deo nuncupatum fuit: cùm enim illa, de futura prole concipienda accepto nuntio, excipiat de ſui corporis integritate, dicens; Quomodò fiet iſtud, quoniam virum non cognoſco? ne illuſionem potiùs fuiſſe eam reſponſionem, quàm iuſtam exceptionem, dicere cogamur, illam de virginitate ſeruanda votum emiſiſſe, neceſſe eſt. Quid enim, Ecce concipies, ait Angelus; Virum non cognoſco, illa reſpondet? Nihil ſanè ad rem: nam poſt hæc cognoſcere potuiſſet, ac concipere in vtero: verùm opportuniſſimè ſe non cognoſcere virum excipit, quòd impoſſibile exiſtimaret, Deo ſemel deuota virginitate, ſe virum aliquando cognituram: alioquin nulla fuiſſet in ea admirandi, vel ſciſcitandi leuis ſaltem occaſio, quin promiſſis ab Angelo acquieſceret:* hæc citatus Auctor: & eadem habet Baronius in apparatu ſub num. 56. (Baronius.)

Collige, quanti Maria faciebat Virginitatem, quòd non priùs conſenſit, vt fieret Mater, quàm ei ab Angelo diceretur: *Spiritus Sanctus ſuperueniet in te, & virtus Altiſſimi obumbrabit tibi.* Lege Diuum Bernardum ſer. de Conceptione. (D.Bernard.) Diſcant verò ex hoc exemplo ſanctimoniales, & religioſi, quanti pendere debent caſtitatis votum. Sed

Petitio. Quæres, an ex alijs Scripturis virginitas Deiparæ probari poſſit.

Reſponſio. Gene. Reſpõdeo, ex multis. Et primò ex Gen. 3. *Inimicitias ponam inter te, & mulierem, inter ſemen tuum, & ſemen illius*: cùr enim non dixit, inter ſemen Adæ? Rupertus lib. 3. de Trinitate q. 19. (Rupertus.) perpendens hunc locum: *Ita*, inquit, *eſt ſemen, ſeu filius mulieris* (ſcilicet, Chriſtus) *vt non etiam ſit ſemen viri: & propterea non abſq; myſterio ab ea ſola denominationem accepit, &c.* Quarè ab ipſa mundi cõſtitutione virginitas Deiparæ fuit tacitùs celebratę. Secundò ex illo Ezech 44. num. 1. (Ezech.) *Porta hæc clauſa erit, non aperietur, & vir non tranſibit per eam, quoniam Dominus Deus Iſrael ingreſſus eſt per eam, eritq; clauſa Principi.* Pondera primò, quòd dicitur *clauſa*, hoc eſt, ante partum: *& non aperietur*, ſcilicet, in partu: & ſubditur, *quoniam Dominus Deus Iſrael ingreſſus eſt per eam*, quaſi dicat; ſicut clauſa fuit, quandò ingreſſus eſt Dominus, ita, quandò egredietur, clauſa erit: tertiò dicitur, *eritq; clauſa Principi*, ideſt, poſt partum in honore ipſius Principis ſemper erit clauſa: nullo enim modo decebat, hominem ingredi per eam portam, per quam ingreſſus, & egreſſus eſt *Rex* cæli ſine illius apertione. Et quidem multi Sancti Patres negant, prædicta verba aptari poſſe templo materiali, cùm nulla in eo eſſet porta, quæ Principi eſſet clauſa: & ſic affirmant, ſub tali metaphora Spiritum Sanctum de Virgine loqui, per quam Chriſtus ingreſſus eſt in mundum. Audiamus Auguſtinũ ſerm. 18. de tempore: (Auguſtin.) *Et quid*, inquit, *eſt, clauſa erit in æternum, niſi quòd Maria Virgo eſt ante partum, & Virgo in partu, & Virgo poſt partum?* Et item hoc Ezech. oraculum de virginitate Deiparæ intelligit Ambroſ. de inſtitutione virginum c. 7. (Ambroſ.) & alij Patres. Tertiò Iſaiæ 7. (Iſaiæ.) *Ecce Virgo concipiet, & pariet.* Incaſſum oblatrant Iudæi, dum ſua perfidia conantur labefactare hanc claram prophetiam. Et primò dicunt, non fieri mentionem de humana redemptione à Propheta, neque ante Virginis ſignum, neque poſt. (Obiectio Iudæorum.) Secundò dicũt, ſignum id ſolùm indicare, ad quod ſignificandum aſſumitur: cùm autem hoc ſignũ Virginei partus non ad humanam redemptionem, ſed ad deſtructionem duorum Regum, de quibus fit mentio initio citati capitis, ſignificandam aſſumatur, ſignificabit tantùm deſtructionem. Tertiò addunt; ſignificatum non debet prius eſſe ſuo ſigno; ſed ſignificatum huius ſigni præceſſit Virginis partum; nam illud ſignifi-

Digitized by Google

gnificatum erat uaſtatio duorum regum A prædictorum, à quorū regnorum euerſione, quæ Aſſiriorum opera ſequuta eſt, uſq; ad partum Virginis fluxerunt 740. anni; ergo, &c. Ac tandem ſubdunt, quòd nullus Virginis partum accepit, ut ſignum rememoratiuū deſtructionis illorum regū, &c.

Confutatur. Oblatrant, inquam, incaſsùm; nam prædictum locum de uirginitate Mariæ exponunt omnes græci, & latini Patres: immò & S. Matthæus ita exponit c. 1. prædictum locum, dum ait: *Hoc autem totum factū eſt, ut adimpleretur, quod dictum eſt à Domino per Prophetam dicentem: Ecce Virgo in utero habebit, & pariet filium.* Et Chryſoſt. Theophilat. Euthimius, & Irenæus lib. 4. B contra hæreſes cap. 40. & alij dicunt, illa non eſſe ſolius Euangeliſtæ uerba, ſed Angeli loquentis ad Ioſeph, & perſuadentis hanc admirabilem conceptionem Virginis.

Matth.

Chryſoſt. Theophilat. Euthimius, Irenæus.

Diluūtur rationes adductæ.

Supereſt, ut reſpondeamus ſingulis capitibus prædictæ obiectionis Iudæorum.

Ad primum, patet legentibus Prophetas, eorum morem eſſe inter bellorū enarrationes, & cladium myſteria fidei intermiſcere. Et, ut alios omittam, lege c. 16. ipſius Iſaiæ, ubi ab excidij Moabitarum deſcriptione deſcendit ſtatim ad uaticinandum de Meſſia: *Et præparabitur in miſericordia ſoliū, &c.* Huius autem ratio potiſſima eſt quia ita Spiritus Sanctus impellebat Prophetas: nec hoc erat inconueniens; nam, cùm omnes clades ab occaſione peccati prouenirent, non incongruum erat, ut, dum de effectibus peccati C ageretur, ſimul etiam de remedio peccati aliqua fieret mentio. Accedit quòd Deus, dum iraſcitur, miſericordiæ recordatur: & quia illæ deſtructiones erant effectus iuſtæ iræ Dei, opus uerò redemptionis erat ſumma miſericordia; non inconueniens erat, ut de redemptione, tamquam de præcipua miſericordia, mentio fieret, dum agebatur de effectibus iræ diuinæ.

Iſa.

Ad ſecundum, dico, Virginis partum eſſe ſignum principale ad ſignificandam D liberationem humani generis à dæmoniaca ſeruitute; hæc enim erat maioris momenti, quam liberatio tribus Iudæ, & Beniamin: nec hoc eſt nouum in Scripturis, ut ſigna, quæ aliquod temporale indicabant, implicitè aliud ſpirituale ſignificarent.

Ad tertium, reſpondeo ex ſupradictis, ſignum debere præcedere ſuum principale ſignificatum, non eſſe uerò neceſſarium, ut præcedat ſignificatum ſecundarium: cùm ergo Virginis partus fuerit ſignum principaliter ad ſignificandam liberationem humani generis, fuerit uerò ſignum ſecundariò ad ſignificandam deſtructionem illorum duorum regum, non fuit neceſſe, ut illa deſtructio ſubſequeretur partum Virginis: unde huius fuit ſignū rememoratiuum. Et quòd etiam ſignum aliquandò ſit poſterius re, cuius eſt ſignum, patet ex illo Exod. 3. *Ego ero tecum; hoc habebis ſignum.* Septuaginta legunt: *Etiam hoc tibi ſignum, ut educas tu populum meum ex Aegypto:* quem locum explicat Leonardus Marius diuerſimodè; ſed ultimò exponit de ſigno poſteriori ſuo ſignificato, ut ſenſus ſit: noli timere, Moyſes, aut ſignum petere: Ecce enim ego tecum ſum; & quod dixi, uerè fiet, ipſeq; rei euentus tibi certum tuæ miſsionis ſignum ſit.

Exod. Septuaginta.

Leonard. Marius.

Alia obiectio.

Obijciunt etiam Iudæi, quòd dictio עלמה gnalma non ſignificat Virginem, ſed corruptam, & per conſequens non poteſt de Virgine intelligi prædictum uaticinium.

Reſponſio.

Reſpondeo, hoc falſum eſſe, ut liquet ex peritis hebraica lingua; nam uerbum עלם gnalam ſignificat latere, ex quo ſequitur, quòd עלמה gnalma non ſolùm ſignificet Virginem, ſed etiam latentem, abſconditam, ſeù occultam, ideſt, incognitam uiro. Vide Lexicon hebraicum Valentini Schindleri in littera ע, ubi in explicatione radicis עלם inter alia hæc habet: *Ecce* הָעַלְמָה *Virgo grauida eſt.* Plura uideri poſſunt apud Vaſq. in 3. p. to. 2. diſp. 121. cap. 2. pro defenſione huius nominis עלמה gnalma, ſignificantis Virginem. Septuaginta etiam uerterunt *ἡ παρθένος*. Vide Caniſium lib. 2. de Beata Virgine c. 6. & Blaſium Viegam in Apocal. c. 12. cōm. 3. ſect. 14. qui contra Iudæos eruditè exponunt prædictum Iſaiæ textum.

Valentinus Schindlerus.

Vaſquez. Septuag. Caniſius. Blaſ. Viega.

Cantic.

Quartò Cantic. 4. *Hortus concluſus ſoror mea ſponſa, hortus concluſus, fons ſignatus.* Dicitur hortus propter fœcunditatem, quia in horto ſemper aliquid oritur: concluſus propter illibatam uirginitatem: bis dicitur concluſus, quia, & concipiendo, & pariendo, intemerata ſemper Virgo remanſit: ſimiliter & fons ob fœcunditatem; ex utero enim Mariæ, tamquam ex fonte, aqua uitalis manauit: ſignatus ſigillo Spiritus Sancti, iuxta Rupertum; de quo dictum eſt ab Angelo: *Spiritus Sanctus ſuperueniet in te:* &, *Quod enim in ea natum eſt, de Spiritu Sancto eſt.* Signatus ſigillo ſponſi, ſcilicet, agni immaculati; ſignum autem uirginitas: *Signatum*, inquit Guilhelmus, *ſigillo uirginitatis perpetuæ, habentem imaginem ſponſi cæleſtis ex impreſſione annuli eius, de quo ſancta quadam anima: annulo*, dice-

Rupertus.

Guilhelm.

dicebat, ſuo ſubarrauit me Dominus meus Ieſus Chriſtus. Et hunc locum de Beatæ Mariæ virginitate intelligunt communiter Patres: vide Hieronymum lib. 1. contra Iouinianum, & lib. contra Heluidium; Epiphanium ſerm. de laudibus Deiparæ; Petrum Chryſolog. ſer. 145.

Hieron. Epiphan. Pet. Chryſol.

Quintò virginitatis Marianæ fuit figura illa virga Aaron, de qua Num. 17. Placet referre verba Ildephonſi ſerm. 6. de Aſſumptione: *Virga Aaron ſacra eſt Virgo Maria, quæ neque ſata, neque radicata ſine vllo cultore, tertio die, hoc eſt, tertio ſeculi tempore, Sancto Spiritu eſt fœcundata, nobisq; Deum, & hominem genuit Chriſtum, cuius vtraque ſubſtantia benè per amygdalam eſt figurata: amygdala namq; ex carne, oſſe, & nucleo conſtat; ſic Deus, & homo in vna perſona eſt Ieſus Chriſtus: & in amygdala quidèm caro exterior amariſſima eſt; nucleus verò interior veſcentes grata dulcedine reficit: ſic & Chriſtus per humanitatem paſſionis amaritudinem ſenſit, per diuinitatem impaſſibilis manſit*. Alij etiam Patres ſentiunt, per eandem virgam Aaron ſignificatam eſſe Mariç virginitatem: lege Diuum Auguſtinum ſer. 3. de aduentu, Cyrillum Hieroſolymitanũ catacheſi 18. Bernard. homil. 2. ſuper *Miſſus eſt*, &c.

Numer. Ildephonſ. — Auguſt. Cyrill. Hieroſol. Bernard.

Alia queſtio.

Quæres ſecundò, vtrum de fide ſit, Deiparam fuiſſe Virginem ante partum, in partu, & poſt partum.

Reſponſio. Deipara Virgo ante partum, in partu, & poſt partum: eſt de fide. Concil. Lateran.

Reſpondeo affirmatiuè: ita habetur in Concilio Lateranenſi conſult. 1. can. 3. his verbis: *Si quis ſecundùm Sanctos Patres nõ confitetur, propriè, & ſecundùm veritatem Dei genitricem Sanctam, ſemperq; Virginem, & immaculatam Mariam ipſum Deum Verbum ſpecialiter, & veraciter, qui à Deo Patre ante omnia ſæcula natus eſt, in vltimis ſæculorum abſque ſemine concepiſſe ex Spiritu Sancto, & incorruptibiliter eam genuiſſe, indiſſolubili permanente & poſt partum eiuſdem virginitate, condemnatus ſit*. Eadem veritas definita eſt in Concilio 5. Conſtantinopolit. generali conſult. 8. can. 6. quæ eſt in 7. Synodo act. 3. & in alijs Concilijs, ac vltimò in Tridentino ſeſſ. 6. in decreto de peccato originali in fine, & in ſeſſ. 6. can. 23. & in ſymbolo fidei in illo articulo: *Qui conceptus eſt de Spiritu Sancto, natus ex Maria Virgine*: & colligitur etiam ex Scripturis citatis, & præcipuè ex verbis ipſius Deiparæ: *Quomodò fiet iſtud*, &c.

Concil. Cõſtantinop. Tridentin.

✠

QVAESTIO XXVIII.

Quo tempore Deipara votum virginitatis emiſit.

DICO primò, Deiparam voto nuncupato virginitatem Deo dicaſſe ante Filij ſui cõceptionem. Ita D. Thom. 3. p. q. 38. ar. 4 ad primum. Colligitur ex capite *ſufficit*, &c. & *Beata Mater* 27. q. 2. Sequitur Suar. t. 2. in 3. p. diſp. 6. ſect. 4. Et Baronius in apparatu ſub nu. 58. hæc habet: *His viſis, haud putamus, à veritatis via quẽpiam aberrare, ſi dixerit, ſanctiſſimam Virginem, antequam fuerit deſponſata Ioſeph, parentibus ſcientibus, nec diſſentientibus, votum virginitatis nuncupaſſe; conceperant namq; illi maximam de puella ſanctitate expectationem*. In reuelationibus etiã S. Brigittæ c. 25. illi hæc reuelata fuiſſe referuntur: *Pro certiſſimo ſcire debes, quòd Ioſeph, antequàm deſponſauit me, intellexerit in Spiritu Sancto, me vouiſſe virginitatẽ meo Deo, immaculatamq; eſſe cogitatione, verbo, & opere; qui ea intentione deſponſauit me, vt ſeruiret mihi, habendo me pro Domina ſua, & non pro vxore: Ego autem in Spiritu Sancto ſciui certiſſimè, quòd virginitas mea perpetuò permaneret illæſa*.

B. M. votum virginitatis emiſit ante Filij conceptionem. D. Thom. — Suar. Baronius. — Reuel. S. Brigittæ.

Dico ſecundò, probabiliſſimum eſſe, B. V. à primo conceptionis momento, quo vſu rationis fuit irradiata, innumeris gratijs illuſtrata, virtutibusq; infuſis decorata, voto virginitatẽ Deo dicaſſe. Fauet huic noſtræ concluſioni Barrad. to. 2. concord. lib. 6. c. 3. ad finem, quem ſequitur Petrus Morales in c. 1. Matth. lib. 2. tract. 6. n. 12.

B. V. votum virginitatis à primo Cõceptionis momento nuncupaſſe, probabiliſſimũ. Barradius. Petr. Moral.

Probatur primò, quia perfectè cognouit tùnc, tale votum Deo gratiſſimũ eſſe; ergo gratiſſima Virgo, in ſignum etiã gratitudinis ob innumera beneficia, & gratias à Deo receptas, emiſit tale votũ. Secundò Beatiſſima Virgo perfectiſſimè tùnc amauit Deum: ſed amantium idem velle, & idẽ nolle eſt; ergo voluntati Dei volũtas Virginis erat in omnibus conformis: ſed voluntas Dei eſt, vt ſimus eminẽter perfecti, iuxta illud: *Eſtote perfecti, ſicut Pater veſter perfectus eſt*: ergo Virgo tùnc cognouit, eſſe magis meritoriũ ſeruare virginitatem ex voto, quàm ſine illo; ergo & vt ſe conformaret modo perfectiſſimo diuino beneplacito, & vt magis mereretur, emiſit tale votũ. Confirmatur: Virgo tunc cognouit, tale votum redundare in honorem Filij; ergo. Probatur tertiò: Virgo extùnc fuit Regina Angelorum, & Anteſignana omniũ virginum: ergo non fuit illis inferior in puritate; ergo, ſicut Angeli ſunt puriſſimi,

&

Digitized by Google

& puritate inflexibiliter adhærent, ita conueniens erat, vt eorum Regina, ſtatim atque extitit in mundo, firmiſſimo virginitatis voto ſe Deo obſtringeret, vt ſic ipſa purior Angelis, & perfectior in puritatis candore eſſet. Probatur quartò efficaciùs: decens erat, vt Virgo ea puritate niteret, qua maior ſub Deo nequit intelligi, vt docet D. Anſelmus de conceptione Virginis c. 18. quæ propoſitio magno veritatis applauſu cõmuniter ab omnibus admittitur: ſed maior puritas apparet in Virgine, ſi dicamus, eam à primò conceptionis momento emiſiſſe virginitatis votum; ergo, &c. Minor probatur, nã puritas intenditur per receſſum à contrario, vt docet D. Thomas in 1. diſt. 44. ſed per votum virginitatis magis, quàm per ſimplex propoſitum, receditur ab omni actu, & affectu contrario puritati virginali, quia maior affectus erga puritatem deducitur ex voto nuncupato virginitatis, quàm ex ſimplici propoſito; nam votum eſt veluti quædam moralis impotentia ad maritalem copulam, propoſitum autem non ſic impedit: poteſt enim, qui propoſuit ſeruare virginitatem, adhùc vxorem ducere, & matrimonium ſine peccato conſummare; ergo, &c. Confirmatur, quia puritas etiam intenditur per acceſſum, vt docet Albertus Magnus apud ſanctum Antoninum 4. p. tit. 15. c. 20. §. 7. &, ſicut puritas in corporibus dicitur per acceſſum ad ſummè purum, nimirum, ad lucem; vndè aer purior eſt aqua, ignis purior aere; ita per quandam analogiam puritas ſpiritualis dicitur in ordine ad lucem ſpiritualem increatam, quæ eſt Deus: quo poſito, ſic argumentor. Si dicamus, Mariam per votum à primo cõceptionis momento dicaſſe Deo virginitatem, conſequenter affirmamus aliquem maiorem puritatis gradũ in ea; ergo, &c. Antecedens probatur, nam per votum Virgo accedit magis ad Deum, quia votum, vt ſuppono, eſt actus virtutis religionis, quæ licèt non reſpiciat Deum, tamquam immediatum obiectum, ſicut theologicæ virtutes, quia religionis affectus, qui eſt eius actus internus, nunquàm ita Deum attingit, quin mediet aliqua alia actio hominis, qua Deo cultum, aut reuerentiam exhibet; tamen alio modo dici poteſt, quòd Deus ſit obiectum proximũ virtutis religionis, quia religio ex vi affectus, qui ab illa manat, & quaſi eadem tendentia, qua verſatur circa aliquam operationem, attingit etiam Deum, quia non in illa ſiſtit, ſed per illam accedit ad Deum, vt patet ex hoc, vel alio ſimili loquendi modo; volo honorare Deum.

D. Anſel.

D. Thom.

Albertus Magnus.

A Quarè rectè ait Suar. tom. 1. de religione lib. 1. c. 3. nu. 6. quòd ob prædictam rationem meritò dicitur Deus ſub proximo religionis obiecto contineri, poſſetq. non incommodè dici, Deum eſſe obiectũ proximum religionis, ſed indirectum. Si ergo dicamus, à primo conceptionis momento Mariam hunc actum produxiſſe; volo Deum per votũ virginitatis honorare, ſimul illam ad Deũ puritatis fontem magis acceſſiſſe, affirmamus, & cõſequenter eam puriorẽ fuiſſe prædicamus; vndè ſic ſaluatur dictũ Anſelmi: *Decens erat, vt Virgo ea puritate niteret, qua maior ſub Deo, &c.* Sed

Suar.

Obijcies ex Vaſq. in 3. p. to. 2. diſp. 124. c. 4. ſub num. 81. non potuiſſe Virginem B primò inſtanti, ſeù momento, quo rationis vſus ei illuxit, virginitatem voto nuncupato Deo dicare, quia tùnc omnia virtutum opera occurrere cogitationi non poſſunt, vt de illis omnibus ſimùl homo conſultare poſſit. Quarè concludes cum eodem Vaſquez, maturiori ætate Mariam de virginitate cogitaſſe, & de illa deliberaſſe. (Admittit verò Vaſq. Virginẽ, ſtatim atque cogitauit, votum virginitatis gratiſſimum Deo ſacrificiũ eſſe, illud emiſiſſe)

Obiectio ex Vaſquez.

Reſpondeo, quòd, ſicut ex ſpeciali miraculo illuxit Mariæ à primo conceptionis momento rationis vſus, vt ſupra diximus cap. de Conceptione quæſt. 17. ita veriſimile eſt, tùnc diuinitùs eam illuſtratam C fuiſſe, & cognouiſſe actus omnium virtutum, & præcipuè quàm Deo ſit grata virginitas voto dicata (quod clariùs patebit, cùm de ſcientia infuſa Virgini tom. 2. agemus) & idcircò eam Deo ſtatim conſecraſſe. Et ſanè, ſi in inſtanti ex auxilio gratiæ poteſt peccator ſic illuſtrari, ut ſtatim eliciat actum contritionis, ut communiter admittunt Theologi; cùr Beata Virgo non potuit ſic illuſtrari radij gratiæ, & dono ſcientiarum infuſarũ à primo uſus rationis momento, ut etiam abſque conſultatione cognoſceret, gratiſſimum eſſe Deo virginitatis votum, illudq; ſtatim emitteret? Itaq; duo inſtãtia D rationis tùnc poſſumus in eodem momento temporis aſſignare: primum, in quo Virgo cognouit virginitatem Deo gratiſſimam; ſecundum verò, in quo emiſit votum. Maximè autem conueniens fuit, vt Virgo eſſet ſic ab inſtanti Deo per virginitatem cõſecrata; ſic enim altiori modo dicere poterat: *Dilectus meus mihi, & ego illi, qui paſcitur inter lilia, donec aſpiret dies,* ideſt, ſicut ille me à primo conceptionis momento præuenit tot gratijs, & me unicè dilexit; ita ego illi me totam dicaui per virginitatis votum, ſciens, quantum ille delitiaretur in lilijs puritatis.

Reſponſio.

Cantic.

Digitized by Google

QVAESTIO XXIX.

Cur, ſi Beata Virgo optimè ſciebat, Meſſiam naſciturũ ex Virgine, vt oracula Prophetarum prædixerant, interrogat, *Quomodò fiet iſtud, quoniam virum non cognoſco?*

Beda. BEDA in caput 1. Lucæ explicans hæc verba, prolata à Virgine; *Quomodò fiet iſtud?* hæc habet: *Propoſitum ſuæ mentis reuerenter expoſuit, vitam, videlicet, virginalem ſe ducere decreuiſſe, quæ, quia prima fœminarum tantæ ſe virtuti mancipare curauit, iure ſingulari præ cæteris fœminis beatitate meruit excellere. Quomodò, inquit, fiet iſtud? non ait, vndè hoc ſciam? ſ. d. quomodò fiet, inquit, quoniã virum non cognoſco? ordinem, videlicet, obſequij, cui ſubdatur, inquirens, non autem ſignum, cui credat, flagitans; neque enim decebat, electam generando Deo Virginem dubiam diffidentia, ſed prudentia cautam exiſtere, quia nec facilè poterat homo noſſe myſterium, quod in Deo manebat à ſæculis abſconditum. Quia ergo legerat: Ecce Virgo in vtero habebit, & pariet filium, ſed quomodo id fieri poſſet, non legerat, meritò credula ijs, quæ legerat, ſciſcitatur ab Angelo, quod in Propheta non inuenit.* Hæc Beda.

Vaſq. Vaſquez verò tom. 2. in 3. partem diſp. 124. c. 4. ſub num. 64. huic difficultati reſpondet, quòd, *quamuis Beata Maria, vtpotè in Scriptura Dei optimè verſata, noſſet, Virginem opera Spiritus Sancti concepturam Meſſiam; tamen ex Annunciatione Angeli nondum plenè nouerat, ſibi Meſſiæ conceptionem annunciari, quia tantùm dixerat ei Angelus, quòd paritura eſſet filium,* D *qui vocaretur Ieſus, & filius Altiſſimi, & obtineret ſedem Dauid Patris ſui in æternum: per hoc autem nondum plenè intellexerat, hunc futurum Meſſiam, qui populum Iſrael redempturus eſſet à peccatis ipſius, ſicut de Meſſia prædictum erat, & ipſa rectè nouerat; &, vt erat humilis, non ſuſpicabatur, annunciationem ſibi factam de Meſſia eſſe. Poſtea verò quam ipſa dixit; Quomodò fiet iſtud? de toto myſterio Incarnationis diſtinctè, & apertè ab Angelo fuit instructa.* Hæc Vaſquez.

Reijcitur. Sed non placet admittere, Beatam Virginem non perfectè intellexiſſe ex nomine A Ieſu, quod ipſa imponere debebat filio, quem conceptura, & paritura erat, ipſum futurum eſſe verum Meſſiam, qui ad mundum redimendum veniebat; quod etiam magis apertè intelligere potuit ex illis verbis: *Filius Altiſſimi vocabitur*; vt colligi ex prædictis verbis, fusè ſupra declarauimus. Adde quòd, ſi Beata Virgo ſciebat optimè Prophetarum omnium vaticinia, dum ab Angelo dictum fuit: *Dabit illi Dominus Deus ſedem Dauid patris eius, & regnabit in domo Iacob*; optimè animaduertere potuit, quòd hic erat ille Meſſias, quem Deus promiſerat Dauidi illis verbis: B *De fructu ventris tui ponam ſuper ſedem tuam.* Quarè. Pſal. 131.

Dico primò, quòd Virgo optimè intellexit, Filium, quem ipſa conceptura, & paritura erat, vt Angelus paulò antè annuntiarat, eſſe verum Meſſiam, & inſuper quòd ipſa, ſeruata virginitate, illius Mater futura erat; quod ſic probo. Ex oraculis Prophetarum nouerat Maria, quòd Virgo conceptura, & paritura erat Meſſiam, vt teſtatur Ambroſius lib. 2. in Lucã, vbi apertè affirmat, quòd Virgo legerat verba illa Iſaiæ: *Ecce Virgo concipiet, & pariet filium.* Rurſus, vt vidimus, ex annunciatione angelica colligere potuit, verum eſſe Meſſiam illum, quem ipſa con- C ceptura, & paritura erat, quia & futurus erat magnus, & Ieſus nomine, ac filius Altiſſimi vocandus, ac ſimul etiam erat & regnaturus, &c. ergo deducere ſatis euidenter potuit, ſeruata virginitate, Filium Dei ex ſe ipſa eſſe naſciturum. Prima Cõcl. Ambroſ.

Dico ſecundò, quòd, licèt hoc ſciret, adhùc tamen interrogauit de modo: *Quomodò fiet iſtud, quoniam virum non cognoſco?* vel quia, vt vidimus ex Beda, hunc modum in Prophetis non legerat, vel quia, (quod mihi magis placet) expediens erat, vt ex tali interrogatione clariùs innoteſceret fidelibus, virginitate ſeruata, Filiũ Dei ex ea eſſe naſciturum; de hac enim virginitate nondum vllam mentionem in præmiſſis fecerat Angelus. Fauet nobis Chryſoſtomus à Viſitatione de verbis Dominæ cap. 9. in fine, vbi hæc habet: *Tum etiam quia, ſicut iam loco citato diximus, non omnis interrogatio eſt propter aubitationem; quis enim ſanæ mentis dicat, Chriſtum Dominum de facto, aut modo dubitaſſe, quandò Philippum interrogauit, vndè emendi eſſent panes, vt ipſum ſequentes manducarent, præſertim cùm ipſe Euangeliſta dicat: Ipſe enim ſciebat quid eſſet facturus? Pari ergo ratione, cum Maria interrogauit, quomodò fiet iſtud? neque de facto, neque de modo dubitauit, ſed ſolùm ad noſtram inſtructionem quæſiuit.* Ita cit. Author. Vide Alber- Sec Concl. Chryſoſt. à Viſitatione.

Albertus Magn. Suar.

Albertum Magnum ſuper *Miſſus eſt*, cap. 149. Suffragatur etiam Suar. tom. 2. in 3. p. diſput. 6. ſect. 2. ſub §. *Alij dicunt*, vbi ait: *Vel tandem dici poteſt, licèt Virgo priuatim myſterium intelligeret, ſe tamen geſſiſſe, ac ſi id neſciret, tum vt ipſa ſuum immobile propoſitum oſtenderet, tum vt Angelus ſuæ conceptionis modum diuina authoritate teſtaretur.*

Queſtio ſuborta.

Quæres, cùr Angelus de virginitate Mariæ non fecit mentionem, quandò dixit: *Ecce concipies, & paries*: videtur enim, quòd dicere debuerat: *Ecce* Virgo *concipies, & paries*.

Pri. Reſponſ.

Reſpondeo primò, quòd virginitas Mariæ erat adeò ſublimis, & ſupra angelicam puritatem excellens, vt ob eius maiorem reuerentiam ex ordinatione Sancti Spiritus nihil de ea egerit Angelus, vt ipſi Mariæ, tanquam nobiliori teſtimonio, manifeſtanda reſeruaretur per illa verba: *Quomodò fiet iſtud, quoniam virum non cognoſco? &c.*

Sec. Reſponſ.

Reſpondeo ſecundò, quòd Angeli non cognoſcunt cogitationes cordis, ſcilicet, actus hominis internos, niſi diuinitùs eis reuelentur. Quare, vt non ſolùm externa, ſed interna etiam Mariæ virginitas efficaciùs ad fidem gignendam manifeſtaretur; ſpectato ſolo naturali ordine, magis idoneum fuit hoc Mariæ teſtimonium: *Quomodò fiet iſtud, quoniam virum non cognoſco?* quàm angelicum. Angelus verò etiã comprobauit, Virginem Deiparam futurã illibatam in concipiendò, & pariendo Filium Dei, dum dixit: *Spiritus Sanctus ſuperueniet in te, & virtus Altiſsimi obumbrabit tibi*: dico, comprobauit; nam primò Maria ſuam virginitatem propalauit, vt diximus nuper, & decens erat, deindè angelico accedente teſtimonio, fuit adhuc comprobata.

B. V. affectũ quodãmodò infinitum habuit erga virginitatẽ.

Collige, Mariam habuiſſe affectum quodammodò infinitum erga virginitatem: dum enim illi offerebatur dignitas Matris Dei, quæ aliquo modo eſt infinita, noluit hanc dignitatem acceptare, niſi pacto ſeruandæ intactę virginitatis intercedente: *Quomodò fiet iſtud, quoniam virum non cognoſco?*

✠

A

QVAESTIO XXX.

Vtrùm Deipara fuerit prima, quæ virginitatem ſeruauerit, & vouerit.

DICO primò, Deiparam non fuiſſe primam in ſeruanda virginitate. Patet, nam antiquitùs erant virgines veſtales, & ab Eſſenis virginitas ſeruabatur:
B & prætereà fuiſſe alios virgines, vt tres pueros, qui poſteà è fornace Babilonis illæſi prodierunt, Eliamq; & Eliſæum virginitatem coluiſſe, referunt grauiſſimi Auctores: vide D. Hieronymum lib. 1. contra Iouinianum poſt num. 30. Ioſephum de bello Iudaico lib. 2. c. 7. & lib. 18. antiquitatum c. 1. & Plinium lib. 5. hiſtoriæ naturalis c. 15. vndè Baron. in ſuo apparatu notat, virginitatem fuiſſe ſemper in magno honore.

Nonnulli ex antiquis virginitatis cultores. D. Hieron. Ioſeph, Plinius, Baronius.

Colligitur etiam ex ſacris paginis, aliquas puellas fuiſſe virgines: Iudicum 1. *Hoc ſolùm mihi præſta, quod deprecor, dimitte me, vt duobus menſibus circumeam montes, & plangam virginitatem meam.*
C Mariam etiam ſororem Moyſis fuiſſe virginem, teſtatur Ambroſius lib. 1. de virginibus in principio: & confirmant alij Patres, licèt alij negent ex Ioſepho lib. 3. antiquitatum c. 2. Vide Vaſquez to. 2. in 3. p. in q. 28. ar. 4. c. 5. diſp. 124. nu. 89. vbi ſequitur Baronium negantem, dictam Mariam Moyſis ſororem ſeruaſſe virginitatem.

Iudic. Ambroſ. Vaſquez.

Dico ſecundò, Deiparam fuiſſe primã, ſaltèm in affectu eminenti erga virginitatem, quæ ſe Deo voto virginitatis conſecrauit. Suffragantur multi Patres, quorũ aliqui ſatis apertè indicant, neminem ante ipſam Deiparam voto virginitatis ſe Deo dicaſſe. Rupertus explicans illud Cant. 3. *Quæ eſt iſta, quæ aſcendit per deſertum? Maria*, inquit, *Princeps per hoc deſertum aſcendit, quia ad ſingularem inter fœminas excellentiam excreuit, quæ prima omnium omnipotenti Deo immaculati corporis, & cordis ſacrificium ſtuduit offerre*. D. Ambroſius de inſtitutione virginum c. 5. *Egregia Maria, quæ ſignum ſacræ virginitatis extulit, & intemeratæ integritatis pium Chriſti vexillum leuauit; & omnes ad cultum virginitatis ſanctæ Mariæ aduocantur exemplo*. Beda in illud Lucæ 1. *Dixit autẽ Maria ad Angelum*, ait: *Quia prima fœminarum tantæ ſe virtuti (ſcilicet virginitati) mancipari curauit, iure ſingulari præ cæteris*

B. V. prima virginitatis votũ ſaltèm in affectu eminenti erga illam emiſit. Rupert. Ambroſ. Beda.

Digitized by Google

A *cæteris fœminis beatitate meruit excellere:* verbum illud, *mancipari*, vt notat Vaſquez citatus, ſeruitutem, ac proindè obligationem voti indicat. Alios citat idem Vaſquez, & præter eos Albertus Magnus ſuper *Miſſus eſt*, c. 82. apud S. Antoninũ 4.p.tit.15. c.20. §.10. *Beata Virgo*, inquit, *eſt mater omnium in virginitate, quia prima ſine præcepto, ſine conſilio, ſine exemplo, glorioſum virginitatis munus Deo obtulit; & per votum virginitatis ab ea emiſſum opprobrium virginitatis abſtulit, quia maledicta in lege dicebatur ſterilis; & eam in ſe conſecrauit, & ſic omnes virgines per imitationem ſui genuit:* ita apud S. Antoninum. Hùc reſpiciunt alij, Deiparæ tribuentes principatum virginitatis. Sic Epiphan. hæreſi 78. nominans eam *virginitatis coronam:* ita Cyrillus Alexandrinus hom. 6. contra Neſtorium; Chryſolog. ſer. 143. dicens, *Reginam* eam extitiſſe *totius caſtitatis, quia virginitatis decus, & matris pertulit dignitatem*. Si plura exigis, à Bonauentura in Litanijs *Virginum ſignifera* nuncupatur Maria, & in ſpeculo c.2. *Primitiua virginum*, à D. Bernardo ſerm. *Signum magnum*, *Virginitatis primiceria*, & in tract. de paſſione Domini c. 31. *Virginum primiceria*. Fauet etiam Suar. in 3.p. tom.2. diſp.6. ſect.3. qui tamen, quò ad ordinem temporis, putat, rem eſſe incertam, quia, cùm conſtet, à multis virginitatem C fuiſſe ſeruatam, non poteſt ſciri, an ex voto obſeruarint. Fatetur verò, ex Scriptura non poſſe colligi, aliquem ante Deiparam votum virginitatis emiſiſſe, atque idcircò ipſam, aſſerit, fuiſſe veluti Ductricem, & Magiſtram huius voti. Porrò, licèt noſtra concluſio expreſsè non habeatur in Scripturis, in illis tamen ſatis innuitur, & præcipuè Pſal. 44. *Adducentur Regi virgines poſt eam;* quæ verba explicans Bernard. ſerm. *Signum magnum*, addit: *Nam primatum ſola vendicat ſibi.* Hoc etiã innuitur Cant. 2. *Vox turturis audita eſt in terra noſtra*. Nuſquàm anteà audita fuit hæc vox: *Quomodo fiet iſtud, quoniam virum non cognoſco?* hoc eſt, virginitatem D voui. Ita Ludouicus à Ponte in Cant. exhort.25. §.4. tom.1. Et Cant.4. *Hortus concluſus, hortus concluſus, emiſſiones tuæ paradiſus malorum punicorum. Hortus concluſus,* ideſt, virginitate illibata, *hortus concluſus,* virginitate Deo dicata: *emiſſiones tuæ paradiſus*, quia eius exemplo tot adoleſcentuli, totq; puellæ virginitatem Deo dicare didicerũt. Egregiè virginitas paradiſi nomine indicatur: vt enim D. Ambroſius de inſtitutione virginum c. 17. *Inceſſabiles Deo gratiæ ſunt agendæ, quia in virginibus ſacris Angelorum vitam videmus in terris,*

Vaſquez.

Alber. Magn. apud S. Antonin.

Epiphan. Cyrill. Alex. Chryſol. Antonomaſtica de Deipara Virgine.

D. Bonau.

D. Bernard.

Suar.

Pſal.

Cantic.

Ludouic. à Ponte.

D. Ambroſ.

A *quam in paradiſo quondam amiſeramus:* & Chryſoſtomus lib. de virginitate c. 12. *Vides ne*, inquit, *virginitatis præſtantiam, quomodò terrarum incolas ſic efficiat, vt eiſdem illis, quibus Cælites, muneribus perfungantur, & qui corpore veſtiti ſunt, eos incorporeis mentibus exæquet, & homines ipſos æmulos ſtudij efficiat Angelorum?* Per mala punica etiam virgines intelliguntur; nam, ſicut mala punica intus ſunt plena granis candidis, & rubicundis, dulcibus, & ſuauibus; ſed ſubaſpero, amaro, atque duro cortice contecta; ita virgines intus dulcedinem, voluptatem, & hilaritatem cæleſtem, atque ruborem charitatis retinent, licèt foris mortificationis amaritu- B dinem demonſtrent, & diligenti, ac, vt ita loquar, rigida cuſtodia ſenſus omnes contineant.

Chryſoſt.

Dixi, ſaltèm in affectu eminenti erga Virginitatem, quia, vt aduertit Suarez citatus, cùm conſtet, plures viros, & fœminas ante Deiparam Virginitatem ſeruaſſe, vndè nobis conſtare poterit, nullum eorum virginitatis votum emiſiſſe? Quarè, licèt multi, quos citauimus, & referunt Vaſquez tom.2. in 3. par. diſput. 124. & Suar. loc. cit. doceant, Virginem quoad ordinem temporis primam fuiſſe, quæ ſe Deo per votum virginitatis ſacrauerit, tamen, cùm de hoc, vt dixi, nihil certi conſtet, ſolùm videri poterit alicui C probabile propter auctoritatem aliquorũ DD. & propter illam coniecturam, quam affert Suarius ex D. Thom. ſcilicet, quòd, cùm votum virginitatis ad ſtatum perfectionis pertineat, decuit, vt in lege gratiæ haberet initium in Chriſto, & Matre eius. Quàm verò eminens fuerit in Deipara Virginitatis affectus, collegimus ſupra q. 29. & quàm pura eluxerit virginitas in eadem Deipara, explicat Reuerendiſſ. P. Nicolaus Riccardus inter eximios noſtræ huius ætatis concionatores celeberrimus ſerm. 11. ſuper Litanias, ſubtiliſſimè perpendens ſententiam illam D. Ambroſij lib. 2. de Virginibus: *Sit vobis, tamquam in imagine deſcripta Virginitas, vitaq; Beatæ Ma-* D *riæ, de qua, velut in ſpeculo, refulget ſpecies caſtitatis, & forma virtutis.*

Nicol. Riccardus.

QVAE-

QVAESTIO XXXI.

Cùr Angelus dicat Virgini: *Spiritus Sanctus ſuperueniet in te, & virtus Altiſsimi obumbrabit tibi.*

Prima expoſitio.

DICO primo, hæc à cæleſti nuntio dicta fuiſſe, vt intelligeretur, Virginem, ſalua virginitate, concepturam, & parituram Dei Filium. Colligitur apertè ex interrogatione ipſius Virginis præmiſſa: *Quomodò fiet iſtud?* Per hæc enim Angelus reſpondet dictæ interrogationi.

Beda.

Vndè Beda exponens hunc locum ait: *Non virili, quod non cognoſcis, ſemine, ſed Spiritus Sancti, quo impleris, opere concipies: erit in te conceptio, libido non erit; concupiſcentiæ non erit æſtus, vbi vmbram faciet Spiritus Sanctus.* Hæc Beda. Ly *obumbrabit* explicant ſic multi, ideſt, viri opus, ac vices compenſabit: vide Salazarum in c. 8. Prou. num. 119. & Prou. 30. num. 56. vbi ait: *Obumbrabit tibi, perindè fuit, ac ſi diceret; ipſe Spiritus teget te, & ſine viri opera, viri, ſeu ſponſi vices compenſabit, fæcundans vterum ſine ſemine, ac grauidam te Filio Dei efficiens.* Hæc Salazar. qui & immediatè elicit ingens encomium ſancti Ioſeph, ſcilicet, quòd ſterilitas ſancti Ioſeph facta fuerit fæcunda Spiritu Sãcto, qui, inſtar fratris Ioſeph mortui per virginitatis votum, ſuſcitauit illi prolem. Sed

Salazar.

Obiectio.

Obijcies: ſi Spiritus Sanctus viri opus, ac vices compenſauit; ergo Chriſtus dici poterit Filius Spiritus Sancti, quod nullo modo eſt admittendum.

Confutatur.

Reſpondeo, quòd Chriſtus non poteſt ſimpliciter dici Filius Spiritus Sancti, quia hoc loquendi modo ſignificatur, Chriſtum eſſe Filium Spiritus Sancti ratione humanæ generationis, quod eſt falſum. Dicitur ergo, quòd Spiritus Sanctus compenſauerit vices viri, quatenùs ſolùm fæcundauit vterum Virgineum diuina virtute, & non habuit ſe Spiritus Sanctus, vt pater generans, ſed vt creator, & auctor ſupernaturalis, vt benè notat Suar. to. 1. in 3. p. diſp. 49. ſect. 1.

Suar.

Sec. expoſitio, ad Virginis laudẽ eximiè conſerens.

Dico ſecundò, per ea verba: *Spiritus Sanctus ſuperueniet in te*, innui, tantum diuinitatis communicatum fuiſſe Virgini, vt neceſſarium fuerit vmbraculum, ſeù velamen Spiritus Sancti, tum vt ipſa ſuſtinere poſſet (Fauet Beda, cuius verba concluſ. 5. huius quæſtionis afferam) cùm etiam ne, vt ſupremum numen, adoraretur; niſi enim hoc Spiritus Sancti vmbraculum interceſſiſſet, ſcilicet, velamen fidei, ſanctus Dionyſius eam, vt Deum adoraſſet.

Beda.

Expoſitio tertia.

Dico ſecundò, prædicta verba: *Spiritus Sanctus ſuperueniet in te*, indicare, Virginem adeò iam ante plenã fuiſſe Spiritu Sancto, vt Ille nõ niſi ſuperuenire poſſet. Vndè Iacobus Valentia ſuper *Magnificat*: *Per primum*, inquit, *quod dicitur, ſcilicet, Spiritus Sanctus ſuperueniet in te, denotat, quòd Spiritus Sanctus iam ante venerat; nam ſuperuenire ſupponit ante venire, per quod denotatur, quòd Spiritus Sanctus iam venerat in Mariam in inſtanti ſuæ creationis, & animationis, quia illa ſanctiſſima anima ſimul fuit creata, & ſanctificata, & corpori infuſa.* Et S. Athanaſius rationem reddens, cùr Virgo Deipara ab Angelo gratia plena nominetur, ait: *Ita quoque Spiritus Sanctus deſcendit in Virginem cum omnibus ſuis eſſentialibus virtutibus, quæ illi per rationem principatus diuini adſunt, imbuens eam in gratia, vt in omnibus gratioſa eſſet, atque idcircò gratia plena cognominata eſt, eò quòd adimpletione Spiritus Sancti omnibus gratijs abundaret.* Hæc Athanaſ. Si ergo in Virginem deſcenderat Spiritus Sanctus cum omnibus ſuis eſſentialibus virtutibus, antequàm ſuperueniret, quis mente aſſequi poterit affluentiam nouam huius Sancti Spiritus in eandem Virginem, quandò ſuperuenit?

Iacobus Valentia.

Athanaſ.

Expoſitio quarta.

Dico quartò, ideò dici ab Angelo, quòd *virtus Altiſſimi obumbrabit, &c.* vt innuatur, occultiſſimum fuiſſe modum, quo Verbum humanam aſſumpſit carnem in vtero Virgineo. Audiendus eſt D. Bernardus homil. 4. ſuper *Miſſus eſt*: *Quid eſt*, inquit, *virtus Altiſſimi obumbrabit tibi? Qui poteſt capere capiat: quis enim; excepta fortaſsis illa, quæ hoc ſola in ſe feliciſſimè meruit experiri, intellectu capere, ratione diſcernere poſſit, qualiter ſplendor ille inacceſſibilis Virginis ſe ſe viſceribus infuderit?* Et paulò poſt: *Et fortaſsè propter hoc maximè dictum eſt: Obumbrabit tibi, quia res, nimirùm, in ſacrario erat, & quod ſola per ſe Trinitas in ſola, & cum ſola Virgine voluit operari, ſoli datum eſt noſſe, cui ſoli datum eſt experiri.* Et D. Bernardinus Senenſis to. 1. concl. 61 c. 12. vbi hæc habet: *Et cùm Virgo diceret; Quomodò fiet iſtud? &c. Angelus reſpondet, ſe tantum myſterium ignorare, dicens; Spiritus Sanctus ſuperueniet in te, & virtus Altiſſimi obumbrabit tibi; quaſi dicat: quod à me quæris,*

D. Bernard.

D. Bernardinus.

quæris, ignoro; ſed æterna ſapientiæ Doctor, qui ſibi ſolum hoc altiſſimum myſterium reſeruauit, te per illuminatiſſimam experientiam edocebit.

Expoſitio quinta. Dico quintò, per hæc verba: *Virtus Altiſſimi obumbrabit*, poſſe etiam incarnati Saluatoris vtramq; naturam deſignari. Beda. Ita Beda explicans prædictum textum: *Poteſt*, inquit, *etiam incarnati Saluatoris vtraque natura deſignari, vmbra quippe à lumine ſolet, & corpore formari; & cui obumbratur, lumine quidem, vel calore ſolis, quantum ſufficit, reficitur: ſed ipſe ſolis ardor, ne ferri nequeat, interpoſita, vel nubecula leui, vel quolibet alio corpore, temperatur. Beatæ itaque Virgini, quia quaſi pura homo omnem plenitudinem diuinitatis* **B** *capere nequibat, virtus Altiſſimi obumbrauit, ideſt, incorporea lux diuinitatis corpus in ea ſuſcepit humanitatis, de qua pulchrè Propheta: Ecce Dominus (inquit) aſcendit ſuper nubem leuem, & ingredietur Aegyptũ; quod eſt dicere: Ecce Verbum Dei Patris coæternum, lumenq; de lumine ante ſæcula natum carnem in fine ſæculorum, atque animam nullo peccati pondere grauatam ſuſcipiet, & de vtero virginali, tanquam ſponſus de thalamo ſuo, procedet in mundum.*

QVAESTIO XXXII.

Cùr ſubijcit Angelus Virgini:

Ideoque & quod naſcetur ex te ſanctum, vocabitur Filius Dei.

RATIO difficultatis videtur eſſe, quòd potiùs dicẽdum erat; ideòq; quòd ex te naſcetur, vocabitur filius ſanctus, & filius tuus, &c.

B.V. ad altiſſimam Dei ſimilitudinẽ eleuata. Dico primò, innui, quòd Beata Virgo ad altiſſimam Dei ſimilitudinem eleuata erat per ſuperuentionem Spiritus Sancti, **D** & per virtutem Altiſſimi illi obumbrantem, vt reddenda eſſet digna ex hoc capite, quæ pareret Filium Dei. Fauet nobis D. Bernardinus Senenſis tom. 1. concl. 61. c. 12. cuius verba notis aureis digna placet hic referre: *Quòd Deus generaret Deum, nulla requirebatur in Deo diſpoſitio, cùm ei ex natura conueniret, vt per viam naturæ intellectus produceret Verbum per omnia ſibi æquale: ſed quòd fœmina conciperet, & pareret Deum, eſt, & fuit miraculum; oportuit enim, vt ſic dicam, fœminam* (D. Bernardinus.)

A *eleuari ad quamdam æqualitatem diuinam, per quamdam quaſi infinitatem perfectionũ, & gratiarum, quam æqualitatem creatura nunquam experta eſt. Vndè & credo, ad illum abyſſum imperſcrutabilem omnium chariſmatum Spiritus Sancti, quæ in Beatam Virginem deſcenderunt in hora diuinæ Conceptionis, intellectus humanus, vel angelicus nunquam potuerint attingere.* Hæc Bernardinus citatus. Cõfirmari poteſt ex Athanaſio ſer. de Annunciatione, vbi pro, *obũbrabit*, legit, *adumbrabit*, ideſt, *imaginabit*, quaſi dicat: Pater æternus tibi imprimet ſui ipſius ſpecialem imaginem. Et quòd Virgo fuerit exaltata in cõcipiendo Filio ad altiſſimam ſimilitudinem Dei, innuitur **B** à Iacobo epiſt. c. 1. *Suſcipite*, inquit, *inſitum Verbum, quod poteſt ſaluare animas veſtras*: nota, *inſitum*, quia, quandò ramus arbori inſeritur, tunc communicatur virtus rami illi arbori ita, vt arbor, & ramus vnum quod cenſeãtur. Hoc idem indicatur Iſa. 11. *Egredietur virga de radice Ieſſe, & flos de radice eius aſcendet*: per hunc florem deſignatur Chriſtus, vt communiter Patres; ſed cur de radice aſcendet? Sanè in radice, veluti ſeminaria virtute, arboris proprietas continetur: vt igitur oſtendatur, quòd Chriſtus erat futurus valdè ſimilis Beatæ Virginis, ideo dicitur: *Et flos de radice eius aſcendet*. In Cant. Beata Virgo nomine ſororis à diuino ſponſo, **C** ideſt, à Filio Dei appellatur: *Quam pulchræ ſunt mammæ tuæ, ſoror mea!* in quo nomine ſororis perfectiſſima ſimilitudo ipſius Virginis cum Deo indicatur. Quod ut meliùs intelligatur, recurrendum eſt ad eam rationem, quam aſſignant multi ex Theologis in illa quæſtione, cùr Spiritus Sanctus non poſſit appellari frater Verbi. Ratio hæc eſt, quia Filio nõ ſolùm cõmunicatur natura diuina, ſed etiam fœcunditas, per quam Filius poteſt Spiritui Sancto communicare deitatem; atque ideò Filius eſt perfectiſſima imago Patris, & genitus verè dicitur; perfectè enim definitio generationis ſaluatur; nimirũ, quòd ſit productio uiuentis à uiuente in ſimilitudinem **D** naturæ: Spiritui verò Sancto communicatur quidem natura diuina, ſed non fœcunditas communicandi alij perſonæ eamdem naturam diuinam: & ideo, cùm non ſit ſimilis in fœcunditate Patri, & Filio, nec dicitur frater Verbi, nec genitus. Hanc doctrinam tradunt Riccardus Victorinus lib. 6. de Trinitate c. 16. uſque ad 21. & illam ſequuntur Alexander Alenſis, D. Bonauentura, & Doctores Salmaticenſes, ut teſtatur Cuniga de Trinitate diſp. 2. dub. 20. memb. 9. apud quem plura pro hac parte uideri poſſunt. Hoc ſuppo-

(Athanaſ. — Iacob. — Iſai. — Cantic. — Riccard. Victorin. Alenſis, D. Bonau. Doctores Salmatic. Cuniga.)

ſito,

Digitized by Google

ſito, quia Beata Virgo recepit fœcunditatem adeò eminenter, per quam potuit generare ipſum Filium Dei (ille enim in ipſius Virginis viſceribus homo factus eſt) ob hanc fœcunditatem, per quam aliquo modo aſſimilatur Patri, & Filio, poteſt ſoror Filij Dei appellari: *Quam pulchræ ſunt* Eximiũ Virginis encomium. *mammæ tuæ, ſoror mea!* Ponderandum eſt pro re noſtra, quòd mammæ ſignificant fœcunditatem: celebratur ergo à Filio Dei fœcunditas Virginis: *Quam pulchræ ſunt mammæ tuæ!* Et poſteà eidem Virgini tribuitur nomen ſororis: *quam pulchræ ſunt mammæ tuæ, ſoror mea! &c.* vt, quæ inter ſe, & ipſam ſimilitudo intercedit, oſtendat. Cùm ergo magna ſit ſimilitudo inter fœcunditatem Patris, & Filij, etiam in alijs perfectionibus diuinis cenſenda eſt Virgo valdè ſimilis Patri, & Filio. Porrò quòd Chriſtus matrizaret, non ſolùm vt homo, ſed vt Deus, optimè notat Salazarus in c. 8. Prouerb. num. 12. vbi Salazar. hæc habet: *D. Auguſtinus ad illa verba Ioan. 14. Qui videt me, videt & Patrem meum, exiſtimat, illa non ſolùm de diuinitate, ſed etiam de accepta humanitate accipi poſſe, quia, nimirum, Chriſti humanitas tantis virtutibus, ac donis prædita erat, & quaſdam Dei conditiones in ſe met ipſa adeò expreſſerat, vt Patrem ſuum ſatis referret: atque adeò quicumque in ipſam inſpexerat, in eadem parentem agnoſcebat. Luculentiùs dixerim: Chriſtus Dominus non ſolùm vt Deus, ſed etiam vt homo patrizabat, ideſt, Parentis æterni mores referebat; ergo, quemadmodum Chriſtus ea ratione, in quantum Deus, ſimul & in quantum homo, patrizauit, ita etiam æquum fuit, vt Deus pariter & homo matrizaret. Abſtineo à reduplicatiuis, quia, quemadmodum Deus in Chriſto per communicationem idiomatum Filius Mariæ dicitur, ſic etiam matrizare, ideſt, parentis ſuæ mores præſeferre, per eamdem idiomatum communionem, affirmandum eſt. Vt igitur non hominem tantùm, ſed etiam Deum ſpeciali quadam ratione matrizare diceremus, oportuit vt Virgo plures Dei proprietates, & conditiones ipſius Dei beneficio haberet, per quas illi quam ſimillima fieret.* Ita Salazarus. Fauent etiam S. Anaſtaſius Synaita lib. 6. Anaſtaſ. Syn. anagog. quæſt. *Quomodò*, ait, *poteſt eſſe Mater filij eiuſmodi, non ferens illæſam, & integram fetus ſui imaginem?*

Hinc etiam intelligi poteſt, cùr de Verbo carnem in vtero Virgineo aſſumente ab Eccleſia dicatur: *Sicut pluuia in vellus deſcendiſti:* vellus enim eſt diſpoſitum, vt imbuatur ex omni parte rore; ita Virgo ſic erat diuinitùs diſpoſita per ſuperuenientem Spiritum Sanctum, & per vir- A tutem Altiſſimi obumbrantem, vt diuinitate ex omni parte in Filij Conceptione repleretur. Damaſcenus ſerm. 1. de Natiuitate: *O viua*, inquit, *& diuina imago Dei, ad quam Deus ipſe inuentus eſt artifex!* Et D. Bernardus citatus à D.Thom. opuſcul. de charitate: *Hanc*, inquit, *Domine, feciſti imaginem bonitatis tuæ, infinitam imaginem.* Audiamus rurſus Bernardum homil. 2. ſuper *Miſſus eſt: Quemadmodum*, ait, *in Gedeonis vellus ros cæleſtis deſcendit; ita Virgini, diſtillantibus cælis, tota ſe infudit plenitudo diuinitatis.* Ambroſius quoque ſerm. 13. *Maria*, inquit, *rectè velleri comparatur, quæ ita concepit Dominum, vt toto cum corpore hauriret, nec eius diſciſſuram corporis pateretur, ſed eſſet mollis ad obſequium, ſolida ad* B *ſanctimoniam.* Adde quòd vellus non ſolùm perfunditur, ſed etiam ſuperfundi poteſt rore; ſic Virgo non ſolùm impleri potuit gratia, & Spiritu Sancto, ſed etiam ſuperimpleri per ſuperuentionem Spiritus Sancti. Optimè etiam explicat hunc diuinitatis illapſum in Virginem Alcuinus lib. 3. de Trinitate cap. 4. *Sicut*, inquit, *conchilij ſanguinem ſuſcipit lana, vt purpura ex eadem imperiali maieſtate tantummodò digna fiat, qua nullus alius induatur, niſi auguſtâ præditus dignitate: ita Spiritus Sanctus ſuperuenit in Beatam Virginem, & virtus Altiſſimi obumbrauit ei, vt quaſi lana fieret diuinitate purpurata, ſolummodò æterno Imperatore indui digniſ-* C *ſima.*

Dico ſecundò, ſignificatum fuiſſe ex his verbis: *Ideoq; & quod naſcetur ex te ſanctum, vocabitur Filius Dei*, Chriſtum etiam ex hoc capite ſanctum futurum, quia ſanctè, & ſine viro concipiendus erat. Et quidem, purum hominem, qui à Virgine ſola, nullo matris ſemine interueniente, conciperetur, non contracturum originariam culpam, docent multi: & videtur expreſſa ſententia Anſelmi lib. 6. de conceptu Virginali cap. 20. vbi hæc habet: *De peccato originali ſufficienter oſtenſum eſt, quomodò ad hominem de Virgine conceptum nulla ratione deſcendere à parentibus* D *potuerit.* Pro hac explicatione eſt Maldonatus in cap. 2. Lucæ, qui, *Non vocat*, inquit, *Chriſtum hoc loco ſanctum, propterea quòd Deus eſſet, aut innocens, aut ſegregatus à peccatoribus, quamquam & ijs rationibus eſſet ſanctiſſimus, ſed quòd ſanctè, & ſine viro conceptus ſit, ita prorſus, vt, etiamſi Deus non fuiſſet, illo tamen conceptus modo, ideſt, ſine viro, ſanctus, quia peccatum originale non habuiſſe diceretur.* Fauent etiam Patres, & præcipuè S. Leo ſer. 5. de Natiuitate: *Solus itaq; inter filios*

Damaſcen. D.Bernard. Ambroſ. Alcuinus. Chriſtus etiã ex hoc cap. Sanctus, quia ſanctè conceptus à Virgine. Anſelmus. Maldonatus. S.Leo.

 homi-

hominum Dominus Ieſus innocens natus eſt, quia ſolus ſine carnalis concupiſcentiæ pollutione conceptus. Vide etiam Gregor. lib. 18. moral. c. 27. & Bedam in cit. c. 2. Lucæ, qui multùm præexpoſitæ concluſioni noſtræ ſuffragantur. Sed

S. Gregor. Beda.

Obiectio.

Obijcies: non ex eo, quòd infans conciperetur à Virgine ſola ſine viri cõmixtione, eſſet ſanctus ex vi, ſeù modo huius conceptionis; ſolùm enim haberet ex hoc capite immunitatem à peccato originali: ergo tantùm colligi poterat, Chriſtum ex modo, quo à ſola Virgine concipiendus erat, fore quidem immunem à peccato originali, non autem ſanctitate replendum.

Reſponſio.

B Reſpondeo, verum quidem eſſe, quòd purus infans, à ſola Virgine conceptus, ex modo talis conceptionis tantùm culpa originali careret, non autem ex vi præciſa talis formationis eſſet inſuper habiturus ſanctitatem. Sed in re noſtra Chriſtus non ſolùm à Virgine concipiendus erat, ſed ſuperueniente Spiritu Sancto, ex cuius virtute etiam erat ſanctificandus.

B. V. ab originaria labe probatur immunis.

Collige, ſi Chriſtus ex hoc etiam capite, quòd conceptus fuit à ſola Virgine ſine viri commixtione, habuit quòd immunis eſſet à culpa originali, Virginem tali immunitati, dum illum concepit, cooperatam eſſe. Dico, ex hoc capite, nam ex vi hypoſtaticæ vnionis humanitas Chriſti non erat obnoxia peccato originali. Ex C quo intelligi poteſt, quàm decens erat, vt intuitu meritorum Chriſti Virgo etiam immunis eſſet à peccato originali. Sicut enim ipſa dicere poteſt Filio: ego quidẽ, quantum in me fuit, cooperata ſum, vt ſine peccato originali conciperéris, dum volui te concipere, ſalua virginitate mea; hac enim intacta remanente, ſine peccato originali concipiendus eras: ita conueniebat, vt Filius huic Matri dicere poſſet: & ego cooperatus ſum, vt tu ſine peccato conciperéris, quia intuitu meritorum meorum à dicto peccato originali facta fuiſti immunis.

Chriſtus ex hoc ſpeciali capite, quòd erat filius Mariæ, filius Dei agnoſci poterat.

D Dico tertiò, indicari per prædicta verba: *Ideoq; quod naſcetur ex te ſanctum, vocabitur Filius Dei, &c.* quòd Filius, quem Virgo erat paritura, ex hoc præciſo capite quòd erat Filius Mariæ cognoſci poterat non ſolùm habens humanitatem, ſed & diuinitatem illi coniunctam ita, vt etiam Filius Dei reputandus, & appellandus eſſet, quia natus ex tali Virgine. Apertiùs dicam: adeò eximiè erat Virgo deificanda per ſuperuenientem Spiritum Sanctum, & virtutem Altiſſimi obumbrantem, vt Filius ipſe Dei, qui ex Virgine ſic deificata proditurus erat, indè etiam Filius Dei

A dignoſci poſſet. Probatur hæc concluſio ex illa cauſali: *Ideoq; quod naſcetur ex te ſanctum, vocabitur Filius Dei*, vt patet conſideranti. Confirmatur ex dictis in præcedenti concluſione, quandò diximus, quòd Chriſtus non ſolùm vt homo, ſed vt Deus etiam matrizabat.

Dico quartò, probabiliter poſſe colligi ex his verbis: *Spiritus Sanctus ſuperueniet in te, & virtus Altiſſimi obumbrabit tibi: ideoq; quod naſcetur ex te ſanctum, vocabitur Filius Dei*, Virginẽ per ſuperuenientem Spiritum Sanctum tanto amore inflammandam fore, vt eo affectu conceptura, & paritura eſſet Filium Dei, vt, ſi per impoſſibile ille futurus non fuiſſet fi- B lius Dei, & fuiſſet in poteſtate Virginis illum filium Dei conſtituere, talem libentiſſimè conſtituiſſet. Similes enim amoris exceſſus in Sanctis nonnullis fuiſſe legimus. Inter quos dicitur Auguſtinus Dei amantiſſimus ſapienti delirio diuinitatem affectaſſe, vt eandem ipſi Deo poſſet elargiri.

Affectus, quo B. V. in Filiũ ſuum, tum cùm illum concipiebat, ferebatur.

Quæres, cùr non dicitur: vocabitur Filius Patris æterni, ſed Dei.

Quæſtio ſuborta.

Ratio difficultatis eſt quia nomine Dei intelligitur concretum deitatis, quod tribus perſonis commune eſt, nec hanc, aut illam peculiariter denotat, ſed vagè hanc, vel illam (de qua re vide Vaſquez in 1. p. diſp. 157.) ergo videtur ſequi, quòd Chriſtus C ſit Filius totius Trinitatis, quod non videtur admittendum, quia ſequeretur, Chriſtum eſſe Filium naturalem ſui ipſius; nam, ſi eſt Filius Trinitatis, eſt etiam Filius Verbi. Et prætereà ſequeretur etiã, quòd Spiritus Sanctus dicendus eſſet Pater Chriſti, quod negat Concilium Toletanum ſecundum, & Theologi communiter cum Sancto Thoma 3. parte q. 32. art. 3.

Vaſq.

Concil. Tolet. ſec.

D. Thom.

In opinione quorundam Recentiorum, admittentium, Chriſtum ratione vnionis hypoſtaticæ eſſe Filium totius Trinitatis, reſponderi poſſet, quòd Chriſtus Filius Dei dicitur, quia ratione vnionis hypoſtaticæ non eſt filius ſolius Patris, D ſed totius Trinitatis. Iuxta enim prædictam opinionem triplex naturalis filiatio eſt in Chriſto: vna fundata in generatione diuina, qua filius eſt ſolius Patris; alia in generatione humana, qua filius eſt ſolius Virginis; tertia in vnione hypoſtatica, qua filius eſt totius Trinitatis. Per primam accipit eamdem naturam numericam Patris; per ſecundam eamdem ſpecificam naturam Matris; per tertiam eamdem naturam Dei non per identitatem, ſed per vnionem. Hæc opinio fundari videtur primò in Scriptura,

Opinio nonnullorum ex Recentiorib.

Matth.

Matth. Matth. 3. *Hic eſt Filius meus dilectus, in* A *quo mihi benè complacui*: nam ex hoc habemus, quòd tota Trinitas in Chriſto homine complacuit, vt veriſſimè explicat Adrianus Papa. Adrianus Papa in epiſtola ad Epiſcopos Hiſpaniæ, vbi inter alia hæc habet: *Secundùm id, quòd homo eſt, Spiritum Sanctum ſuper ſe venientem ſuſcepit: de eo ergo homine Filio, ſuper quem Spiritus Sanctus deſcendit, licèt vnus ſit Deo, & hominis Filius, vox Patris intonuit dicens; Hic eſt Filius meus dilectus, in quo mihi benè complacui. Si ſecundùm diuinitatem dixiſſet, nequaquam diceret, in quo mihi benè complacui, ſed tantummodò, in quo mihi benè placui. Dum ergo dicit, complacui, totam ſimul Trinitatem comprahendit, quia in homine Chriſto tota complacuit Trinitas.* Ob B Suar. quod teſtimonium Suar. tom. 1. in 3. par. diſp. 49. ſect. 1. verſus finem in reſponſione ad ſecundum argumentum concedit, quòd Chriſtus, in quantum homo, habeat relationem filiationis ad totam Trinitatem: & hoc idem colligit ex verbis Chriſti, Ioan. Ioannis 20. *Aſcendo ad Patrem meum, & Patrem veſtrum, Deum meum, & Deum veſtrum*: vbi de ſe, vt homine, loquens, eumdem vocat Deum, & Patrem ſuum; conſtat autem, non ſolùm primam perſonam, ſed totam Trinitatem eſſe Deum Chriſti, vt homo eſt: & ſimiliter eumdem C vocat Patrem ſuum, quem Patrem noſtrũ: conſtat autem, Trinitatem eſſe Patrem noſtrum. Hæc Suar. qui & ibidem alia ſubdit in confirmationem huius argumenti.

Secundò fundari videtur in ea ratione, quia proximum fundamentum filiationis Chriſti, vt hominis, eſt vnio, non quà Verbi eſt, ſed quà perſonæ diuinæ formaliter eſt: vndè, ſi talis vnio terminaretur ad Patrem, aut Spiritum Sanctum, adhùc quod ex ea reſultaret, eſſet Filius Dei naturalis. Et à priori ratio eſt, quia hanc filiationem habet Chriſtus ex peculiari ſanctificatione, & coniunctione cum perſona diuina, ratione cuius eleuatur ad participationem eorumdem bonorum, quæ par- D ticipat perſona ipſa in propria natura; ſed quælibet perſona diuina participat eãdem gloriam, & beatitudinem cum natura diuina; ergo natura aſſumpta ob coniunctionem cum tali perſona euehitur, [& trahitur ad participationem eiuſdem gloriæ, & beatitudinis modo ſibi proportionato. Confirmatur, nam hanc filiationem habet Chriſtus ratione vnionis ſubſtantialis cum perſona diuina; ſed hæc fit à tota Trinitate, ergo referri debet ad totam Trinitatem. Porrò reſpondent huius opinionis Auctores difficultatibus ſupra adductis.

Ad primam ergo dicunt, nullum eſſe abſurdum, quòd Chriſtus ratione vnionis hypoſtaticæ ſit filius ſui ipſius, ratione diuerſorum; eſt enim Filius, vt homo; Pater, vt Deus. Verùm quidem eſt (addũt) quòd quò ad modum loquendi non rectè dicitur; Chriſtus eſt filius ſui ipſius, aut Verbum eſt pater Verbi. Contrà verò, ſicut rectè dicitur; Chriſtus ſecundùm diuinitatem eſt Deus ſui ipſius ſecundùm humanitatem; & Verbum eſt Deus Chriſti ſecundùm humanitatem: ita dicendum eſt, Chriſtus ſecundùm humanitatem eſt Filius naturalis ſui ſecundùm diuinitatem; & Chriſtus ſecundùm humanitatem eſt Filius naturalis Verbi, vt optimè notat Vaſquez tom. 1. in 3. partem diſp. 89. ſub num. 85. Vaſq. *Reſpondent Auctores huius ſententiæ difficultatibus ab Aduerſarijs adductis.*

Ad ſecundam: in alio ſenſu Concilium negat, Spiritum Sanctum dicendum eſſe Patrem Chriſti, nempè ſecundùm generationem humanam; ſic enim Chriſtus non habet Patrem, ſed Matrem, quia non procedit eiuſdem naturæ cum Deo, ſed cum Virgine. Diuus autem Thomas, & Theologi abſolutè negant, Chriſtum dici filium Spiritus Sancti, aut Trinitatis, tum quia Chriſtus abſolutè dictus importat filiationem diuinam, fundatam in generatione æterna; tum nè videamur duos Patres Chriſti aſſerere, quod citatum Cõcilium notauit. Verùm, licèt hæc doctrina probabilis videatur, tamen, ſi conſuetus, & tutus loquendi modus attendatur, qui poſtea quò ad praxim ſemper eſt retinendus, ſimpliciter dicendũ non eſt, Chriſtum, vt hominem, eſſe Filiũ Spiritus Sancti, vt benè admonet Suar. citatus, tùm quia eo (inquit) loquendi modo ſignificatur, Chriſtum eſſe Filium Spiritus Sancti, ratione humanæ generationis, quod tamẽ eſt falſum, quia Spiritus Sanctus in eo opere non habuit ſe, vt Pater generans, ſed vt creator, & Author ſupernaturalis; cùm etiam quia tota hæc excellentiæ dignitas, quæ eſt in humanitate vnita, quaſi formaliter prouenit à filiatione diuina, ipſi humanitati communicata per vnionem, quæ facta eſt à tota Trinitate: illa autem filiatio ſolùm reſpicit Patrem æternum, à quo ſolo Filius habet originem: & ideò, licèt vnio humanitatis ad Filium fit à tota Trinitate, tamen ſimpliciter denominatio Filij non eſt Chriſto tribuenda, niſi in ordine ad Patrem, quod obſeruandum propter tutum loquendi modum. Similiter, licèt Chriſtus ſecundùm humanitatem ſit totius Trinitatis Filius, vt probauimus; tamen, ſi ſpectemus loquendi modum, nõ debet abſolutè dici totius Trinitatis Filius, ſed cum additamento, idest, Chriſtus,

in quantum homo, eſt totius Trinitatis filius, vt rectè aduertit Vaſq. citatus nu. 89. in fine.

Laus Virginis eximia. Colligere liceret ex his ingens encomium Deiparæ: ſi enim Chriſtus, vt homo, eſt Filius naturalis totius Trinitatis, cùm in ipſius vtero factus fuerit homo, dici poteſt, quòd hanc filiationem per illã aſſequutus eſt. Et ſic in hoc ſenſu etiam explicari poteſt elogium illud Eſichij: Eſichius. *Maria totius Trinitatis complementum* (de quo plura in 2. tom.) licèt enim in Trinitate ſit perfectiſſima, & infinita fæcunditas, qua Pater æternus Filium ſibi æqualem producit, tamen ille Filius ſolius æterni Patris eſt filius, non autem totius Trinitatis. Quarè, cùm tota Trinitas nullum haberet filium naturalem, ſic aliquo modo ſecundùm noſtrum loquendi modũ non videbatur habere completam fæcunditatem in effectu extrinſeco, ſeu ad extra (dico, in effectu extrinſeco, ſeu ad extra; nam ad intra & eſt, & concipitur à nobis infinita, & completiſſima fæcunditas in Patre) hæc verò fæcunditas quò ad effectum extrinſecum cõpleta fuit per Chriſtum, vt hominem, quem Virgo genuit, quia hic, vt homo, ſic eſt Filius naturalis totius Trinitatis. *Maria* ergo eſt *totius Trinitatis complementum* in prædicto ſenſu. Licèt autem prædicta opinio probabilis, vt dixi, videatur: nihilominus

Opinio altera probabilior demonſtratur. Probabilior mihi videtur alia opinio, affirmans, Chriſtum, vt hominem, non eſſe Filium naturalem totius Trinitatis. Ducor primò auctoritate antiquorum Theologorum, qui nunquàm talem filiationem admiſerunt. Immò videtur hæc opinio expreſsè tradita à D. Thoma 3. p. q. 32. ar. 3. D.Thom. vbi docet, Chriſtum non debere dici filiũ Dei, niſi ſolùm ratione generationis æternæ, ſecundùm quam eſt filius Patris. Et Albertus, Alexander, D. Bonau. Albertus in 3. diſt. 4. ar. 4. dicit, nullo modo concedi poſſe, Chriſtum eſſe filium Trinitatis. Alexander 3. p. q. 8. memb. 3. ar. 4. negat, Chriſtum poſſe dici filium Spiritus Sancti, vel Trinitatis, niſi abuſiuè, ſicut Deus dicitur Pater pluuiæ. Eadem ferè habet Bonauent. in 3. diſt. 4. ar. 1. q. 2. & 3. Adrianus. Ducor ſecundò auctoritate Adriani in epiſtola ipſius ex Concilio Frãcofordienſi, vbi, cùm ex profeſſo explicaretur filiatio naturalis Chriſti, nunquàm tamen aſſeritur Chriſtus filius Trinitatis, nec filius Spiritus Sancti, ſed ſolius Patris: & ea ſolùm Scripturæ loca ad probandam hanc filiationem Chriſti afferuntur, quæ prædicant, Chriſtum eſſe Verbum Dei, & Filiũ Patris æterni, duæq; tantùm Chriſti filiationes aſſignantur, altera ad Patrem, ad

A Matrem altera: de tertia autem filiatione nulla ſit mentio. Immò (quod magis facit pro re noſtra) ideò dicitur eſſe filius, quia iam ante vnionem erat filius; nunquàm enim non fuit filius, quia nunquàm nõ fuit Pater. Ducor tertiò ratione, quia filiatio naturalis debet fundari in generatione naturali: ſed præter generationem æternam non eſt alia generatio, qua Chriſtus, vt homo, procedat à Deo, & per conſequens non eſt aliqua generatio, qua Chriſtus, vt homo, procedat à tota Trinitate in ſimilitudinem naturæ ex vi proceſſionis; ergo non eſt fundamentum filiationis naturalis reſpectu totius Trinitatis. Et per hanc rationem eneruatur B diſcurſus, in quo fundantur Auctores ſuperiùs allatæ opinionis.

Ad locum autem Matthæi, dico, quòd verbum illud, *complacui*, refertur ad omnes perſonas, non quòd omnes perſonæ dixerint illud verbum, ſed quòd Pater, qui loquebatur, dixerit, omnes perſonas ſibi complacuiſſe in Chriſto, vt homine: vnde, *In quo mihi benè complacui*, idem erit, ac, In quo mihi cõplacui ſimul cum alijs perſonis diuinis. Adrianum verò, non eſt credibile, tribuere illa verba toti Trinitati, vt loquenti; ſe enim opponeret Sanctis Patribus, prædicta verba de ſolo Patre intelligentibus, vt tradit apertè Concilium Toletanum primum in regula fidei edita C ex præcepto Leonis Primi: vide Baſilium Legionenſem to. 1. variarum diſp. relect. 4. adducentem multos Patres, intelligentes prædicta verba de ſolo Patre. His ita obiter adnotatis. Reſpõdetur rationibus pro altera ſententia adductis. Conc. Tolet. Baſil. Legionenſ.

Reſpondeo propoſito quæſito, quòd Filius, qui ex Virgine naſciturus erat, ab Angelo nunciatur, quòd vocabitur Filius Dei, quia re vera Chriſtus, vt homo, eſt filius naturalis Dei ratione generationis æternæ, qua procedit à Patre; quæ æterna generatio vnita humanitati conſtituit hominem filium Dei eo modo, quo ſupra explicauimus q. 19. huius capitis. Non fuit autem neceſſe, vt expreſsè nominaretur D Filius æterni Patris, quia, cùm, vt dixi, ratione ſolius generationis ęternę Chriſtus, vt homo, ſit filius naturalis Dei, infertur, ſi perſona Patris, vel Spiritus Sancti aſſumeret humanitatem, tunc illum hominem non fore filium Dei, quia non procederet à Deo per veram, & naturalem generationem. Quarè ſatis apertè indicabatur, quòd Chriſtus erat filius æterni Patris, dum filius Dei nominabatur. Reſpõdetur quæſtioni ſubortæ.

QVAE-

QVAESTIO XXXIII.

Cùr Angelus in exemplum adduxit Virgini ſterilis Eliſabeth cóceptum, dum dixit: *Et ecce Eliſabeth cognata tua, & ipſa cócepit filium in ſenectute ſua.*

COMMVNIS expoſitio eſt, vt etiam colligitur ex ipſo textu, vt diſceretur, omnia Deo eſſe poſſibilia, etiam quæ naturæ ordini repugnare videntur, & ſic etiam poſſibile appareret, quòd Virgo conciperet. Vndè Beda in hunc locum ait: *Ne Virgo ſe parere poſſe diffidat, accipit exemplum ſterilis anus parituræ, vt diſcat omnia Deo poſſibilia, etiam quæ naturæ ordini videntur contraria.* Sed adhùc reſtat dubium, quia potuiſſet Angelus proponere alias fœminas ſteriles, quæ conceperunt, vt Sarram, Annam, & Rebeccam. Beda.

Prima cauſa. Dico primò, quòd non erat neceſſe, vt Angelus hiſtorias præteritas de ſterilibus, quæ conceperant, adduceret, quia hæ Virgini, vt potè optimè in ſacris paginis verſatæ, notæ erant. Aequum ergò fuit, vt proponeret Angelus, Eliſabeth ſterilem concepiſſe, vt Virgo fidem exerceret, & ex hoc capite etiam mereretur, credendo illi talia narranti. Colligi hoc poteſt ex verbis ab Eliſabeth prolatis: *Beata, quæ credidiſti.*

Sec. cauſa. Dico ſecundò, ideò de ſterili Eliſabeth cognata, vtetum geſtãte fieri mentionem hic ab Angelo, vt etiam Virgini præberetur occaſio pietatis exercendæ, quam poſteà Virgo exercuit, viſitando ipſam Eliſabeth, illiq; inſeruiendo tribus menſibus, vt dicemus infra. Ex quo

Collige, quanti Deo opera pietatis placeant, vt eo tempore, quo carnem Filius Dei aſſumere parat, illam, quam in Matrē ſibi elegit, tacitè ad opus pietatis alliciat: inuitamentum enim erat efficaciſſimum Virgini ad pietatem maximè pronæ, cognatam grauidam, & conſequenter auxilio indigam proponi.

Tertia cauſa. Dico tertiò, ideò ab Angelo enarrari admirabilem fœcunditatem ſterilis Eliſabeth, vt intelligatur, quòd intuitu Mariæ Deus talem largitus eſt fœcunditatem Eliſabeth ſeni ſterili, quæ concepit, & peperit Ioannem, cuius nomen ſonat gratiam. Ita Baeza in ſuis comment. moral. lib. 1. c. 7. §. 51. vbi ait: *Maluit tamen Eliſabeth commemorare, vt Marianis meritis etiam hoc daret, quòd ſibi fœcunditatem acquirerēt, & vicinis cognatis. Rubus ardens incombuſtus virginitas Mariana fuit ſub partu Dei filij, teſtibus Nyſſeno, Bernardo, Eucher. Ruperto, Theodoro, & alijs, quos refert Lorinus Actor. c. 7. in quo rubi miraculo illud ſingulare addit Auctor hiſt. Scholaſt. quòd, nimirum, non ſolùm rubus ipſe flammis correptus viridis manebat, & illæſus; ſed etiam vicinæ herbæ, & plantæ, plus quam ipſa natura ferebat, vegetæ, & hilares videbantur: quo Virginei partus clariùs adūbratur miraculum, quandò, & Virgo diuinis ſuperfuſa flammis intacta fœcundatur in Matrē, & eius cognata, & propinqua ad nouum etiam repuераſcebat partum.* Hæc Baeza, qui ibidem plura habet pro hoc argumento, & aliquos Patres huic expoſitioni fauentes affert. Baeza.

Collige, quòd nullus eſt peccator, adeò bonorum omnium ſterilis, qui, ſi per deuotionem Virgini approximetur, non ſit gratiam reportaturus. Vndè Eccleſiaſtici 24. *Tranſite ad me omnes, qui concupiſcitis me, & à generationibus meis adimplemini:* quaſi dicat Virgo: *à generationibus mei, adimplemini*, ideſt, à fœcunditate mea virtutem ſpiritualis generationis accipite. Eccleſiaſtic.

QVAESTIO XXXIV.

An Beata Virgo ſtatìm, prolatis his verbis: *Ecce Ancilla Domini: fiat mihi ſecundùm verbum tuum*, Verbum æterni Patris in vtero conceperit.

NON defuerunt aliqui, qui exiſtimauerunt, eo tempore, quo Angelus dixit: *Gratia plena, Dominus tecum*, humanam carnem in vtero Virgineo Filium Dei aſſumpſiſſe. Ita Petrus Alexandrinus Epiſcopus in lib. de Trinitate, cuius fragmentum refertur in Concil. Epheſ. tom. 2. c. 7. & in Chalcedonen. act. 1. cum fragmento quodam Concilij Epheſini, cuius verba hæc ſunt: *Et Verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis, tunc, videlicet, cùm Angelus ſacram Virginem eiuſmodi oratione ſalutauit: Aue gratia plena, Dominus tecū, hoc eſt, Dei Verbum nunc tecum eſt; nam illa Gabrielis ſalutatio Deum Verbum in vtero Virgineo natum, & carnem factum inſinuat.* Aſſeruntur & alij Patres à Suar. tom. Petr. Alexan. Suar. Vaſq.

A tom. 2. in 3. p. diſp. 9. ſect. 4. & à Vaſq. to. 2. in 3. p. diſp. 126. cap. 5. nu. 46. qui adhærere videntur prædictæ ſententiæ.

Concluſ. pri.

Dico primò, verum, & indubitatum eſſe, Filium Dei non priùs in vtero Virginis conceptum fuiſſe, quàm ipſa Virgo Angelo reſponderit: *Ecce Ancilla Domini; fiat mihi ſecundùm verbum tuum*. Probatur euidenter ex ipſo textu euangelico, in quo, poſtquàm Angelus præmiſit: *Dominus tecum*: & Virgo cogitauit, *qualis eſſet iſta ſalutatio*, ſubdit: *Ecce concipies, & paries, &c.* ergo nondum conceperat. Similiter & ipſa Virgo reſpondit: *Quomodò fiet iſtud, quoniam virum non cognoſco?* ergo, ſi iam concepiſſet, non dixiſſet; *Quomodò fiet*; ſed quomodo factum eſt? B Confirmatur, nam poſteà Angelus adhùc in futuro loquitur dicens: *Spiritus Sanctus ſuperueniet in te, & virtus Altiſſimi obumbrabit tibi, &c.* ergo neque tunc Beata Virgo conceperat. Confirmatur rurſus: Virgo demum dixit: *Ecce Ancilla Domini; fiat*: ergo priùs non fuerat factum, quòd ipſa modò conſentit, vt fiat. Poſſem veritatem hãc pluribus Patrum teſtimonijs comprobare; ſed quia res eſt adeò clara, vt non ſit neceſſe in ea diutiùs immorari, vnicum Bedæ teſtimonium in hunc locum Lucæ placet afferre: *Fiat*, inquit, *ſine viri ſemine conceptus in Virgine, naſcatur de Spiritu Sancto, integra carne: ſanctum, quod naſcetur de homine Matre, ſine homi-* C *ne patre, vocetur Dei Filius*. Sed

Beda.

Queſtiùncula.

Quæres: ſi, priùs quam Virgo protulit hæc verba, per actum internum conſenſit huic myſterio, cùr non tùnc ſequuta fuit in vtero eius Verbi conceptio?

Reſponſio. Suar.

Reſpondeo cum Suar. ſupra citata ſect. 4. quòd, ſicut voluit Deus, hoc myſterium perfici, interueniente collocutione Angeli cum Virgine, ita decuit etiam, vt non perficeretur, donec Beata Virgo ſuum conſenſum Angelo declaraſſet.

Concluſ. ſec.

Dico ſecundò, eo momento, quo moraliter fuit completa ſignificatio conſenſus Virginei, Verbum in eius vtero carnẽ aſſumpſiſſe. Hæc concluſio partim remanet probata ex dictis, partim verò proba- D tur ex hoc, quòd myſterium Incarnationis fuit peractum, interueniente collocutione Angeli cum Virgine: collocutio verò ſenſibilis, ſicut eſt medium, quo homines animi ſenſus exprimunt, ita moraliter accipitur, & tùnc cenſetur eſſe perfecta, quandò per eam animi conceptus innoteſcit. Quarè, licèt vltima ſyllaba quandóq; non ſit completa, adhùc tamen ſignificatio moraliter cenſetur perfecta.

QVAESTIO XXXV.

An in vtero Virginis fuerit formatum Chriſti corpus tempore, vel inſtanti.

Chriſti corpus momẽto tẽporis perfectiſſimè organizatum.

DICO, Chriſti corpus nõ ſpatio illo quadraginta dierum efformatum fuiſſe in Virginis vtero, ſed vnico momento diuina virtute, & Spiritus Sancti opificio perfectiſſimè fuiſſe organizatum. B Ita D. Tho. 3. p. q. 33. ar. 1. in corpore, vbi dicit: *Sed ipſa formatio corporis, in qua principaliter ratio conceptionis conſiſtit, fuit in inſtanti, duplici ratione. Primò quidem propter virtutem agentis infinitam, ſcilicet, Spiritus Sancti, per quem corpus Chriſti eſt formatum, vt ſupra dictum eſt; tantò enim aliquod agens citius poteſt materiam diſponere, quantò maioris virtutis eſt; vndè agẽs infinitæ virtutis poteſt in inſtanti materiam diſponere ad debitam formam. Secundò ex parte perſonæ Filij, cuius corpus formabatur; non enim erat congruum, vt corpus humanum aſſumeret, niſi formatum: ſi autem ante formationem perfectam aliquod tempus conceptionis præceſſiſſet, non poſſet tota* C *conceptio attribui Filio Dei, quæ non attribuitur ei, niſi ratione aſſumptionis: & ideò in primo inſtanti, quo materia glutinata peruenit ad locum generationis, fuit perfectè formatum corpus Chriſti, & aſſumptũ*. Hæc D. Thomas, quem communiter ſequuntur cæteri Theologi. Et probatur auctoritate ſacræ Scripturæ. Ierem. 31. *Fœmina circumdabit virum*; quem locum de Virgine intelligunt multi Expoſitores. Dicitur ergo, *circumdabit virum*, quia primo conceptionis momento Chriſtus fuit perfectus vir, quò ad partes omnes ſubſtantiales, ad veram humanitatem ſpectantes. Hoc idem docent Patres. Damaſcenus lib. 3. c. 2. *Dei Filius*, D inquit, *per Spiritum Sanctum ſibi corpus condidit, non ita, vt paulatim tacitis incrementis figura corporis abſolueretur, ſed vno, eodemq; momento abſolueretur, & perficeretur*. Baſilius homil. 25. de humana Chriſti generatione: *Quod in ea natum eſt: hinc*, inquit, *deprahendere licet, non ſecundùm modum carnis conſtitutionem Domini fuiſſe, ſed conceptum illicò perfectum, non per interualla paulatim formatum, vt planè verba declarant: non enim dicit; Quod in ea conceptum eſt; ſed, quod in ea natum eſt*. Sed

D. Thom.

Ierem.

Damaſcen.

Baſilius.

Obij-

Digitized by Google

Obiectio. Obijcies: formatio, ſeù organizatio corporis Chriſti ſupponit ſanguinis congregationem ad locum conceptioni deſtinatum, & ſic dicit motũ localem: ſed motus localis non poteſt fieri in inſtãti; ergo.

Diluitur. D.Thom. Reſponderi ſolet cõmuniter ex Diuo Thom. loco citato, illam ſanguinis congregationem fuiſſe conceptionis præambulum, & non potuiſſe eſſe in inſtanti; *Quia*, inquit Diuus Thomas, *hoc eſt contra rationem motus localis corporis cuiuſcũque, cuius partes ſucceſſiuè ſubintrant locum:* ipſe verò ſanctus Doctor dicit, tantùm ipſam corporis formationem, in qua principaliter ratio conceptionis conſiſtit, fuiſſe factam in inſtanti. Sed adhùc difficultas vrget. Nã & ipſa corporis formatio, ſeù organizatio includit motum localem; ergo non potuit fieri in inſtanti. Antecedens probatur. Supponamus, ſufficientem ſanguinem ad Chriſti corpus formandum eſſe conſtitutum in loco conceptioni deſtinato: adhùc tamen, vt organizetur corpus, quædam partes ſolidiores debent intereſſe, vt oſſa, cartilagines, & nerui: ergo quædã condenſatio ſanguinis debet fieri ad tales partes ſolidiores conſtituendas; nam ſanguis eſt homogeneus; ergo quædam ſanguinis partes debẽt mutare locum, quia certum eſt, quòd pars denſior facta minorem locum occupat; ergo in ipſa formatione corporis Chriſti motus localis interuenit; ergo, ſi implicat, motum localem fieri in inſtanti, implicabit etiam, dictam formationem corporis Chriſti fuiſſe factam in vtero Virgineo in inſtanti. Similis diſcurſus fieri poteſt de conſtitutione diuerſorum membrorum, & figurarum variatione, quæ conſtitutio, & variatio facta fuit in ipſa organizatione. Hanc difficultatem proponit Suar. tom.2. in 3.p.diſp.11.ſect.1.

Suar. Suppono, ſucceſſionem non eſſe de eſſentia motus localis. Et prima ratio eſt quia motus adductiuus ad locum non eſt aliud, niſi productio vbi, ſeù præſentiæ localis; ergo, quandò erit ſucceſſiuus, erit productio plurium vbi, ſeù præſentiarum localium, ſibi ſuccedentium, ita, vt priùs ſit productio præſentię ad partem loci priorem, deindè productio præſentiæ ad partẽ loci poſteriorem: ſed hæ præſentiæ ad locum priorem, & poſteriorem poſſunt eſſe ſimul, ſi faciat Deus, vt aliquid ſit præſens partibus loci anterioribus, & poſterioribus; ergo etiam actiones productiuæ talium præſentiarum poſſunt eſſe ſimul: & ſic motus localis, ita acceptus poteſt eſſe in inſtanti, quandoquidem non eſt aliud, niſi aggregatum ex productionibus talium præſentiarum ad locum.

A Secunda eſt quia Deus poteſt facere, vt mobile finitum ſimul ſit præſens ſpatio maiori ſe, quia, ſicut poteſt idem corpus collocare in pluribus locis inter ſe diſtantibus, ita etiam poteſt illud collocare in locis ſibi proximis, & tamdiù replicare totam collocationem, quouſque illud corpus ſit præſens toti ſpatio, in quo caſu ſimul exiſteret in ijs omnibus partibus ſpatij, in quibus per motum exiſteret ſucceſſiuè; quod ſignum eſt, exiſtentiam ipſius in toto ſpatio, quam in præſentia ſupponimus eſſe terminum motus localis, non poſtulare ex ſe ſucceſſionem ſuarum partium. Et abſolutè quòd non repugnet, B motum localem fieri in inſtanti, docent multi Recentiores, & poteſt etiam explicari ex eo, quod Theologi dicunt accidere in Angelis, qui, cùm habeant certum ſpatium, quod appellatur locus adæquatus, dupliciter poſſunt per ſuam potentiã motiuam ſe in illo collocare; primò quidem occupando illud totum in inſtanti; ſecundò verò ſucceſſiuè, & priùs occupando hanc partem, quàm illam; quæ tamen vtraque acquiſitio partium ſpatij non videtur eſſentialiter differre, quia, ſicut partes præſentiæ localis, quam Angelus acquirit, ad partes ſpatij ſunt eiuſdem eſſentiæ, ſiuè omnes ſimul accipiant eſſe, ſiue non: idq; ijs accidit omninò ab ex- C terno, ideſt, à voluntate Angeli determinante potentiam motiuam ad illas ſic producendas: ita etiam, dicunt, ſe habere partes acquiſitionis: atque ita tendentia Angeli ad coexiſtendum ſpatiò, illudq; occupandum eadem erit eſſentialiter, ſiue fiat tota ſimul, ſiue per partes. Hoc idem, nos dicimus, poſſe accidere in mobili corporeo ita, vt partes coexiſtentiæ, quas habet reſpectu ſpatij maioris, ſint eædem eſſentialiter, ſiuè omnes habeantur ſimul per potentiam Dei, ſiuè ſolùm ſucceſſiuè per virtutem motiuam naturalem: ex quo inferimus, etiam partes motus, per quas illæ acquiruntur, fore eaſdem eſſentialiter, ſiuè ſimul omnes producantur, ſiuè D ſucceſſiuè.

Dices: inſtantaneitas eſt de eſſentia mutationis; ergo ſucceſſio eſt de eſſentia motus cuiuſcumque. Rurſus inſurgitur.

Reſpondeo: tranſeat antecedens: nego autem conſequentiam: eſt enim diſpar ratio; nam mutatio propriè ſumpta eſt indiuiſibilis acquiſitio formæ indiuiſibilis; indiuiſibilitas autem eſt tota ſimul, atquè adeò in inſtanti: diuiſibilitas, quæ eſt propria motus, & poteſt eſſe ſucceſſiuè, & poteſt eſſe in inſtanti, quia poſſunt plures formæ acquiri, vna poſt aliam, & poſſunt acquiri omnes ſimul, cùm non habeant Occurritur.

repu-

repugnantiam ad ſimultatem. Quare maior eſt ratio, quòd inſtantaneitas poſſit eſſe de eſſentia mutationis, ſucceſſio verò non ſit de eſſentia motus. Dixi, tranſeat antecedens; nam, licèt multi illud admittant, multi tamen negant, putantes, formam indiuiſibilem poſſe diuina virtute acquiri productione ſucceſſiua diuiſibili. Sed

Inſtatur. Inſtabis: motus per illud eſſentialiter conſtituitur, per quod eſſentialiter differt ab alijs, cùm eiuſdem differentiæ munus ſit conſtituere rem in ſe, & facere, illam differre ab alijs: ſed motus per ſucceſſionem differt eſſentialiter à mutatione inſtantanea; ergo etiam per ſucceſſionem conſtituitur eſſentialiter. Minor probatur, quia nihil aliud poteſt aſſignari, per quod ſufficienter ab illa differat.

Reijcitur. Reſpondeo, falſum eſſe, quòd motus eſſentialiter diſtinguatur à mutatione inſtantanea, ſi de illo loquamur in vniuerſum, & in genere. Quarè aduerte pro ſolutione huius inſtantiæ, & aliorum, quæ obijci poſſent, idem eſſe diſtinctiuum primarium, ſeù principalius, & conſtitutiuum rei; at eſſe ſucceſſiuum formaliter nō eſſe primarium diſtinctiuum motus à mutatione, ſed ſecundarium connaturaliter conſequens. Primarium autem eſt eſſe ſucceſſiuum radicaliter, id eſt, eſſe principium exigitiuum ſucceſſionis, ac proindè, hoc eſt etiam conſtitutiuum motus. Aduerte inſuper, motum localiter communiter accipi à Philoſophis per acquiſitionem ſpatij, per partem poſt partem; & ſic motus localis, prout totum hoc ſignificat, non poteſt eſſe in inſtanti: ſi verò acquirerentur omnes partes loci, ſimul poſſet dici non motus localis, ſed mutatio inſtantanea ad locum. His poſitis,

Reſpōdetur primariæ difficultati, & explicatur D. Thom. Reſpondeo propoſitæ ab initio difficultati, primò explicando ſanctum Doctorem, qui dicit, motum localem ſanguinis ad locum generationis non potuiſſe eſſe in inſtanti, quia accepit motum localem, prout communiter accipitur à Philoſophis, per acquiſitionem ſpatij, per partem poſt partem; hoc enim innuere videntur ipſa eius verba, dum ait: *Quia hoc eſt contra ipſam rationem motus localis corporis cuiuſcumque*. Dicit ergo S. Thomas, motum localem, antecedentem conceptionem fuiſſe in tempore, cuius partes ſucceſſiuè ſubintrant locum: quandò verò affirmat, formationem corporis Chriſti fuiſſe in inſtanti, ſanè, cùm hæc formatio corporis includat organorum diſtinctionem, & condenſationem, & figurarum varietatem, quæ omnia non poſſunt fieri ſine motu locali, vt diximus (& hoc non

A latuiſſe ſanctum Doctorem, pro certo habeo) dicere poſſumus, ab eo aſſeri, hæc omnia facta fuiſſe in inſtanti miraculosè; nulla enim eſt repugnantia, vt vidimus ſupra, quòd motus localis per modum mutationis inſtantaneæ diuina virtute fiat in inſtanti. Et ſanè quòd tota illa organizatio, ſeù formatio corporis Chriſti facta fuerit in inſtanti, etiam vt includit motum localem, expreſsè affirmatur à Suar. to. 2. in 3. p. ſect. 2. diſp. 11. Suar.

Alia reſponſio. Reſponderi ſecundò poteſt, quòd formalis corporis Chriſti conſtitutio, quatenùs dicit productionem formarum partialium, ſcilicet, carnis, oſſis, neruorum, & cartilaginum, facta fuit diuina virtute in
B inſtanti: ſuppono enim hic, veriſſimam ſententiam affirmantem, dari has formas partiales in homine, de qua aliqua breuiter q. 33. infra dicemus: hæ enim formæ, cùm ſint res permanentes, incipiunt intrinſecè, id eſt, in inſtanti: diſtinctio verò, ſeù materialis, vt ita loquar, formatio corporis Chriſti, quatenùs dicit motum localem ſanguinis ad locum generationi deſtinatum, & motum localem ad condenſationem, ſeù coagulationem ſanguinis, ad partium diſtinctionem, & figurationem neceſſariam, quæ partes ſanguinis ſic aggregatæ, condenſatæ, diſtinctæ, & figuratæ fuerunt, vt diſpoſitæ eſſent ad formas partiales carnis, oſſis, neruorum, cartila-
C ginum, &c. probabile videtur, quòd facta fuerit quadam breui morula temporis, dū Virgo proferebat illa verba: *Ecce ancilla Domini; fiat mihi, &c.* Hoc dicendum neceſſariò videtur, ne aſſeramus plura miracula ſine magno fundamento, vel quæ non valdè conſentanea ſint myſterio Incarnationis. Etenim ad ponendum hoc miraculum, quòd, nimirum, motus prædictus localis fuerit factus in inſtanti, nulla auctoritas eſt, quæ nos cogat. Et ſi dicatur, breui morula temporis, dum, ſcilicet, Virgo illa proferebat verba: *Ecce ancilla Domini, &c.* fuiſſe in vtero eius factā diſpoſitionem per motum localem ad corporis Chriſti formationem, res ſatis conſenta-
D nea apparet: nam, ſeruata ſemper dignitate huius myſterij, de cætero, quantum fieri poteſt, naturalis modus, ſeù ordo huius conceptionis Chriſti debet ſaluari, vt ſic meliùs maternitas vera reperiatur in Virgine. Quarè Suar. to. 2. in 3. p. diſp. 9. ſect. 2. ſub §. quò ad priorem, ait: *Et ideò decuit, vt Beata Virgo, vt ſupra dicebamus, naturali, ac vitali facultate ſua vim adhiberet ad attrahendum, congregandumq; ſanguinem ita, vt motus illi, quò ad ſubſtantiā, naturalis eſſet, & vitalis, & ſolum in velocitate, ac ſubtilitate ſupernaturalis. Vnde* Suar.

vere-

veriſimile eſt, cùm primùm Beata Virgo A *capit præſtare conſenſum illo verbo, Ecce, cæpiſſe ſimul quaſi exhibere, & collocare ſanguinem in loco ad conceptionem Chriſti accommodato, Spiritu Sancto eam mouente, & vim, ac efficaciam præſtante*. Hæc Suar. qui concedit, motum localem, antecedentem conceptionem Chriſti fuiſſe factum in tempore; conceptionem verò ipſam, in qua interueniſſe etiam motũ localem, putat, affirmat eadem ſect. verſus finem ℣. *Quo circa dicendum cenſeo*, factam eſſe in inſtanti,

QVAESTIO XXXVI.

B

Vtrùm in vtero Virgineo vno, eodemq; momento, & corpus Chriſti fuerit organizatum, & anima eius creata, eidemq; corpori vnita.

Affirmatur.
D.Thom.
Concil. Cõſtantinop.

DICO affirmatiuè. Ita D. Thomas 3.p. q.6. ar. 2. & latiùs q. 33. ar. 1. & 2. Et definitum eſt in Concilio Conſtantinop. ar. 11. in ep. Sophronij Antiſtitis; ibi approbata, vbi: *Caro*, inquit, *Dei Verbi Chriſti concepta in vtero Virginis, & ſimul animata caro, & animata caro ſimul Verbi Dei caro*: ſignificatur enim his, quòd caro Chriſti non priùs fuit caro, quàm animata, neque priùs animata, quàm aſſumpta. Idem tradit Anaſtaſius Papa, vt habetur in 2. tom. Conciliorum, dum ait: *Simul atque Beata Virgo protulit: Ecce ancilla Domini; conceptionem carnis Domini, & animationem, & aſſumptionem fuiſſe completam*. Et Leo Papa epiſt. 9. contra Eutichem hæc habet: *Arbitror enim, talia proloquentem hoc habere perſuaſum, quòd anima, quam Saluator aſſumpſit, priùs in cælis ſit commorata, quàm de Maria Virgine naſceretur, eamq; ſibi Verbum ita vtero copularit: ſed hoc catholicæ mentes, aureſq; non tolerant*: & infra de Chriſto ſermonem habens: *Non alterius*, inquit, *tamen naturæ erat eius caro, quàm noſtra, nec alio illi, quam cæteris hominibus, anima eſt inſpirata principio*.

Anaſtaſius Papa.

Leo Papa.

QVAESTIO XXXVII.

Vtrùm vno illo, eodẽq; momento, quo in vtero Virgineo fuit formatum Chriſti corpus, eiusq; anima creata, & infuſa, ſimul etiam hæc omnia vnita fuerint Verbo.

Affirmatur, & eſt de fide.

DICO, certum eſſe in Catholica fide, ita animam, & corpus fuiſſe aſſumpta à Verbo Dei, vt in hac aſſumptione nec prior fuerit anima corpore, nec corpus prius anima, ſed ſimul, eodemq; momento ambo fuerint aſſumpta. Fuit enim error Origenis lib.2. Periarchon c.6. animam Chriſti fuiſſe cum reliquis omnibus animabus creatam à principio vniuerſi, atque inſeparabiliter Verbo Dei vnitam, antequàm carni ipſius in viſceribus Virginis vniretur: de qua re videri poteſt Niceph. lib.17. hiſt. c.27. Talis ergo error damnatur in Conc.5. Conſtantinop. can.2. & in 6. Synodo in epiſt. Sophronij, quæ act. 11. recitata fuit, & probata in act.13. definitur enim apertè, neque carnem, neque animam Chriſti præextitiſſe ante vnionẽ, C vt patet ex verbis eiuſdem Sophronij citatis in præcedenti quæſtione; in qua re adeò certa non eſt neceſſe ampliùs immorari.

Origenes.

Niceph.

QVAESTIO XXXVIII.

Vtrùm B. Virgo, vt inſtrumentum Dei, effectiuè attigerit vnionem hypoſtaticam humanitatis ad Verbum.

Suar. quid ſentiat.

D SVARIVS to.1. in 3.p.diſp. 10. ſect. 1. dicit, partem affirmatiuam eſſe piam, & probabilem, ſed in contrariam partem magls inclinat, quia putat, vnionẽ hypoſtaticam priùs natura factam eſſe in anima, & materia ſecundùm ſe, quàm vnitis, ſeù quã in tota humanitate. Quarè, vt de hac quæſt. quæ ſanè eſt magni momenti, & plurimùm ad Matris Dei exaltationẽ conferre videtur, enucleatiùs agatur, priùs examinandum eſt, an ſecundùm aliquam

Digitized by Google

Quæſtio ſuborta.

prioritatem naturæ priùs anima, & corpus fuerint vnita Verbo, quàm inter ſe, & quotuplex fuerit hæc vnio.

Raguſæ opinio.

Aliqui putant, & præcipuè Raguſa diſp. 66. concl. 3. priùs aſſumptum fuiſſe à Verbo totum, quàm corpus; aut ſaltèm non priùs corpus, quàm totum. Fundamentum eius eſt quia corpus in compoſito nō habet ſubſiſtentiam partialem, ſed ſubſiſtit ſubſiſtentia totius; ergo non poteſt aſſumi ad ſubſiſtendum, niſi aſſumptione totius. Et concl. 4. ſimiliter affirmat, priùs aſſumptum eſſe totum, quàm animam, aut ſaltèm non priùs animam, quàm totum: & fundatur in eo, quòd, licèt in generatione naturali hominis anima ſubſiſtat priùs, quā vniatur corpori, hoc tamen non obſtat. B *Etenim*, inquit, *ideò in generatione hominis eſt prius natura ſubſiſtentia partialis animæ rationalis, quia ſubſiſtentia naturalis, quæ componitur ex partibus, talis eſt, vt nec ſubſiſtant, nec poſſint ſubſiſtere per illam ipſæ partes nè quidem partialiter, ſed ſolùm totum: vndè fit, vt tantùm poſſit terminare productionem totius, non verò creationem alicuius partis, quæ eſſet creanda; & partibus, quæ ſubſiſtunt ex ipſa, non poſſit tribui operatio propria vt quod, ſed ſolùm vt quo: anima verò debet creari, & operari vt quod per ſubſiſtentiam partialem; ideò hæc partialis debet ſupponi toti. At verò per vnam ſubſiſtentiam poteſt ſubſiſtere quidquid eſt* C *capax ſubſiſtentiæ. ſiue partialis, vt anima, ſiue totalis, vt humanitas, & poteſt terminari productio naturæ tum completæ, tum incompletæ.* Et paulò poſt ſic concludit: *Ergo, ſicut poteſt vna, eademq; ſubſiſtentia ratione infinitæ perfectionis ſupplere vicem completæ, & incompletæ ſubſiſtentiæ, ita poteſt ſimul terminare totum, & partes vna vnione totali, non autem duabus, quarum vna ſupponatur alteri, ſed quæ ſimul integrent totalem.* Ita Raguſa, apud quem plura videri poſſunt pro hac parte.

Scotus, Vaſquez.

Fauent huic opinioni Scot. in 3. diſt. 2. § *ideò quantum*, & Vaſq. tom. 1. in 3. p. diſp. 39. c. 3. affirmantes, eſſe vnam ad totam humanitatem terminatam vnionem. Fundamentum eorum eſt, quia Verbum ſuppleuit in humanitate propriam perſonalitatem: at humanitas non ſubſiſtit propria perſonalitate, niſi vt totū eſt ex partibus conſtitutum; ergo vnio perſonalis Verbi non eſt terminata, niſi ad totam humanitatem, ergo vna tantùm eſt vnio hypoſtatica terminata ad totum. Minor probatur, quia partes non ſubſiſtunt, niſi ſubſiſtentia totius, ergo non ſunt aſſumptibiles ad ſubſiſtendum, niſi ratione totius.

Alia Recentiorum nonnullorū opinio.

Alij tenent, animam Chriſti priùs aſſumptam, quàm totum; corpus autem nō A priùs, ſed poſteriùs. Ita Recentiores aliqui. Fundamentum eſt quia in generatione hominis anima rationalis, quæ à Deo creatur in corpore, priùs natura ſubſiſtit, quam ſubſiſtat totum compoſitum; Verbū autem, ſupplendo propriam ſubſiſtentiam in humanitate, ſuppleuit illam cum eadem prioritate, & poſterioritate, quam diceret ad propriam naturam; ergo priùs aſſumpſit animam, quàm totum.

Gabr.

Fauet etiam huic opinioni Gabr. in 3. diſt. 1. q. 2. ar. 2. probabiliter aſſerens, vnam tantùm eſſe vnionem hypoſtaticam terminatā ad animam, ratione cuius etiam corpus, & reliqua accidentia dicūtur ſuppoſitaliter vnita Verbo. Fundatur in eo, quòd natura, B quæ ob ſui imperfectionem non eſt capax gratiæ imperfectioris, non eſt capax gratiæ perfectioris: ſed corpus ob ſui imperfectionem non eſt capax gratiæ gratū facientis, quæ eſt imperfectior; ergo nec gratia vnionis, quæ eſt omnium perfectiſſima.

Diuerſa à prioribus ſententia.

Alij opinantur, partes fuiſſe aſſumptas priùs, quàm totum, quia, ſicut in generatione naturali ſupponuntur toti ſecundùm partiales ſubſiſtentias, ita & in generatione Chriſti ſupponi debent ſubſiſtētes, ſubſiſtentia Verbi, loco ſubſiſtentiæ partialis, cui illa ſuccedit.

Suar.

Ita Suar. to. 1. in 3. p. diſp. 17. qui diſp. 8. ſect. 5. ponit tres vniones, vnā ad animam, alteram ad corpus, tertiam, C ad totam humanitatem: tuetur enim hic Author, quòd non ſolùm anima rationalis, verùm etiam corpus habeat partialē ſubſiſtentiam, per quam ſubſiſtunt priùs natura vt quod, quàm totum; & ſeparata abſque productione alicuius ſubſiſtentiæ, ſeù modi poſſunt ſubſiſtere. Ita habet paſſim dicta diſp. 17. Fundamentū antem, cùr ponit tres vniones, eſt quia partes humanitatis non ſolùm ſigillatim ſumptæ vnibiles ſunt Verbo, vt conſtat in triduo, in quo corpus, & anima ſeparata manſerūt vnita Verbo; ſed etiam humanitas, vt eſt integra natura, diſtincta à partibus: nec ſufficiunt vniones partium, vt ipſa immediatè, & proximè, prout eſt quid diſtinctum à par- D tibus, maneat vnita Verbo.

Diſſentiunt Caiet. Altiſiodor. Argent.

Caiet. verò in 3. p. q. 6. ar. 5. Altiſiod. lib. 3. tract. 1. p. 2. & Argent. in 2. diſt. 1. q. 1. 2. 3. ponunt duas vniones, alteram terminatā ad animam, alteram ad corpus. Poteſt autem hæc ſententia intelligi dupliciter, vel quòd priùs natura Verbū aſſumpſerit partes, quàm partes ipſæ vnione naturali fuerint vnitæ ad inuicem, vel è contra quòd priùs natura partes fuerint vnitæ ad inuicem, quàm Verbo. Primo modo affirmant Caietanus, & Argentinas; ſecundò Altiſiodor. Pro ſolutione,

Suppo-

Supponendum, in generatione hominis, quandò formatur embrio, & organizatur corpus, produci in eo formas quaſdam, quæ appellantur partiales, vtpotè formæ carnis, oſſis, neruorum, cartilaginum, &c. Et ſic, quandò anima informat corpus, adſunt prædictæ formæ partiales, & perſeuerant cũ ipſa anima. Vt verò omittam mnltas rationes, quæ afferri poſſunt, aliquas tantùm præcipuas adducam. Et primò, quandò animal occiditur, transfixo corde, ſenſu ipſo certum videtur, quòd remaneant per aliquod tempus eadē caro, & oſſa in cadauere, quæ fuerunt in viuente; ergo remanet etiam illa forma, per quam habebant eſſe carnis, & oſſis; quæ tamen non eſt anima, cùm hæc non maneat. Antecedens, præterquam quòd ſenſu eſt notiſſimum, probatur, quia per illam actionem, formaliter loquendo, nihil producitur incompoſſibile formæ carnis, quæ ſaltèm eſt in aliqua parte animalis, diſtante à corde, verbi gratia, in pede; neque tolluntur diſpoſitiones ad illam. Secundò certum eſt, ad hoc, vt anima rationalis recipiatur in materia, debere illam organizari, & diſtingui in carnem, oſſa, &c. & has formas educi ex ipſa materia, & potentia ſeminis. Vel ergo, adueniente anima, adhùc manent, vel eorrumpuntur. Si primũ, habetur intentum. Secundum autem dici non poteſt, tum quia nihil corrumpitur, ad cuius defitionem deſinere debeant, ſiquidem omnes illarum diſpoſitiones adhùc manent, cùm etiam quia nihil perditur, quod ſit ipſis incompoſſibile, cùm forma, propter quam ſolùm ſunt introductæ, vt, ſcilicet, ad illam vltimò diſponerent, & præparent materiam, non poſſit dici incompoſſibilis, ſicut neque eſt incompoſſibilis ſuæ vltimæ diſpoſitioni: & ſimpliciter nullum poteſt aſſignari agens, quod illas corrumpat. Si enim aſſignetur illud ipſum, quod introducit animam, contra eſt, quia, introducendo animam, nihil introducit illis incompoſſibile, ſed potiùs maximè conforme, & prætereà quia illas formas non ad hoc introduxit, vt deindè expelleret, ſed vt remanerent. Nam, ſi, quandò primò eſt anima, ipſæ primò deberent non eſſe, illud agens inutiliter laboraſſet, vt eas produceret, quia eſſe illarum non requirebatur ab anima, ſed ſolùm requirebatur ipſum non eſſe; & ideò meliùs feciſſet illud agens, ſi eas reliquiſſet ſub non eſſe, & nunquàm traxiſſet ad eſſe. Etſi dicatur anima non requirere quodcumque non eſſe, ſed primum non eſſe talium formarum, cum connotatione, ſcilicet, ipſius fuiſſe immediatè præcedentis ad non eſſe, hoc ipſum eſſet explicandum, quid

A plus poſſit primum non eſſe alicuius rei, ſuper id, quod poteſt non eſſe ſimpliciter, cùm connotatio ipſius eſſe iam præhabiti, quæ inuoluitur in hoc, quod eſt primò non eſſe, ſit aliquid merè extrinſecum, & nihil dicat actuale, & verè anima tunc introducatur in materiam, quandò ſunt illæ formæ.

Neque ſatisfacit Caietanus hoc loco, quandò ait, animam non debere introduci in materiam nudam ab iſtis formis, ſed in materiam ſpoliatam, quia debet illas habuiſſe, vt per eas eſſet conſtituta, tamquã propria materia tranſiens ipſius compoſiti animati; ſicut etiam alimentũ ad hoc,
B vt conuertatur in ſubſtantiam aliti, debet habuiſſe formam ſanguinis, quia hæc ſola eſt materia tranſiens nutritionis. Id, inquam, non ſatisfacit: nam, ſi materia permanens animati compoſiti ſolùm eſt materia prima, prout carens illis formis, quandocumque illis caruerit, poterit recipere animam, & conſtituere tale compoſitum, quia ſemper erit materia proxima, quæ debet in illo remanere, neque in tranſmutationibus multùm curatur de materia tranſeunte, niſi propter illam, quæ debet eſſe permanens: ſi enim hæc cum ijs omnibus, cum quibus determinetur ad recipiendam hanc formam, reperiretur poſt quamcumque formam, ex quo-
C cumque compoſito poſſet fieri quodcumque, & quodlibet eſſet materia tranſiens reſpectu cuiuſlibet. Etſi in panem, verbi gratia, poſſent introduci ad formam aliti, etiam panis eſſet materia tranſiens nutritionis, neque ſolus ſanguis: ergo ſimiliter, ſi ad recipiendam animam ſolùm requiritur non habere illas formas, etiamſi illas materia aliqua nunquam habuerit, adhùc tamen poterit eſſe apta ad recipiendam animam.

Similiter neque ſatis eſt, quod dicunt alij, ideò, ſcilicet, ab agente produci priùs in materiam formam carnis, & oſſis, quia natura ſemper tranſit ad perfectum per imperfectum, & ideò non ſtatim traducit
D materiam ad eſſe animatum, ſed priùs illam producit per huiuſmodi eſſe, quæ ſunt quaſi media inter compoſitũ animatum, & alia, quæ appellantur merè naturalia. Vel enim, quandò natura per imperfectum dicitur tranſire ad perfectum, ſignificatur, quòd priùs debeat tranſire per omnes formas, quæ ſunt minùs perfectæ, quàm illa vna, quam tradit; vel certè quòd tales formæ ex propria ratione ſunt connexæ ad inuicem, vt vna non poſſit acquiri, niſi acquiſitis alijs; neque illæ acquirantur, niſi propter acquiſitionem alterius, quæ debet ſuccedere: non primum,

quia, cùm conſtet, formas brutorum eſſe minùs perfectas, quàm hominis; certum tamen eſt, quòd non priùs materia tranſit ad omnes illas, quàm tranſeat ad hanc: neque ſecundum, quia hoc ipſum eſſet explicandum, vndè proueniat huiuſmodi connexio, & coordinatio formarum, ſecundùm prius, & poſterius, ita, vt illæ debeant præcedere, & hæ ſubſequi, etiamſi, quandò ſubſequuntur, nihil requirant in ſubiecto, niſi illarum abſentiam.

Porrò contra hãc ſententiam nulla alia ferè eſt difficultas, niſi, vt explicetur, qua ratione in eadem materia ſimul eſſe poſſint plures formæ ſubſtantiales abſque eo, quòd faciant aggregatum per accidens. Verùm hoc facilè videtur explicari, ſi dicamus, non omnes formas eodem modo actuare materiam, neque facere ſimul cũ illa cõpoſita vnius tantùm rationis: quædam enim compoſita in rerum natura ita ſunt entia completa, & hoc aliquid in ſua ſpecie, vt omninò ſint aliquid per ſe, neque à natura intendantur propter aliud, vt eſt, verbi gratia, homo, lapis, &c. quædam verò, licèt habeant aliquam ſpeciem, & eſſentiam, ea tamen non per ſe intenduntur, & producuntur, tamquam pertinens ad vniuerſi integritatem, & perfectionem, ſed ſolùm vt aliquid alterius, & ab illo ipſo productum, à quo producitur illud aliud; neque vnquàm repertum, niſi in illo, vel ex illo: & ideò etiam formæ, quæ reſpondent talibus compoſitis, debent eſſe tales, vt habeant aliquem ordinem ad illa, propter quę ſolùm conſtituũt ſua compoſita. Et quoniam huius generis compoſita non vno tantùm modo inſeruiunt alijs, ſed multipliciter, & ſæpè accidit, quòd illud aliud ea ſibi determinet, tamquam partes materiales, & integrantes, per quas etiam exercet multas operationes; indè eſt quòd eorum formæ tales etiam eſſe debeant, vt ſecum compatiantur quidquid eſt neceſſarium ad illum finem, propter quem ſunt, ac proindè relinquant ſubiectum alterius actuabile per principium operationum, quod non eſt niſi ipſa forma illius. Hac ratione nõ modò pili, & vngues, ſed etiam caro, oſſa, & nerui ſe habent: licèt enim eorum vnumquodque ſit quædam ſubſtãtia ex propria forma, & materia, non eſt tamen talis ſubſtantia, quæ alio modo intendatur à natura, niſi vt aliquid alterius, ideſt, animalis. Aſſertores huius ſententiæ ſunt Scotus in 4. diſt. 8. q. 3. ar. 2. & 7. metaphyſ. q. 20. & communiter Scotiſtæ, atque Auerroiſtæ etiam: & plura videri poſſunt apud Dandinum in lib. 2. de anima textu 11. digreſſ. 8. p. 3. & hanc etiam ſequitur Coninch de

Scotus. Dandinus, Coninch.

ſacramentis tom. 1. in quæſt. 76. in artic. 2. dub. vnico à nu. 20. qui etiam optimè, & breuiter confutat ea, quæ præcipuè obijci ſolent.

Supponendum ſecundò, animam rationalem ſeparatã habere ſuam peculiarem ſubſiſtentiam, per quam ſubſiſtit. Nam anima rationalis ſeparata à corpore naturaliter exiſtit, & non exiſtit in alio, à quo dependeat; ergo exiſtit per ſe, & conſequenter ſubſiſtit. Antecedens eſt clariſſimum, quia anima rationalis poſt ſeparationem à corpore eſt immortalis: conſequentia patet, quia, cùm per ſe exiſtat, & non in alio, debet habere aliquid ſibi connaturale, ratione cuius dicatur eſſe in ſe, & non in alio; hoc autem non eſt aliud, niſi ſubſiſtentia. Similiter anima rationalis, dum eſt corpori coniuncta per informationem, habet etiam ſuam peculiarem ſubſiſtentiam: nam anima rationalis ſeparata, vt dictum eſt, habet ſubſiſtentiam ſibi connaturalem; ergo coniuncta corpori etiam eamdem retinet. Antecedens patet. Conſequentia probatur: nam non repugnat modus ſubſiſtentiæ conueniens animæ cum actuali vnione ad corpus; ergo non eſt, cùr anima coniuncta non retineat ſuam ſubſiſtentiam. Conſequentia patet. Antecedens probatur, quia vnio illa animæ cum corpore non facit, animam eſſe in corpore dependenter ab eo, vt ab eodem ſuſtentetur; ſed ſemper eſt per ſe independens à quocumque ſuſtentaculo; ergo modus ille actualis vnionis non repugnat modo ſubſiſtentiæ ipſius animæ; nam alia ratio repugnantię inter hos duos modos reperiri non poteſt. Secundò anima rationalis, & ſimul vnitur corpori, & creatur: ſed creatio eſt rerum ſubſiſtentium; ergo anima rationalis habet propriam ſubſiſtentiam, ratione cuius terminet actionem creatiuam.

Contra hoc, non video, quid obijci poſſit, niſi fortè illud. Anima, vt coniuncta, eſt in corpore per modum partis, & conſequenter ei cõmunicatur: ergo non erit propriè ſubſiſtens, quia ſubſiſtentia excludit quemcumque modum eſſendi in alio. Atque ob hoc Fonſeca 5. metaphyſ. c. 8. q. 5. ſect. 4. diſtinguit duplex ſubſiſtere. Primum eſt, quandò aliquid eſt omninò independens ab alio in ſuſtentari: & hoc pacto, ait, animam coniunctam ſubſiſtere. Secundum eſt, aliquid ita eſſe in ſe, vt neque actu, neque in potentia ſit in alio per modum partis, aut formæ: & hoc pacto anima neque ſeparata, neque coniuncta ſubſiſtit, quia eſſe poteſt in corpore, tamquã pars. Verùm hæc diſtinctio non eſt neceſſaria: cùm enim ratio ſubſiſtentiæ cõſiſtat

Fonſeca.

in

in illo modo poſitiuo, non eſt explicanda per negationes, quæ ſunt eo poſteriores. Cùm ergo ratio, ſeù effectus illius modi conſiſtat in hoc, vt faciat, rem ita eſſe in ſe, vt ab alio ſuſtentante non dependeat, & hoc conueniat animæ; illa proprijſſimè ſubſiſtet, licèt aliundè per modum partis communicari poſſit, quæ communicatio non repugnat ſubſiſtentiæ.

Supponendum tertiò, in compoſito materiali eſſe ſubſiſtentiam ipſius materiæ, per quam non ſolùm materia, ſed etiã forma materialis, vt dependens, terminatur, & conſtituitur ſubſiſtens. Explico breuiter. Totum compoſitum propriè dicitur ſubſiſtere; ergo debet habere partes ſubſiſtentes, quia ex non ſubſiſtenti non poteſt fieri aliquid ſubſiſtens. Inſuper forma non habet propriam ſubſiſtentiam, quia eſt intrinſecè dependens à materia, & tamen debet aliquo modo ſubſiſtere, vt differat ab accidentibus, quæ inhærent. Dependentia igitur illius prouenit ex eo, quòd debet terminari, & ſuſtentari per ſubſiſtentiam materiæ, & conſequenter per eã fieri ſubſiſtens: vndè materia habet ſuam ſubſiſtentiam, tamquam fundamentum omnium rerum, ab ipſa dependentium, à qua eſſentia ſua terminatur, inadæquatè tamen, quia eadem ſubſiſtentia poteſt inſuper terminare formam materialem, quæ propria ſubſiſtentia naturali non eſt terminabilis: vndè eadem omnino ſubſiſtentia terminat tam materiam, quàm formã dependentem, ac vtramq; conſtituit ſubſiſtentem.

Obiectio. Neque dicas: hæc ſubſiſtentia materiæ totalis eſt completa, vel incompleta: quia ſi dicatur primum, ergo materia ſimùl cũ anima rationali non faciunt vnum per ſe. Sequela probatur: vnum per ſe fit ex duobus incompletis, ſed ſubſiſtentia materiæ eſt completa, ergo non poteſt facere vnum per ſe ſubſiſtens cum ſubſiſtentia animæ, ſiuè hæc ſubſiſtentia ponatur cõpleta, ſiuè incompleta. Si verò dicatur ſecundum, quòd ſubſiſtentia materiæ ſit incompleta; ergo, quandò materia eſt vnita formis materialibus, deeſt ſubſiſtentiæ illius aliquid, quod eſt abſurdum ex terminis.

Solutio. Reſpondeo, ſubſiſtentiam materiæ eſſe completam, dupliciter poſſe accipi; vel ita, vt non exiſtat complementum in genere ſubſiſtentiæ, alia, ſcilicet, partialis ſubſiſtentia; & in hoc ſenſu concedo, eſſe completam: vel ita, vt non ſit ordinata cum materia, cuius eſt ſubſiſtentia, ad faciendum vnum aliquod totum, per ſe ſubſiſtens; & in hoc ſenſu nego, eſſe completam. Ad id, quod dicitur de anima rationali, nego, debere facere vnum per accidens ſimul cum materia.

Ad probationem dico, fieri vnum per ſe ſubſiſtens ex anima rationali, & materia, quia vtraque ſubſiſtentia eſt completa in hoc ſenſu, quatenùs ſubſiſtentia vtriuſque eſt ſubſiſtentia ſemientis ordinati ad faciendum vnum per ſe cum alio ſemiente: & propter hanc eamdem rationem non dicuntur in homine duo ſubſiſtentes ſimpliciter.

Inſtatur. Inſtabis: verè tam ſubſiſtentia animæ rationalis, quàm ſubſiſtentia materiæ cõpleta eſt in genere ſubſiſtentiæ: vna non coexigit aliam; ergo etiam in genere ſubſiſtentiæ non poſſunt coniunctè facere vnum ens, per ſe ſubſiſtens.

Reijcitur. Reſpondeo: quòd anima vniatur materiæ ad faciendum vnum per ſe cum illa, poteſt hæc vnio accipi dupliciter; vel ita, vt ratio incompleta, vnibilis ad faciẽdum vnum per ſe, ſit anima, vt forma præcisè eſt, vel ita, vt ſit anima, non ſolùm vt forma eſt, ſed etiam vt ſubſiſtens. In ſecundo ſenſu negatur, animam ordinatam eſſe ad faciendum vnum per ſe cum materia, quaſi ratio ſubſiſtentiæ animæ ſit per ſe incompleta, & complebilis per ſubſiſtentiam materiæ. In primo verò ſenſu conceditur, animam ordinatam eſſe ad faciendum vnum per ſe cũ materia, quia, vt forma, & ſemiens, eſt actuatiuum materiæ. His poſitis, reſpondeo, ſubſiſtentiam tam animæ, quàm materiæ non facere per ſe vnum in genere ſubſiſtentiæ, quamuis in eodem genere vna aliam coexigat (& hoc tantùm probat argumentũ) ſed facere vnum per ſe ſubſiſtens, quatenùs ſubſiſtentiæ ſunt duorum ſemientium, quæ ordinata ſunt ad faciendum vnum per ſe.

Concluſio prima. Dico primò, priùs non prioritate temporis, ſed, vt ita loquar, prioritate quaſi formali, animam, & corpus Chriſti fuiſſe vnita Verbo, quàm inter ſe. Infertur ex D.Thom. 3. par. q. 6. ar. 5. ad primum, vbi docet, aſſumptionem partium eſſe priorem in executione, quamuis in intentione prior ſit aſſumptio totius. Et probari poteſt ex Caietano, quia, quod eſt poſterius reſolutione, eſt prius compoſitione; ſed vnio partium cum Verbo eſt poſterior reſolutione, quia, deſtructa vnione partium inter ſe, perſeuerat vnio earumdem cum Verbo; ergo in compoſitione prior fuit vnio partium cum Verbo, quàm earumdem inter ſe. Probatur à priori quia in eo naturæ ſigno Verbo vnitæ fuerunt partes humanitatis, in quo propriæ ſubſiſtentiæ fuiſſent vnitæ: ſed propriæ ſubſiſtentiæ fuiſſent vnitæ priùs natura, quàm inter ſe;

ſe; ergo, &c. Maior patet, quia Verbum, ſupplendo propriam ſubſiſtentiam in humanitate, ſuppleuit illam connaturaliori modo, quo potuit. Minor probatur, tum quia ſubſiſtentia eſt terminus creationis, quæ natura præcedit vnionem; cùm etiã quia ſubſiſtentia eſt complementum magis internum, quàm ſit vnio partis cum comparte, quia ſubſiſtentia perficit rei exiſtentiam ſecundùm ſe; vnio verò in ordine ad compoſitum; & quia ſubſiſtentia ſequitur rationem ſubſtantiæ, vnio verò rationem partis, prior autem eſt ratio ſubſtantiæ, quia vniuerſalior, quàm ratio partis. Et confirmari poteſt; ſic enim melius ſaluatur maternitas in Beata Virgine; nam, ſi ſupponamus, animam, & corpus Chriſti priùs fuiſſe vnita Verbo, quàm inter ſe, actio, qua Beata Virgo vniuit illa inter ſe, terminata eſt ad Deum, tamquam ad terminum intrinſecum, quia terminata eſt ad compoſitum ex partibus iam vnitis hypoſtaticè Deo, & cõſequenter actio ipſa habuit pro intrinſeco termino Deum. Contrà verò, ſi ſupponamus, illa priùs natura fuiſſe vnita inter ſe, actio, qua Beata Virgo vniuit illa, non eſt terminata formaliter ad Deum, ſed ad humanitatem, quia non eſt terminata ad partes iam vnitas Deo; quod eſt valdè notandum pro excellentia dignitatis Matris Dei.

A B

Conclus. sec.

Dico ſecundò, quòd priùs non prioritate temporis, ſed naturæ Verbo vnitum fuit corpus Chriſti, prout dicit formas partiales, quàm fuerit vnita eidem Verbo ipſa anima rationalis. Probatur, quia, vt dixi in præcedenti concluſione, in eo ſigno naturæ Verbo fuerunt vnitæ partes humanitatis, in quo per propriam ſubſiſtentiam ſubſtitiſſent, quia Verbum, ſupplendo propriam ſubſiſtentiam in humanitate, ſuppleuit illam connaturali modo: ſed priùs natura materia ſubſtitiſſet, & formæ partiales per materiæ ſubſiſtentiã ſubſtitiſſent, quàm anima rationalis ſubſtitiſſet; ergo, &c. Maior patet. Minor etiam conſtat, quia in generatione naturali priùs natura, & tempore ſubſiſtit materia, & corpus hominis, quàm anima rationalis; quia hæc non ſubſiſtit, niſi cùm creatur, & infunditur: ſed nec creatur, nec infunditur, niſi corpori organizato, & diſpoſito per formas partiales, quæ diſpoſitio multo ante tempore præcedit infuſionem. In Chriſto verò, quoniam ſimul tempore fuit organizatio, & animatio, ne demus, priùs aſſumptam fuiſſe carnem inanimatam, dicere debemus, priùs natura ſubſtitiſſe ſubſiſtentia Verbi materiam, & corpus Chriſti, prout dicit formas par- C D

A tiales, quàm anima rationalis.

Concl. tert.

Dico tertiò, priùs prioritate, vt ita loquar, quaſi materiali corpus fuiſſe vnitum animæ, quàm Verbo: nam vnio corporis cum anima fuit materialis diſpoſitio, vt corpus aſſumeretur à Verbo, quia, vt tradit D. Thomas 3. p. q. 6. ar. 4. in corpore, caro humana eſt aſſumptibilis à Verbo ſecundùm ordinem, quem habet ad animam rationalem, ſicut ad propriam formam: & re vera non aſſumpſit illam, niſi vt partem humanitatis; ergo priùs in genere cauſæ materialis intelligitur corpus vnitũ animæ, quàm Verbum. Et confirmatur ex verbis ipſius Sancti Doctoris in eodem articulo ad tertium, vbi ait: *Vnione per-* B *ſonali priùs ſecundùm intellectum oportet, quòd caro vniatur animæ, quàm Verbo, quia ex vnione ad animam habet, quòd ſit vnibilis Verbo in perſona præſertim, quia perſona non inuenitur, niſi in rationali natura.* Sed

D. Thom.

Obiectio Scoti.

Obijcies ex Scoto præcipuè cõtra primam, & ſecundam concluſionem: ſi priùs natura Verbum aſſumpſit partes, quàm humanitatem; ergo per illam aſſumptionem non fuit homo; ergo neque nunc, eodem. n. modo ſe habet nunc, ac ſe habuit in inſtanti aſſumptionis, cùm non per aliam aſſumptionem ſit homo nunc, ac fuit tunc. Prior conſequentia patet, quia humanitatis partes non ſunt humanitas.

Soluitur.

C Reſpondeo, veram eſſe primam conſequentiam; ſi quidem in illo prioritatis naturæ ſigno non erat homo, ſed veluti in via ad eſſe hominis. Secundam verò conſequentiam nego, quia, ſicut per vnionem animæ, & corporis inter ſe fit humanitas, ita Verbum denominatur homo, nulla noua aſſumptione facta. Patet in triduo, in quo, deſtructa vnione inter corpus, & animam, deſijt eſſe homo; eadem verò vnione in reſurrectione reproducta, iterũ cœpit eſſe homo, nulla varietate facta in vnione ad Verbum. Ad probationem reſpondeo, quòd, quamuis Verbum non aliter ſe habeat nunc, ac tunc, quia eodem D modo, quantùm eſt de ſe, manet vnitum nunc, ac fuit tunc; aliter tamen ſe habet terminus aſſumptus, quia nunc eſt homo, qui non erat tunc, & ideò non poterat tunc denominare Verbum hominem, ſicut nunc denominat.

Concl. quar.

Dico quartò, duplicem eſſe vnionem hypoſtaticam, alteram terminatam ad animam, alteram terminatam ad corpus. Probatur, quia Verbum in humanitate ſuppleuit propriam ſubſiſtentiã: ſed propria ſubſiſtẽtia humanitatis integratur ex duplici partiali corporis, & animæ, vt vidimus in ſecundo, & tertio ſuppoſito huius

quæ-

Digitized by Google

quæſtionis; ergo Verbum vnitur duplici vnione partiali, altera cum anima, ſupplens partialem ſubſiſtentiam animæ, altera cum corpore, ſupplens partialem ſubſiſtentiam corporis. Ex his

Demolitio fundamẽtorum primæ opinionis, ſecundæ, & tertiæ.

Patet reſponſio ad fundamenta primæ opinionis. Falſum enim eſt, partes non ſubſiſtere, niſi ſubſiſtentia totius, cùm ſubſiſtentia totius nihil aliud ſit, niſi ſubſiſtentiæ ipſæ partium copulatæ, vndè, quamuis Verbum non ſuppleuerit immediatè perſonalitatem totius, ſuppleuit tamen mediatè, quia, ſupplendo immediatè ſubſiſtentias partium, ſuppleuit perſonalitatẽ totius, quod propriè dicitur perſona; perſona enim dicit totum compoſitum.

Ad fundamentum verò ſecundæ: falſa eſt maior; nam, quandò minus non eſt eiuſdem rationis, ac contentum ſub maiori, non ſequitur, ſi non eſt capax minoris, non eſt capax maioris perfectionis; exempli gratia, quia homo eſt capax diſcurſus, non tamen eſt capax hinnitus, quod eſt minus; ergo, licèt corpus non ſit capax effectus formalis gratiæ, quod eſt minus; poteſt tamen eſſe capax effectus formalis vnionis cum Deo, quod eſt maius. Ad cõfirmationem: nego maiorem de neceſſitate ſimpliciter, ſed ad benè eſſe, prout ſubiectum eſt capax.

Ad fundamentum tertiæ: verum eſt, quòd non ſolùm partes ſeorſim ſumptæ ſunt vnitæ Verbo, ſed etiam, vt inuicem vnitæ; ſed falſum, quòd ad hoc non ſatis ſint vniones partium: nam, ſicut inuicem vnitæ non haberent aliam ſubſiſtentiam, quàm ſubſiſtentiam partium; ita Verbum ſupplens ſubſiſtentiam propriã, non debet ſupplere, niſi ſubſiſtentias partium; alioquin plus ſuppleret, quàm eſſet neceſſe. Et quoniam humanitas conſtans ex ambabus partibus ſubſiſtentibus, non eſt capax vlterioris ſubſiſtentiæ, naturalis; ergo nec diuinæ; quoniam diuina non ſupplet, niſi naturalem. Et confirmatur, quia natura adæquatè ſubſiſtit per ſubſiſtentias partium, ſicut adæquatè exiſtit per exiſtentiam earumdem: ergo, ſicut præter exiſtentias partium non eſt capax vlterioris exiſtentię totius; ita præter ſubſiſtentias partium non eſt capax vlterioris ſubſiſtentiæ. Vndè non placet illa opinio Suarij diſp.8.ſect.5. de qua ſupra diximus, admittentis tres vniones, vnam ad animam, alteram ad corpus, tertiam ad totam humanitatem, in quam etiam ſententiam inclinãt Capreolus in 3.diſt.2.q.vnica, concluſ. 2. & ad tert. Lichetus diſt. 2. q. 2. §. *Dico, non aſſerendo*. His ita ſuppoſitis, & explicatis, ſupereſt, vt titulo propoſitæ quæſt. reſpondeamus. Quarè

Refellitur ſẽtentia Suarij, in quam inclinat Capreolus, & Lichetus.

Concluſio prima, titulo propoſitæ principaliter quæſtionis reſpondens.

Palatius.

A Dico primò, non repugnare, quòd Beata Virgo concurrerit, vt cauſa inſtrumentalis, à Deo eleuata, ad vnionem hypoſtaticam producendam. Eſt contra Palatium in 3.diſt.4.diſp.11.vbi, relata ſententia aliquorum, quòd Beata Virgo concurrerit cum Spiritu Sancto ad hanc vnionem inſtrumentaliter producendam, dicit, hoc non potuiſſe fieri propter duo. Primò quia, ſi Beata Virgo concurriſſet ad hanc vnionem, concurriſſet etiam ad animationem carnis Chriſti: ſed ad hanc non concurrit; ergo, &c. Secundò quia implicat, creaturam communicare ſubſiſtentiam diuinam alteri creaturæ; nam hoc eſſet habere diuinum eſſe in ſua poteſtate: ſed vnionem hanc producere eſt facere, B creaturam ſubſiſtere in eſſe diuino; ergo impoſſibile fuit per quamcumque potentiã, vt creatura poſſet illam producere. Et propter hanc vltimam rationem eamdem ſententiam tenet Medina q.31.ar.4.in 3.p. Verùm vtraque ratio facilè corruit. Prima enim non eſt admittenda, quia falſum eſt, Beatam Virginem non concurriſſe ad animationem: licèt enim mater non concurrat ad producendã animam, quæ creatur, concurrit tamen ad illam coniungendam corpori, quod eſt concurrere ad animationem corporis; generat enim mater corpus animatum, quia, dum generat hominem, generat animal, de cuius ratione eſt eſſe corpus animatum ſenſibile. Secũda autem ratio tantùm probat de cauſa C principali, non autem de inſtrumentali, obedientiali, quæ in agendo pendet ex motione, & voluntate Dei, cui principaliter actio inſtrumenti tribuitur. Neque eſt neceſſe, quòd ad hoc, vt aliquid habeat efficaciam in vnionem, habeat etiam in extrema vnita; ſiquidem homo vim habet in vnionem cum corpore, non tamen in animam.

Medina.

Confutantur Aduerſariorũ rationes.

Probatio.

Probatur igitur noſtra concluſio, quæ communiter eſt recepta à Recentioribus. Hæc vnio eſt aliquid creatum, ergo ad eã efficiendã vti poteſt Deus concurſu creaturæ; hoc enim vti poteſt ad omnem effectum, contradictionem non implicantem. D Et confirmatur à ſimili; nam, ſicut eſt diuina ſubſiſtentia, ita eſt diuinus affectus, & amor in ſui communicatione; immò videtur eſſe aliquid amplius communicare affectum, & amorem, quàm ſubſiſtentiam, ſaltèm quò ad hoc, quòd amor, cùm ſit actus liber, minùs videtur poſſe eſſe in alterius poteſtate; & tamen ex Dei dignatione creatura poteſt communicare affectum Dei alteri creaturæ, & facere, vt aliquis à Deo ametur, qui anteà non amabatur, vt patet in Sacramentis de facto

phyſicè

phyſicè producentibus gratiam, ſecundùm opinionem multorum, vel potentibus illam producere in recepta communiter ſententia. Sicut autem producere vnionem hypoſtaticam eſt facere, hominem ſubſiſtere in diuino ſuppoſito, ita producere gratiam gratum facientem eſt facere, hominem amari à Deo; ergo poterit inſtrumentaliter aliqua creatura hanc vnionem producere.

Concluſ. ſec. B.V. vt cauſa inſtrumentalem, effectiuè vnionem hypoſtaticā attigiſſe, probabiliſſimū. D. Epiphan.

Dico ſecundò, probabiliſſimum eſſe, quòd de facto Beata Virgo, vt cauſa inſtrumentalis, à Deo eleuata, vnionem hypoſtaticam effectiuè attigerit. Innuunt hoc Patres. Sanctus Epiphanius ſerm. de laudibus Deiparæ ſermonem ad eamdem dirigens hæc habet: *Aue, clibanus intellectualis, qui ignem, & panem vitæ calidum mundo in eſum attulit, de quo Saluator mundi Chriſtus ait: Accipite, & comedite, Hoc eſt corpus meum*. Ponderanda eſt hæc ſimilitudo; nam, ſicut calor, mediante clibano, concurrit, vt perfectè ex aqua, & farina fiat vnio talis, per quam producitur ſubſtantia panis vſualis; ita calor, ſeù virtus Spiritus Sancti, medio vtero Virgineo, tamquam clibano, vniuit humanitatem, & diuinitatem in perſona Verbi; ex qua vnione poſteà panis ille diuinus Euchariſticus factus eſt. Eſichius hom. 2. de Beata Virgine in cap. 1. Bibliot. appellat Virginem *Inſtrumentum Incarnationis*.

Eſichius, Ambroſ.

Et clariùs D. Ambroſius epiſt. 82. fauet nobis, dicens: *Per hominem, & mulierem caro eiecta eſt de Paradiſo; per Virginem iuncta eſt Deo*. Demùm audiendus eſt D. Bernardus lib. 5. de conſideratione c. 10. *Sed & illa tria ſata de Euangelio, mixta, & fermentata in panem vnum ſi quis ad hæc tria dixerit pertinere, non incongruè id mihi facere videbitur. Quàm benè ea mulier fermentauit, vt, nec diuiſione quidem facta carnis, & animæ, a carne, vel anima Verbum diuideretur: manſit & in ſeparatione inſeparabilis vnitas. Nec enim, quæ ex parte contigit, ſeparatio potuit vnitati præſcribere permanenti in totis tribus, ſiuè coniunctis, ſiuè disiunctis duobus: nihilominus perſeuerauit in tribus vnitas perſonalis, æquè vnus Chriſtus, vnaq; perſona, Verbum, anima, caro, etiam mortuo homine, perdurauit. In vtero Virginis (vt ſentio ego) commixtio hæc, & fermentatio facta eſt; & ipſa mulier, quæ miſcuit, & fermentauit*. Hæc Bernardus: ex quibus ſatis apertè colligitur, Virginem concurriſſe aliquo modo effectiuè ad vnionem hypoſtaticā, dum affirmatur, quòd ipſa mulier, ſcilicet, Deipara, miſcuit, & fermentauit illa tria, carnem, animam, & diuinitatem.

D. Bernard.

Probatur ratione: in illo ſigno prioritatis quaſi formalis, in quo, ſupra diximus, animam, & corpus Chriſti fuiſſe vnita Verbo priùs, quàm inter ſe, potuit tunc Deus eleuare Virginem, tamquam inſtrumentum, vt ad prædictam vnionem effectiuè concurreret, & decens erat; ergo de facto eam ſic eleuaſſe, affirmare poſſumus. Hæc conſequentia admittenda eſt, quia nititur modo argumentandi, quo & varia Chriſti priuilegia probātur, & ipſius Deiparæ, vt diximus c. 3. de immaculata Virginis Conceptione q. 3. Prima pars antecedentis probata eſt in præcedenti concluſione. Secunda pars probatur, quia cedit in maiorem dignitatem Virginis, & altiori, ac nobiliori modo ſaluatur ſic in illa maternitas Dei: cùm enim mater ſit cauſa Filij, & Virgo dicatur propriè Mater Dei, ſi aſſeratur, eam attigiſſe ſubſiſtentiam diuinam, quatenùs eleuata eſt à Deo ad cooperandum ad eſſe ſubſiſtentiæ, quam habet Filius ſuus, quæ cooperatio conſiſtit in hoc, vt ad vnionem hypoſtaticam inſtrumentaliter producendā concurrerit, ſanè nobiliori, & altiori modo apparet ipſa maternitas. Confirmatur primò, quia, ſi priùs natura Verbo vnitum fuit corpus Chriſti, prout dicit formas partiales, quàm fuerit vnita eidem Verbo ipſa anima rationalis, vt diximus ſupra; ſanè, cùm Beata Virgo materiam, ex qua prædictum Chriſti corpus formatum fuit, ſubminiſtrarit, conueniens videbatur, vt etiam concurreret ad illam vnionē inter prædictū corpus, & Verbum, vt ſic opus, quod cæptum fuerat, cooperante Virgine, perficeretur, ipſa etiam cooperāte. Confirmatur ſecundò: ſicut Deus voluit, à conſenſu Virginis hoc Incarnationis myſterium pendere, ita veriſimile eſt, eamdem Virginem ab ipſo Deo eleuatam eſſe, vt, tamquam inſtrumentum, ad vnionem humanitatis cum Verbo efficiendam concurreret.

Ex his facilè ſatisfacere poſſumus obiectionibus, quæ moueri ſolent à Recentioribus, qui primò

Obiectio prima.

Obijciunt, quòd Deus vtatur concurſu obedientiali creaturæ ad effectum ſupernaturalem, eſſe nouum miraculum, quod ſine ſufficienti reuelatione aſſeri non debet: ſed nulla eſt ſufficiens reuelatio ad hoc aſſerendum; nam quod Patres dicunt, Beatam Virginem fuiſſe inſtrumentum Incarnationis, vt oſtenſum eſt ſupra ex Eſichio, veramq; Matrem Dei, non eſt ſufficiens fundamentum (inquiūt) aſſerendi, fuiſſe eam eleuatam ad effectiuè attingendam inſtrumentaliter vnionem hypoſtaticam; ſufficienter enim ſaluatur, quod ipſa ſit inſtrumentum Incarnationis, quatenùs huma-

humanitatem produxit, & quòd fuerit vera Mater Dei, quatenùs per maternam generationem vniuit partes in Filio Dei ſubſiſtentes.

Confutatur. Reſpondeo enim, pro reuelatione nobis ſufficere teſtimonia Patrum, de quibus ſupra; & dignitatem Matris Dei eſſe ſufficiens fundamentum aſſerendi de Virgine ea omnia, quæ in eius honorem cedunt, & puræ creaturæ, ac ſtatui viatorum non repugnant.

Obiectio ſecunda. Obijciunt ſecundò, ad propriam maternitatem non requiri peculiarem concurſum ad ipſas ſubſiſtentias partium, quandò illæ natura præcedunt, vt termini actionis creatiuæ, qua partes priùs natura ſiunt, quàm vniantur inter ſe. Sicut ergo aliæ matres dicuntur veræ matres, non quia attingunt ſubſiſtentias partium, ſed quia illas vniunt inter ſe; ita Beata Virgo vera Dei mater dicitur, non quia aliquandò influxum habuerit in vnionem hypoſtaticam partium cum Verbo, ſed quia illas vnitas Verbo vniuit inter ſe.

Diluitur. Reſpondeo, verum quidem eſſe ad propriam maternitatem ſaluandam in Virgine non eſſe neceſſarium prædictum influxum in vnionem hypoſtaticam, vt rectè probat diſcurſus factus. Sed non ex hoc capite ponimus in Virgine influxum cauſæ inſtrumentalis in vnionem hypoſtaticam; ſed vt ſaluetur, quòd altiori, nobiliori, atque propinquiori modo Deum ipſa Deipara attigerit, prout decens erat, dum ad tantam dignitatem eleuabatur.

Reſpondetur & ad argumentū Suar. Et ſic etiam patet, quid reſpondendum ad argumentū Suarij citati à principio quæſtionis: concedo enim, in illo priori, quo intelliguntur partes humanitatis vnitæ Verbo, non autem vnitæ inter ſe, illas ſubſtitiſſe quidem per ſubſiſtentiam Verbi; nego tamen illam conſequentiam, ergo Beata Virgo non concurrit ad vnionem illius cum ſubſiſtentia Verbi, quia, cùm hæc vnio ſit modus in corpore, & anima Chriſti, non eſt mirum, quòd Virgo à Deo eleuata fuerit propter rationes præadductas ad influendum in eam inſtrumentaliter in illo priori. Extant & Patres hoc implicitè ſaltèm aſſerentes. Et hæc dicta ſufficiant de hac quæſtione.

A

QVAESTIO XXXIX.

Cùr Verbum voluerit à conſenſu Virginis pendere in aſſumenda carne.

SVPPONO, vt colligi poteſt ex hiſtoria Euangelica, & paſſim docent Patres, quòd Verbum, à Virginis conſenſu Incarnationis executionē pendere, voluerit. Vndè Guilhelmus apud Martinum Delrium Cant. 8. dicit: *Nolebat Omnipotens carnem ſumere ex ipſa, non dante ipſa, ſicut ſumpſit ex dormiente Adam, vndè formauit Euam: ad futuræ Matris excellētiam non tantùm ex ipſa carnem ſumere, ſed etiam ab ipſa volebat.* Guilhelmus.

B

Dico, ob varias rationes. Prima eſt, vt ſic Verbum in aliquo prioritatis ſigno, antequàm incarnaretur, veluti gratitudinis lege, multum deberet Virgini, dum ipſa ſpontè propriam carnis ſubſtantiam eidem Verbo largiebatur. Et in hoc ſenſu optimè explicari poteſt dictum Methodij martyris oratione in Hypopantem: *Euge, quæ debitorem illum habes, qui omnibus mutuatur; Deo enim vniuerſi debemus, tibi autem etiam ille debet: proindè qui dixit; Honora patrem tuum, & matrem tuam, vt is decretum à ſe promulgatam obſeruaret, & alios excederet, omnem Matri, & gratiam, & honorem impendit.* Cōcluſio rationes ſubijciens. Methodius.

C

Secunda ratio eſt, vt oſtenderet, quòd, ſicut vnio hypoſtatica, quæ in ratione doni eſt omnium maxima, à Virginis Mariæ conſenſu pendebat, ita & cætera dona, quæ à Deo erant concedenda creaturis, ab ipſius Virginis nutu aliquo modo pendebant. Et quidem quòd vnio hypoſtatica in genere doni ſit maximum, quod Deus creaturæ conferre poteſt, ſuadetur ex eo, quòd dicta vnio eſt in ſupremo ordine entis ſupernaturalis; quod ſic probatur: illud eſt in ſupremo ordine entis ſupernaturalis, quod propiùs participat eſſe Dei: ſed hæc vnio omnium proximè participat eſſe Dei; ergo, &c. Maior conſtat, quia Deus eſt prima menſura totius eſſe; ergo, quò propiùs creaturæ participant ipſum eſſe Dei, eò conſtituuntur in ſuperiori ordine entis. Minor probatur, quia hæc vnio participat Deum in ſe ipſo perſonaliter; eſt enim eſſentialis via ad formalem, & ſubſtantialem communicationem perſonæ diuinæ, componentis vnum cum natura humana: ſed

D

non eſt poſſibilis alia perfectior, & interior participatio, cùm omnis alia ſit extrinſeca, & accidentalis, cuius ſignum eſt, quòd nulli creaturæ, per quodcumque donum eleuatæ debetur tanta reuerentia, quanta debetur humanitati Chriſti ratione vnionis hypoſtaticæ, cuius intuitu debetur adorario latriæ, quæ ſoli Deo debita eſt. Tertia eſt, vt Deus indicaret, quanti ipſam Virginem faceret, & quàm ſibi grata ſint, quæ à tali Virgine offeruntur. Vndè Diuus Bernardus ait: *Cæterùm quidquid eſt, quòd offerre paras, Mariæ commendare memento, vt eodem alueo ad largitorem gratiæ gratia redeat, quo influxit*: de qua re plura infra dicemus. Quarta eſt, vt manifeſtaret, redemptionis humanæ opus ab actu humiliationis, & obedientiæ exordiri, ſicut damnatio à ſuperbia, & inobedientia traxerat originem. Et, ſi Filius Dei, ante quàm carnē ſumeret, voluit Virgini quodammodò obedire, ſanè multò magis obediet, poſtquam carnem aſſumpſit, verusq; Filius eius conſtitutus eſt. Quinta, quia Virgo non ſolùm Mater Chriſti, ſed etiam mater noſtra futura erat, ſicut Chriſtus eſt Pater noſter. In myſterio ergo Incarnationis matrimonium quoddam ſpirituale fiebat ita, vt Chriſtus eſſet ſponſus, Virgo Maria ſponſa; in matrimonio autem requiritur conſenſus. Et hinc patet, cùr de Chriſto egrediente ex vtero Virginis dicitur: *Tamquam ſponſus procedens de thalamo ſuo*. D. Thom. ad rem noſtram 3. p. q. 30. art. 1. docet, in Chriſti Incarnatione Virginem geſſiſſe perſonam totius naturæ humanæ: *Nam per Angeli Annunciationem expectabatur*, inquit, *conſenſus Virginis loco totius naturæ humanæ in ſpirituali illo matrimonio inter Filium Dei, & humanam naturam*. Et Diuus Ildephonſus ſerm. 2. de Aſſumptione: *Hac eſt Virgo, in cuius vtero omnis Eccleſia ſubarratur, & coniuncta Deo fœdere ſempiterno creditur*. Audiendus & D. Bernardus c. 18. in Cantic. *Vnus, & vna Eua in generatione carnali; vnus, & vna, Chriſtus, & Maria in generatione ſpirituali: ab vno per vnam ruina; ab vno per vnam reſtauratio*. Sexta ratio, nè Dæmon gloriaretur ampliùs, per conſenſum mulieris Protoparentem noſtrum Adam à ſe fuiſſe deuictum, humanumq; genus ſic in maximas miſerias coniectum, cùm per conſenſum alterius mulieris via humanæ redemptionis aperiretur. Vndè appoſitè de hac re Sanctus Petrus Chryſologus ſerm. 42. ait: *Vt homo curſibus iiſdem, quibus delapſus fuerat ad mortem, rediret ad vitam*.

D. Bernard.

D. Thom.

D. Ildephon.

D. Bernard.

Petr. Chryſolog.

A

Collige primò, quòd ſi ab antiquis depingi ſolebat mulier, quæ ſuper humeros duorum principum brachia extendebat, vt cognoſceretur, eos, qui priùs inter ſe diſſidebant, pacis iam & concordiæ fœdere innexos eſſe: ita dicere poſſumus, quòd per Deiparam modò natura humana firmiſſimo pacis, & concordiæ vinculo cum diuina vnita ſit, licèt priùs eadem natura humana diuinæ inimica fuerit, eo quòd legem à Deo præſcriptam primi noſtri parentes violarint. Atque hinc eſt, quòd Angeli in Natiuitate Chriſti cecinerunt: *Et in terra pax hominibus bonæ voluntatis*.

Per Deiparā natura humana Diuinæ vnita.

B

Collige ſecundò admirandam excellentiam in conſenſu Virgineo, expreſſo per illud *Fiat*. Egregiè hoc ponderat Andreas Hieroſolymit. ſer. de Aſſumptione: *Ecce Ancilla Domini*, inquit, *ad obediendum facilis, ad ſeruiendum parata, ad ſuſcipiendum prompta. Dixit Deus, Fiat lux, & facta eſt lux: Fiat firmamentum, cæteraq; & facta ſunt. Dixit Virgo, Fiat mihi ſecundùm verbum tuum, & factum eſt opus omnium maximum. Dei Fiat fuit imperantis; Virginis Fiat fuit obedientis. Imperatoris Dei Fiat ſequutum eſt cælum, operaq; reliqua, quæ cœli ambitus complectitur; obedientis Virginis Fiat ſequuta eſt admiranda diuini Verbi Incarnatio*. Et ſanè, vt inquit Mayro. in ſer. de Annunciatione, *plus diſtat Deus, & homo, quam vniuerſum, & nihil*, quia inter Deum infinitè perfectum, & hominem finitè perfectum eſt diſtantia infinita poſitiuè; plus enim excedit Deus hominem, quàm homo ipſum nihil: in creatione autem, quamuis ex parte ſubiecti dicatur infinita diſtantia, quia fit ex nō ſubiecto; ex parte tamen creaturæ productæ, quæ habet perfectionem finitā poſitiuè, eſt finita diſtantia. *Quarè*, inquit Mayro. *plus eſt facere de homine Deum, quàm quòd nihil ſit ens*. Quo poſito, ſi per *Fiat* Dei, quandò dixit in principio mundi; *Fiat lux*, ex nihilo cuncta creata ſunt; per *Fiat* Mariæ, quandò dixit; *Ecce Ancilla Domini; Fiat mihi ſecundùm verbum tuum*, duo magis diſtantia, quàm ens, & nihil fuerunt vnita, ſcilicet, Deus, & homo. Non negamus tamen, quòd Deus, vt cauſa principalis, hanc vnionem hypoſtaticam produxerit: ſed Virginis conſenſus moraliter influxit, & ipſa etiā, vt in præcedenti quæſt. vidimus, vt inſtrumentum, effectiuè à Deo èleuata ipſam attigit vnionem.

Andr. Hieroſolym.

Fiat Deiparæ quam excellens, ac potens.

C

Mayro.

D

Collige tertiò, quòd dependenter aliquo modo à Virginis *Fiat* anima Chriſti poſſeſſionem viſionis beatificæ obtinuit, quatenùs, nimirum, executio Incarnationis à conſenſu Mariæ ex ſuppoſitione

Dependēter à fiat Virginis anima Chriſti viſionis beatificæ poſſeſſionē aliquo modo obtinuit.

ſitione diuini decreti pendebat; qua in re duo peculiari animaduerſione digna videntur. Primum, quòd ex hoc capite aliquid Chriſtus debet Virgini. Secundum, quòd, ſi ex *Fiat* Mariæ aliquo modo dependenter anima Chriſti viſionem beatificam obtinuit, ſanè hinc intelligere poſſumus, Fiat Mariæ eſſe neceſſarium, vt anima quæcunque viſionem beatificam aſſequatur.

QVAESTIO XL.

An, quandò Beata Virgo conſenſit, vt Verbum ex ſuis viſceribus carnem aſſumeret, ſimul conſenſerit, vt, determinato tempore in cruce moreretur.

Chriſtus à primo inſtanti ſuæ conceptionis ad mortẽ Patri ſe obtulit.

NOTANDVM, certum eſſe, quòd Chriſtus in primo inſtanti, quo fuit conceptus, ad mortem hora determinata à diuino decreto in cruce ſubeũdam Patri æterno ſe obtulit. Hoc apertè indicatur Pſal. 39. *In capite libri ſcriptum eſt de me, vt facerem voluntatem tuam: Deus meus volui, & legem tuam in medio cordis mei.* Porrò voluntas Patris fuit Filij mors, vt optimè Eutimius in prædictũ Pſ. notat: *Voluntas autem Patris*, inquit, *fuit Filij mors ſecundùm carnem, quæ pro humana ſalute ſumma cum diſpenſatione à Deo permiſſa eſt.* Quare *in capite libri*, hoc eſt, in principio, quo Filius Dei humanam carnem induit, ſtatim morti ſe deuouit; & hanc legem, ideſt, mortis ſententiam ſemper voluit, & in medio cordis retinuit, ſeù in viſceribus, iuxta Theodoreti lectionem, vt innoteſceret, quantum cordi ipſi Chriſto eſſet, voluntatem Patris, mortem ſubſtinendo, adimplere. Vndè, hoc notato,

Pſalm.

Eutimius.

Theodoret.

Concl. affirmatiua.

Dico, Deiparam, ſtatim atque conſenſit, vt Filius Dei in ſuis viſceribus carnem aſſumeret, conſenſiſſe ſimul, vt ille ipſe hora ab æterno decreto ſtatuta mortem crucis acerbiſſimam ſubiret. Affirmat hoc S. Bernardinus Senenſis to. 3. ſerm. 6. ar. 2. c. 1. vbi ait: *Hæc Virgo ſe obtulit ad illam inæſtimabilem mortem, & ad illud ineffabile incendium, quo in ipſa Chriſti conceptione tota fuit ſuccenſa: ſi enim ante hoc ipſa præ cæteris fuit prompta ad exponendum ſe omni morti, & martyrio propter Deum, quantò incomparabiliùs in hac hora? Si etiam*

D. Bernardinus Senen.

A *omnes, qui per baptiſmum introeunt ſtatum Chriſti, conſepulti ſunt, ſecundùm Apoſtolum ad Coloſſ. 2. per baptiſmum in morte, & crucifigitur vetus homo eorum; quantò magis Virgo cum Chriſto crucifixa eſt in hora illius Conceptionis?* Et paulò poſt ſubdit: *In ſignum ergo, quòd crucifixa crucifixum concepit, ordinauit ſumma ſapientia Dei, quòd eodem die Chriſtum conciperet, quo etiam fuit paſſus.* Et quòd Annunciatio Virginis, & Chriſti paſſio in feriam ſextam, & in diem 25. Martij inciderint, eruditè colligit ex probatis Auctoribus Spinellus in ſuo throno cap. 11. Suffragatur D. Anſelmus lib. de excellentia Virginis c. 3. vbi hæc habet: *O Domina, audis, quæ*

Spinellus.

D. Anſelm.

B *feruntur: ad rem omni ſæculo inauditam paues, & miraris, nulla tamen incredulitate moueris: verùm indubitanter tenes apud te, omninò impoſſibile fore non fieri, quod Angelus dixit futurum eſſe*: & ſubdit: *Credidit ergo, & certiſſimè intellexit Deum tam bonum, tam pium, tam miſericordiæ viſceribus plenum, vt ad terras de cæleſti ſede deſcenderet, & homo factus per indebitam ſibi mortem genus humanum à perpetua vellet morte, quâ tenebatur, eripere. Reſpondens ergo nuncio ait: Ecce ancilla Domini; fiat mihi ſecundum verbum tuũ. O fides Deo accepta, ò humilitas grata, ò obedientia omni ſacrificio iucundiùs Deo oblata!* Fauent & quæ in Sanctæ Brigit-

C tæ Reuelationibus ſermone angelico cap. 17. habentur: *Prophetabant denique Prophetæ, & ſcribebant, qualiter idem Dei Filius pro humani generis liberatione ligandus, & flagellandus erat, & quomodò ad crucem ducendus, & quam vituperosè tractandus, & crucifigendus. Vndè, quia ipſos benè nouiſſe credimus, qua de cauſa immortalis Deus mortalem carnem ſibi aſſumere voluit, & tam diuerſis modis in eadem carne tribulari; ideò fides Chriſtiana non dubitet, quin Virgo noſtra, & Domina, quam ante ſæcula ſibi Deus præordinauit in Matrem, clariùs hoc ſciret. Nec Virginem ipſam latuiſſe, iuſtum eſt credere, rationem illam, quarè ipſe Deus huma-*

Reuel. S. Brigittæ.

D *na carne in eius vtero dignabatur veſtiri. Et verè proculdubio eſt credendum, quòd ex inſpiratione Spiritus Sancti ipſa perfectiùs intellexit, quidquid Prophetarum eloquia figurabant, quam ipſi Prophetæ, qui ex eodem Spiritu verba ore tenus protulerunt.* Probatur primò ex ipſo textu: dixerat Angelus: *Ecce concipies in vtero, & paries filium, & vocabis nomen eius Ieſum*: ipſa verò ad hæc omnia reſpondens ait: *Ecce ancilla Domini; fiat mihi ſecundùm verbum tuum*; qua reſponſione declarauit, ſe velle

Digitized by Google

omnia prædicta ab Angelo, inter quæ erat, quòd Filio ſuo nomen Ieſu imponere debebat, quod nomen, vt ſupra vidimus, Saluatorem ſonat, & redemptorem; & Virgini, ſupra diximus, tunc innotuiſſe ex diuina reuelatione, Chriſtum futurum Saluatorem, & redemptorem humani generis, media morte, & paſſione; vndè conſequenter, vt talem, Patri æterno obtuliſſe, affirmare debemus: quod patet, quia manifeſtauit ſuum conſenſum his verbis: *Ecce ancilla Domini; fiat mihi ſecundùm verbum tuum*: ſic enim conſenſit, vt filius ſuus eſſet Ieſus, & redemptor, mortem crucis ſuſtinendo. Adde quòd Angelus, dicendo: *Vocabis nomen eius Ieſum*, tacitè allicere videbatur Virginem ad concurrendum modo partiali, vt Filius, quem concipere debebat, nomine, & re eſſet Ieſus, & Saluator: talis autem concurſus in eo præcipuè conſiſtebat, vt ipſa eumdem Filium pro communi generis humani ſalute morti deuoueret. Probatur ſecundò ex illo Apocal. 5. vbi Ioannes teſtatur, ſe vidiſſe *agnum, tamquam occiſum, in medio throni*: nam per agnum omnes Interpretes intelligunt Chriſtum, per thronum verò Patres, ſignificari Virginem, adnotant.

Apocal.

Andr. Cret.

Andreas Cretenſis oratione 2. de dormitione Beatæ Virginis eam thronum excelſum appellat.

Petr. Dam.

Petrus Damian. ſerm. in Natiuitate eiuſdẽ Virginis eleganter id explicat: *Fecit*, inquit, *thronum, vterum videlicet intemeratæ Virginis, in quo ſedit illa maieſtas. Hanc ſeſſionem Filij, & probauit, & cognouit Pater, ipſo dicente: Et thronus tuus Deus in ſæculum ſæculi: Et thronus iſte, ſicut ſol, in conſpectu tuo: & paulò poſt: Ecce noua facio omnia. Felix thronus, in quo ſedit dominator Dominus, in quo, & per quem non ſolum omnes, ſed omnia renouantur*.

Damaſcen.

Et à Damaſcen. orat. 1. de Natiuitate, *Thronus Cherubinis ſublimior* nominatur ipſa Virgo. Pondera ergo ad rem noſtram ly *tamquam occiſum*, quia Chriſtus infantulus in vtero Virgineo, tãquam occiſus manebat, & ex tunc Patri victimam in cruce immolandam ſe obtulit, Matre conſentiente.

Pſalm.

Probatur tertiò ex illo Pſal. 21. vbi Dauid in perſona Chriſti ſic ait: *In te proiectus ſum ex vtero*: & ex hebræo: *Expoſititius factus ſum apud te ex vtero Matris meæ*: quæ verba explicans

Salazar.

Salaz. in Prouerbia c. 8. nu. 213. hæc habet: *Ex quo Mater mea in hanc lucem edidit, ſtatim expoſuit me; me, inquam, quem vita ſua chariorem habet, expoſuit hominibus, vt ipſi, tamquam expoſitum filium, leuarent, & ſecum auferrent: expoſuit Patri, vt & Pater cum illo non quaſi cum naturali Filio, ſed veluti cum leuato aliquo è terra infante, & quaſi cum ſeruo ageret: expoſuit demum frigori, laboribus, paſſioni, & morti. Et quidem eò ſpectaſſe Virginem, Cyprianus exiſtimat, cùm infantem Ieſum recenter natum è gremio, & brachijs, in quibus molliùs decubuiſſet, in præſepe tranſtulit, & ſuper paleas, fænumq; depoſuit; nimirum, vt iam tunc ex illa hora infantem Patri, ſimul & hominibus exponeret*. Hæc Salazarus. Verùm textus optimè explicari poteſt ad rẽ noſtram, quòd, ſcilicet, & momento, quo Virgo conſenſit, vt Filius Dei carnem ex ipſa ſumeret, ſimul & eumdem Filium æterno Patri pro crucis ſacrificio obtulerit: & in hoc ſenſu Chriſtus ex vtero proiectus fuit à Virgine, quia, licèt ipſa corporaliter in vtero conceptũ detineret, per affectum tamen illum Patri æterno tradiderat. Confirmari poteſt, quia Patres vterum Virgineum aſſimilant ſepulchro.

D. Auguſt.

D. Auguſtinus lib. 4. de Trinitate c. 5. Incarnationem Domini conferens cum eius paſſione: *Octauo*, inquit, *Kal. Aprilis conceptus creditur, quo & paſſus: ita monumentum nouum, quo ſepultus eſt, vbi nullus mortuorum poſitus nec ante, nec poſte.i, congruit vtero Virginis, quo conceptus eſt, vbi nullus ſeminatus eſt mortalium*. Hæc Auguſtinus.

D. Hieron.

Hieronymus contra Iouinianum expenders verba illa Cant. 4. *Hortus concluſus ſor or mea ſponſa, hortus concluſus, fons ſignatus*: *Quod clauſum eſt*, inquit, *atque ſignatum, ſimilitudinem habet Matris Domini, Matris, & Virginis: vndè & in ſepulchro Saluatoris nouo quod in petra firmiſſima fuerat exciſum, nec antea, nec poſtea quiſquam poſitus eſt*.

D. Ambroſ.

Ambroſius ſer. 2. de Paraſceue ait: *Beatum corpus Domini Chriſti, quod, cùm naſcitur, vtero Virginis gignitur, cùm recedit, iuſti tumulo commendatur. Beatum planè corpus, quod virginitas peperit, iuſtitia cuſtodiuit: cuſtodiuit illud Ioſeph tumulus incorruptum, ſicut ſeruauit illud Mariæ Virginis vterus illibatũ: hic enim viri pollutione nõ tangitur, ibi mortis conſumptione non læditur: vbique beato corpori defertur ſanctitas, vbique virginitas: nouus illud venter concepit, nouus tumulus includit. Virgo ergo dominica vulua, virgo eſt ſepultura, quin potius ipſam ſepulturam vuluã dixerim; eſt enim ſimilitudo non parua*. Hoc autem poſito ſic licet diſcurrere.

Chriſtus in vtero Virginis cõcluſus paſſionis ſuæ ſimulacrũ in ipſius corde, & animo expreſſit.

Si Chriſtus mortuus, ac ſepulchro incluſus in Syndone munda verberum, ſpineæ coronæ, ſputorum, & cicatricum veſtigia reliquit: ſanè Chriſtum viuum, vtero Virgineo incluſum in mundiſſimo corde, & puriſſima Virginis anima ſuæ paſſionis ſimulacrum perfectiùs impreſſiſſe, veriſimiliter poterit affirmari, & conſequenter Virginem tali paſſioni conſenſiſſe.

Colli-

Digitized by Google

Tho. Brabantius.

Tho. Botius.

Collige, quòd, ſi, vt refert Thomas Brabantius lib. 1. apum c. 25. p. 8. in corde cuiuſdam Martyris imago Chriſti aliquãdò reperta fuit; & in corde B. Claræ de monte Falco myſteria paſſionis formata adhùc aſpiciuntur; teſtaturq; Thomas Botius lib. 15. de ſignis Eccleſiæ tom. 2. ſe vidiſſe corpus prædictæ Virginis, & cor eius, in quo inſculptus eſt Chriſtus cruci affixus, & ex eadem carne flagra, quibus eſt cæſus, columna, cui alligatus, omnlaq; alia ſimulacra paſſionis Chriſti: ſanè nobiliori, atque eminentiori modo eiuſdem paſſionis Chriſti formam cordi, & menti Deiparę fuiſſe impreſſam, fateri debemus,

Bernard.

Idiota.

quia, vt ait Bernardus epiſt. 174. *Quod vel paucis mortalium, conſtat, fuiſſe collatum, fas certè non eſt ſuſpicari, tantæ Virgini eſſe negatum*. Et Idiota lib. 6. *Sanctorum*, inquit, *omnium priuilegia, ò Virgo, habes in te congeſta*.

Arguta dubij ſolutio.

Luc.

Hymnus in Veſper. Corporis Christi.

Collige, cùr Angelus dixit Mariæ: *Ecce concipies, & paries filium*; & non addidit, tibi, vel, tuum, ſicut, quandò Angelus nuntiauit Zachariæ natiuitatẽ Ioannis Baptiſtæ, teſte Luc. 1. dixit: *Vxor tua Eliſabeth pariet tibi filium*: collige, inquam, rationem eſſe, quia Angelus ſciebat, Beatam Virginem ob ſuam perfectiſſimam charitatem æterno Patri in ſacrificium pro humano genere Filium oblaturam, ſtatim atque illum conciperet, & pareret. Hoc etiam innuitur ab Eccleſia, dum canit: *Nobis datus, nobis natus ex intacta Virgine*. Antequam naſceretur, fuit nobis datus, tum quia Pater æternus ſic dilexit mundum, vt Filium ſuum vnigenitũ nobis dederit (Ioan. 3.) cùm etiam quia Maria eumdem Filium nobis dedit, ab inſtanti Conceptionis ad mortem toti humano generi ſalutarem illum deuouendo.

QVAESTIO XLI.

An, quandò Beata Virgo conſenſit, vt ex ſuis viſceribus carnem, & ſanguinem Verbum ſumeret, ſimul etiam conſenſerit futurę inſtitutioni Eucharistici Sacramenti.

NOTANDVM, non eſſe reuocandum in dubium, quòd Virgo cõcurrerit ad inſtitutionẽ huius Sacramenti, ſpontè conſentiendo, vt Filius ſuus fidelibus ſe manducandum preberet ſub ſpeciebus panis, & vini; hoc enim ſatis apertè innuit ipſa Virgo Prouerb. 11. verſ. 4. *Venite, & comedite panem meum, & bibite vinum, quod miſcui vobis*: vide Salazarum in expoſitione huius loci. Et confirmari poteſt ex illa vniuerſali: *Erat ſubditus illis*. Patres denique hoc communiter aſſerunt; S. Ambroſius, qui ſuper Pſ. 21. *Mariam*, ait, *manna dixerim, quia eſt ſubtilis, & ſplendida, ſuauis, & Virgo, quæ velut cælitus veniens cunctis Eccleſiarum populis cibum dulciorem melle defluxit*; & alij, quos infra citabimus. Hoc notato, id, de quo dubitari poteſt, videtur eſſe, quod in titulo quæſtionis poſui, cui vt reſpondeam,

Prouerb.
Salazar.

S. Ambroſ.

Concluſio affirmatiua.

Auguſt.
Epiphan.
Origen.
Andr. Cret.

Dico, Beatam Virginem, quandò conſenſit, vt ex ſuis viſceribus carnem, & ſanguinem Filius Dei aſſumeret, ſimul conſenſiſſe, vt eadem caro, & ſanguis in cibũ, & potum Euchariſticum fidelibus aliquãdò daretur. Probatur primò: Beata Virgo ante Filij Dei Incarnationem optimè nouerat ſacrarum paginarum arcana. Ita docent paſsim Patres. S. Auguſtinus ſer. 9. de tempore: *Reuolue, Maria, propheticam lectionem, neque enim te ſcientia diuinorum poteſt præterire librorum*. S. Epiphan. oratione de laudib. Virginis: *Erat in ſapiẽtia, & intelligentia ſuper omnes illius ſaculi adoleſcentulas cunctis admirationi*. Orig. hom. 6. in Lucam: *Habebat Maria legis ſcientiam, & erat ſancta, & Prophetarum vaticinia quotidiana cogitatione cognouerat*. Andreas Cretenſis in oratione de Annunciatione: *Conſentaneum eſt, eam, vtpotè nobilem, & Dauidis filiam, diuinarum ſcripturarum non fuiſſe ignaram*. Et confirmatur ex ijs, quæ notauimus in cap. de Præſentatione q. 4. quòd Beata Virgo ſacræ lectioni quotidie determinatis horis vacabat: & rurſus confirmari poterit ex ijs, quæ tomo 2. de ſcientia infuſa Deiparæ dicemus. Demùm confirmatur auctoritate Gerſonis ſuper *Magnificat* tract. 9. partitione 1. vbi dicit: *Maria, dum ſtans, vel orans in templo aſpiciebat, credebat, & intelligebat omnes oblationes, victimas, & holocauſta, ſacrificia inſuper matutina, & veſpertina: manducans implebatur bonis huius benedicti Sacramenti etiam ante conceptum benedicti fructus ventris ſui*. Et poſteà ſubdit: *Maria, ſicut intellexit, Filium ſuum fuiſſe agnum, qui occiſus eſt ab origine mũdi, prout Ioann. in Apocalypſi loquitur: ſic recolens ſacrificium Abel, & eius martyrium, fruebatur Chriſto Agno, qui fuit figuraliter occiſus in eo, primitiæ martyrum, & virginitatis conſecrator*. Si ergo Beata Virgo ante Verbi Incarnationem optimè verſata erat in intelligendis ſacris oraculis, conſequenter ſciebat, ſacramentum

Gerſon.

Eucha-

Euchariſticum à venturo Meſſia inſtituendum præfiguratum eſſe in multis, & præcipuè in agno paſchali, in pane propoſitionis, in pane ſubcineritio, in manna, quod ad populum Iſraeliticum enutriendum è cælo demiſſum fuerat; ergo hoc ipſo, quòd Beata Virgo conſenſit, vt in ſuis viſceribus Verbum incarnaretur, ſimul conſenſit inſtitutioni futuræ Euchariſtici ſacramenti. Probatur ſecundò ex ipſo ſacro textu: dixerat Angelus: *Ecce concipies, & paries filium, & vocabis nomen eius Ieſum, & regnabit in domo Iacob.* Porrò hæc verba, *regnabit in domo Iacob*, Patrum auctoritate innixi ſupra quæſt. 24. diximus, Chriſtum prænuntiari ab Angelo regnaturum in Eccleſia bonis ſpiritualibus ditiſſima, & potiorem huius ſpiritualis regni partem eſſe ſacramentum Euchariſticum: ergo hoc ipſo, quòd Virgo protulit illa verba: *Ecce Ancilla Domini; fiat mihi ſecundùm verbum tuum*, quibus præbuit conſenſum omnibus ante dictis ab Angelo, conſequenter conſenſit inſtitutioni Euchariſticæ, & aliorum ſacramentorum. Probatur tertiò, quia, cùm in ſacramento Euchariſtico caro Chriſti reperiatur, caro autem Chriſti caro Mariæ fuerit, vt egregiè adnotat S. Bernardinus Senenſis to. 1. ſerm. 61. *Omnis inſtitutio Sacramentorum ad Euchariſtiam ordinatur: quamuis enim per concomitantiam in Chriſti corpore ſit diuina ſubſtantia, & anima ſola, tamen ſubſtantia panis tranſubſtantiatur in ſolã ſubſtantiam carnis, non in diuinitatem, neque in animam: &, vt expreſſius magnificem illam digniſſimam, & beatiſſimam carnem, de Virgine glorioſa deciſam, dico, quòd tanta infinitate nobilitatis eam dignificauit Altiſſimus:* & Auguſtinus in Pſal. 98. *De carne Mariæ carnem accepit, & ipſam carnem Mariæ nobis manducandam ad ſalutem dedit:* ergo omninò credibile videtur, quòd, ſicut Verbum in aſſumenda carne, quam in cibum Fidelibus daturus erat, à Virginis conſenſu pendere voluit; ita ex tunc ab eodem conſenſu voluerit pendere non ſolùm in aſſumenda, ſed etiam in danda carne in Euchariſticum cibum. Confirmatur primò, quia Virgo modo peculiari, atque eminenti facta eſt humanæ ſaluti cooperatrix, quandò conſenſit dictis Angeli, vt docent Patres, quorum aliquos citaui ſupra quæſt. 5. concluſione 1. ergo conueniebat etiam, vt tunc conſentiret inſtitutioni futuræ ſacramentorum, vt ſic vniuerſaliori, & perfectiori modo noſtræ ſaluti cooperaretur: ſacramenta enim, vt hic ſuppono, valdè ad noſtram ſalutem conferunt, cùm aliqua eorum ſint neceſſaria neceſſitate medij, vt baptiſmus, &

S.Bernardin.

Auguſtin.

A pœnitentia, aliqua neceſſitate præcepti, vt Euchariſtia, & omnia cauſant gratiam. Confirmatur ſecundò, quia hæc noſtra concluſio videtur aliquo modo innui ab Eccleſia, dum ab ea in ſolemnitate Corporis Chriſti Chriſtus ipſe appellatur, *Fructus ventris generoſi*, ideſt, fructus ventris Virginis, quæ, dum ventre Filium cõcepit, adeò generoſam ſe præbuit, vt illicò aſſentiretur, vt Fructus ille ventris ſui diuinus in Euchariſticum cibum hominibus, licèt etiam aliquandò indigniſſimis, traderetur. Imò cùr in eadem ſolemnitate pro fine hymnorum canitur: *Gloria tibi Domine, qui natus es de Virgine, &c.* niſi vt intelligamus, quòd, ſicut B. Virgo myſterio

Hymnus in feſto Corporis Chriſti.

B Incarnationis conſenſu cooperata eſt, ita & inſtitutioni ſacramenti Euchariſtici? Probatur quartò auctoritate Patrum, qui dicunt, hunc panem in vtero Virgineo amoris igne fuiſſe coctũ. S. Epiphanius ſumma de laudibus Deiparæ: *Aue clibanus intellectualis, qui ignem, & panem vitæ calidum mundo in eſum attulit, de quo Saluator mundi Chriſtus ait: Accipite, & comedite, Hoc eſt corpus meum, quod pro vobis frangitur in remiſſionem peccatorum:* perpende, *ignem, & panem vitæ*, quibus innuitur ardentiſſima charitas B.V. in præbendo nobis hoc Euchariſtico pane. D. Bernardus ſerm. 2. de Natali: *Hæ ſunt*, inquit, *Euangelica illa ſata farinæ,*

D.Epiphan.

D.Bernard.

C *quæ pariter fermentantur, vt ſit panis Angelorum, quem manducet homo, cor hominis confirmans. Felix mulier, benedicta in mulieribus, in cuius caſtis viſceribus, ſuperueniente igne Sancti Spiritus, coctus eſt panis iſte!* Petrus Dam. ſerm. de Natiuit. Virg. *Impar eſt Mariæ omne humanæ linguæ præconium, quæ de intemeratæ carnis ſuæ viſceribus cibum nobis protulit animarum, eum, videlicet, qui de ſemetipſo perhibet: Ego ſum panis viuus.*

Pet.Damian.

Collige primò explicationem illorum verborum D. Ambroſij: *Chriſtus Dominus ſolus de Patre ſine matre genitus per diuinitatem, & ipſe de Matre ſine patre per humanitatem; ipſe quoque ſimul Rex, & Sacer-*

Arguté explicatur ſententia D. Ambroſij.

D *dos, Rex, videlicet, ex Deo Patre, Sacerdos ex Virgine Matre: Sacerdos ſummi Patris, qui ſui corporis ſacrificio Patrem noſtris reconciliauit delictis, & Rex iuſtitiæ, qui in præſenti ſuos regit, & in futuro rectè iudicabit.* Hæc enim verba prima fronte aliquam difficultatem habere videntur, quia, vt ſupra diximus quæſt. 23. huius capitis, diuinitas vnxit humanitatem Chriſti in Sacerdotem, & in Regem; ergo ſimili modo Chriſtus Rex, & Sacerdos videtur conſtitutus. Verùm ad horum verborum explicationem dico, quòd, quandò Virgo con-

A concepit Chriſtum, humilitatem meditabatur, & non ſe Reginam conſiderabat: *Ecce*, ait, *Ancilla Domini; fiat mihi, &c.* & ideò talem humilitatis affectum, quantum in ſe fuit, influxit, vt ita loquar, in Chriſtum, & non regiam dignitatem, & ſic in hoc etiã ſenſu ſaluatur, quòd Chriſtus non fuit Rex ex Matre. Rursùs, quia Virgo, dum protulit illa verba: *Ecce Ancilla Domini, fiat, &c.* cogitabat, Filium Dei, quem ſecundùm carnem concipiebat, oblaturum ſe ipſum in ara crucis in ſacrificium pro humano genere, quod eſt munus Sacerdotis; & ſimul etiam cogitabat, eumdem Filium Dei, quem ſecundùm carnem concipiebat, aliquandò ſe ipſum oblaturum Deo Patri, Euchariſtiæ ſacrificium, offerentem ſimul, & inſtituentem; B atque vt ſupremum Pontificem, & Sacerdotem ſingulis diebus in Eccleſia oblaturum miniſterio Sacerdotum idem ſacrificium; quia, inquam, Virgo hæc ſecum ipſa cogitabat, omnibuſque prædictis oblationibus conſentiebat, ac tali affectu Chriſtum concipiebat, ideò ipſa, quantum fuit in ſe, affectum Sacerdotij in Chriſtum influxit: vndè in hoc ſenſu dici poteſt, quòd Chriſtus fuit Sacerdos ex Virgine Matre. In hoc eodem ſenſu intelligi poteſt ſententia illa celebris S. Epiphanij ſerm. 1. de laudibus Sanctæ Deiparæ: *Mariam Virginem cruciformem dixerim, ſacerdotem pariter, & altare!* (Epiphan.)

C Collige ſecundò ſenſum illius ſententiæ, quam habet Petrus Chryſologus ſer. 141. *Ipſius Dei cum carne commercium Virgo pro ipſa domus penſione exigit:* difficilis enim intellectu eſt locus iſte; nam Virgo exigit pro penſione hoſpitij, quod ipſa Chriſto exhibuit, dum illum in vtero concepit, & geſtauit, commercium ipſius Dei cum carne: verùm illud ipſum hoſpitium erat cõmercium Dei cũ carne; ergo videtur Virgo exigere, quod iam habebat, vel petere, vt fieret, quod iam factum erat. Sed ex dictis optimè reſpõdere poſſumus, quòd Virgo exigebat illud commercium Dei cum carne, quod exercendum prænouerat media Euchariſtia, cuius inſtitutioni ipſa conſenſit, vt dictum eſt. (Petrus Chryſolog. Explanatur ingenioſè difficultas.)

QVAESTIO XLII.

Cùr Virgo, antequàm conſentiret, vt Verbum ex ſe carnem ſumeret, actum humilitatis præmiſit, dicendo: *Ecce Ancilla Domini, &c.*

RATIO hoc inquirendi eſt quia, cùm Angelus ſolùm à Virgine requireret conſenſum, videbatur ſufficere, conſenſum tantummodò præſtare myſterio Incarnationis.

Notandum, quòd, quandò quis ita eleuatur ad dignitatem, & felicitatem aliquã, vt potentiſſimo alicui Principi, aut Domino ſimilis reddatur, ſolet ex tali ſimilitudine ſuperbire, & imperium, ſeù dominandi poteſtatem etiam ſuper eum, quem ſibi ſimilem agnoſcit, appetere. Hinc Cæſar, cùm ſe Pompeio potentia, & opibus æqualem vidit, eum ferre non potuit. Vndè Lucanus Pharſal. cecinit: (Lucanus.)

Nec quiſquã iam ferre poteſt Cæſarve priorẽ, Pompeiuſve parem.

Sic etiã Remus, & Romulus fratres, qui in cõdenda Roma ſe æquales viderant, in iure dominandi ita diſſidebãt, vt ad ſanguinis effuſionem peruenerint. Vndè Virgil. *Fraterno primum maduerũt ſanguine cãpi.* (Virgil.) Et confirmari totum hoc poteſt euidenter ex illo Ezech. 28. *Tu ſignaculum ſimilitudinis, plenus ſapientia, perfectus decore in delitijs paradiſi fuiſti: eleuatum eſt cor tuum in robore tuo:* quæ verba communiter explicantur de Lucifero, qui, cùm ad altiſſimã Dei ſimilitudinem eſſet euectus, nimio faſtu ſuperbiens de Summo Imperio cum ipſo Deo contendere voluit: *Aſcendam ſuper altitudinem nubium; ſimilis ero Altiſſimo*, Iſai. 14. Hoc notato, (Ezechiel. Iſai.)

D Dico primò, Beatam Virginem actum humilitatis præmiſiſſe, antequam conſenſum præberet dictis Angeli, quia, cùm videret, ſe ad altiſſimam dignitatem Matris Dei, qua Deum aliquo modo attingit, eleuari, & ad eminentiſſimam Dei ſimilitudinem ſublimari, vt vidimus in præcedentibus quæſtionibus, tùnc humilitatis exercendæ occaſionem maximè oportunam cenſuit, vt ſuo exemplo nos induceret ad executioni mandandum præceptum illud, à Spiritu Sancto per Salomonem præſcriptum: *Quantò maior es, humilia te in omnibus;* ſic enim euitatur periculum ſu- (Prima cauſa. Humilitas Deiparæ.)

per-

perbiendi in dignitatibus, quod, vt paulò ante notauimus, maximum eſſe ſolet.

Sec. cauſa.

B. V. in gignendo Filio ſuo cũ æterno Patre cõuenit, ſecundùm quid.

Dico ſecundò: decens erat, vt Virgo ſimul humilitatem, obedientiam, atque reſignationem meditaretur, & exerceret eo maximè tempore, quo debebat gignere Chriſtum humilem, obedientiſſimum, atque ad diuinum beneplacitum implendũ paratiſſimum. Nam, ſicut Pater æternus, dum contemplatur ſuam diuinam eſſentiã, omnia attributa, & perfectiones, verbi gratia, ſapientiam, omnipotentiam, &c. quæ in omnium ſententia ſunt obiectum primarium ſcientiæ diuinæ, Filium generat, qui perfectam ſui imaginem præfert; vndè ad Coloſſ. 1. dicitur: *Qui eſt imago Dei inuiſibilis*: & ad Hebræos 1. *Splendor gloriæ, & figura ſubſtantiæ eius*: & ſic Filius genitus, ſicut & Pater, eſt omnipotẽs, dominus, ſapiens, &c. Vel in opinione admittente, Verbum procedere etiam ex notitia futurarum creaturarum, de qua diximus ſupra, ſicut Pater æternus, generans Filium, contemplabatur eum formã ſerui ſumpturum, & multis modis humiliandum. Ita decens fuit, vt Beata Virgo humilitatem, obedientiam, & reſignationem cogitaret, & vellet, dum generare debebat eumdem Filium Dei, ſecundùm humanam naturam, in qua non miniſtrari, ſed miniſtrare venerat, & formam ſerui accepturus, atque vſque ad mortem obedientiam exerciturus, voluntatemq; æterni Patris impleturus. Confirmatur, nam ſic ex hoc capite perfectior generatio reddebatur, quatenùs maior quædam ſimilitudo inter genitricem, & genitum reperiebatur, & Virgo, quantũ ex ſe erat, ad generandum Filium perfectiſſimum, & ad virtutes optimè diſpoſitum concurrebat. Ex dictis

Ad Coloſſ.
Ad Hebr.

B. V. in Chriſtum humilitatem, obedientiam, & reſignationẽ influxit, quãtũ in ſe fuit, tempore Cõceptionis.

Collige, quòd non ſolùm Chriſtus, vt homo, ob vnionem hypoſtaticam, & virtutes infuſas perfectiſſimè propenſus fuit ad actus humilitatis, obedientiæ, cæterarumq; virtutum eliciendos; ſed etiam indolem ratione corporei temperamenti ſummoperè procliuem ad eoſdem virtutum actus producendos habuit. Porrò in prædictam indolem ratione corporei temperamenti multùm Beata Virgo influxit, tum quia ſubminiſtrauit ſubſtantiam optimè diſpoſitam ad perfectam humani corporis conſtitutionem, tum quia vehementem cogitationem, & affectum habuit erga humilitatem, obedientiam, & reſignationem eo maximè tempore, quo ad Filiũ Dei concipiendum proximè diſponebatur, quando dixit: *Ecce Ancilla Domini; fiat mihi ſecundùm verbum tuum*. Id vt clariùs appareat.

Conimbric.

Aduertendum, quòd generantis imaginatio multùm concurrit ad temperamentum prolis conſtituendum, quod optimè notat Colleg. Conimbric. lib. 1. de generatione c. 4. q. 30. ar. 2. vbi ait: *Parentum imaginationem ad temperamentum, & ad vim formatricem modificandam, & inflectendam mirabilem vim habere adeò, vt, ſi nimis vehemens, & intenta ſit, nonnunquam rei cogitatæ figuram etiam alienam, & peregrinam fœtui inducat. Sic accidit aliquandò, vt ex vtroque parente albo ater filius gigneretur, quòd mater Æthiopem, quem in cubiculo depictum habebat, imaginatione verteret.* Hæc Conimbr. apud quod plura videri poſſunt. Et D. Thomas in 2. ſent. diſt. 20. q. 2. ar. 1. affirmat, in ſtatu innocentiæ nunc mares, nunc fœminas pro parentum arbitratu fuiſſe procreandos, *quia tunc*, inquit, *corpus animæ perfectè obediret*: & idem habet 1. par. q. 99. art. 2. Quare, cùm Virginis imaginatio eſſet intenta humilitati, obedientiæ, charitati, alijſq; virtutibus eo maximè tempore, quo ad Filium Dei vtero concipiendum proxima erat, ſanè, ſi quam vim, aut diſpoſitionem talis vehemens cogitatio imprimere potuit in ſubſtantiam, ex qua corpus Chriſti per virtutem Spiritus Sancti erat formandum, talẽ impreſſiſſe fateri debemus, vt ex hoc capite etiã redderetur temperamentum Chriſti corporeum optimè accommodatum ad humilitatis, obedientiæ, charitatis, cæterarumq; virtutum exercitiũ. Nec mirum, quòd cogitatio vim habeat influendi in temperamentum prolis: nam obiecti, quod intenta cogitatione apprehenditur, imago in ſpiritibus imprimitur, quibus cerebri meatus repleti ſunt: ea verò imago per ſpiritus, tamquam per vehiculum, defertur ad ſubſtantiam prolis, eiq; imprimitur: &, ſicut hi ſpiritus deferre poſſunt modo prædicto obiecti per imaginatricem facultatem apprehenſi ſimulacrum, ita & aliquam materialium qualitatum mixtionem cauſare in ſubſtantia fœtus, ex qua reſultet propenſio ſimilis illi cogitationi vehementi, quam habuit genitrix tempore conceptus. Adde quòd, ſicut accidens in virtute ſubſtantiæ producit ſubſtantiam, ita anima per eſſe intentionale, & per eſſe in affectu videtur poſſe producere verum eſſe rei. Et ſic iuxta ea, quæ anima generantis attentè contemplatur, dum ad concipiendum proxima eſt, poteſt aliquo modo affici, & diſponi ſubſtantia prolis.

D. Thom.

Quomodò cogitatio vim habeat influendi in temperamentũ.

Eſchylus.

B. V. obedientia veræ felicitatis mater.

Collige ſecundò, quàm benè ad rem noſtram dixerit Eſchylus, obedientiam eſſe felicitatis matrem: verè enim obedientia Virginis veræ nobis fuit felicitatis mater.

Collige

Digitized by Google

A

Collige tertiò, inter alias virtutes, quas Virgo exercuit, dum protulit illa verba: *Ecce Ancilla Domini; fiat mihi ſecundùm verbum tuum*; & dum obtulit, vt vidimus, æterno Patri Filium ſuum, admirabilem quamdam gratitudinem erga ipſum æternum Patrem: cum eo enim contendere, par pari referendo, videbatur. Nam, ſi Pater æternus ſuum Vnigenitum tradidit Virgini, vt egregiè notat Anſelm. de excellentia Virginis c. 3. dum: *Suum*, inquit, *tam vnicum, quàm dilectiſſimum, & in omnibus omninò æqualem, non eſt paſſus, remanere ſolummodò ſuum; ſed eumdem ipſum in rei veritate eſſe vnicum, & dilectiſſimum, & naturalem Mariæ Filium, voluit: nec ita, vt duo eſſent, vnicus, videlicet, ſuus Filius, alius Filius ſanctæ Mariæ Virginis, ſed idem omninò*. Ita dicere poſſumus, quòd Beata Virgo ſuum tam vnicum, quàm dilectiſſimum filiū, quem plùs, quàm ſe ipſam, amauit, vt ait Bonauent. ſer. 1. de Virgine to. 3. operum, non eſt paſſa, remanere ſolummodò ſuum; ſed eumdem ipſum in rei veritate reddidit Patri æterno. Et quidem, vt piè, & probabiliſſimè credere debemus, tali affectu Virgo Filium ſuum æterno Patri exhibuit, vt, ſi per impoſſibile ratione æternæ generationis talis Filius non fuiſſet ipſius æterni Patris Filius, & in poteſtate Virginis fuiſſet talem Filium conſtituere æterni Patris Filium, talem vtique conſtituiſſet.

Amoroſa inter æternum Patrem, & Virginē Deiparam contentio.

D. Anſelm.

D. Bonau.

Collige quartò ex dictis, quòd Chriſtus fuit genitus à Virgine propenſus ad obediendum Patri in morte ſubeunda: & ſic Virgo ex hoc capite cooperata eſt, vt facilis, & prompta redderetur paſſio Chriſti; vndè in hoc ſenſu etiam veriſſimè dicitur, quòd Virgo eſt *cauſa noſtræ lætitiæ*, noſtræq; ſalutis, ac cooperatrix humanæ redemptioni.

B. V. cooperata eſt, facilitati paſſionis Chriſti.

Collige quintò, quàm Filio Dei grata ſit humilitas, & obedientia, vt, cùm non poſſet ante Incarnationem has virtutes exercere erga Patrem, cui erat æqualis, (hæ enim virtutes ſupponunt aliquam inferioritatem) voluit, vt illa, quam in Matrem ſibi elegerat, modo eminentiſſimo dictas virtutes exerceret immediatè, antequàm actu fieret Mater ſua.

Quàm Chriſto grata humilitas, & obedientia.

QVAESTIO XLIII.

Quantum Beata Virgo meruerit, annuendo dictis Angeli Gabrielis.

DICO primò, B. V. dum annuit dictis Angeli, plus meruiſſe, quàm meruerint omnes creaturæ tam angelicæ, quàm humanæ in cunctis ſuis actionibus. Ita D. Bernardinus Senenſis tom. 2. ſer. 5 1. art. 3. c. 1. vbi hæc habet:

B

Virgo Beata in conceptionis Filij Dei conſenſu plus meruit, quàm omnes creaturæ, tam Angeli, quàm homines in cunctis actibus, motibus, & cogitationibus ſuis; nempè omnes, qui meruerunt, nihil aliud potuerunt mereri, niſi ſecundum varios gradus, & ſtatus gloriam ſempiternam; hæc autem Virgo in illo admirando conſenſu meruit totalem fomitis extinctionem, dominium, & primatum totius orbis, plenitudinem omnium gratiarum, &c. Ratio huius concluſionis fundari poteſt in eo, quod ſupra diximus q. 40. huius cap. quòd Virgo, dum protulit illa verba: *Ecce ancilla Domini, &c.* conſenſit quidem, vt Verbum ex ſe carnem ſumeret, ſed ſimul eumdem Filium ſuum morti deuouit propter genus humanum redimendum:

C

hic verò actus oblationis tum ex parte rei oblatæ, quæ eſt infiniti valoris, tum ex affectu charitatis, quæ, licèt fuerit finita in Virgine, fuit tamē maxima, & neſcio quid infinitatis habuit, quatenùs obtulit Filiū, qui verè erat ſuus, & infiniti valoris, infinitatem quandam attingere viſus eſt; ergo excedere potuit meritum Virginis in tali actu meritum omnium actuum, cogitationum, & motuum vniuerſarum creaturarum: nulla enim creatura, ſiuè humana, ſiuè angelica, excepta Virgine, habuit filium proprium, qui eſſet infiniti valoris, quemnè pro humano genere redimendo poſſet offerre,

D

vt de facto obtulit Deipara, ſtatim atque conſenſit, vt Filius Dei ex ſe carnem ſumeret. Non ſolùm autem meruit Beata Virgo per hanc oblationē, ſed etiam per alios virtutis actus, quos exercuit, dum dixit: *Ecce Ancilla Domini; fiat mihi ſecundùm verbum tuum*. Vndè Anſelmus de excellentia Virginis cap. 3. ponderans prædicta verba, exclamat: *O fides Deo accepta! O humilitas grata! O obedientia omni ſacrificio iucundior Deo oblata! Quid ergo, quod venientis Dei oculos offenderet, in illa poterat reſidere, in qua tanta-*

B. V. annuēdo angelicæ legationi, plus meruit, quàm omnes creaturæ tam angelicæ, quàm humanæ.

D. Bernardinus.

Anſelmus.

rum virtutum inſignia veniens inuenit redolere: & paulò poſt: *Cùm igitur in his, quæ tantoperè Deo placent, Sancta Virgo Maria tam excellenter illis placuerit, vt nequaquam crederet quis, illam aliqua ratione excellentiùs illi placere potuiſſe, &c.* Ex quibus collige, quòd ſummo conatu Virgo cooperata eſt diuinæ gratiæ in exercitio virtutum prædictarum. A

Virgo ſummo conatu cooperata eſt diuinæ gratiæ in exercitio virtutũ.

Dico ſecundò, prædicto conſenſu Virginem promeruiſſe de congruo, ſeù ex quadam decentia, humani generis ſalutẽ. Ita Salazarus in Prouerb. c. 31. nu. 178. Et priùs hoc docuit S. Bernardinus Senenſis tom. 3. ſerm. 6. art. 2. c. 2. *Virgo*, inquit, *per hunc conſenſum in Incarnationem Filij, omnium electorum ſalutem viſceroſiſſimè expetijt, & procurauit, & omnium ſaluti, ac ſaluationi per hunc conſenſum ſe ſingulariſſimè dedicauit ita, vt ex tunc omnes in ſuis viſceribus baiularet, tamquam veriſſima mater filios ſuos.* Innuitur & hæc veritas Pſal. 126. *Ecce hereditas Domini filij, merces fructus ventris*; quaſi dicat: hereditas Domini (quæ eſt electorum numerus) eſt merces, ſeù penſio, quam ſoluit Filius Dei pro eo, quòd Virgo ventrem pro habitaculo ſibi tradiderit, & ex ipſo ventre morti ſe ipſum deuouerit. Fauet nobis Diuus Chryſolog. ſer. 141. quatenùs ait: *Quantus ſit Deus, ſatis ignorat, qui Virginis mentem non ſtupet, animum non miratur. Pauet cælum, tremunt Angeli, natura non ſufficit, & vna puella ſic Deum in ſui pectoris capit, recipit, oblectat hoſpitio, vt pacem terris, cælis gloriam, ſalutem perditis, vitam mortuis, terrenis cum cæleſtibus parentelam, ipſius Dei cum carne commercium pro ipſa domus exigat penſione; vt impleatur illud Prophetæ: Ecce hereditas Domini filij merces fructus ventris.* Suffragantur alij Patres noſtræ concluſioni. Tertullianus in lib. de carne Chriſti c. 17. *Sed & hic*, inquit, *ratio defendit, quòd Deus imaginem, & ſimilitudinem ſuam, à Diabolo captam æmula operatione recuperauit. In Virginem enim adhuc Euam irrepſerat verbum ædificatorium mortis, in Virginem æquè introducendum erat Dei Verbum extructorium vitæ, vt quod per huiuſmodi ſexum abierat in perditionem, per eumdem ſexum redigeretur in ſalutem. Crediderat Eua ſerpenti; credidit Maria Gabrieli: quod illa credendo deliquit, hæc credendo deleuit.* Damaſcen. orat. 1. de Natiuitate: *Maria diuinæ voluntati obſecuta deceptorem ſerpentem in fraudem induxit, ac mundo immortalitatem inuexit.* An verò Beata Virgo meruerit accelerationem Incarnationis, vel dignitatem Matris Dei, videbimus infra.

B. V. dictis ab Angelo cõſentiẽdo, promeruit de congruo humani generis ſalutem.
Salazar.
D. Bernardinus.
B
Pſalm.
D. Chryſol.
C
Tertullianus.
D
Damaſcen.

Collige, nullo modo ſatis explicari poſſe, quàm admirabilem gratiam receperit Maria, præſtando dicto conſenſu. Audiendus eſt hoc loco Petrus Damianus ſerm. de Annunciatione, vbi hæc habet: *Miſſus eſt ergo Angelus Gabriel à Deo ad Virginem, quæ, poſt quam ei locutus eſt, ſenſit Deum ſuis illapſum viſceribus, maieſtatemq; illius Virginalis ventris breuitate concluſam. O Venter diffuſior cælis, terris amplior, capacior elementis, qui totum claudit omnia concludentem, in quo Deus gloriæ reclinatur! Denique & Archangelus ait: Aue gratia plena, Dominus tecum, quia à Deo electam, & præelectam totam eam rapturus erat Spiritus Sanctus, & cæleſtibus inſigniturus ornamentis.*

Pet. Damian.

QVAESTIO XLIV.

An Beata Virgo, quandò concepit Filium, ni diuinitùs in vita fuiſſet detenta, præ nimio gaudio obijſſet.

NOTANDVM, quòd anima, ad applauſum rei iucundæ, ſpiritus, ſanguinemq; refundit ad partes externas: vndè in cute rubor diffundi cernitur: ait enim Alexander lib. 1. problem. q. 13. *Natura ſpontè rei occurrit, quæ grata extrinſecùs acceſſit, quemadmodum nos amicis obuiam vltrò procedimus.* Porrò poteſt eſſe talis emiſſio ſanguinis, & ſpirituum ad partes externas ob vehementem aliquam lætitiam, vt cor deſtituatur virtute neceſſaria ad vitam conſeruandam: & de facto ſæpius euenit, vt multi repentè ob vehemens gaudium mortui ſint. Narrat enim Gellius lib. 3. noct. attic. cap. 15. quòd Diagoras Rhodius, videns tres filios coronatos eodem olimpiæ die, eo quòd primus in arte pugillari excelleret; ſecundus in illo certamine gymnico, quod Pancratium appellatur, emineret; tertius in luctando primas partes haberet; ac deindè ſpectans dictos adoleſcentes, ad ſe certatim accurrentes, ſuoq; capiti prædictas coronas, tamquam victoriæ inſignia, imponentes, populumq; gratulabundum in ipſum flores iacere, præ tanto gaudio obijt derepentè. Similiter, delata fama de ingenti clade, quæ Romanis acciderat ad Lacum Thraſimenum, mater

Alexander.
Gellius.

mater quædam, videns filium obuium in limine portæ, ob ingens gaudium ſtatim animam exhalauit. Alia, cùm falſum de morte filij nuntium audiſſet, & mœſtas atque gemebunda idcircò domi ſederet, ac poſteà extemplo ante ipſius conſpectum ſe filius ille contuliſſet, in eius obtutu ſtatim præ magna lætitia expirauit. Lege Liuium lib. 2. dec. 3. Valer. Maxim. lib. 9. cap. 12. Sic etiam Glidemus Athenienſis, dum victor ab hiſtrionibus plauſibus exciperetur, auroq; coronaretur, repentè vltimum vitæ ſpiritum exhalauit.

Liuius, Valer. Max.

Dico, probabile eſſe, quòd talem lætitiam Virgo perceperit in concipiendo Dei Filio, vt diuina virtus neceſſaria fuerit ad eam in hac mortali vita detinendam. Indicant hoc aliqui Patres. S. Proclus ab Botium lib. 9. de ſignis Eccleſiæ cap. 7. *Hæc*, inquit, *animatus naturæ rubus, quem diuini partus ignis non conſumpſit*: pondera ly *ignis non conſumpſit*. Et ratio eſt quia vehemens lætitia ſpiritus laxat, & confeſtim diſſipat, ſanguinem, ac ſpiritus ad partes externas naturaliter emittit ita, vt interitum afferat; ſed vehementiſſima fuit lætitia Virginis, quia videbat adimpletum, quod ipſa maximè exoptauerat, atque deprecata erat, ſcilicet, humani generis redemptionem: ergo, ſi virtus diuina nõ attemperaſſet, & non impediuiſſet vehementem alterationẽ, excitandam à tali lætitia, vtique Virgo mortua fuiſſet. Nec mirum, cùm ob lætitiam incomparabiliter minorem aliqui, vt ex hiſtorijs recenſitũ eſt, derepentè mortui conciderint. Porrò quàm magna fuerit hæc lætitia in animo B. V. agnoſces, ſi valeas percipere, quàm ardenter ipſa Dei gloriam exoptaret, & ad humani generis redemptionem anhelaret.

B. V. in conceptione Filij Dei tali lætitia affectã eſſe, vt neceſſaria fuerit diuina virtus ad illã in vita detinẽdã, probabile.

S. Proclus.

✠

QVAESTIO XLV.

Cur Angelus, poſtquam Beata Virgo reſpondit: *Ecce Ancilla Domini, fiat mihi ſecundùm verbum tuum*, non declarauit, executioni mandatam eſſe Verbi Incarnationem, dicendo, verbi gratia, Ecce concepiſti, vel, *Verbum caro factum eſt* in vtero tuo.

RATIO difficultatis eſſe poteſt, quòd, ſtatim prolatis præpoſitis verbis à Virgine Maria, Verbum aſſumpſit carnem in eius vtero, vt vidimus ſupra; ergo conueniens videbatur, vt Angelus hoc exprimeret.

Dico primò, diuino conſilio Angelum tacuiſſe poſt prolata à Virgine prædicta verba, vt intelligatur, quòd *Fiat* Beatæ Virginis eſt tantæ efficacitatis, vt ſemper ſecum trahat, *Et factum eſt*. Huic explicationi lucem affert diſcurſus D. Auguſtini de Gen. ad litt. cap. 3. & 5. vbi hæc habet: *Notandum, quòd prima die, cùm facta eſt lux, dictum eſt tantùm, Fiat lux, & facta eſt lux: in ſecunda die quædam mora, & verborum multiplicatio; Fiat, & fecit Deus, & factum eſt, ita, vt intelligamus, iſtas naturas ad obediendum minùs aptas*. Quo poſito, ſi ideò poſt *Fiat*, quo Deus creauit lucem, tantùm ſubnectitur, *Et facta eſt*, quia lux eſt maximè apta ad obediendum; poſt *Fiat* verò, quo Deus creauit firmamentum, adduntur plura alia; ſcilicet, *Et fecit Deus firmamentum, & factum eſt ita*, quia firmamentum tardius videtur ad obediendum, quàm lux: ſanè, cùm poſt *Fiat* à Maria prolatum nihil ſubiungatur, innuitur, quòd ad obediendum huic *Fiat* Mariæ magis paratus videatur Deus, quàm ſit lux ipſa ad obediendum prompta, licèt hæc firmamento, cæteriſque rebus creatis magis ad obediendum ſit apta, vt ex Diuo Auguſtino vidimus.

Concluſ. primam cauſam afferens. Fiat Virginis ſemper ſecũ trahit, & factum eſt.

Dico ſecundò, Angelum non explicaſſe, quòd Maria concepiſſet, quia, cùm hæc facta eſſet Mater Dei, vt peccatoribus ſubueniret, oportuniori tempore Mater Dei prædicanda erat, ſcilicet, quandò celeri greſſu ad montana ſe contuliſſet,

Secunda cauſa. B. V. facta Mater Dei, vt peccatoribus ſubueniret.

tuliſſet, vt concurreret ad liberandum S. Ioannem Baptiſtam à peccato originali; tunc enim à Sancta Eliſabeth celebrata fuit Mater Domini: *Et vndè hoc mihi, vt veniat Mater Domini mei ad me?* Et quòd Beatiſſima Virgo pro ſubleuandis peccatoribus ad maternitatem Dei eleuata ſit, docent Patres, & nos ſupra diximus. Ponderat hoc benè inter alios Anſelmus cap. 12. de excellentia Virginis, vbi ſic Virginem alloquitur: *An ideò, vtrum pereamus, amplius non curabis, quia quidquid de nobis miſeris vltra eueniat, gloria tua iactura nulla indè proueniet? Et hoc quidem, bona Domina, fortaſſis aliquo modo*

Luc. 1.

Anſelm.

A *dici poſſet; ſi pro tui ſolius exaltatione, & vtilitate Mater Dei facta fuiſſes: ſed vtique Deus, qui hominem aſſumpſit ex tua caſtiſſima carne, hoc fecit pro tua, & noſtri omnium ſalute. Si ergo tu, quæ plena ſalute es potita, non intendis, vt eadem ſalus pro modulo noſtro etiam ad nos vſque pertingat, iam tuorum ſufficiens commodorum, noſtrorum negligens eſſe videberis.*

CAPVT

CAPVT OCTAVVM.

DE VIRGINE INVISENTE Sanctam Eliſabeth.

QVAESTIO PRIMA.

Vtrum ex his verbis: *Exurgens autem Maria abijt in montana*, colligatur, ipſam Virginem excitatam eſſe ab ecſtaſi.

QVIDAM Auctores admittunt, Virginē aliquandò fuiſſe raptam in ſpiritu, & eleuatā in ecſtaſim. Sic tradere videtur Gerſon. tract. 11. in *Magnificat*, sub §. *tertia differentia*, vbi, poſtquam in perſona diſcipuli interrogauit: *De Paulo, quid dicemus, cùm vidit arcana Dei?* reſpondet: *Probabile eſt, quòd Maria aliquādò ſic rapta fuerit, & ſic inſpexerit: atqui multò diuinius fuit in Maria diuiſio ſpiritus, & animæ, quàm in Paulo, & Ioanne, vel cæteris viatoribus*: & tract. 2. ſub §. *erat ſecundò*: *Erat*, inquit, *ſecundò ſupra ſpiritum, vel in exceſſu ſpiritus, vel in ecſtaſi mētis reſpectu illorum, quorum non poterat ex ſua virtute, vel intelligentia propriam cognitionem accipere*: & eodē tract. partitione 4. ſub §. *ſextum bonum*, ſic ait: *Legimus de Virginali ſponſo tuo Ioſeph, quòd pluriès corporaliter dormiens acceperit diuinas reuelationes: tu corporaliter vigilans, ſed per contemplationis ecſtaſim dormiens, mirabiliores reſpexiſti. Signum tuæ dormitionis poſt conceptionem Filij notat Lucas dicens: Exurgens autē Maria, in diebus illis abijt in montana cum feſtinatione. Vndè, precor, exurgens fuiſti, ſi non à ſomno quodam non tam ſenſuali, quàm ſpirituali, & hoc in contemplatione, quatenùs ſedula fieres miniſtratrix in actione: otioſorum enim eſt ſedere, vel dormire, actiuorum exurgere, & progredi.* Fauere videtur huic opinioni illud Cant. *Adiuro vos, filiæ Hieruſalem, ne ſuſcitetis, neque euigilare faciatis dilectam, donec ipſa velit.* Si vera eſſet hæc opinio, dicere etiam liceret, ſenſum horum verborum; *Maria autem exurgens, &c.* eſſe, quòd Maria ab ecſtaſi excitata properauerit in montana.

Gerſon. Cantic.

Notandum primò, ecſtaſim à Gerſone p. 7. de myſt. Theol. ſic explicari: *Ecſtaſim dicimus ſpeciem quamdam raptus, qui fit appropriatus, in ſuperiori portione animæ rationalis, quæ ſpiritus, vel mens, vel intelligentia nominatur, dum mens in ſuo actu ita ſuſpenſa eſt, quòd potentiæ inferiores ceſſant ab actibus ſuis ſic, quòd nec ratio, nec imaginatio, nec ſenſus exteriores, imò quandoque nec potentiæ naturales nutritiua, & augmentatiua, & motiua poſſint exire in ſuas operationes.* Hæc Gerſon. Quarè in ecſtaſi oppoſitum euenit, ac in ſomno, in quo anima veluti ſe immergit in potentias inferiores ita, vt externi ſenſus nihil omninò agant, interni verò, & intellectus etiam ab operatione ceſſent (quod accidit cùm nulla occurrunt inſomnia) aut certè non niſi obſcurè, & imperfectè operentur. Vndè fit, vt, ſic ligatis potentijs cognoſcitiuis, vires naturales vehementiùs operentur, atq; idcircò cibi decoctio, & alimenti diſtributio in totum corpus perficiatur. Cùm verò ecſtaſis fit virtute diuina,

Gerſon.

diuina, anima, quæ in ſomno ve luti ad inferiores potentias ſe deijciebat, tunc eleuatur ad ſublimia contemplanda, ſenſus verò, & facultates loco motiuæ feriantur. A

Notandum ſecundò, quòd, licèt Beati in aſſumptis corporibus gloriosis tota mentis intentione diuinam eſſentiam ſpeculentur, non tamen in eis futura eſt abſtractio à ſenſibus, quia virtus intellectus etiam in inferiores potentias cognoſcitiuas redundabit. Vndè anima, licèt maximo impetu feratur in Deum, poterit tamen ſimul attendere ad phantaſmata, & ad obiecta ſenſibilia. Quarè ecſtaſis, licèt ex vna parte dicat maximam perfectionē, B ſcilicet, eleuatam contemplationem; ex altera tamen dicit aliquam naturalem infirmitatem, dum inhibet functiones ſenſuum, & facultatis loco motiuæ. His notatis,

Contemplatio Virginis viatricis eminentior quacūque ecſtaſi cæterorum Sanctorum.

D. Bernardinus.

Dico primò, Beatæ Virginis contemplationem in hac mortali vita fuiſſe eminentiorem quacumque contemplatione, ad quam aliqui Sancti in ecſtaſi, vel raptu diuinitùs eleuati fuerint. Probat hoc rectè D. Bernardinus tom. 4. ſerm. 36. pag. 3. vbi hæc habet: *Dico ſecundò, quòd Angelus facit eam attentam, laudando eam à plenitudine omnis gratiæ ſingularis, quam dare potuit vni creaturæ Deus omnipotens, ſecundum ſuum poſſe ordinatum, & ſecundum intelligentiam ipſi Virgini datam; quia verè cognouit tunc Deum creatorem ſuum, & Angelos, & omnes alias creaturas propter exceſſum gratiæ ſuo intellectui diuinitùs attributæ. Ideò meritò gratia plena in contemplando Deum, & cuncta creata, plusquā Paulus Apoſtolus raptus in tertium cœlum ſine comparatione, quia, ſi eſſent tot Pauli, quot ſunt creaturæ, non attingerent ſuum contemplari: nam Paulus fuit vas electionis, Virgo Maria fuit vas diuinitatis.* C

Contemplatio B.V. abſque deliquio partis ſenſitiuæ.

Benzonus.

Dico ſecundò, in Beata Virgine prædictam eminētiſſimam contemplationem fuiſſe ſine deliquio partis ſenſitiuæ. Fauet nobis Benzonus in *Magnificat* lib. 2. c. 10. dub. 13. Probatur primò, quia, vt notauimus, tale deliquiū partis ſenſitiuæ in altiſſima cōtemplatione denotat quandam infirmitatem; & huiuſmodi infirmitas non eſt admittenda in Virgine, quæ omnibus titulis mulier fortis appellatur: de ea enim dictum eſt: *Mulierem fortem quis inueniet?* Probatur ſecundò; nam, ſi Virgo aliquod in parte ſenſitiua deliquium pati debebat, ſanè id ei contigiſſet tempore, quo Filium ſuum cruci affixum, acerbiſſimos perferentem cruciatus contemplabatur: ſed tunc conſtantiſſimè ſtetit, vt videbimus infra, & in ea functiones partis ſenſitiuæ immenſus pene dolor non inhibebat; ergo nec altiſſima contemplatio in Virgine erat cauſa, vt vires inferiores animæ operationibus deſtituerentur. D

Collige ex dictis, ſenſum eſſe horum verborum: *Maria autem exurgens, &c.* quòd ipſa à contemplationis quiete itineri ſe commiſit, vt ad ſanctificandum S. Io. Baptiſtam concurreret. Qua in re nobis oſtendit, quòd, licèt vita contemplatiua ſit quietior, & iucūdior, atque Angelorum conuerſationi conformior, ac vicinior, non tamen hac ſola contentus eſſe debet, qui Deo in omnibus ſe gratum præſtare cupit. Huic enim laborandum etiam eſt in proximorum ſalute curanda, cùm diuinorum diuiniſſimum opus ſit ſaluti animarū cooperari. Ex D. Gregor. hom. 12. ſuper Ezech. *Nullum quippe*, ait, *omnipotenti Deo tale eſt ſacrificium, quale eſt zelus animarum*. Quarè S. Cyrillus catecheſ. 14. ponderat, D. Paulum, ad tertium cælum raptum, zelo animarum ſaluandarum per prædicationem Chriſti ad terram rediſſe: *Deſcendit Paulus iterum, non quòd dignus nō eſſet conuerſatione cæleſti, ſed vt, guſtatis ſupercæleſtibus, deſcendens Chriſtum prædicaret.*

Laus vitæ actiuæ.

D. Greg.

S. Cyrillus.

QVAESTIO II.

Cùr cum feſtinatione abijt Maria in montana.

D Ambroſ.

DIVVS Ambroſius in hūc locum Lucæ dicit, talis accelerationis cauſam fuiſſe lætitiam: *Feſtina*, inquit, *præ gaudio*: & etiā ob virginalem verecundiam; ſubdit enim: *Diſcite Virgines non demorari in plateis*. Albertus Magnus in c. 1. Lucæ ſic explicat: *Feſtinauit propter tria, vt, videlicet, citò publicum verecundàs euaderet, vt obſequendi deſiderio ſatisfaceret, vt citò dilectam videret.*

Albert. Mag

Notandum, Beatam Virginem cum feſtinatione domum Eliſabeth ſe contuliſſe, primò vt, ſe mediante, ſanctificaretur Io. Baptiſta, & Eliſabeth Spiritu Sancto repleretur: ſecundò, vt ipſa inſeruiret eidem Eliſabeth prægnanti. Colligitur vtrumque ex ipſo textu. Primum ex illis verbis: *Et factum eſt, vt audiuit ſalutationem Mariæ Eliſabeth, exultauit infans in vtero eius, & repleta eſt Spiritu Sancto Eliſabeth*. Secundum ex dictis ab Angelo: *Et ecce Eliſabeth cognata tua, & ipſa concepit filium in ſenectute ſua*. Vndè Ildephonſus ſerm. 3. de Aſſumptione: *Vt deſerret*, inquit,

Ildephonſ.

quit,

quit) *amicit actualis vitæ laborioſum officium*.

Prima concl. cauſam primam aſſerẽs.

Dico primò, Virginem cum feſtinatione abijſſe in montana, &c. vt rem pergratam Filio Dei præſtaret, quia, cùm Chriſtus, vt ait Apoſtolus ad Romanos 1. *Prædeſtinatus ſit Filius Dei in virtutem ſecundum ſpiritum ſanctificationis*; valde propenſus erat ad ſanctificandas animas: Maria autem huic propenſioni cooperatur, properando cum feſtinatione in ciuitatem Judæ; & intrando domum Zachariæ, vbi ſanctificandus erat Io. Baptiſta. Adde, quòd (ſupponendo, ea, quæ in iuribus ſunt decreta, Dei ordinatione eſſe decreta, iuxta illud: *Per me Reges regnant, & legum conditores iuſta decernunt*) in l. 1. ff. de ventre in poſſeſſionem mittendo, quibus caſibus adiungitur natus, mittendus eſt venter in poſſeſſionem, ideſt, licèt in ea lege diſponatur, quòd partus, & mater ſint vnum, & idem; tamen, quandò agitur de hereditate, quæ ſpectat ad filium conceptum in vtero, mater in poſſeſſionem mittitur pro filio, donec ille naſcatur. Hoc ſuppoſito, Sancti ſunt hereditas Chriſti, vt patet ex pluribus Scripturæ locis, & præcipuè ad Epheſios 1. *Vt ſciatis, quæ ſit ſpes vocationis eius, & quæ diuitiæ gloriæ hereditatis eius in Sanctis*: ad poſſeſſionem ergo capiendam huius hereditatis, quæ ad Filium Dei in vtero Virginis commorantem ſpectabat, celeriter accurrit ipſa Maria, dum ad ſanctificandum Io. Baptiſtã, & ad replendam Eliſabeth Spiritu Sancto *cum feſtinatione abijt in montana*. Ex quo patet, gratiſſimum Filio Dei fuiſſe, quòd pro ipſo Mater eius talem hereditatem adiret, &c.

Ad Roman.

Sap.

Ad Epheſ.

Concl. ſec.

Dico ſecundò, hanc feſtinationem indicare, quàm ardenter Beata Virgo hominum ſalutem amabat. Nam verus amor quieſcere neſcit. *Parùm diligis* (inquit Plato in conuiuio) *ſi multum quieſcis*: &, vt Orpheus cecinit:

Plato.

Orpheus.

Nec arma paci, nec ſedem concedas amori.

Notum etiam carmen Ouidij:

Ouidius.

Qui non vult fieri deſidioſus, amet:

vtq; benè aduertit Seneca;

Seneca.

In deſiderio etiam celeritas mora eſt.

Fauet nobis Hugo lib. de charitate: *Citò pergere eſt ardenter amare: per charitatem viam eligis, per charitatem viam curris*.

Hugo.

Concl. tert. Perfectæ miſericordię eſt celeritas.

Dico tertiò, cum feſtinatione abijſſe Virginem in montana, vt nos doceret, inter alias conditiones, quas debet habere perfecta miſericordia, eſſe celeritatem: *Tardam* enim *miſericordiam Pater neſcit*, inquit Chryſolog. ſerm. 4. Ratio eſt, quia, cùm poſſit quis ſtatim miſero ſubuenire, ſi differt, eo tempore, quo differt, non vult ſubuenire, & ſic defectus miſericordiæ interuenit. Hùc ſpectat, quod Seneca lib. 2. de benef. c. 5. dixit: *Proprium eſt libenter facientis citò facere: tardè velle nolentis eſt*. Hinc eſt, quòd, cùm Chriſtus hoſpitio eſſet recipiendus à Zaceheo, velocitatem ab eo expoſtulauit: *Zacbee, feſtinans deſcende*. Et Abraham, quando recepit ſub forma peregrinorum tres Angelos, Geneſ. 18. *Cucurrit in occurſum eorum, feſtinauit in tabernaculum ad Saram, dixitque, accelera, tria ſata ſimilæ commiſce: ipſe verò ad armentum cucurrit, & tulit indè vitulum tenerrimum, & optimum, deditq; puero, qui feſtinauit, & coxit illum*. Et Lucæ 15. dicitur, quòd filio illi prodigo pater celeriter occurrerit: *Cùm adhuc longè eſſet, vidit illum pater ipſius, & miſericordia motus eſt, & accurrens cecidit ſuper eum*. Et Gen. 24. Rebecca celeriter aquam ſeruo Abraham porrexit: *Rebecca occurrit ſeruus Abrahã, & ait: pauxillum aquæ mihi ad bibendum præbe de hydria tua; quæ reſpondit: bibe, Domine mi; celeriterq; depoſuit hydriam ſuper vlnam ſuam, & dedit ei potum*.

Chryſolog.

Seneca.

Geneſ.

Luc.

Concl. quarta.

Dico quartò, Beatam Virginem magna cum feſtinatione properare in montana, vt, citiùs concurrendo ad ſanctificandum Io. Baptiſtam, doceat nos, quàm graue malum ſit immorari in peccato, & quàm ingens bonum quamprimùm fieri amicum Dei. Vndè

Quàm prõpta ſit B. V. ad nobis ſubueniendum. D. Bonau.

Collige primò, quàm Beata Virgo prõpta ſit ad ſubueniendum nobis. D. Bonauentura in ſpeculo c. 4. *Ruth*, inquit, *interpretatur videns, & feſtinans, & ſignat Beatam Virginem, quæ verè videns in contemplatione, & benè feſtinans fuit in actione: videns etiam noſtram miſeriam eſt feſtinans ad impendendam ſuam miſericordiã*. Et in Cantic. aſſimilantur vbera Virginis duobus hinnulis caprinis: *Duo vbera tua, ſicut duo hinnuli capreæ gemelli*. Capra pollet maxima oculorum acie, & eſt velociſſima in curſu: ſignificatur ergo, quòd Beata Virgo acotiſſimè videt noſtras miſerias, & velociter currit, vt vbera miſericordiæ nobis ſugenda præbeat.

Cantic.

Concl. quĩta. Chriſtianæ perfectionis ſtudioſis feſtinatio neceſſaria. D. Bonau.

Dico quintò, abire Beatam Virginem in montana cum feſtinatione, vt nos doceat, feſtinationem neceſſariam eſſe ijs, qui perfectionis metam attingere cupiũt. Ita D. Bonauentura in cap. 1. Lucæ: *Spiritualiter*, inquit, *datur nobis intelligi, quòd eſt ei neceſſaria feſtinatio, qui vult perfectionem attingere: Ad Hebr. 4. Feſtinemus ingredi ad illam requiem*.

Ad opera miſericordiæ citò proximis impendenda Virginis exẽplo allicimur. Plutarchus.

Collige ſecundò, ab exemplo Virginis nos extimulari ad citò opera miſericordiæ proximis impendenda. Refert Plutarchus in ſuis apophtegmatibus, Magnũ

Ale-

Alexandrum, aliquandò in pnerili ætate inuitatum à ſuis coætaneis ad curſum, reſpondiſſe: *Currerem, ſi eſſent reges*. Chriſtiane, quid dices? Hucuſque tardus, & piger fuiſti ad inuiſẽdos ægrotos, ad eleemoſynas erogandas, ad ſubueniendum miſeris? Eia age, nunc curre, accelera, propera, quia & Regina Angelorum cum feſtinatione tendit ad pietatis exercitia. Et, ſi infirmi viſitandi ſint infimæ conditionis, non pigeat ad eos accedere; nam, & Mater Dei, & Regina Angelorum pergit cum feſtinatione ad viſitandam Eliſabeth, quæ longè inferior erat ſe in tam excelſa Matris Dei, atque Angelorum Reginæ dignitate conſtituta.

B Collige tertiò: ſi Virgo non rogata cũ feſtinatione accurrit ad miſericordiam exercendam, quid faciet ſtimulata precibus? Optimè hæc miſericordia Virginis adumbratur per oliuam: *Quaſi oliua ſpecioſa in cãpis*: optimè & miſericordia Dei per oleum ſignificatur: *Oleum effuſum nomen tuum*. Verùm oliua decidit ſpontè ab arbore, oleum torculari exprimitur: ſic miſericordia Virginis abſque precibus nobis ſæpè ſuccurrit: miſericordia verò Dei precibus veluti compreſſa inſtar olei in nos diſtillat, vt patet in parabola de ſeruo nequam, cui dixit Dominus: *Serue nequam, omne debitum dimiſi tibi, quoniam rogaſti me, &c.* nota, *quoniam rogaſti me*.

Matth.

C Et mulier Chananæa Matth. 15. nonniſi ſupplicibus verbis inſtando obtinuit pro filia miſericordiam. Atque hinc aperitur ſenſus illorum verborũ D. Pauli ad Gal. 4.

Ad Galat.

Miſit Deus Filium ſuum, factum ex Muliere, vt eos, qui ſub lege erant, redimeret. Nonne poterat Filius Dei redimere mundum, ſi factus fuiſſet homo, ſed non natus ex muliere? Ita ſanè. Sed, cùm homines ita parùm de ſua ſalute fore ſollicitos prçuideret, vt vel pauci, vel nulli redemptionis fructum fuiſſent percepturi ob magnã ſoccordiã, voluit Filius Dei naſci ex Muliere Virgine, cuius miſericordia eſſet adeò eximia, vt etiam non prouocata

D precibus, ſæpiùs nobis ſubueniret, gratiã à Deo pro noſtra ſalute impetrando. Et ob id (puto) à D. Bonauentura appellatur Virgo *Fomes pietatis*, ſeù miſericordiæ. Nam, ſicut fomes peccati ſemper ad peccandum extimulat, ita miſericordia Virginis diuinam bonitatem incitat ad nobis gratiam elargiendam.

D. Bonau. B. V. Fomes pietatis.

Collige quartò cum D. Ambroſio ingentem humilitatem Virginis: *Diſcite*, inquit, *Virgines, humilitatem Mariæ: venit propinqua ad proximam, iunior ad ſeniorem; nec ſolùm venit, ſed & prior ſalutauit; vndè ſequitur: Et ſalutauit Eliſa-*

D. Ambroſ. B. V. humilitas inſignis.

A *beth. Decet enim, vt quantò caſtior Virgo, tantò humilior ſit, noueritq; deferre ſenioribus: ſit magiſtra humilitatis, in qua eſt profeſſio caſtitatis*. Sed notatione dignum eſt, quòd Maria priùs dixerat: *Ecce Ancilla Domini*; neque hoc contenta ſtatim ſit ancilla creaturæ: en quantò humilior in factis apparet, quàm in verbis. Porrò huius humilitatis Mariæ ſtimulus fuit ardens deſiderium, quo ipſa tenebatur, aſſimilandi ſe, quantum poſſet, Filio, quem vtero geſtabat: hic enim *non miniſtrari, ſed miniſtrare* venerat.

QVAESTIO III.

Quænam ſit ciuitas Iuda, ad quam perrexit Maria cum feſtinatione.

DICO breniter, fuiſſe Hebron, ſeù Chebron, ſeù Chariatharbe. Probatur ex Ioſue 21. vbi ſacerdotalis ciuitas in tribu Iuda dicitur eſſe Chariatharbe, ſeù Hebron: cum autem Zacharias eſſet ſacerdos, ſi in tribu Inda habitauit, liquet quòd in ciuitate ſacerdotali domum haberet. Dum ergo textus affirmat, Mariam abijſſe in ciuitatem Iuda, & intraſſe domum Zachariæ, liquidò conſtat, quòd hæc domus erat in dicta ciuitate ſacerdotali, Hebron, ſeù Chariatharbe dicta. Fauet nobis Vincentius Regius in ſuis dilucidationibus lib. 1. c. 6. apud quem plura de diſtantia inter Hebron, & Hieruſalem videri poſſunt. Porrò dicitur, quòd ciuitas hęc, vna Hieruſalem excepta, cæteris erat nobilior, vt notat Baronius in apparatu.

Ioſue. Vinc. Reg. Baron.

Aduerte autem, quòd in tali loco, teſte Sozomeno lib. 2. hiſt. c. 3. erat conuallis Mambre, vbi reperiebatur antiqua illa quercus, ſub qua Abraham tres Angelos hoſpitio recepit. Ex quo

Sozomenus.

Collige, quantum placeant Deo, & Deiparæ opera miſericordiæ, vt in eo loco, in quo Abraham miſericors fuit, domi colligendo, & cibis recreando tres Angelos ſub forma peregrinorũ, ipſe Deus, vnà cum Matre ſua ingentem illam miſericordiam, de qua dictum eſt pręcedenti quæſt. erga Io. Baptiſtam, & Eliſabeth exercuerint.

QVAE-

A

QVAESTIO IV.

An cum Virgine Sanctus Ioſeph abierit in montana ad viſitandam Eliſabeth.

Affirmatur. DICO affirmatiuè. Ducor primò eo, quòd grauiſſimi Auctores hoc tradunt. Iſolanus. Iſolanus enim ſec. parte c.6. hæc habet: *Quamuis, neminem aſſuiſſe viſitationi B.Virginis, & Eliſabeth, diuinæ referant litteræ, nullus tamen eſt ſanæ mentis, catholicique ingenij, qui Mariam Virginem, teneræque ætatis, ſolam domo receſſiſſe, aſſeueraret*. D. Bernardinus. D. Bernardinus ſerm. de S. Ioſeph ar.2.c.1. *Et ſtatim*, inquit, *cum ipſo Ioſeph abijt Virgo in montana*. Hanc eamdem partem tenent P.Salmeron, Suarez, Petrus Morales. P. Salmeron tom. 3. tract. 10. in illa verba: *Exurgens autem Maria*; Suar. tom.2. in 3.p. diſp.13. Petrus Morales in cap. 1. Matth. lib.4. tract.1.concl.6. & alij ab ipſo relati. Ducor ſecundò ratione, quia talem comitatum poſtulabat munus coniugij, ſuadebat amor, & charitas S. Ioſeph, decentia, & modeſtia Virginis requirebat: neque enim conueniens videbatur, vt puella nobilis ſola adeò longum iter aggrederetur. Sed

Obiectio. Obijcies textum, qui dicit tantùm: *Exurgens autem Maria abijt, &c.* & addes, quòd alibi expreſsè nominatur Ioſeph, quandò cum Maria iter egit; ergo (inferes) cùm hic nihil dicatur de Sancto Ioſeph, ſignum eſt, quòd non fuerit cum Virgine pergente in montana. Confirmabis ex eo, quòd Sancta Eliſabeth nullam facit mentionem de Sancto Ioſeph, ſed tantùm de Virgine: *Et vndè hoc mihi, vt veniat Mater Domini mei ad me?* & tamen vrbanitas, & affinitas poſtulare videbatur, vt Eliſabeth erga Ioſeph aliquod beneuolentiæ verbum proferret.

Reſponſio. Reſpondeo, Euangeliſtas interdùm multa ſilentio præterire, quæ facilè ſubintelligi poſſunt: neque, dum altiora myſteria narrantur, eſt neceſſe conſueta officia affinitatis, & vrbanitatis recenſere.

QVAESTIO V.

Cùr Beata Virgo priùs ſalutauit Eliſabeth, quàm Zachariam.

RATIO hoc examinandi eſt, quia Zacharias erat Sacerdos, & caput familiæ: vndè & in ipſo textu dicitur: *Et intrauit in domum Zachariæ, & ſalutauit Eliſabeth*. Ratio excitatæ quæſtionis. B Quarè virtus religionis, quæ in Beata Virgine excellens erat, poſtulare videbatur, vt honorem primò deferret Zachariæ Sacerdoti, illum priùs ſalutando. Prætereà ipſamet Virgo ſolebat primum locum aſſignare Ioſepho, Luc. 2. Luc. *Pater tuus, & ego dolentes quærebamus te*; idque, quia vir eſt veluti caput reſpectu vxoris.

Reſpondet Laurentius Zamora 3.p. ſuæ Laur. Zamora. monarchiæ explicans verſ.10.pſal.47.§.5. quòd Zacharias detinebatur à Deo in ſtatu pœnitentiæ, ſeù mortificationis, quia non crediderat Angelo, qui illi locutus fuerat nomine Dei, & idcircò Beata Virgo ſeruat decorem Deo debitum, plnris C faciendo Maieſtatem diuinam, quàm honorem, qui Zachariæ debebatur.

Dico primò, priùs à Beata Virgine fuiſſe Prima cauſa. ſalutatam Eliſabeth, quàm Zachariam, quia, cùm ipſa veniſſet principaliter, vt cooperaretur ſanctificationi Io. Baptiſtæ, noluit nè per breuiſſimam morulam, qualis interfuiſſet, dum ſalutaſſet priùs Zachariam, hanc cooperationem differre. Prima pars probatur auctoritate Patrum, inter quos audiendus eſt D. Bernardinus D. Bernardinus. Senenſis ſerm. de Sancto Ioſeph ar. 2. c. 1. *Et ſtatim*, inquit, *cum ipſo Ioſeph abijt Virgo in montana, vt viſitaret Eliſabeth cognatam ſuam; magis autem vt Præcur-* D *ſor Filij ſui præſentia ſanctificaretur*. Et videtur etiam poſſe colligi ex ipſo textu: *Et factum eſt, vt audiuit ſalutationem Mariæ Eliſabeth, exultauit infans in vtero eius*. Hæc enim verba indicant, exultationem infantis, ideſt, liberationem à peccato originali, fuiſſe finem principaliter ſalutationis, & peregrinationis Mariæ. Secunda pars ſatis liquet, quia grauiſſimum malum, & maximè periculoſum eſt immorari in peccato originali, vel actuali, etiam per momentum; ergo perfectiſſima Deiparæ charitas vrgebat eam, vt omnem, quam poſſet, morulam tolleret

in cooperando ad ſanctificandum Io. Baptiſtam.

Cauſa ſec.

Dico ſecundò, priùs à Virgine fuiſſe ſalutatam Eliſabeth, quàm Zachariam, vt Virgo ipſa maiori, qua poſſet, celeritate diuinæ inſpirationi obtemperaret. Hæc concluſio ſupponit, quòd Beata Virgo cælesti impulſu iter illud ſuſceperit pro ſanctificatione Io Baptiſtæ; quod eſt veriſſimum, vt Patres docent: & innuitur Canticorum 2. *En dilectus meus loquitur mihi: ſurge, propera, amica mea, columba mea, &c.*

Cantic.

Diuinis inſpirationibus quàprimùm obſequendũ.

Collige ab exemplo Deiparæ, in exequendis diuinis inſpirationibus quamcũque etiam breuiſſimam morulam eſſe periculoſam.

QVAESTIO VI.

Cùr ſalutationi Deiparæ, & non præſentiæ Christi tribuitur exultatio Io. Baptiſtæ, dum dicitur: *Et factum eſt, vt audiuit ſalutationem Mariæ Eliſabeth, exultauit infans in vtero eius.*

Ratio difficultatis.

RATIO difficultatis eſt quia, cùm certum ſit, quòd Chriſtus, tamquam caput Eccleſiæ, gratiam ſanctificationis influxerit in Io. Baptiſtam, ſicut, & in omnes alios, videbatur conueniens, vt etiam honor huius ſanctificationis tribueretur ipſi Chriſto, non autem Matri, Quarè aliquod myſterium in hoc indagare poſſumus.

Prima cauſa. Quàm ſit ſollicitus Chriſtus de honore Matris. Arnoldus Carnot.

Dico primò, quòd in hoc Filius Dei voluit oſtendere, ſe tantoperè exoptare Matris ſuæ honorem, vt ſe ſatis honoratum reputet, dum eam videt honoratam. Fauent nobis Arnoldus Carnotenſis tract. de laudib. Virginis: *Maria lingua Syriaca Domina dicitur, &, licèt ipſa Chriſti ſe profiteatur ancillam, hoc ſeruitutis genus omni regno ſublimius eſſe intelligit: conſtituta eſt quippe ſuper omnem creaturam; & quicumque Ieſu curuat genu, Matri quoque pronus ſupplicat: & Filij gloriam cum Matre non tam communem iudico, quàm eamdem.* Rupertus lib. 6. in Cant. *Sic te honoramus, atque cecinimus, vt verè Dei genitricem ſcientes, quoniam totus honor impenſus Matri procul dubio redundat in Filiũ.* S. Ildephonſus in libello de illibata virginitate ſanctæ, ac glorioſæ genitricis Dei Mariæ

Rupertus.

Ildephonſ.

A cap. 12. *Vt ſim ſeruus Filij eius, hanc mihi dominari præopto: vt dominetur mihi Filius ipſius, huic ſeruire decerno: vt comprober ſeruire Deo, dominium Matris eius ſuper me in teſtimonium quæro: vt ſim deuotus ſeruus Filij generati, ſeruitutem fideliter appeto Genitricis. Sic namq; refertur ad dominum, quod ſeruit ancillæ, ſic redundat ad filium, quod impenditur matri, &c.*

Sec. cauſa. B. V. veluti fons, à quo in homines verum gaudium effluit.

Dico ſecundò, exultationem Io. Baptiſtæ tribui ſalutationi Beatæ Virginis, vt indicetur, quòd hæc eſt veluti fons, à quo in homines verum gaudium effluit. Suffragantur aliqui Patres. Inter homilias Alcuini vna incerti Auctoris habetur, in B qua hæc leguntur: *Tu ne nominari quidem potes Maria, quin accendas, nec cogitari, quin recrees affectus diligentium te: tu numquam ſine dulcedine tibi diuinitùs inſita piæ memoriæ portas ingrederis.* Damaſcenus oratione prima de dormitione: *Sufficit*, inquit, *his, qui tui memoriam piè vſurpant, pretioſiſſimum memoriæ tuæ donum, quippe quæ huiuſmodi lætitiam pariat, quam nullus recipere poſſit. Quanam enim voluptate, quibus bonis non impletur, qui mentẽ ſuam ſanctiſſimæ memoriæ promptuarium efficit?* Confirmari poteſt ex Reuelationibus Sanctæ Brigittæ lib. 1. cap. 9. vbi ipſa Virgo ſic loquitur: *Cùm autem anima mea ſanctificaretur, & corpori con-* C *iungeretur, tanta matri meæ aduenit lætitia, vt impoſſibile eſſet dictu.* Ex quo indicatur, quòd, dum Maria concepta fuit, apertus eſt veluti fons, à quo lætitia emanat. Occurrit hic etiam Petrus Damianus exclamans: *Felices Angelici ſpiritus, qui Beatæ Virginis habent præſentiam! Nos interim memoriam ſuauitatis eius eructamus: ſi ſic dulcis eſt memoria, quid erit præſentia? &c.* Probari poteſt ex 2. Reg. 6. verſ. 11. vbi habetur, quòd lætatus eſt Obededom, & tota eius familia cum arca Dei, in qua erat aureum propitiatorium: ingreſſa eſt in illam, ibiq; permanſit menſibus tribus, eò quòd benedixit Dominus illi, & omni domui eius, re- D plens ſingulos magnis bonis, quæ ingentis fuere cauſa gaudij. Si enim arca, quæ ſolum erat figura huius Virginis, vt communiter Patres notant, tantam attulit lætitiam familiæ Obededom, ſanè multò maioris lætitiæ erit ipſa Deipara.

Damaſcen.

Reuel. S. Brigittæ.

Petr. Damia.

Reg.

Cauſa tertia. Nulla ſequitur animarũ ſanctificatio, niſi annuẽte Virgine.

Dico tertiò, ſanctificationem Io. Baptiſtæ tribui ſalutationi Marianæ, vt indicetur, nullam ſequi animarum ſanctificationem, ac iuſtificationem, niſi Virgine annuente. Explicatur hæc concluſio. Licèt omnis gratia à Chriſto, tamquam

Ioan. quam à capite, ad nos defluat, iuxta illud Ioan. 1. *De cuius plenitudine omnes accipimus gratiam pro gratia:* tamen omnem gratiam alijs diſtribuendam Chriſtus Matri ſuæ conſignauit, vt ſic magis honoraretur. Hùc reſpicit illud Eccl. 24. *In me omnis gratia viæ, &c.* ideſt, omnis gratia, quæ viatoribus eſt diſtribuenda, in me repoſita eſt. Et in hoc ſenſu Deipara ab Eccleſia nominatur *Mater gratiæ*: ſicut enim Mater ſupra filium poteſtatem habet, ita ipſa Virgo Beata poteſtatem ſupra gratiam. A Patribus inſuper appellatur *Arca ſanctificationis*, & *ipſa ſanctificatio*. Io. Damaſcenus orat. 2. de Natiuitate: *Quàm beata domus Dauid, ex qua prodijſti, & venter, in quo Deus ſanctificationis arcam, hoc eſt, eam, à qua ipſe ſine ſemine conceptus eſt, fabricauit.* Et S. Epiphanius lib. 3. hæreſi 79. *Non permiſit Deus Beatæ Mariæ dare baptiſma, non benedicere diſcipulos, non imperare in terra iuſſit; ſed ſolam ipſam ſanctificationem eſſe, voluit.* Plura de hoc argumento dicemus tom. 2. in cap. de Virgine gratiarum diſpenſatrice, & in cap. de potentiſſima eius interceſſione. Alij Patres vocant Virginem cauſam noſtræ ſalutis, & illi conuerſionem peccatorum tribuunt. Cyrillus Alexandrinus hom. 5. *Per quam*, ideſt, per Mariam, *gentes ducuntur ad pœnitentiam*.

Eccleſiaſt. Damaſcen. Epiphan. Cyrillus.

QVAESTIO VII.

Cùr Eliſabeth, ſtatim atque fuit Spiritu Sancto repleta, celebrauit Virginem Mariam: *Et repleta eſt Spiritu Sancto Eliſabeth, & exclamauit voce magna, & dixit: Benedicta tu inter mulieres.*

Prima cauſa. Spiritus Sanctus, ſtatim atque animæ illabitur, illã ad laudes Virginis extimulat.

DICO primò, S. Eliſabeth, ſtatim atque Spiritu Sancto fuit repleta, in Virginis laudes prorupiſſe, vt dignoſceretur, quòd inter præcipuos effectus, quos Spiritus Sanctus, ſtatim atque animis noſtris illabitur, in nobis operatur, eſt excitare affectum deuotionis erga Beatam Virginem. Ratio eſt quia præcipuum munus Spiritus Sancti eſt efficere, vt is, in quo ipſe inhabitat, ſemper ſanctior, & Deo amabilior reddatur, vt colligi poteſt ex illo Apoſt. ad Romanos 5. *Charitas Dei*

Ad Roman.

A *diffuſa eſt in cordibus noſtris per Spiritum Sanctum*: qui verò celebrat Virginem, ſemper ſanctior, atque amabilior Deo redditur, quia, dum celebrat Deiparam, honorat ipſum Deum, à quo maiores ſemper gratiæ theſauros recipiet per manum ipſius Virginis, gratiarum cæleſtium diſpenſatricis. Vndè Eccleſiaſt. 3. *Sicut qui theſaurizat, ita qui honorificat Matrem ſuam.* Eccleſiaſt.

Sec. cauſa. Spiritus Sanctus Magiſter vnicus laudandi Virginem.

Dico ſecundò, vt innoteſcat, quòd Spiritus Sanctus eſt vnicus Magiſter, qui poteſt docere, quomodò Beata Virgo ſit laudanda. Si enim, vt inquit Damaſcenus orat. 2. de Natiuitate, *Virgo omnium encomiorum legem excedit: nec, ſi omnes in toto orbe diſperſæ linguæ in vnum coeant,* B *eius laudes oratione conſequi poſſent*; ſanè lingua, quæ celebratura eſt Virginem, à ſolo Spiritu Sancto inſtruenda, & dirigenda eſt. Damaſcen.

Aduerte, quòd circa ſubſequentia verba, à ſancta Eliſabeth prolata: *Benedicta tu inter mulieres*; aliqua obiter adnotaui in cap. de Annunciatione & aliqua etiam infra dicam.

QVAESTIO VIII.

C Vtrum Beata Virgo verè, & propriè dici poſſit Mater Dei: & vtrum hoc colligi poſſit ex his verbis: *Vndè hoc mihi, vt veniat Mater Domini mei ad me?* à Sancta Eliſabeth prolatis.

B. V. verè, & propriè Mater Dei nominari poteſt.

DICO primò, Beatam Virginem verè, & propriè Matrē Dei nominari poſſe. Probari poteſt primò ex quibuſdam locis ſacræ Scripturæ. Iſai. 7. & Matth. 1. *Ecce Virgo concipiet, & pariet Filium, & vocabitur nomen eius Emmanuel, quod eſt interpretatum, nobiſcum Deus*: ergo, ſi Bea- D ta Virgo eſt Mater eius, qui nobiſcum eſt Deus, ſequitur, quòd ſit Mater eius, qui eſt Deus, & homo; ergo eſt Mater Dei. Luc. 1. *Quod ex te naſcetur ſanctum, vocabitur Filius Dei*: ſi igitur ex ea naſcetur Filius Dei; ergo ipſa Mater Dei verè poterit vocari. Ioan. 2. *Erat Mater Ieſu ibi*: ſed Ieſus erat in primo inſtanti, quo fuit in vtero virgineo conceptus, verus Deus, & verus homo per vnionem hypoſtaticam; ergo Mater Ieſu eſt Mater Dei. Probatur ratione, quia maternitatis officiū Virgo exer-

Iſai. Matth. Luc. Ioann.

cuit circa Ieſum, ſcilicet, materiam fœtus, & alimoniæ ſubminiſtrando; ergo eſt vera Mater Ieſu, ergo & Mater Dei propriè appellari poteſt. Confirmatur ex Diuo Ignatio epiſt. 8. ad Philip. quia, ſicut neque vlla mater generat humanitatem (anima ſiquidem rationalis per creationem infunditur à Deo) & tamen dicitur mater huius hominis, quia ſubminiſtrat materiam fœtus, & eum in vtero alit: ita Virgo, licèt diuinitatem non genuerit, quia tamen huic Chriſto, qui habet diuinitatem, & humanitatem, ſubminiſtrauit materiam fœtus, & alimenti, Mater Dei propriè dici poteſt. Sed

Ignatius.

A

Obiectio.

Obijcies: ideò mater Petri, verbi gratia, eſt eius mater, quia attingit concurſu materno vnionem inter animã, & corpus, vel quia concurrit ad efformationem embrionis, cui iuxta ordinem naturæ debita eſt infuſio animæ: ſed actio Virginis terminata fuit in humanitate, & ex vi talis actionis non aſſumpſit Deus humanitatem, nec connaturaliter debita erat talis aſſumptio; ergo nullo modo Virgo effecit, vt Deus eſſet homo; ergo, &c.

Infringitur.

Reſpondeo, priùs prioritate naturæ, & quaſi formali, animam, & corpus Chriſti fuiſſe vnita Verbo, quàm inter ſe: vndè actio, qua Beata Virgo vniuit illa inter ſe, eſt terminata ad Deum, tamquam ad terminum intrinſecum, quia terminata eſt ad compoſitum ex partibus iam vnitis hypoſtaticè Deo; & conſequenter actio ipſa habuit Deum, tamquam terminum intrinſecum: de qua re pluribus egimus ſupra in cap. de Annunciatione quæſt. 36. ſub prima concluſione. Vide Suar. tom. 1. in 3. par. diſp. 17. ſect. 1. & tom. 2. diſp. 2. *§. aliter*.

Suar.

De fide eſt ſuperior cõcluſio. Cõcil. Epheſinum, Calcedonẽſe, Synod. 6. & 7. Lateranenſe.

Dico ſecundò, præcedentem concluſionem eſſe de fide. Patet ex Concil. Epheſino, Calcedonenſi, in ſexta Synodo act. 4. & 11. & rurſus in ſeptima act. 4. & 7. atque etiam ex Concil. Lateran. ſub Martino V. cap. 3.

Ex verbis S. Eliſabeth colligitur, quòd B. V. verè Mater Dei poſſit nominari. Damaſcen.

Dico tertiò, ex his verbis, prolatis à Sancta Eliſabeth: *Et vndè hoc mihi, vt veniat Mater Domini mei ad me?* colligi, quòd Beata Virgo Mater Dei poſſit verè nominari. Ratio eſt, quia vox Domini indicat diuinitatem, vt notat Damaſcen. lib. 3. de fide c. 12.

Animaduerſio. S. Thom.

Aduerte, quòd Virgo non poteſt dici Mater diuinitatis, vt docet S. Thomas in 3. diſt. 4. q. 2. ar. 2. ad ſecundum. Et ratio eſt quia, licèt Deus, & deitas non differant in re, in modo tamen loquendi differunt: nam deitas naturam diuinam in abſtracto ſignificat, Deus verò ſignificat naturam diuinam per modum concreti.

Chriſtũ matrizaſſe probatur.

Collige, in hac maternitate, vt potè perfectiſſima, reperiri modo perfectiſſimo illam perfectionem, quæ in alijs maternitatibus reperitur, vt filius matrizet, hoc eſt, mores Matris referat. Ratio eſt à priori, quia perfectior eſt generatio, in qua eſt inter genitum, & generantem maior ſimilitudo: eſt enim generatio productio viuentis à viuente in ſimilitudinem naturæ; ergo vbi perfectior generatio, ibi perfectior ſimilitudo. Hinc intelligi poteſt illud Pſal. 144. *Generatio, & generatio laudabit opera tua, & potentiam tuam pronunciabunt, magnificentiam gloriæ ſanctitatis tuæ loquentur, &c.* ideſt, generatio æterna, & generatio temporalis declarant potentiam, & magnificentiam diuinam: &, ſicut in generatione æterna producitur Filius, qui eſt perfectiſſima imago Patris, ita ad diuinam magnificentiam, & potentiam oſtendendam in generatione tẽporali Chriſti productus fuit Filius, qui eſt perfectiſſima Matris imago. Quam quidem perfectiſſimam imaginem Mariæ Matris agnoſcebant in Chriſto Filio Nazareni dicentes: *Nonne hic eſt Filius Mariæ?* Marc. 6. Facit ad hoc, quod habet D. Auguſtinus ſerm. 20. *Dei Filius pro redemptione hominum homo factus eſt, vt caro per carnem liberaretur: quia verò à corruptione liberandus erat homo, ideò pretium redemptionis incorruptũ eſſe debuerat. Propterea Maria Mater electa eſt, vt de mundiſſima Matre mundiſſimus filius naſceretur: & ita fuit omnibus gratijs fœcundata, omni ſanctitate repleta, vt, ſicut in cælo Filius habuit Patrem immortalem, & æternũ, ſit & in terra Matrem haberet omni corruptione carentem. Igitur in cælo, qualis Pater, talis Filius; & in terra, qualis Mater, talis eſt ſecundùm carnem Filius, &c.* Plura de hoc argumento dixi in cap. de Annunciatione quæſt. 30.

Pſal.

B

Marc. D. Auguſtin.

C

D

QVAESTIO IX.

An dignitas Matris Dei ſit ſuprema excellentia Virginis.

Anſelmus.

AFFIRMARE videntur hoc Patres. Anſelmus de excellentia Virginis c. 2. *Hoc ſolùm de Sancta Virgine prædicari, quæ Dei Mater eſt, excedit omnem altitudinem, quæ poſt Deum dici, vel cogitari poteſt; & altiſſimum quid habet ad contemplandum, & ruminandum mens humana.* Diuus Bonauent. in 1. diſt. 44. in expoſit. text.

D. Bonau.

text. in fine: *Virginem, quò ad conceptionem prolis, quia fuit Mater Dei, quo nihil nobilius cogitari poteſt, tantam habuiſſe bonitatis dignitatẽ, quòd nulla mulier amplius capere potuit. Si enim omnes creaturæ, quãtumcumque aſcenderent in gradibus nobilitatis, eſſent præſentes, omnes deberent reuerentiam Matri Dei.* D. Auguſtinus lib. 3. de ſymbolo ad Cathecumenos: *Tanta*, inquit, *eſt Virginis dignitas, eò quòd Mater Dei ſit, vt planè excedat non ſolum omnium hominum dignitatem, verùm etiam Angelorum: cùm longè præſtabilius, & excellentius ſit eſſe matrem Principis, quam miniſtrum: tantò enim perfectior vnaquæque res appellatur, quantò magis vnitur, & coniungitur Deo, qui eſt ſumma perfectio.* Dionyſius Richelius de laudibus Beatæ Mariæ hæc habet: *Quòd Maria Mater Dei ſit, tantam dignitatem continet, quantam nec ipſa Virgo percipere poteſt, niſi contemplatur Dei eſſentiam.*

D. Auguſtin.

Dionyſius Richelius.

Maternitas Dei aliquo modo pertinet ad ordinem vnionis hypoſt. naturæ humanæ cum Verbo.

Notandum primò, Maternitatem Dei aliquo modo pertinere ad ordinem vnionis hypoſtaticæ naturæ humanæ cum Verbo diuino, quia maternitas vnionem prædictam ita intrinſecè reſpicit, ſicq; ab ea dependet, vt omninò repugnet eſſe Matrem Dei ſine vnione hypoſtatica.

Maternitas Dei aliquo in ſenſu eſt infinita. D. Thom.

Notandum ſecundò, hanc dignitatem in aliquo ſenſu eſſe infinitam, vt docet D. Thomas 1. p. q. 25. ar. 6. ad 4. vbi ait: *Humanitas Christi ex hoc, quòd eſt vnita Deo, & beatitudo creata ex hoc, quòd eſt fruitio Dei, & B. Virgo ex hoc, quòd eſt Mater Dei, habent quamdam dignitatem infinitam ex bono infinito, quod eſt Deus; & ex hac parte non poteſt fieri melius eis, ſicut non poteſt aliquid eſſe melius Deo.* Hæc D. Thomas. Ratio eſt, quam ſupra in præcedenti quæſt. adduximus, quia Beata Virgo concurſu materno attigit vnionem inter animam, & corpus Chriſti, quæ prius prioritate quaſi formali erant vnita diuinitati; ergo aliquo modo etiam attigit deitatem infinitam. Et hic nota obiter, quòd neque per Dei potentiam abſolutam poteſt fieri maior Mater in ratione maternitatis, quàm Mater Dei.

Neque per Dei potentiã abſolutã poteſt fieri maior mater in ratione maternitatis, quàm Mater Dei.

Diſtinctio.

Notandum tertiò, nos poſſe loqui de dignitate Matris Dei, vel in ſenſu compoſito, vel in ſenſu diuiſo. In ſenſu, inquam, compoſito, ſcilicet, pro vt hæc complectitur omnia dona, priuilegia, & gratiam maximam, quæ ſibi iuxta ordinem diuinæ ſapientiæ, & immenſi amoris Filij Dei erga talem Matrem, conueniunt. In ſenſu autem diuiſo, pro vt hæc dignitas præſcinditur ab omnibus prædictis donis, priuilegijs, & gratijs, & conſideratur quaſi in eſſe phyſico tantùm. Dico, quaſi; nam

A hæc dignitas videtur habere aliquid vltra eſſe phyſicum, quatenùs eſt ſuprema quædam coniunctio cum perſona Verbi infinita, nec tantùm eſt coniunctio carnalis, vt benè animaduertit Suarez tom. 2. in 3. p. diſp. 1. ſect. 2. ſed etiam ſpiritualis, quia, licèt, media conceptione carnis, ſit facta, tamen ad Deum ipſum aliquo modo terminatur; quam coniunctionem S. Thom. ſecunda ſecundæ q. 103. art. 4. ad 1. vocat affinitatem ad Deum.

Suarez.

D. Thom.

Concluſ. pri.

Dico primò: ſi maternitas Dei accipiatur in ſenſu diuiſo, præſcindendo illam à donis, priuilegijs, & gratijs; hæc non eſt ſuprema Virginis excellentia. Probatur, quia tali maternitate naturali, præcisè

B ſumpta, maior excellentia Virginis eſt tùm gratia, per quam in filiam Dei, à primo conceptionis momento fuit adoptata; cùm etiam maternitas ſpiritualis, quæ in eadem Virgine reperitur, quatenùs eminentiſſimè voluntatem diuinam adimpleuit. Prima pars ſuadetur ex eo, quòd gratia ſanctificans, & adoptans Virginem in filiam Dei, intrinſecè perficit ipſam Virginem; maternitas verò Dei præcisè ſumpta ſecundùm eſſe naturale, non intrinſecè perficit ipſam Virginem, ſed tantùm extrinſecè, & terminatiuè. Confirmatur, quia eligibilior eſt filiatio adoptiua, quàm maternitas naturalis Dei, quia illa formaliter excludit peccatum, vt hic ſuppono,

C quod peccatum eſt horribilius Deo, quàm eidem amabilis ſit ipſa Dei maternitas naturalis, quæ non excludit peccatum. Secunda pars patet ex Lucæ 11. cùm enim quædam mulier, loquens de maternitate purè naturali, Matrem Chriſti beatam acclamaret, quia talem Filium cõceperat, & lactauerat, Chriſtus illi reſpõdit: *Quinimò beati, qui audiunt Verbum Dei, & cuſtodiunt illud*: ac ſi diceret: non ex hoc titulo tantùm gentes beatam debent prædicare Matrem meam, quia carnaliter me concepit, & nutriuit, ſed quia etiam corde, & mente me concepit, in omnibus voluntati Patris mei ſe ſubijciens, & tali cibo me potiſſimè recreauit: nam, ſicut *meus cibus*

Luc.

D *eſt, vt faciam voluntatem Patris mei*; ita, & meus cibus fuit, vt Mater mea voluntatẽ Patris mei exactiſſimè impleret. Et Matth. 12. dum quidam proponerent Chriſto Matrem, & fratres: *Ecce Mater tua, & fratres tui foris ſtant, quærentes te*; ſubiecit Chriſtus: *Quæ eſt Mater mea, & qui ſunt fratres mei? Quicumque enim fecerit voluntatem Patris mei, ipſe meus frater, & ſoror, & mater eſt*. Quod quidem ſubiunxit, quia volebat, vt innoteſceret, Virginem eſſe pluris faciendam ob maternitatem ſpiritualem, quàm ob maternitatem natura-

Matth.

D. Auguſtin.

turalem. Probatur authoritate Patrum. Diui Auguſtini de ſancta virginitate c. 5. *Laudabilius, atque beatius Mater eſt Chriſti, quia fecit voluntatem eius, qui in cælis eſt*. Et Iuſtini Martyr. qui q. 136. *Non*, inquit, *Matrem debito bonore fraudat Dominus; ſed docet, qua, vt ita dicam, maternitate Virgo ſit beatiſſima. Si enim is, qui Verbum Dei audit, & ſeruat, Dei eſt, & frater, & ſoror, & mater, quorum vtrumque in eius Matre inerat, perſpicuum eſt, Matrem ipſius ex hac maternitatis ratione beatam dici oportuiſſe*.

Iuſtinus Martyr.

Collige primò, quòd Virgo priùs ſe Matrem ſpirituale voluit profiteri, quàm fieret Mater naturalis Dei: idq; dum dixit: *Ecce Ancilla Domini; fiat mihi ſecundum Verbum tuum*: illud enim *Fiat* ſignificat perfectam conformitatem cum diuina voluntate: immediatè verò poſt prolationem dictorum verborum facta fuit Mater naturalis Dei. Vndè dici etiam poteſt, quòd hæ duæ maternitates ſimul concurrerunt tunc, ſed ſpiritualis maternitas, vtpotè nobilior, præceſſit, dum priùs à Virgine dicitur, *Fiat*, & immediatè poſt fit mater naturalis Dei.

Collige ſecundò ſenſum illorum verborum Pſal. 86. *Homo, & homo natus eſt in ea*; quibus innuitur hæc duplex maternitas in Virgine.

Pſal.

Concluſ. ſec. Maternitas Dei in ſenſu compoſito ſumpta maxima eſt inter omnes excellentias Virginis.

Dico ſecundò, ſi accipiatur maternitas Dei in ſenſu compoſito cum omnibus donis, priuilegijs, & gratijs, hanc eſſe præcipuam, & excellentiarum omnium Beatæ Virginis maximam. Et in hoc ſenſu intelligendi ſunt Patres, quos à principio quæſtionis attuli. Ratio huius concluſionis ſatis liquet: nam hæc dignitas, cùm ſit infinita aliquo modo, vt notauimus, & dicat ſummam coniunctionem cum Deo, ſicut eſt exigitiua donorum, priuilegiorum ſublimium, & gratiæ immenſæ, ita de facto cum talibus donis, priuilegijs, & gratia ſine dubio fuit coniuncta.

Collige, cùr Sancta Eliſabeth non ſimpliciter dixerit: *Vndè hoc mihi, vt veniat Mater Domini mei ad me?* Sed præmiſerit: *Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus ventris tui*: ac ſi diceret: ita omnibus benedictionibus, & gratijs repleta es, vt etiam ex hoc capite Filius, quem vtero geris, ſit benedictus, licèt ex alio capite, quia, nimirum, eſt homo, & Deus, ſit eminentiori modo benedictus: hæc, inquam, præmiſit Eliſabeth optimè inſtructa à Spiritu Sancto, vt non ſolùm celebraret Virginem ob naturalem maternitatem Dei, ſed ſimul ob gratias, virtutes, dona, & priuilegia tali dignitati conuenientia, quibus Virgo repleta erat.

QVAESTIO X.

An ab Eliſabeth idcircò dicatur Verbum incarnatum fructus Ventris Virginei, quia Virgo meruerit Incarnationem, vel eius circumſtantias, vel Maternitatem Dei.

PRIVS quàm ad ſolutionem huius quæſtionis deueniamus, videndum erit, quid tenendum ſit in illa cõtrouerſia, an Virgo meruerit Incarnationem, vel eius circumſtantias, vel Maternitatem Dei. Quarè

Alia ſe offert quæſtio examinanda.

Supponendum primò, hanc controuerſiam intelligi poſſe de merito de cõdigno, & de merito de congruo; & de merito quò ad ſubſtantiam Incarnationis, vel quò ad circumſtantias. Mereri enim Incarnationem quò ad ſubſtantiam eſt mereri, non vt illa fiat hoc, vel illo tempore, citiùs, vel tardiùs, hoc vel illo loco, ex hac, vel illa perſona, ſed ſimpliciter vt fiat ita, vt ſine tali merito non intelligeretur ſimpliciter futura. Mereri verò circumſtantias Incarnationis eſt mereri, vt citiùs ſequatur ipſa Incarnatio, vt hoc, vel illo loco, ex hac, vel illa perſona.

Supponendum ſecundò, neque Beatam Virginem, neque vllum alium purum hominem de condigno meruiſſe Incarnationem, quò ad ſubſtantiam, nempè vt in Chriſti humanitate fieret vnio hypoſtatica. In primis enim ſe offerunt verba illa Zachariæ apud Luc. 1. *Per viſcera miſericordiæ Dei noſtri, in quibus viſitauit nos oriens ex alto*. Secundò, licèt promiſſio antecedens bonam operationem nõ poſſit eius valorem augere, vt de condigno mereat promiſſam rem, huiuſmodi tamen promiſſio requiritur ad meritum de condigno, vt ſuppono: ſed talis promiſſio neque Beatæ Virgini, neque alijs Sanctis facta eſt; ergo &c. His ſuppoſitis,

Luc.

Duo dubia enodanda occurrunt. Primum, vtrum Beata Virgo de congruo meruerit Incarnationem, quò ad ſubſtantiã. Secundum, vtrum meruerit de condigno, vel de congruo circumſtantias Incarnationis, & Maternitatem Dei. Quò ad primum,

Duo dubia ſuboriuntur explananda.

Prima ſententia eſt Valent. in 3. p. diſp. 1. q. 2. puncto 8. Suar. diſp. 10. ſect. 3. Caiet. ar. 11.

Quò ad primum prima ſententia. Valentia, Suar. Caiet. Medina.

Digitized by Google

ar. 1 1. Medinæ ibidem q. vltima; qui omnes conueniunt in hoc, quòd Beata Virgo, & Sancti Patres meruerunt Incarnationẽ de congruo, quò ad ſubſtantiam. Verùm differunt inter ſe Valentia, & Suar. in eo, quòd hic vult, prædeſtinationem, ſiue ſtatutum, & decretum Dei peragendæ Incarnationis nõ cecidiſſe ſub meritum, ſed tantùm actualem executionem, & exhibitionem ipſius Incarnationis; ille verò æquè id de vtroq; affirmat. Probatur hæc ſentẽtia hoc ordine: primò quòd ſimpliciter meruerint: ſecũdò probat Suarez, quòd tantùm meruerint actualem exhibitionẽ, & non prædeſtinationem: tertiò probat Valentia, quòd etiam meruerint ſtatutum, & prædeſtinationem Incarnationis exhibendæ. Fundamenta horum Auctorum breuitatis cauſa omitto: apud ipſos videri poterunt. Reſponſiones autem ad illa ex dicendis eruentur.

Secunda ſententia. D. Bonau. Riccard. Marſ. Scotus, Caniſius, Vaſquez.

Secunda ſententia negat, B. V. aut SS. Patres de congruo meruiſſe Incarnationem, quò ad ſubſtantiam. Ita D. Bonauentura in 3. diſt. 4. ar. 2. q. 1. Riccard. diſt. 4. ar. 3. q. 1. Marſ. in 3. ar. 1. concl. 3. Scotus in 4. diſt. 2. Caniſius lib. 2. de Beata Virgine c. 16. Vaſq. diſp. 22. à cap. 4.

Prima Concluſio, ſecũdę opinioni adhærens. Auguſtin.

Dico, hanc ſecundam ſententiam eſſe veram. Probatur primò auctoritate Diui Auguſtini in Enchir. c. 36. vbi Incarnationem appellat gratiam gratuitam ſine vllis præcedentibus vllius meritis: ſed, ſi eam Beata Virgo, aut Sancti Patres, quò ad ſubſtantiam, de congruo meruiſſent, falſum eſſet, quòd ſine vllis præcedentibus meritis facta fuiſſet; ergo, &c. Probatur ſecundò: nemo poteſt mereri principium ſui meriti: ſed cuiuſcumque meriri etiam de congruo, quod fuit in Beata Virgine, & Sanctis Patribus, fuit principium Incarnatio certò futura; ergo nec B. Virgo, nec Patres de congruo meruerunt Incarnationem quò ad ſubſtantiam. Maior probatur, quia meritũ eſt cauſa efficiens præmij, ſiue mercedis, quatenùs, nimirum, ſua exiſtentia ſaltem præuiſa inducit voluntatem retributoris ad dandum præmium, vel mercedem, vt optimè notat D. Thomas q. 29. de verit. ar. 6. & alij communiter. (D. Thom.) Quarè, ſi quis de congruo poſſet mereri principium ſui meriti, meritum de congruo poſſet eſſe cauſa efficax ſuæ cauſæ efficientis. Hoc autem repugnat, quia eſſet prius, & poſterius reſpectu einſdem in eodem genere cauſæ. Adde quòd hinc ſequeretur, poſſe aliquem ſe ipſum producere, quia, ſi eſt cauſa efficiens ſuæ cauſę efficientis, erit etiam cauſa efficiens ſui ipſius, mediante ſua cauſa efficienti; quarè poſſet etiam eſſe cauſa efficiens im-

A

mediatè ſui ipſius, quia id non magis videtur repugnare, quam eſſe cauſam ſui ipſius mediatè. Minor probatur: omne meritum ſiue de condigno, ſiue de congruo oriebatur, etiam per Suarium, & Valent. ex gratia, & auxilijs fundatis ſuper meritis Chriſti iam futuri, & cõſequenter præſentibus in ſcientia viſionis ipſi Deo: ſed merita Chriſti certò futura nihil aliud sũt, niſi Chriſtus operans certò futurus; ergo meritum Beatæ Virginis, & aliorum Sanctorum ortum habebat à Chriſto certò venturo. Quod confirmari poteſt, quia hoc apertè ſignificauit Io. Baptiſta illis verbis apud Io. 1. *De plenitudine eius nos* (Ioann.)

B

omnes accepimus. In quæ verba S. Auguſtinus ſerm. 2. in feſto S. Io. Baptiſtæ ſic ait: (S. Auguſtin.) *Illæ voces: Nos omnes accepimus; omnes Prophetas, & Patriarchas comprehendunt, & omnes Sanctos, quotquot ante Incarnationem præmiſſi fuerunt*. Tertiò probatur concluſio ratione Suarij, qua probat, non potuiſſe Sanctos Patres de condigno mereri prædeſtinationem Incarnationis. Omne meritum antiquorum Patrum ponebatur in fide Chriſti certò venturi; ergo ſupponebat exhibitionem Incarnationis, & actualem, vt ita loquar, effectuationem ipſius Incarnationis aliquandò futuram; ergo non poterant illam mereri de congruo. Conſequentia probatur; nam

C

hoc ipſum in prima concluſione ſect. 6. dicit ipſe Suar. quòd non potuerint mereri de cõgruo prædeſtinationem Chriſti, quia omne illorum meritum fundabatur in fide prædeſtinationis. Pro ſolutione autem multorum, quæ objici poſſunt,

Animaduerſio prima.

Aduerte primò, merita Chriſti non fuiſſe tantùm cauſam finalem meritorum Beatæ Virginis, & Sanctorum Patrum, ſed etiam cauſam meritoriam, & conſequenter efficientem, vt colligitur ex Trid. ſeſſ. 6. c. 7. (Trident.) Et confirmatur, quia Chriſtus redemit per ſuam mortem omnes, B. Virginem præſeruando, cæteros verò liberando à peccato: vndè Apoc. 13. Chriſtus appellatur *Agnus occiſus ab origine mũdi*: (Apocal.) & 2. ad

D

Corint. c. 5. Chriſtus ipſe dicitur pro omnibus mortuus: ſed Chriſtus non fuit redemptor, niſi quia meruit noſtram redemptionem; ergo fuit cauſa meritoria.

Animaduerſio ſecunda.

Aduerte ſecũdò, cùm ſupponatur Deus motus ad dandam gratiam antiquis Patribus, ſequi, quòd merita Chriſti, prout mouerunt Deum, præextiterunt in præſcientia Dei, ſiue præuiſa fuerunt futura independenter à meritis Beatæ Virginis, & Sanctorum Patrum: ergo ab eorum meritis, tamquàm à cauſa meritoria, non potuerunt dependere Chriſti merita, quia quod eſt altero prius in aliquo genere cauſæ,

cauſæ,

cauſæ, neque quò ad executionem poteſt eſſe illo poſterius in eodem genere cauſæ, quamuis fortitan ſit poſterius tempore in alio genere cauſæ. Ex quo habes, non poſſe ſubſiſtere id, quod aliqui Recentiores tradunt, nimirum, Incarnationē fuiſſe quidē in Dei prędeſtinatione, vel intenrione priorem meritis B.V. & antiquorũ Patrum, & fuiſſe illorum principium, & cauſam, & ſic non potuiſſe cadere ſub merita ipſius Virginis, & Sanctorum Patrum: eamdem tamen Incarnationem ſecundùm executionem fuiſſe poſteriorem meritis Beatæ Virginis, & Sanctorum Patrum, & illorum effectum.

Animaduerſio tertia.

Aduerte tertiò, quòd Beata Virgo, & Sancti Patres, cùm eſſent certi de aduentu Chriſti venturi, non petierunt aduentum Chriſti, ſeù Incarnationem ſecundùm ſe, ſed eius accelerationem. Et in hoc ſenſu intelligendæ ſunt illæ voces Pſal. 78. *Salutare tuum da nobis*: & Pſal. 84. *Viſita nos in ſalutari tuo*. Iſai. 64. *Vtinam diſrũperes cælos*: et c.45. *Rorate cæli deſuper, & nubes pluant iuſtum*. Et Gloſſ. dum in illud Pſal. 9. *Propter miſeriam inopum, & gemitum pauperum nunc exurgam*, ait, Incarnationem factam eſſe propter preces gementium: *Exurgam*, inquit, *mittam Filium propter gemitum, ideſt, eorum, qui pro malis gemunt, & pro peccatis conteruntur*. Nã regula intelligendi has voces colligitur ex alijs Scripturæ locis, & præcipuè ex Moiſe Exod. 4. *Obſecro, Domine, mitte, quem miſſurus es*.

Pſal.
Iſai.
Gloſſa in pſal. 9.
Exod.

Secundũ dubium examinatur.

Quò ad ſecundum dubium, an Virgo meruerit de condigno, vel de congruo Maternitatem Dei, ſeù circumſtantias Incarnationis,

Variè occurrunt ſententiæ.

Aliqui putant, Virginem de condigno meruiſſe, quia, ſi opera Virginis meruerunt augmentum gratiæ, & ſanctitatis; ergo potuerunt mereri Maternitatē Dei, quæ eſt quid inferius, vt colligitur ex Matth. 12. *Quicũque fecerit voluntatem Patris mei, ipſe meus frater, & ſoror, & mater eſt*: & Lucæ 11. vbi præpoſuit Chriſtus ſanctitatem vitæ dignitati Matris, dum mulieri exclamanti: *Beatus venter, qui te portauit, &c.* reſpondit: *Quinimmò beati, qui audiunt verbum Dei, & cuſtodiunt illud*. Et hanc opinionem putant probabilē nonnulli alij, quos refert Raguſa in 3. p. diſp. 45.

Matth.
Luc.
Raguſa.

Alij opinantur, Virginem meruiſſe de digno. Ita D. Bonauentura in 3. diſt. 4. ar. 2. q. 2. Marſilius in 4. q. 5. ar. 3. dub. 1. cõncl. 2. 3. & 4. quòd meritum dicit illud eſſe, quod ex acceptatione Dei dignũ eſt tanta remuneratione. Fauere videtur Io. Marius Scribonius diſp. 1. de cauſa Incarnationis q. 2.

D. Bonau.
Marſil.
Ioan. Marius Scrib.

A Alij, vt Lorca in 3. partem diſp. 102. negant, Virginem meruiſſe non ſolùm de condigno, ſed etiam de congruo Maternitatem: *Nam, licèt*, inquit Lorca, *meruerit Virgo condignè ſuis operibus eum gradum gratiæ, & ſanctitatis, quem habuit, & quo facta eſt decenter Mater Chriſti, non tamen meruit etiam congruè hoc, quod eſt eſſe Matrem Chriſti*.

Lorca.

Communis ſententia docet, Virginem non de condigno, ſed de congruo tantùm meruiſſe Maternitatem Dei. Ita S. Thom. 3. p. q. 2. ar. 10. ad 3. & in 3. diſt. 4. q. 3. ar. 1. ad vlt. Suar. in 3. par. diſp. 10. ſect. 7. Vaſq. diſp. 23. c. 2. & alij.

Communis opinio.
D. Thom.
Suar.
Vaſq.

Dico, Virginem non de condigno, ſed B de congruo, modo etiam ſingulari, & valdè perfecto Maternitatem Dei meruiſſe. Et quidem, quòd Virgo meruerit hanc dignitatem, probatur primò ex eo, quod Eccleſia cantat de ipſa: *Quæ Mater Chriſti meritò fieri meruiſti: & beata viſcera, quæ meruerunt portare Chriſtum Dominũ*: &, *Vt dignum Filij tui habitaculum effici mereretur*. Probatur ſecundò ex Patribus. D. Hieron. ad Euſtoch. de cuſtodia Virgin. *Tanta puritatis*, inquit, *Maria extitit, vt mereretur effici Mater Dei*. S. Auguſtinus lib. de natura, & gratia c. 36. *Scimus, quòd plus gratiæ ei collatum eſt ad vincendum omni ex parte peccatum, quæ concipere, ac parere meruit eum, quem conſtat* C *nullum habuiſſe peccatum*. Rurſus Hieron. 1. Reg. c. 2. *An non mens ſublimis Maria, quæ, vt ad conceptionem æterni Verbi pertingeret, meritorum verticem ſupra omnes angelicos choros vſque ad ſolium deitatis erexit?* D. Ambroſ. epiſt. 82. *Quid loquar, quanta ſit Virginitatis gloria, quæ meruit a Chriſto eligi, vt eſſet etiam corporale Dei templum?* Et lib. 2. de virginibus paulò poſt principium: *Quid in ſingulis moror? quæ digna fuit, ex qua Filius Dei naſceretur*. Baſilius quoque de humana Chriſti generatione: *Digna*, inquit, *Vnigeniti diuinitati coniungi fuit*. Epiphanius hæreſ. 78. circa principium: *Quomodò audent*, inquit, *impetere incorruptam Virginem, quæ* D *digna facta eſt habitaculum Filij Dei, & electa eſt ex multis millibus, quòd vas, & habitaculum dignum eſſet?* Bernardus ſerm. 4. de Aſſumptione: *Quæ vel angelica puritas*, ait, *Virginitati illi audeat comparari, quæ digna fuit ſacrarium Spiritus Sancti fieri, & habitaculum Filij Dei?* Chryſoſt. ſerm. de Domini Hypopante: *Beata Mater vltra omnem naturæ humanæ modum modeſtiam, ac temperantiam excoluit, & ob id vniuerſorum Dominum in vtero geſtare promeruit*. Petrus Damianus ſerm. 1. de Aſſumptione: *Singularis eius ſanctitas, &*

Conclu. communi opinioni conformis.
Eccleſia.
D. Hieron.
D. Auguſtin.
D. Ambroſ.
Baſilius.
Epiphan.
Bernard.
Chryſoſt.
Petrus Dam.

gratia

Gregor.

gratia hoc promeruit, quòd ſuſceptione Dei ſingulariter eſt iudicata digna, &c. Gregorius in 1. Reg. c. 1. *Incomparabilibus*, inquit, *illuſtrata meritis Dei Vnigeniti, in quo recumberet, ſacrum præparauit vterũ.* Probatur tertiò ratione, quòd Virgo meruerit aliquo modo dignitatem Matris Dei, quia ad ſaluandum aliquod meritum in creatura ſatis eſt voluntas Dei, qua acceptet opus factum à perſona iuſta in ordine ad præmium, quod illi Deus dare decernit, ſuppoſita etiam proportione aliqua inter præmium, & opus: ſed opera Virginis, & præcipuè eius conſenſum, quem præbuit Gabrieli nuncianti, Deus acceptauit in ordine ad Matris dignitatem: vndè Angelus illi dixit: *Ecce concipies, & paries, &c.* ideſt, ſi volueris aſſentiri: & ſic Verbum, vt ſupra vidimus, non priùs fuit incarnatum, quàm ipſa Virgo conſenſerit; ergo, &c. Porrò quòd opera Virginis Deus acceptauerit in ordine ad dignitatem Matris Dei, ſuaderi poteſt ex eo, quòd videtur conſonum ſuaui prouidentiæ diuinæ ſic acceptaſſe opera Virginis, vt illa ſemper meliùs, atque meliùs diſponeretur ad tantam dignitatem. Et de cætero, quòd eadem opera Virginis, & præcipuè conſenſus præſtitus Angelo nuncianti, habuerint aliquam proportionem cum Maternitate Dei, partim colligi poteſt ex dictis præcedenti quæſt. & ex ijs; quæ dicta ſunt in principio huius ſecundæ dubitationis pro opinione eorum, qui exiſtimant, Virginem de condigno meruiſſe Maternitatem Dei; & partim colligi poterit ex dicendis infra. Secunda pars concluſionis, quòd Virgo non meruerit de condigno Dei Maternitatem, probant Auctores diuerſimodè. Hæc vnica probatio, vtpotè ſolida, mihi videtur ſufficere, quia, ſcilicet, totus valor condignus meritorum Beatæ Virginis accepit præmium gratiæ, & gloriæ ſibi reſpondens, & ideò non habuerunt valorem ad condignè promerendum alterius præmium. Sed contra prædictam concluſionem

Obiectio prima.

Obijcies primò: omnia merita Virginis originem traxerunt ex meritis Chriſti: ergo ſupponunt Incarnationem; ergo non potuit Virgo mereri Incarnationem, ergo nec Maternitatem. Hæc vltima conſequentia probatur, quia non videtur potuiſſe mereri Maternitatem, quin meruerit Incarnationem: nam eſſe Matrem Chriſti eſt concurrere ad generationem Chriſti; ergo, ſi meruit Maternitatem, meruit quòd Chriſtus generaretur ſecundùm ſubſtantiam, ergo non ſupponit exiſtentiam Chriſti; vel, ſi ſupponit Chriſtum, ſupponit eum exiſtentem independenter à Virgine: deindè, ſi meruit Maternitatem, hoc ipſum debuit habere ex meritis Chriſti; ergo Chriſtus meruit habere talem Matrem, ergo Chriſtus meruit id, à quo ipſe pendet in ſua exiſtentia, ergo iam aliquod principium meriti poteſt cadere ſub meritum, quod, ſupra vidimus, repugnare.

Quid reſpondeant nonnulli.

Reſpondent aliqui, quòd Chriſtus fuit præuiſus tempore paſſionis cum ſuo merito, ſaltèm cum aliquo actu efficaci, acceptante mortem à Patre iniungendam, & per hoc meruit gratiam Virgini; poſteà verò Beata Virgo præuiſa eſt merens, vt fieret Chriſti Mater: nulla enim eſt repugnantia, vt id, quod nunc eſt cauſa, ſit poſteà pro alio tempore effectus reſpectu eiuſdem, dummodò non detur mutua dependentia pro eodem inſtanti: exempli gratia, in communi ſententia habitus charitatis in primo inſtanti pendet ab actu dilectionis ſaltèm moraliter, & in ſecundò inſtanti poteſt concurrere ad conſeruandum actum.

Addunt hi Recentiores, conſeruationem Chriſti pro tempore paſſionis fuiſſe vltra naturæ leges, quia tanta fuit triſtitia Chriſti in horto, vt, niſi diuina virtute fuiſſet conſeruatus, conſumptus fuiſſet ob vehementem animi angorem: vndè, hunc eſſe ſenſum illorum verborum, aliqui putant: *Triſtis eſt anima mea vſque ad mortem*, ideſt, triſtitia, & animi dolore ſufficienti ad mortem inferendam (ſic exponit ibi Salmeron.) Quarè concludunt, Chriſti conſeruationem paſſionis eius tẽpore independentem fuiſſe ab eo, quòd anteà extitiſſet, & conſequenter eius merita præuiſa pro eo tempore nullo modo dependere ab exiſtentia, vel gratia Beatæ Virginis. Verùm

Salmeron.

Hæc reſponſio inuoluit non leues difficultates, inter quas eſt, quòd applicat merita ſolius paſſionis Chriſti Virgini: videtur enim durum admittere, quòd Chriſtus pro Virgine Matre non meruerit etiam ante tempus paſſionis. Præterea non videtur verum, quòd Chriſtus omninò independenter à Virgine meruerit tempore paſſionis: Virgo enim eum concepit, nutriuit, & lactauit, vt mortem pro humana generis ſalute obiret, ſanguinemq; ſuum effunderet: & non ſolùm vt obediret Patri æterno, ſed etiam vt Matri, Chriſtus crucem ſubijt, vt colligi poteſt partim ex dictis ſupra in capite de Annunciatione, & partim ex infra dicendis in capite de Virgine Chriſtum lactante, & in capite de dolore Beatæ Virginis ob paſſionem Filij ſui, colligi poterit. Igitur

Reſponſio Authoris.

Reſpondeo aliter propoſitę obiectioni. Concedo, merita Virginis ſupponere Incarnationē Chriſti: ergo non potuit Virgo mereri Incarnationem, quò ad ſubſtantiam, etiam concedo: ergo nec maternitatem, nego. Nam, poſito, quòd decreta fuerit Incarnatio Chriſti ſecundùm ſubſtantiam, potuit Chriſtus ſic ſubſtantialiter conſtitutus, eiusq; merita præcedere electionem Mariæ in Maternitatem Chriſti in diuina præſcientia: in poſteriori verò ſigno Virgo ad talem Maternitatem potuit eligi dependenter à meritis Chriſti. Nec eſt inconueniens, quòd ſupponatur Chriſtus ſecundùm ſubſtantiam conſtitutus independenter à Virgine in aliquo priori ſigno rationis: nam, licèt Chriſtus ſupponat hanc numero humanitatem, non tamen hic numero homo ſupponit hanc numero matrem; potuiſſet enim hoc numero corpus Chriſti formari ex eadem numero materia, & diſpoſitionibus ſine materno concurſu extra vterum Virginis eo modo, quo formata fuit Eua ex Adami coſta.

Ad illud, quod ſubijciebatur: ergo Chriſtus meruit habere talem Matrem; ergo Chriſtus meruit id, à quo ipſe pendet in ſua exiſtentia, ſi intelligatur hæc vltima conſequentia abſolutè, negatur. Et ratio eſt quia in aliquo priori ſigno rationis ſupponebatur Chriſtus conſtitutus ſecundùm ſubſtantiam; in alio verò poſteriori ſigno intelligitur, Beatam Virginem habuiſſe ex meritis ipſius Chriſti gratiam, qua mereretur fieri Mater Chriſti, & conſequenter mereretur habere in ſe aliquam partem illius materiæ, ex qua Chriſti corpus futurum iam fuerat præuiſum: patet ergo, quòd Chriſtus non meruit id, à quo abſolutè pendet in ſua exiſtentia.

Secunda obiectio.

Obijcies ſecundò: ſi Beata Virgo meruit Maternitatem, ſeu productionem Chriſti, meruit, poni Chriſtum à parte rei; ergo meruit Incarnationem, non ſolùm quò ad circumſtantiam, ſed etiam quò ad ſubſtantiam. Antecedens probatur: qui meretur aliquam actionem, meretur poni à parte rei terminum illius actionis; actio enim non eſt niſi poſitio termini; ergo, &c.

Confutatur.

Reſpondeo, diſtinguendo antecedens: qui meretur abſolutè, & ſimpliciter actionem, meretur terminum, concedo: qui verò ſolùm ſecundùm quid meretur actionem, ideſt, ex ſuppoſitione, quòd iam Deus voluerit, poni terminū aliqua actione, & per conſequens, ſi futura eſt aliqua, hæc ſit, hic verè non meretur terminum ſimpliciter, ſed ſolùm ſecundùm quid, ideſt, vt poſitum per talem actionem.

A Exemplum afferri poteſt. Demus, Imperatorem Romam ſe conferre, vt viſitet Apoſtolorum Eccleſias: ſi Titius Princeps roget per Legatum, vt tranſeat per ſuas ciuitates, non ideò dicetur, quòd Titius ſimpliciter, & abſolutè meruerit, quòd Imperator perageret illud iter, & quòd Romam proficiſceretur, ſed tantùm quòd Imperator alioquin Romam profecturus eligeret potiùs illam viam, quàm aliam. Ita Beata Virgo non meruit ſimpliciter Incarnationem, ſed ſolùm quòd Chriſtus poneretur hac actione, ſuppoſito iam decreto abſoluto Dei de Chriſto ponendo.

Rursùs impetitur. D. Auguſtin.

Obijcies tertiò Diuum Auguſtinum ſer. B 17. de Natali, vbi ait: *Deus in porta eſt; Angelum, quem moraris, expectat, ò Beata Maria: ſæculum omne captiuum tuum deprecatur aſſenſum: te Deo mundus fidei ſua obſidem fecit; per te parentum ſuorum iniurias abſtergi deprecatur: ipſe prior, qui offenſus eſt, miſit: clauſtrum, quod iniquitas noſtra cælo infixerat, reſerauit: eſt nobis aditus, ſi aſſenſus tuus fuerit commodatus: & nobis ſuccurris, & tibi, quia nobis pœnas ſuccutiet, & tibi nuptias Filio ſuo in tuo thalamo Pater præparabit*: & Bernardum hom. 4. ſuper *Miſſus eſt*, vbi vniuerſam mundi ſalutem videtur ponere pendentem à conceptione Chriſti in vtero Virgineo: ſic enim loquitur: *Hoc totus mundus tuis genibus prouolutus expectat, nec immeritò; quando ex ore tuo pendet conſolatio miſerorum, redemptio captiuorum, liberatio damnatorum, ſalus denique vniuerſorum filiorum Adam*. Si ergo noſtra redemptio pendet à conceptione Chriſti in vtero Virgineo; ergo non fuit priùs viſus Chriſtus ſecundùm ſubſtantiam conſtitutus independenter à Virgine.

D. Bernard.

C

Repellitur.

Reſpondeo, hos Patres loqui de redemptione humani generis, prout executioni erat mandanda per Chriſtum naſciturum ex Virgine: hoc autem non tollit, quin in aliquo priori ſigno potuerit præuideri Chriſtus ſecundùm ſubſtantiā conſtitutus redemptor humani generis independenter à Virgine.

D

Concluſ. ſec. B. V. meruit Incarnationem quo ad circumſtantiā perſonæ.

Dico ſecundò, Beatam Virginem meruiſſe Incarnationem, quò ad circumſtantiam perſonæ. Probatur: Beata Virgo meruit eſſe Mater Dei: ſed hoc eſt mereri Incarnationem quò ad circumſtantiā perſonæ, ſcilicet, vt ex hac potiùs, quàm ex illa Matre Chriſtus incarnandus naſceretur; ergo meruit Incarnationem, quò ad circumſtantiam perſonæ; non ex condigno, vt ex dictis colligitur, ergo de congruo.

✝ Collige, optimè in hoc ſenſu dici ab Eli-

Eliſabeth Verbum incarnatum fructum ventris Virginei, quia Virgo meruit, vt Chriſtus incarnandus ex ſuo vtero naſceretur: & ſic patet reſponſio titulo propoſitæ quæſtionis.

Concl. tertia. B. V. meruit de congruo accelerationem Incarnationis.

Dico tertiò, Virginem meruiſſe de congruo accelerationem Incarnationis. Probatur, quia Virgo maximè deſiderauit, & cõſequenter petijt per feruentiſſimas orationes accelerationem Chriſti venturi; ergo meruit, &c. Et quòd Virgo id deſiderauerit, probatur primò ex D. Bernardino tom. 2. ſerm. 51. ar. 1. c. 3. *Ex charitatis quoque ardore etiam humanæ ſaluationis toto affectu deſiderabat Incarnationem Filij Dei: nam & totus impetus primæ ſanctificationis mentem huius Sanctiſſimæ Virginis impellebat ad hoc deſiderandum pro ſalute omnium electorum*. Et idem, deprecans Virginem, vt Angelo Gabrieli annuat, hęc habet: *Numquid non hoc eſt, quod quærebas, quod gemebas, quod diebus, ac noctibus orando ſuſpirabas? &c.* Innuitur hoc deſiderium Virginis in illis verbis Cantic. 1. *Oſculetur me oſculo oris ſui*; vt notat Rupertus: ait enim, eumdem eſſe ſenſum horum verborum; *Oſculetur me oſculo oris ſui*, cum illis; *Fiat mihi ſecundum verbum tuū*. Confirmatur primò ex D. Ambroſio, & Euthymio, qui dicunt, verbum Fiat eſſe verbum voti, & deſiderij cum fide: credebat enim Virgo, & ſimul optabat; quaſi diceret: fidem præſto, ò Angele, tuis dictis, quæ & ſunt vota mea. Confirmatur ſecundò, quia, ſi Moyſes dicebat: *Mitte Domine, quem miſſurus es*, multò ferventiùs credi poteſt, has, vel ſimiles voces ſupplicem repetijſſe Virginem. Si ergo orando petijt Virgo accelerationem Incarnationis Filij Dei; ergo de congruo illam meruit: ſi enim omnis, qui petit, accipit, ſanè, Virginem adeò ſanctam obtinuiſſe, quod petebat, nemini dubium eſſe debet. Suffragantur demùm noſtræ concluſioni luculenta D. Bernardi verba ſer. 5. de Aſſumptione: *Propterea tanto tempore humano generi fluenta gratiæ defuerunt, quòd nec dū intercederet is, de quo loquimur, tam deſiderabilis aquaductus. Nec mirabere diutiùs expectatum, ſi recorderis, quot annis Noe vir iuſtus in Arca fabrica laborauit, in qua pauca, id eſt, octo animæ ſaluæ factæ ſunt; idq; ſatis ad modicum tempus. Sed quomodò hic noſter aquaductus fontem illum attigit tam ſublimem? Quomodò putas, niſi vehementia deſiderij, niſi feruore deuotionis, niſi puritate orationis? ſicut ſcriptum eſt: Oratio iuſti penetrat cælos; & quis iuſtus, ſi non Maria iuſta, de qua Sol iuſtitiæ ortus eſt nobis? Quomodò ergo illam inacceſſam attigit maieſtatem, niſi pulſando, petendo,*

D. Bernardinus. Cantic. Rupert. D. Ambroſ. Euthymius. D. Bernard.

A *quærendo? Denique & quod quærebat, inuenit.*

Collige primò ſenſum illorum verborū: *Dimitte me, quia aurora eſt*. Per auroram intelligi Deiparam, notant Patres, & præcipuè Petrus Damianus ſerm. de Aſſumptione: *Nata Virgine*, inquit, *ſurrexit aurora, quia Maria veri præuia luminis Natiuitate ſua mane clariſſimum ſerenauit*: & ſæpiùs in eodem ſermone Virgo aurora dicitur. Hoc poſito, dico, ſenſum prædictorum verborum eſſe, quòd Verbum æternum Patrem alloquitur, & vi quadam ſuaui virtutum, excellentiarum, & precum Mariæ ſe attractum fatetur ad humanam carnem ex ea ſumendam. Fauent

B nobis verba Hailgrini ſuper illud Cant. 6. *Quæ eſt iſta, quæ progreditur, quaſi aurora conſurgens? Hæc eſt Aurora, de qua Angelus ad Iacob in Geneſ. 32. Dimitte me; iam enim aſcendit aurora. Si quidem per Iacob luctantem cum Angelo Sancti Patres deſignantur, qui luctantes cum Domino precibus, & lacrymis, extorquere, & obtinere à Domino Incarnationem Filij ſui tali inſtantia, velut quadam victoria, nitebātur: ſed eorum cætus reſpondetur à Domino: Dimitte me; iam enim aſcendit Aurora: ceſſet inſtantia veſtri luctaminis, quia iam lux naſcitur, videlicet, Virgo, quæ vobis pariet verum ſolem*.

Geneſ. Arguta Scripturæ interpretatio. Petrus Dam. Verbū æternum virtutū Mariæ concentu attractum ad Incarnationē. Hailgrinus.

C Collige ſecundo, ex hoc capite aliquid aliquo modo Chriſtum debere Virgini. Vndè in hoc etiam ſenſu accipi poteſt illud Methodij: *Euge, quæ debitorem habes eum, qui omnibus mutuatur*. Si enim meruit accelerationem Incarnationis Verbi; ergo fuit aliquo modo cauſa, vt anima Chriſti citiùs crearetur, & viſione beatifica frueretur. Ex quo licet inferre, conueniens fuiſſe, veluti ob gratitudinis legē, vt Chriſtus celerem diuinæ eſſentiæ viſionem obtineret Matri ſuæ in hac ipſa vita, non quidem per modum permanentis, cùm talis viſio nulli creaturæ rationali purè viatrici conueniat, ſed tantùm per modum tranſeuntis.

Methodius.

D

QVAESTIO XI.

Vtrum Beata Virgo potuerit de condigno mereri Maternitatem Dei.

Vaſquez. Opinio negatiua.

NEGANT aliqui, inter quos eſt Vaſquez diſp. 23. cap. 2. ſed variant in aſſignanda ratione. Quidam Recentiores putant, non potuiſſe Virginem de cõdigno mereri Maternitatem, quia maternitas eſt altioris ordinis terminatiuè, quã ſit gratia, aut viſio beata, quia terminatur ad ſubſtantialem generationem Filij Dei, media vnione ſubſtantiali, coniungente partes deificatas, cuius totalis, & completus terminus eſt ipſe homo Deus, licèt immediatus ſit vnio: gratia verò, & gloria, licèt attingant Deum, accidentaliter tamen, & purè terminatiuè illum attingunt. Explicant à ſimili: aiũt enim, quòd, ſicut operatio humana Chriſti, quamuis ſecundùm ſuam entitatem naturalitatis limites non tranſiliat, quia tamen cum Perſona Verbi increata connectitur, tota cum perſonalitate diuina eleuatur ad eundem ordinem moralis valoris cum illa; ita actio generatiua Virginis, licèt in entitate naturalis ſit, quia tamen intrinſecè, & ſubſtantialiter terminatur ad Perſonam Verbi, eleuatur ad eumdem ordinem moralis exiſtimationis cum illa; cùm non minorem actio valorem ex termino, quem intrinſecè, & ſubſtantialiter attingit, habeat, quàm ex principio, & ſubiecto, à quo, & in quo eſt, &c.

Alij nituntur hoc fundamento, quia operibus vnius iuſti non retribuitur condignè per gratiam alteri datam, ſi ipſe merens indigeat ſibi illa gratia, quia maius bonum merentis eſt augmentum propriæ gratiæ, quàm alienæ, & illa opera exigunt condignè pro præmio maius bonum merentis. Ex quo inferunt, opera Beatæ Virginis condignè exegiſſe pro præmio maius bonum ipſius Virginis: fuit autem maius bonum Virginis augmentum propriæ gratiæ, quàm maternitas; nam gratia magis perficit Virginem intrinſecè, quàm maternitas: vndè Auguſtinus lib. de ſancta virginitate c. 3. tom. 6. affirmat, maius eſſe concipere Deum mente, quàm ventre, dum: *Beatior*, inquit, *Maria concipiendo fidem Chriſti, quam carnem Chriſti*: ergo, ſi loco gratiæ data fuiſſet Maternitas pro præmio, non eſſet illis operibus condignè retributum; ergo Maternitas non potuit dari pro præmio de condigno, ſed de congruo vltra proprium præmium condignum eorum operum.

D. Auguſtin.

Affirmatiua ſententia. Suar. Raguſa.

Alij affirmant, Virginis opera potuiſſe mereri de condigno Maternitatem Dei. Ita Suar. tom. 1. in 3. par. diſp. 10. ſect. 7. & Raguſa diſp. 45. Fundamentum eſt quia opera Beatæ Virginis habuerunt valorem condignum ad gratiam, & gloriam, quæ ſunt quid maius, quàm eſſe Matrem Dei, vt colligitur ex D. Auguſtino citato: ergo, &c. His poſitis,

Concluſio affirmatiua.

Dico, Virginis opera habuiſſe quantum ſatis eſt ex qualitate, & valore operis ad merendam Maternitatem Filij Dei de cõdigno. Probatur, quia, ſi meruerunt opera Virginis de condigno augmentum gratiæ, & gloriæ; ergo & potuerunt mereri de cõdigno Maternitatem Dei. Probatur conſequentia, in qua eſt tota difficultas, quia, licèt ſecundùm vnam rationem Maternitas Dei videatur altioris ordinis, quàm gratia, & gloria, quia, vt ex ſententia Recentiorũ notauimus in principio quæſt. gratia, & gloria terminatiuè accidentaliter tantùm attingunt Deum, Maternitas verò terminatiuè ſubſtantialiter; tamen ſecundùm aliam rationem gratia, & gloria attingunt Deum altiori modo, quia attingunt Deum, vt Deum: Maternitas verò non attingit Deum, vt Deum, ſed hominem Deum, quatenùs Maternitas terminatur ad ſubſtantialem generationem Filij Dei, media vnione ſubſtantiali, coniungente partes deificatas, cuius totalis, & completus terminus non eſt Deus, vt Deus, ſed ipſe homo Deus, vt etiam expreſsè fatentur Aduerſarij. Si ergo opera Virginis meruerunt de condigno augmentum gratiæ, & gloriæ, quæ attingunt Deum, vt Deum; ſanè habuerunt etiam valorem ad merendam de condigno Maternitatem Dei, quæ non attingit Deũ, vt Deum, ſed hominem Deum. Et ſic patet reſponſio rationi adductæ primo loco pro prima ſententia.

Reſpondetur fundamento primæ ſententiæ.

Supereſt, vt reſpondeamus alij fundamento, quo innititur eadem prima ſententia.

Reſpondeo ergo, quòd, licèt Maternitas Dei ex ſe, præſcindendo ab omni alio, ſit minus bonum Virgini, quàm gratia, & gloria; ſi tamen conſideretur, prout exigit, vt conferatur ſimul cũ maxima gratia, atque adeò diſponit ad maximã gloriam, ſic conſiderata non eſt minus bonum Virgini, quàm aliquod gratiæ, & gloriæ augmentum. Adde, quòd ex liberalitate Dei promittentis Virgini taliter operanti vltra præmium gratiæ, & gloriæ Maternitatem

nitatem Dei, potuiſſent opera Virginis de condigno mereri tunc talem Maternitatem; ſuppono enim, vt ex dictis patet, fuiſſe proportionem ſufficientem inter opera Virginis, & Maternitatem Dei, &c.

Magnificat anima mea Dominum.

QVAESTIO XII.

Cùr Beata Virgo in ſingulari dixit: *Magnificat anima mea Dominum.*

RATIO hoc diſquirendi eſſe poteſt, cùr Beata Virgo non inuitet omnes gẽtes ad magnificandum Deum, ſicut Dauid tunc, cùm dicebat: *Laudate Dominum omnes gentes*, pſal. 116. & Maria ſoror Aaron, quæ in medio iuuencularum tympaniſtriarum in Dei magnificationem erumpens dixit: *Cantemus Domino; glorioſè enim magnificatus eſt*, Exod. 15. nu. 20.

Pſal.

Exod.

Origen.

Notandu quod habet Orig. ſuper *Magnificat: Vnuſquiſque noſtrum ad imaginem Dei formans animam ſuam, aut maiorem, aut minorem ponit imaginem: quandò igitur grandem fecero imaginem, & magnificauero eam opere, cogitatione, & ſermone, tunc imago Dei grandis efficitur, & ipſe Dominus, cuius imago eſt, ab anima noſtra magnificatur*. Hinc habes, quòd eò magis anima magnificat Deum, quò magis ſancta eſt. Hoc poſito,

Concluſ. cauſam afferens. In B. V. magis elucet Dei gloria, quam in omnibus alijs creaturis. D. Bernardinus.

Dico, quòd iure, ac meritò Beata Virgo ex Spiritus Sancti impulſu ſingulariter dicit: *Magnificat anima mea Dominum*, & non, magnificemus Dominum, quia anima Virginis eſt adeò ſancta, vt in ea plus repræſentetur Dei gloria, quàm in omnibus alijs Sanctis. Fauet nobis Diuus Bernardinus tom. 1. concl. 61. ar. 6. c. 14. *Vndè eleuata eſt magnificentia tua ſuper cælos; magnificentia enim Dei dicta eſt Virgo Maria;* & clariùs tom. 3. ſerm. 11. ar. 1. c. 2. *Singularis*, inquit, *magnificentia Dei fuit Beata Virgo, quia in eius exultatione plus magnificatur: & etiam in eius humilitatione, deuotione, gratiarum actione, & omnium bonorum Dei fruitione plus magnificat Dominũ, quàm omnis creatura alia ſimul ſumpta*.

Pet. Chryſol.

Suffragatur Petrus Chryſologus ſerm. 140. vbi ſic loquitur: *Quantus ſit Deus ſatis ignorat, qui huius Virginis mentem non ſtupet, animum non miratur*. Hùc ſpectat, quod notat ſupra allatus D. Bernardinus

A tom. 3. concl. 1. ſerm. 11. ar. 1. c. 2. & alij Patres, vt Epiphanius, Ephrem, & Io. Damaſcenus, per illud ſolium excelſum, & eleuatum, in quo reſidentem Iſaias viderat Dominum, ſignificari Beatam Virginem, quia in ea Dominus, tamquam Rex in proprio throno, gloriam ſuam patefacit: vndè illi Seraphim circumſtantes clamabãt alter ad alterum: *Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus exercituum: plena eſt omnis terra gloria eius:* quibus innuunt, Domini gloriam per Virginem in vniuerſo maximè fieri conſpicuam. Et in hoc etiam ſenſu accipi poſſunt verba illa Ierem. 17. *Solium gloriæ altitudinis à principio, locus ſanctificationis*. Sic etiam Dauid

Epiphan. Ephrem, Damaſcen. Iſai.

Ierem.

B pſal. 47. *Magnus*, inquit, *Dominus, & laudabilis nimis in ciuitate Dei noſtri*. Ciuitas Dei, ex Damaſceno oratione 1. de dormitione, eſt Beata Virgo; quaſi dicat Propheta: in ſola Virgine verè Dominus magnus, & laudabilis nimis apparet. Audiendus eſt D. Bonauent. in ſpeculo cap. 7. *Maria*, ait, *plena fuit reſultatione, ſiuè expreſſione diuinæ gloriæ, iuxta illud Eccleſiaſt. Gloria Domini plenum eſt opus eius. Antonomaſticè opus Domini mirabile eſt Maria, de quo dicitur in Eccleſiaſt. Vas admirabile opus excelſi. Verè opus mirabile: præter aſſumptam a Verbo naturam nullum eſt opus, nulla creatura, in qua tanta diuinæ gloriæ materia reluceat, ſicut in Maria:* & infra:

Pſal.

D. Bonau.

C *Plena eſt omnis terra gloria eius, ſicut dicitur in Iſaia: plena eſt tota Maria relucente in ſe pleniſſimè diuina gloria*. Adduci poſſunt pro hoc eodem argumento, quæ habentur in Reuelat. S. Brigittæ in ſermone angelico c. 5. *Mundo creato, adhùc vnus minor mundus eſt Virgo Maria: coram Deo cum omni venuſtate nondum creatus aſtabat, a quo maior gloria Deo, & Angelis maior lætitia, atque homini eius bonitate frui volenti maior vtilitas, quàm de hoc maiori mundo, prouenire debebat*. In cælo licèt vnicus ſit ſol, nihilominus duo ſoles quandòq; apparent; quod, qua ratione fiat, habetur ex Metheoris ſic. Radij ſolares feriunt nubem ita natura ſua diſpoſi-

Reuel. S. Brigittæ.

D tam, & tali loco conſtitutam, vt eoſdem radios ad nos reflectat, & in ſe impreſſam ſolis imaginem nobis repræſentet, quæ ſolis congeminati apparitio parelium appellatur: vide Ariſtotelem 3. metheorum ſumma ſecunda. Eadem planè ratione, licèt vnicus ſit Sol iuſtitiæ Chriſtus, nihilominùs eius radij, ideſt, perfectiones, ſic in nubeculam, ideſt, in Beatam Virginem, quæ per nubeculam, de qua 3. Reg. 18. intelligitur, reflectuntur, vt ipſa Virgo veri ſolis imago appareat. Hinc eſt, quòd vt ſol electa celebratur: & Ioannes, eam

Ariſtot.

Reg.

Ioan.

ſole

Digitized by Google

ſole amictam ſe vidiſſe, teſtatur. Plures admittit ſenſus illud encomium : *Speculum iuſtitiæ* :quod ab Eccleſia Virgini tribuitur, de quo alibi. Sed pro re noſtra dici poteſt, quòd Virgo idcircò nominatur *Speculum iuſtitiæ*, ideſt, ſpeculum iuſtum,& non fallax, quia eſt adeò ſancta, & perfecta, vt verè, & abſque errore in ea repræſententur diuinæ perfectiones.

B. V. ab originaria labe innuitur immunis.

Collige primò ex his verbis : *Magnificat anima mea Dominum*; animam Beatæ Virginis numquàm macula peccati orig. coinquinatam extitiſſe : alioquin enim deprauata fuiſſet notabiliter imago Dei in ipſa, & conſequenter non adeò pleno ore potuiſſet ipſa dicere : *Magnificat anima mea Dominum*, in eo ſenſu, quem nuper adduximus.

Collige ſecundò, quòd Virgo per hæc verba : *Magnificat anima mea Dominum*, dirigit perfectiones ſuas ad glorificandũ, & magnificandum Deum, & magis lætatur, quia tales perfectiones magnificant Deum, quàm quia in ſui ipſius vtilitatem redundant.

Et exultauit ſpiritus meus in Deo ſalutari meo.

QVAESTIO XIII.

Cùr Beata Virgo potiùs dixit : *Exultauit ſpiritus meus in Deo ſalutari meo*, quàm, in Deo ſalutari noſtro.

RATIO ambigendi eſſe poteſt quia Chriſtus, cùm mortuus ſit pro omnibus (*Qui dilexit nos, tradidit ſemetipſum pro nobis*, inquit Apoſt.) iure, ac meritò Redemptor, & Saluator noſter appellari debet : ergo videtur, quòd Beata Virgo dicere deberet, in Deo ſalutari noſtro, & non meo.

Prima concl. cauſam ſubijciens.
B. V. à Chriſto modo ſpeciali redẽpta.

Dico primò, Beatam Virginem dixiſſe: *Exultauit ſpiritus meus in Deo ſalutari meo*, & non, ſalutari noſtro, vt indicaret, ſe redemptam fuiſſe modo ſpeciali, ab aliorum redemptione diſtincto, ideſt, præſeruatiuo ab omni peccato, tum originali, tum actuali : de quo argumento ſatis diximus in cap. de immaculata Conceptione : &, ſuppoſitis hic ijs, quæ de præſeruatiua redemptione ibi ex Diuo Auguſtino notauimus, non indiget hæc concluſio alia probatione : cùm enim hoc fuerit ſingulare

A beneficium, Virgini collatum, conueniens erat, vt ſingulariter ipſa caneret : *Exultauit ſpiritus meus in Deo ſalutari meo*.

Conclu. ſec. Verbũ magis pro Virgine redimenda, quam pro alijs omnibus incarnatum. D. Bernardinus.

Dico ſecundò, Virginem Sanctiſſimam dixiſſe : *Exultauit ſpiritus meus in Deo ſalutari meo*, quia cognouit, Verbum magis pro ipſa redimenda, quàm pro alijs omnibus incarnatum fuiſſe. Audiendus eſt D. Bernardinus tom. 4. ſerm. 8. de flammis ſeptem amoris Dei : *Beata Virgo exultauit in Deo ſalutari ſuo, quaſi dicat; ſingularis Saluator meus; quia aliqui Doctores ſpeculantes dicunt, quòd Deus aſſumpſit carnem potiùs propter ſaluare Virginem ſingularẽ, quam omnes alias creaturas.* Et tom. 2. ſerm. 61. ar. 3. c. 3. *Beata*, inquit, *Virgo fuit pri-*
B *mogenita Redemptoris Filij ſui Ieſu, & plus pro ipſa redimenda venit, quam pro omni alia creatura*. In hoc ſenſu etiam accipi poteſt illud Ildephonſi lib. de virginitate Mariæ c. 12. ad ipſam Virginem : *Procido ante te, ſolum opus Incarnationis Dei* : & in alijs codicibus habetur : *Sola opus Incarnationis Dei mei*. Confirmatur primò auctoritate eorum Patrum, qui aſſerunt, quòd Deus ſolam Mariam plus amauit, quàm reliquos omnes Sanctos (Vide Bonauenturam in ſpeculo c. 6. & Anſelmum de excellẽtia Virginis c. 4. de qua re alibi) ergo magis pro illa redimenda, quàm pro alijs Filius Dei carnem aſſumpſit. Confirmatur ſecundò ex illo Prouerb. 8. *Dominus poſſedit me in initio viarum ſuarum* :
C viæ Domini ſunt Incarnatio Verbi; per hanc enim ad nos venit, & nobiſcum habitauit : dum ergo dicitur, quòd Deus in initio ſuæ Incarnationis poſſedit Virginẽ, innuitur, quòd ad ipſam, tamquam ad præcipuum ſcopũ, Incarnationis opus à Deo dirigebatur. Fauet nobis Diuus Ambroſius in Lucam ad illa verba : *Ecce Ancilla Domini* : *Nec mirum*, inquit, *ſi Dominus redempturus mundum operationem ſuam inchoauit a Matre, vt, per quam ſalus omnibus parabatur, eadem prima fructum ſalutis hauriret ex pignore*. Valdè etiam conferunt noſtrę concluſioni illa Canticorum verba : *Egredimini, filiæ Syon, & vi-*
D *dete Regem Salomonem in diademate, quo coronauit illum Mater ſua in die deſponſationis illius, & lætitiæ* : licèt enim per Matrem ſignificetur hoc loco Synagoga ſecundùm multos, hoc tamen non tollit, quin ſimul intelligatur Deipara. Senſus ergo eſt, quòd lætatur Chriſtus, quia coronam ſpineam, atque adeò cæteros cruciatus principaliter ob Matris ſuæ amorem pertulerit. Rurſus confirmatur noſtra concluſio ex illo Cant. 2. *Ordinauit in me charitatem*; vel, vt alij legunt, *Vexillum amoris eius ſuper me*. Opus Incarnationis

Ildephonſ.
D. Bonau.
Anſelm.
Prouerb.
D. Ambroſ.
Cantic. 2.

Ioann.

tionis charitas per antonomaſiam dici poteſt, quia *Sic Deus dilexit mundum, vt Filium ſuum vnigenitum daret*. Vndè, cùm in Cruce Chriſtus ſpiritum emittere vellet, inclinauit caput erga Matrem ibi ſtãtem, quia amor inſtar ponderis inclinat, &, quantum poteſt, trahit amantem ad obiectum amatum: *Amor meus, pondus meum; illo feror, quocumque feror*, inquit Auguſtinus. Dum ergo Chriſtus, erga Matrem inclinato capite, emiſit ſpiritum, indicare voluit, pro illius amore præcipuè mortem illam ſe ſubire.

Concl. tertia. Perfectio diuini amoris in homines.

Dico tertiò, Beatam Virginem dicere, *in Deo ſalutari meo*, & nõ ſalutari noſtro, vt doceat, eã eſſe perfectionem diuini amoris erga nos, vt ſic vnũquemq; noſtrũ Chriſtus amet, ac ſi ille ſolus eſſet, & ſic tali affectu vnũquemq; noſtrum redemiſſe, vt pro vnius tantùm ſalute adhùc & eandem carnem paſſibilem aſſumpſiſſet, & tormenta, ac mortem crucis ſubijſſet. Hunc verò eumdem affectum expreſſit Virgo in

Cantic.

Cantic. dicens: *Dilectus meus mihi, & ego illi: ego dilecto meo, & ad me conuerſio eius.*

Ad Galat.

Idem ſentiebat Apoſtolus ad Gal. 2. quandò dixit: *Qui dilexit me, tradidit ſemetipſum pro me*: quem locum eleganter expli-

Chryſoſt.

cans Chryſoſt. ibidem: *Quid facis*, inquit, *ò Paule, cùm communia tibi propria vendicas, quæque pro toto terrarum orbe facta ſunt, tibi facis peculiaria?* Et poſteà reſpondet idem Chryſoſt. *Declarat, hoc quoque par eſſe, vt quiſque noſtrum non minùs agat gratias Chriſto, quam ſi ob ipſum ſolum adueniſſet: neque enim recuſaturus erat vel ob vnum tantam exhibere diſpenſationẽ: adeò ſingulum quemque hominem pari charitatis modo diligit, quo diligit vniuerſum orbem*. Egregiè etiam hoc idem argu-

Saluian.

mentum expoſuit Saluian. lib. 1. ad Eccleſ. Cathol. *Licèt generale ſit debitum, & ſpeciale tamen eſſe non dubium eſt: licèt ſit commune omnium, eſt tamen peculiariter ſingulorum. Chriſtus enim, ſicut pro omnibus paſſus eſt, ſic pro ſingulis: & totum ſe dedit vniuerſis, & totum ſingulis: ac per hoc quidquid paſſione ſua Saluator præſtitit ſicut* D *totum ei debent vniuerſi, ſic totum ſinguli, niſi propter hoc plus ſinguli, quam vniuerſi debeant, quòd tantum acceperint ſinguli, quantum vniuerſi.*

Concl. quar. Perfectio Redemptionis Virginis.

Dico quartò, Virginem canere: *Exultauit ſpiritus meus in Deo ſalutari meo*; quia cognoſcebat, ſe adeò perfectè fuiſſe redemptam, & ad tantam ſanctitatem ob merita Chriſti eleuatam, vt ipſa ſola videretur ſufficiens finis Incarnationis. Innui-

Cantic.

tur hoc Canticorum 6. quando Chriſtus in perſona Sponſi ſic cum Sponſa, ideſt, Virgine loquitur: *Auerte oculos tuos a me, quia* A *ipſi me auolare fecerunt*; quaſi diceret: tanta eſt perfectio, & ſanctitas tua, ò Virgo, vt ego, dum eam contemplor, ita opus redemptionis perfectè me peregiſſe animaduertã, vt illo ſolo contentus ad cęlum auolare triumphans, & glorioſus neſcio qua vi impellar, & inciter. *Auerte* ergo *oculos tuos*, ideſt, ſine me, quæſo, vt etiam attendam ad opus redemptionis perficiendum, quò ad alios. Adnotauit & hoc Diuus

D. Ambroſ.

Ambroſius lib. de Iſaac, & anima cap. 7. *Auerte*, inquit, *oculos tuos a me, &, ſi tu perfecta es, aliæ adhùc mihi redimendæ ſunt animæ, aliæ fulciendæ: eleuas enim me videndo, ego autem ideo deſcendi, vt omnes eleuem*. Fauent etiam noſtræ cõcluſioni voces illæ, B ſæpiùs iteratæ in Cantic. *Vna eſt perfecta mea, columba mea, &c. Quàm pulchra es, amica mea, quàm pulchra es? Dilectus meus mihi, & ego illi, &c.*

Ioann.

Collige primò, cùr Ioannis 19. in narratione mortis Chriſti nominetur primo loco Virgo: *Stabant autem iuxta crucem Ieſu Mater eius, Maria Cleophæ, & Maria Magdalenæ*; cùm ob humilitatem alijs in locis voluerit ipſa nominari poſtremò (vt

Luc. Act.

Luc. 2. vbi poſt Ioſeph nominatur, & Act. 1. poſt alias mulieres) hoc enim fit, vt indicetur, primam illam fuiſſe, ad quam principaliter redimendam Chriſtus paſſionem ſuam dirigebat.

Cantic.

Collige ſecundò optimam explicationẽ C illius, quod Cant. 1. dicitur: *Indica mihi vbi paſcas, vbi cubes in meridie*. Loquitur Virgo de meridie paſſionis, quo Chriſtus

Rabbanus.

in Cruce pendẽs expirauit: vndè Rabbanus in Geneſ. c. 3. *Antè Dominus crucem meridie aſcendit, vt, qua hora primus homo lignum præuaricationis tetigerat, ſecundus homo lignum redemptionis aſcenderet*. Et nota: *paſcas, & cubes*, dicit ſponſa, ideſt, Deipara: nam, licèt fel ei deguſtandum fuerit porrectũ, nihilominùs ob amorem ita dulcorabatur, vt ſic etiam lignũ Crucis fuerit illi inſtar lectuli, in quo cubaret. Reſpondit dilectus: *Si ignoras te, ò pulcherrima*: ad quid hoc? reſponſio hæc non videtur ad rem. Sed ah optimè quadrat: forſan ignoras te eſſe pulcherrimam? conſidera tuam pulchritudinem, in cuius contemplatione ego eram in meridie paſſionis meæ (anima enim eſt vbi amat) conſiderabam tunc pulchritudinem, & ſanctitatem tuam, pro qua potiùs, quàm pro aliarum animarum pulchritudine, & ſanctitate patiebar (magis enim, vt diximus, pro redimenda Virgine, quàm alijs Verbum carnem aſſumpſit, & mortem ſubijt.)

Quia reſpexit humilitatem Ancillæ ſuæ.

QVAESTIO XIV.

An Virgo loquatur de virtute humilitatis ſuæ, an verò humilitatem exerceat, proponendo abiectionem ſuam, à qua Deus ipſam ſic in altum extulit.

Prima ſententia. D. Bonau. D. Thom. D. Bernard. D. Auguſtin. Beda.

MVLTI Patres exiſtimant, hic ſermonem eſſe de virtute humilitatis: Ita D. Bonauentura in ſpeculo c. 8. D. Tho. ſecunda ſecundę q. 161. D. Bernardus hom. ſuper *Miſſus eſt*, D. Auguſtinus in expoſit. huius Cantici, & ſerm. 35. de Sanctis; & Beda homil. in ſolemnit. Deiparæ ſuper 1. Lucæ.

Secunda ſententia. Theophilat. Euthym. Tit. Boſtr. Tolet. Mald. Vinc. Reg.

Alij, vt Theophilatus, Euthymius, Titus Boſtrenſis, & inter Recentiores Toletus, & Maldonatus, exponunt prædictum locum de abiectione, & vilitate; quę quidē opinio etiam magis placet Vincentio Regio in ſuis dilucidationibus lib. 1. cap. 6. in ſchol. num. 30. Fundamentum eſſe poteſt quia, cùm omnia dicta, & facta Virginis humilitatem redolerent, non videtur veriſimile, quòd humilitatem ſuam ipſamet prædicet: *Verus* enim *humilis*, vt inquit Bernardus in Cant. ſerm. 16. *vult vilis haberi, & non humilis prædicari.*

D. Bernard.

Notandum primò, quòd, etſi ταπείνωσις, & ταπεινότης, & ταπεινοφροσύνη trahant originem à ταπεινὸς, & latinè vnico vocabulo, humilitas, vertantur; nonnulli tamen aliquam differentiam agnoſcunt; & aiunt, quòd ταπείνωσις ſignificare videtur ἐνέργειαν, ideſt, vim quandam actionis; ταπεινότης, & ταπεινοφροσύνη ſignificat πάθησιν, ſeù πάθος, idest, affectionem, ſeù morbum: hæc duo poſtrema ad vitiū, ταπείνωσις verò frequentiùs ad laudem transferri ſolet. Vincentius autē Regius ſupra cit. ex varijs Scripturæ locis adnotat, quòd ταπείνωσις ſignificat paruitatem, & abiectionem, non autem humilitatis virtutem: nam virtus, ſcilicet, animi ſubmiſſio, ſignificatur per ταπεινοφροσύνην.

Vinc. Reg.

Notandum ſecundò, quòd duplex eſt vilitas, & abiectio: prima abſoluta; & reſultat ex eo, quia homo eſt peccator, & ideò dignus opprobrio, & ſupplicio: alia eſt vilitas, & abiectio non abſoluta, ſed

A ſecundùm quid, quæ conſiſtit in eo, quòd creatura vt ſic, & ex ſe nihil boni habet. Vndè patet, quòd creatura duplici modo poteſt ſe vilem, & contemptibilem iudicare, & vt talem velle ſe ab alijs haberi. Primo modo, nec Chriſtus, nec Beata Virgo ſe vilem, aut contemptibilem iudicabant: nam Chriſtus, etiā vt homo, optimè agnoſcebat eminentiam, & excellentiam vnionis hypoſtaticæ, & ratione illius ſuam humanitatem ſummo honore dignam: ſimiliter & Beata Virgo cognoſcebat excellentiam, quam habebat, vt Mater Dei, & vt donis, & gratijs diuinis repleta, propter quam poſt Chriſtum ſibi venerationem maximam deberi, ſciebat. Secundo modo,

B & Chriſtus, vt homo, & Beata Virgo ſe parui, & nihili faciebant. Illa enim ſacratiſſima Humanitas, ſcientiarum infuſarum luce diuinitùs irradiata, nouerat, ex ſe, vt creatura erat, nihil boni habere, ſed omne bonum ſuum à diuinitate, inexhauſto bonitatis omnis fonte, promanare; imò, ſi à diuinitate dereſeretur, eiuſq; donis ſpoliaretur, ſe relapſuram in ignorantiam, atque in propenſionem peccandi, imò etiā in nihilum reditutam, ſi Deus ſubtraheret ſubſtantificum illum concurſum, ex cuius influxu conſeruatur. Quarè illa ipſa Humanitas Deo perfectiſſimè ſe ſubmittebat, in eumq; omne bonum, omnem gloriam, & honorem ſibi exhibitum refun-

C debat. Et in hoc ſenſu explicatur illud Matth. 11. *Tollite iugum meum ſuper vos, & diſcite a me, quia mitis ſum, & humilis corde:* & illud Pſal. 21. *Ego ſum vermis, & non homo, opprobrium hominum, & abiectio plebis.* Sic & Beata Virgo cognoſcebat, ſe, vt creaturam, nihil boni ex ſe habere; & ideò omnem, quam in ſe nouerat, excellentiam Deo Auctori tribuebat. His notatis,

Matth. Pſal.

Concluſio ſententias ambas ſuperiùs allatas concilians.

Dico, Beatam Virginem loqui hic, & de paruitate, ac abiectione ſua, & de virtute humilitatis ſuæ. Probatur primum, quia, cùm Virgo eſſet humilima, quotieſcunque conueniens erat, perfectiſſimos humilitatis actus exercuit: ſed tunc, quandò Vir-

D gò protulit hæc verba: *Reſpexit humilitatem Ancillæ ſuæ*, optima occaſio erat exercendi humilitatē; ergo debemus aſſerere, quòd illam tunc exercuerit. Minor probatur: Virgo tunc fuit laudata à S. Eliſabeth; ergo tunc conueniens erat, vt ipſa illam laudem, & honorem ſibi exhibitum, Deo referret, illiq; ſe perfectiſſimè ſubmittendo, ſicut agnoſcebat omne ſuum bonum in Deum eſſe refundendum, ita de facto refunderet. Confirmatur primò, quia, dū Virgo Deum magnificare intendebat, id appoſitè ſuccedebat, vilitatem, & paruitatem

tatem ſuam ponendo iuxta magnitudinẽ Dei, quæ eò magis elucebat, quò ab ea Virginem è ſtatu inferiori, & abiectiori erectam in ſublimem dignitatem innoteſcebat. Mandauerat Agatocles Rex, vt pro apparatu ſuæ regiæ menſæ non ſolùm vaſa aurea, ſed & lutea apponerentur, vt hinc dignoſceretur, quàm admirabilis eſſet eius virtus, quæ ipſum à ſtatu abiectiſſimo, ſcilicet, ab exercitio figuli (à figulo enim genitus erat) ad regiam dignitatem potuerat extollere. Sic Beata Virgo, vt dignoſcatur, quàm magna, & admirabilis ſit virtus diuina, humilem, & infimam ſuam conditionem exponit, à qua ad ſummam eminentiam per eamdem virtutem diuinam fuit euecta. Confirmatur ſecundò, quia, ſi tantùm Virgo locuta fuiſſet de virtute ſuæ humilitatis, non videbatur adeò nouum, quòd Deus approbaſſet virtutem humilitatis, & per conſequens non adeò magnus, & bonus Deus ex hoc capite prædicabatur. Probatur ſecundum, ſcilicet, quòd etiam Beata Virgo loquatur hic de virtute humilitatis ſuæ, primò auctoritate Patrum, quos retulimus in principio quæſt. Probatur ſecundò ratione, quia, cùm Virgo hic Deum laudare intenderet, in laudem ipſius Dei cedebat, quòd approbator, & remunerator humilitatis celebraretur. Probatur tertiò, quia Virgo, vt Magiſtra virtutum, conueniens erat, vt ad humilitatis C amorem in fidelibus excitandum exemplum admirabile proponeret, in quo, quantum Deus humilem creaturam exaltarit, dignoſceretur. Vndè etiam Apoſt. virtutes proprias aliquandò prædicat, vt ad ſimiles virtutes alliciat fideles: ad Romanos 8. & 1. ad Corinth. 15. atque alibi: *Caſtigo corpus meum, & in ſeruitutem redigo, &c.*

Ad Rom. Ad Corinth.

Vatablus. Aduerte, quòd Vatablus legit: *Reſpexit nihilitatẽ ancillæ ſuæ:* qua lectione admiſſa, dici poteſt, quòd Virgo declaret, ſe ex diuino beneplacito, non ex proprijs meritis fuiſſe electam ad Maternitatem Dei, quaſi dicat: *Reſpexit nihilitatem ancillæ ſuæ;* nihil D meriti in ancilla ſua fuit, quod reſpiceret, vt ſic me eligeret (iam enim diximus cap. 1. de Prædeſtinatione quæſt. 1. verſus finem, totum illud decretum indiuiſibile, quo Deus voluit Virgini Maternitatem, & gloriam per merita conſequendam, eſſe fundatum in diuina liberalitate.) Reſpicere etiam ſignificat animaduertere, & obſeruare: *Reſpicientes viderunt reuolutum lapidem,* Marci 16. *Reſpicite, & leuate capita veſtra,* Luc. 21. Quo poſito, *reſpexit,* ait, *nihilitatem,* quaſi dicat; antequam ex nihilo crearet animam

Marc. Luc.

A meam, attentè reſpexit, & obſeruauit, vt eo primo momento, quo creata, exiſteret & ſancta, doniſque, ac gratijs maximis cumularetur. Hinc intelligi poteſt, cùr Prouerb. 9. dicatur à diuino Spiritu: *Sapientia ædificauit ſibi domum, &c.* per hæc enim verba declaratur, quòd Dominus à fundamentis ad culmen condidit ſibi domum, ideſt, Virginem, in qua habitaturus erat. Rex enim magnificus, & opulentiſſimus non ſolet pro ſua habitatione antiqui ædificij ruinas reſarcire, ſed à fundamentis integram domum regiam erigere. Fauet aliquo modo nobis Petrus Comeſtor tract. de Conceptione, quatenus ait: *Oportuit, eam ab ipſo fundamenti* B *primordio præ cæteris aliquid dignitatis ſortiri priuilegium, quæ ſecretorum Dei, myſteriorumq; cæleſtium in ſe ſuſceptura erat arcanum.* Vide etiam alia verba eiuſdem Comeſt. relata ſupra quæſt. 5. cap. de Conceptione, quę multùm faciunt ad rem noſtram.

Prouerb. Petr. Comeſtor.

Ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes.

QVAESTIO XV.

An Virgo loquatur de beatitudine æterna, an verò de beatitudine, quæ in hac vita haberi poteſt.

NOTANDVM, quòd, licèt beatitudo, quæ omnis mali, ſeù moleſtiæ expers ſit, in hac vita haberi non poſſit, ſed ſolù beatitudo perfecta, vtpotè præmiũ certaminis, detur, finita huius vitæ militia, tamen beatitudo aliqua inchoata, & imperfecta conceditur in hac vita, quæ conſiſtit in tendentia ad veram beatitudinem: talis autem tendentia innititur exercitio virtutũ theologicarum (per has n. immediatè ſummo bono coniungimur) & aliarum Chriſtiani hominis perfectiuarum, quæ à theologicis pendent, quia, licèt hæ virtutes, vt humilitas, verbi gratia, non coniungant Deo, ſicut charitas; quia tamen earum exercitium plurimùm fouet charitatem, ideò in ipſo earum exercitio aliquo modo beatitudo imperfecta huius vitæ ponitur.

Ee Dico

Côel. prima. Beata Virgo beatitate huius vitæ beatam ſe acclamandam vaticinatur.

Dico primò, Virginem locutam eſſe de A beatitudine imperfecta huius vitæ. Probatur: beatitudo imperfecta huius vitæ conſiſtit in tendentia ad æternam beatitudinem; ſed hæc tendentia erat in Sanctiſſima Virgine perfectiſſimo modo; ergo de hac locutam eſſe, certum videtur. Minor probatur, quia talis tendentia conſiſtit in exercitio virtutum theologicarum: ſed Beata Virgo actus fidei, charitatis, & ſpei perfectiſſimos exercebat, vt in cap. de eius virtutibus affirmabimus; ergo. Confirmatur, nam, ſi aliqui in hac vita exiſtentes beati in ſacris paginis appellantur, idcircò tales appellantur, vel quia amant legem Dei: *Beatus vir, cuius voluntas in lege Domini*, Pſal. 1. vel quia timent Dominum: *Beatus vir, qui timet Dominũ: in mandatis eius volet nimis*, Pſal. 111. vel quia ſunt immaculati: *Beati immaculati in via*, Pſal. 118. vel quia *audiunt verbum Dei, & cuſtodiunt illud*: demùm beati omnes dicuntur, qui virtute aliqua præcellunt: ſic Matth. cap. 5. Dominus pauperes ſpiritu, lugentes, mites, iuſtitiam ſitientes, puros, pacificos, perſecutionem patientes propter iuſtitiam, beatos vocat: ergo & Beata Virgo his omnibus titulis erat omnium aliorum Sanctorum beatiſſima: nam diuinã legem ſummoperè diligebat, Deumq; filiali timore venerabatur, & adeò immaculata erat, vt ab ipſo Spiritu Sancto de ea dicatur: *Vna eſt immaculata*: adeò intenta erat diuinis verbis, vt ea conſeruaret, & conferret in corde ſuo: fuit pauperrima ſpiritu, mulierum omnium afflictiſſima fudit lacrymas in morte Filij ſui, vt ſuo loco infra fuſiùs demõſtrabimus: fuit *inter omnes mitis*, vt Eccleſia canit; adeò iuſta, vt *Speculum iuſtitiæ* ab Eccleſia ipſa nominetur; adeò pura, vt *tali puritate niteret, qua maior ſub Deo nequit intelligi*; adeò pacifica, vt pacis locus per antonomaſiam appelletur; de ea enim intelliguntur verba illa: *Factus eſt in pace locus eius*: paſſa eſt perſecutionem præcipuè ab Herode, vndè iuſſu Dei fugijt, vt ab illius nefarijs manibus Filium ſuum, ſeq; ipſam eriperet, in Aegyptum: ergo, &c.

Pſal. — Matth. — Cantic. — Anſelmus. — Pſal. 75.

Concl. ſec. Virgo & æterna beatitate beatam futuram ſe canit. Viega, Suar.

Dico ſecundò, Beatam Virginem locutam etiam fuiſſe de vera, & æterna beatitudine, ad quam, ex ſpeciali reuelatione, ſe eſſe prædeſtinatam, nouerat. Vide Viegam in Trid. lib. 12. c. 11. Suar. tom. 2. in 3. p. diſp. 19. Imò de hac principaliùs videtur locuta; per hæc enim verba, *omnes generationes*, innuitur, quòd in omni æuo acclamanda ſit beata Deipara; acclamatio autem æuiterna æuiternæ etiam beatitudini videtur maximè, & propriè conuenire. Et ſanè decens erat, vt Beatæ Virgini diuinitùs innoteſceret, ſe eſſe prædeſtinatam, vt ex hac prædeſtinatione maiorem liberalitatem, miſericordiam, & beneuolentiam diuinam erga ſe ipſam agnoſcens, ex hoc capite magis, ac magis inflammaretur ad Deum diligendum, illiq; maiores gratias agendas, vt in hoc cantico egit: ſuppono enim hic, quod diximus in capite de ipſius Virginis Prædeſtinatione, Deum erga prædeſtinatos ante præuiſa merita habere aliquem ſpecialem affectum, & beneuolentiam. Quæ veritas, præter ibi dicta, fundatur in Scripturis, & Patribus; ideò enim auxilium efficax vocatur Dei donum, vt Ioan. 6. *Nemo poteſt* B *venire ad me, niſi Pater traxerit eum*, vbi mentio fit de efficaci vocatione: illam autem tractionem fieri ex ſpeciali Dei miſericordia, & beneuolẽtia, innuit ſatis apertè ipſe Chriſtus ſubdens: *Propterea dixi vobis, quia nemo poteſt venire ad me, niſi ei fuerit datum à Patre meo*: vt autem explicat Auguſtinus lib. contra duas epiſt. Pelag. c. 3. *Ille trahitur ad Chriſtum, cui datur, vt credat in Chriſtum: donum ergo Dei eſt, non ſolùm quòd poſſit credere, ſed quòd cum effectu credat*. Et ad Rom. 9. apertiùs idem habetur: *Cuius vult, miſeretur, & quem vult, indurat*. Miſericordiam autem illam non conſiſtere in vocatione ſimpliciter, ſed in vocatione congrua, patet C ex ipſo ſacro textu, & egregiè adnotat Auguſtinus lib. 1. ad Simplicianum in quæſtione ſecunda, vbi loquens de non electis: *Si vellet etiam*, inquit, *ipſorum miſereri, poſſet ita vocare, quomodo illis aptum eſſet, & vt mouerentur, & intelligerent, & ſequerentur*. Vide plura alia Patrum teſtimonia apud Vaſq tom. 1. in 1. par. diſp. 48. cap. 3. Demùm colligitur, quod hic dicimus, ex Trident. ſeſſ. 6. can. 16. vbi modo quodam emphatico appellatur *magnum illud perſeuerantiæ donum*: donum enim vt ſic indicat beneuolentiam donantis: ergo magnum, & ſpeciale donum magnam debet arguere, & ſpecialem beneuolentiam, alioquin erit quidem magnum bonum, ſed non magnum donum, &c. D

Ioann. — D. Auguſt. — Ad Roman. — Vaſq. — Trident.

Concluſ. ter. B. V. ſe ab originali labe immunem indicat.

Dico tertiò, his verbis: *Ecce enim ex hoc beatam me dicent, &c.* Beatam Virginem innuere, ſe à peccato originali fuiſſe præſeruatam. Cùm enim peccatum originale ſit maxima miſeria, vt pleno ore nominari poſſet Maria Beata ab omnibus gentibus, debuit eſſe ab illo omninò immunis.

QVAE-

QVAESTIO XVI.

Quænam ſint hæ generationes, quæ Virginem Beatam celebraturæ dicuntur.

DICO, per omnes generationes intelligi omnia hominum genera, ex omnibus mundi partibus, & in omnibus ſæculis. Figura huius veritatis fuit illa mulier, amicta ſole: nam, ſicut ſol per vniuerſum orbem ſuos radios diffundit, ita fama ſanctitatis Beatæ Virginis per vniuerſum orbem erat euulganda. Porrò hęc concluſio inductione probari poteſt: nam non ſolùm Prophetæ Virginis excellentiã indicarunt, ſed etiam Sybillæ. Vndè

Sybillæ. Tiburtina.

Sybilla Tiburtina, græcè Albunea, ſeũ Caſſandra, ait: *Quartus autem ſol quarta generatio eſt: erunt homines quod verum eſt abnegantes: & in diebus illis exurget mulier de ſtirpe Hebræorum, nomine MARIA, habens ſponſum nomine Ioſeph: & procreabitur ex ea ſine commixtione viri de Spiritu Sancto nomine IESVS; & ipſa erit Virgo ante partum, & Virgo poſt partum, &c.* (Hæc refert Beda tom. 2. in fine de Sybillarum oraculis.)

Beda.

Erithræa.

Sybilla Erithræa:

E cælo veniens mortales induit artus;
Ac primùm corpus Gabriel oſtendit honeſtum;
Nuncius hinc tali affatur ſermone Puellam:
Accipe Virgo Deum gremio intemerata pudico.

Heleſpõtica.

Sybilla Heleſpontica:

Dum meditor, quodnam vidi, decorare Puellam,
Eximio caſtam quòd ſe ſeruaret honore,
Munere digna ſuo, & diuino numine viſa.

Phrygia.

Sybilla Phrygia:

Cùm nuntiet Angelus almæ
Matri, quæ miſeros contracta ſorde leuabit.

Perſica.

Sybilla Perſica:

Virgine matre ſatus pullo reſidebit aſello
Iucundus Princeps, &c.
Ille Deus caſta naſcetur Virgine magnus.

Delphica.

Sybilla Delphica:

Huius pertentant cor gaudia magna Prophetæ
Eximij, qui Virginea conceptus ab aluo
Prodibit ſine contactu maris: omnia vincit hoc naturæ opera.

A

Samia.

Sybilla Samia:

Ecce dies, nigras quæ tollet læta tenebras,
Mox veniet, ſoluens nodoſa volumina vatum,
Gentis Iudææ referet vt carmina plebi.
Hùc poterunt clarum viuorum tangere Regem,
Humano quem Virgo ſinu inuiolata fouebit.

Cæterùm de varijs oraculis Sybillarum plures Auctores mentionem faciunt: vide tom. 1. Bibliothecæ Patrum.

Apoſtoli. D. Petrus.

Poſteà ab Apoſtolis B. Virginem fuiſſe celebratam, nemini dubium eſſe poteſt. D. Petrus in Liturgia: *Domine Deus omnipotens, qui ſolus es ſanctus, & in Sanctis requieſcis, miſerationes tuas largiens interceſſionibus ſanctæ Dei genitricis. Libera nos, quæſumus, Domine, ab omni malo interceſſionibus Mariæ Deiparæ.* Andreas Apoſtolus hoc dixiſſe fertur: *Sicut de immaculata terra, & nunquam maledicta factus fuerat primus homo, ita ex ſemper immaculata Virgine formatus fuit ſecundus Adam.* (Ita Abdias Babylonicus lib. 4. hiſt. de ſancto Andrea.) Et in Liturgia S. Iacobi approbata à Proculo Patriarcha Conſtantinopolitano, & à ſexta Synodo can. 32. ſic dicitur: *Dignum eſt, vt te verè beatam dicamus, & omnibus modis irrepræhenſam, honorabiliorem, quam Cherubim: tibi, ò plena gratia, vniuerſa creata gratulantur, quæ es templum ſanctificatum.* In multis prætereà Concilijs Beata Virgo immaculata, & pura fuit prædicata, vt in Concilio tertio generali, celebrato anno 303. (ſic teſtatur Phocius in epiſt. ad Bulgariæ Principem.) In Concil. ſexto generali, anno 320. actione 2. *Quæ immaculata* (dicitur) *ſemper extitiſti ab exordio tuæ creationis, quia paritura eras Creatorem totius ſanctitatis*: & in epiſt. Sophronij habetur: *Mariam ab omni contagione, ſiue labe liberam fuiſſe.* In Concilio Toletano II. anno 675. in profeſſione fidei: *Solam Filij perſonam pro liberatione humani generis hominem verum ſine peccato de ſancta, & immaculata Maria Virgine, credimus, aſſumpſiſſe.* In ſeptimo generali, quod fuit ſecundum Nicenũ, anno 787. actione 3. *Veneramur etiam, & adoramus imaginem Deiparæ, & Dominæ noſtræ, irrepræhenſibilis, & immaculatæ.* Et in Francofordienſi in epiſt. ad Epiſcopos Hiſpaniæ dicitur ipſa Virgo *Immaculata, prorſuſq; pura.* Omitto alia quamplurima. Summi etiam Pontifices eminentem Virginis ſanctitatem commendarunt. Sanctus Leo Papa ſerm. 2. de Natiuitate, Sanctus Gregorius in 1. lib. Reg. c. 1. Innocentius III. ſerm. 2. de Aſſumpt. Bonifacius IX. qui conſtit. 1. ita loquitur:

D. Andreas. Abdias Babylon. D. Iacobus. Concilia. Tertium generale. Sextum generale. Toletanũ II. Nicenum II. Francofordienſe. Pontifices. S. Leo. S. Gregor. Innocen. III. Bonifac. IX.

Digitized by Google

In Nazareth Virgo regia, venuſtiſſima, à A
Domino conſeruata, flos ſanctitatis, vas cæleſtis gratiæ mundiſſimum, omnium virtutum floribus redimita, cuius pulchritudinẽ ſol, & luna mirantur. Innumerabiles alij fuere Pontifices qui Virginis encomia promulgarunt. Imperatores inſuper, & Reges Virginis ſeſe prodiderunt commẽdatores; inter quos celebris eſt Leo, qui orationem de immaculata Conceptione compoſuit, quæ ſeruatur in Biblioth. Vaticana in codice Sfortiano manuſcripto num. 65. græcè conſcripta, vt refert Gerard. Boſſius in Ephrem tom. 7. fol. 700. & latinè fuit traducta à Iacobo Gretſerio: & idem Imperator in alia orat. de Annunciatione: *Iam enim*, inquit, *Angelorum* B
choris dulce eſt tuas laudes concinere, & beatam prædicant te, tamquam Regis Matrem, potiuſq; nihil ſint, quam vt tibi ſeruiant, gnari, miniſterium tibi præſtitum ad Filij honorem redundare, benedicunt, te ſolam benedictam faciunt. De dicta oratione Leonis mentionem facit Baron. in martyrol. die 8. Decemb. Tho. Boc. de ſignis Eccl. Dei lib. 9. c. 8. Et quòd ex vniuerſis mundi partibus plures fuerint Deiparæ laudatores, patet ex ſacris hiſtorijs. Nã in Capadocia fuit Baſilius, & Nazianzenus: Chryſoſtomus Anthiochiæ: in Licia Methodius Martyr: in Ponto Gregorius Thaumaturgus: in Arabia in ciuitate Damaſci Ioan. Damaſcenus: in Paleſtina Eſychius preſ- C
byter, & Patriarcha Sophronius: in inſula Cipri S. Epiphanius: Alexandriæ, atque in Aegypto Cyrillus, & Athanaſius: Conſtantinopoli in Tracia Germanus, & Proclus Epiſcopi: in Dalmatia Hieronymus: in Germania Rupertus Abbas, & Albertus Magnus: in Anglia S. Anſelmus, & venerabilis Beda: in Scotia Io. Duns Scotus: in Gallia Dionyſius, Ireneus, & Diuus Bernardus: in Italia D. Bernardinus, Diuus Thomas Aquinas, Diuus Bonauẽtura: in Africa Cyprianus, & Auguſtinus: in Hiſpania Hierotæus, & Ildephonſus.

Imperatores, ac Reges. Leo Imperator.

Gerard. Boſſius.

Patres, & Doctores ex omni natione.

Baron. Thom. Boc.

Infideles. Mahometes. Ex infidelibus Mahomethes hæc habet Azaora 5. *Domina Maria omnibus viris, & mulieribus ſplendidior, & mundior, atque* D
lotior, ſoli Deo perſeueranter ſtudens: Azaora 75. *Nullus naſcitur de filijs Adam, quem non tangat Sathan, præter Mariam, & eius Filium: multi perfecti fuerunt, nulla vnquã perfecta ex mulieribus, niſi Maria Mater Iſa*. In Alchorano eiuſdem hæc habentur: *Dixerunt Angeli: ò Maria, Deus annunciat tibi Verbum ex ipſo; & erit nomen eius Ieſus Filius Mariæ*: & iterum ibidem dicitur; *Dixerunt Angeli: Deus vtique elegit te claram ſuper mulieres ſæculorum.*

Aethiopes. Aethiopes infideles celebrant Mariam Virginem, thure, & incenſo excolunt, illamque blaſphemantes ſeueriſſimè puniunt.

Albumazar. Albumazar inſignis Aſtrologus, etſi alienus à fide, tamen præclarum Virginis teſtimonium dedit: in eius ſcriptis hæc verba leguntur: *In prima facie ſigni Virginis oritur in terra Virgo munda, Puella immaculata, corpore decora, ore venuſta, vultu moderato, crine prolixa.* Et, ne'qua in hominum animis ſuſpicio relinqueretur, ipſe prouidit, & quam Virginem deſcriberet, digito ipſe monſtrauit, nempè, hanc eſſe illam Virginem, *quæ Puerum in Iudæa nutriret, & paſceret, cumq; Puerum a quibuſdam Ieſum vocari, quem nos*, inquit, *græcè Chriſtum nominamus.*

Iudæi. Rabbi Achados. Ex Iudæis ante Verbi Incarnationem fuit Rabbi Achados, vir doctiſſimus, qui Romæ Antonio Conſuli dixit, quòd illa verba Pſal. 80. *Perfice eam, quam plantauit dextera tua*, intelliguntur ad litteram de Matre Meſſiæ: ipſe verò Rabbi legebat: *Perfice abacum, quem plantauit dextera tua*: interrogatus autem, cùr appellaretur ſic, reſpondit: *Similis facta eſt abaco Mater Dei; quandoquidem, ſicut abacus eſt armarium, quod Principes conficiunt ad collocanda vaſa aurea, atque argentea, & gloriam ſuam, atque opes omnes oſtendunt: ita Mater Meſſiæ eſt armarium, quod Deus conſtruxit, vt in ipſo ipſe conſideat ad oſtendendam gloriam maieſtatis ſuæ cunctis mortalibus.* Hoc refert Petrus Galatinus in lib. 7. de arcanis. Petr. Galatin.

Hæretici. Lutherus. Ex Hæreticis Martinus Lutherus in Euang. de Conceptione Mariæ plura habet in eius laudem, inter quæ: *Nulla mulier*, ait, *tam ſancta eſt, nec fuit, nec erit in poſterum, quæ, præter Mariam, fructum ventris ſui benedictum pariat*: & paulò poſt: *Mariæ Conceptio piè creditur ſine originali peccato facta eſſe, &c.* & in comment. ſuper *Magnificat: Eo ipſo, quòd Maria Dei Mater facta eſt, tam præclara, & ingentia dona ei data ſunt, vt ſuperent captum cuiuſcumque: huic enim omnis honor, ac beatitudo prouenit, vt in vniuerſo humano genere vnica perſona ſit ſuperior cunctis, cui nemo ſit par, quòd cum cæleſti Patre Filium habet communem*: & in Euangelium de Annunciatione alia affert in commendationem ipſius Virginis. Io. Brentius ad cap. 1. Lucæ: *Primum enim, cùm recitamus Mariam plenam, & benedictam inter mulieres, cogitemus, hæc verba ſignificare Mariam præ omnibus mulieribus electam, vt ſit Mater benedicti ſeminis Abrahæ, veri Meſſiæ, & excitemur ad gratiarum actionem, quòd, quæ Dominus tot retro ſæculis de mittendo Meſſia in orbem terrarum promiſit, ea* Io. Brentius.

per

per Mariam Virginem impleuerit: & hom. de Aſſumptione ait: *Certiſſimum autem eſt, quòd Maria perpetuam conſecuta ſit felicitatem*. Henricus Bullingerius ſerm. de Beata Maria Virgine: *Si Maria benedicta eſt inter omnes mulieres, & beata ab omnibus prædicanda nationibus, infelices certè ſunt Iudæi, qui ipſam numquam conuitijs inceſſere deſinunt*: & paulò poſt: *Excellentiſſima ſunt in Maria omnia, & hæc ſplendidiora, quò proficiſcebantur ex fide ſinceriore, & flagrantiore Dei dilectione: oportuit, ſingulari, & perpetua virginitate, & puritate omnium ſelectiſſima illuſtrem, & eſſe, & permanere, quæ ſingulariter electa a Deo in ſacroſanctum Filij ſui thalamum, & templum, Mater erat omnium ſanctiſſimi partus, Filij vtique Dei æterni, futura*. Martinus Bucerus ad cap. 1. Matth. *Pius animus de Maria, vaſe tam ſancto, atque electo, vt Chriſtum nobis pareret, nonniſi ſanctiſſima cogitabit*. Ioannes Spangerbergius in Enangelio de Annunciatione Mariæ: *Hæc ſalutatio, qua ſancta Trinitas Virginem Mariam dignata eſt alloqui; ideò & nos non detrectemus eam eiuſdem verbis ſalutare. Ipſa canit in ſuo cantico: Humilitatem Ancillæ ſuæ reſpexit: ecce ex hoc tempore beatam me prædicabunt omnes generationes: ſi hæc verba ſunt implenda, neceſſe profectò, eſſe homines, qui eam laudibus vehant, ac ornent. Eliſabeth incepit, Lucæ 1. dicens: Beata, quæ credidiſti!* Similiter *& mulier, Lucæ 11. Beatus venter; qui te portauit, & vbera, quæ ſuxiſti!* Ioannes Oecolampadius ſerm. de laudando in Maria Deo: *Rectè admonet Propheta, vt in Sanctis laudemus Deum, vt in Virgine Maria, quam hodiè non ſolùm inhabitare, ceù templum ſanctiſſimum, ſed, ex ea, & in ea carne aſſumpta, homo fieri dignatus eſt*.

Henric. Bullingerius.

Martinus Bucerus.

Io. Spangerbergius.

Io. Oecolãpadius.

QVAESTIO XVII.

Qua ratione abſque humilitatis detrimẽto Virgo, ſe beatam ab omni generatione acclamandam, affirmet.

NOTANDVM, propriũ viri magnanimi eſſe, prout ratio officij, vel donorum, quæ illi Deus largitus eſt, poſtulat, dignum ſe honore exiſtimare. Neque verò hoc repugnat perfectiſſimæ humilitati, quæ in hoc ſaluatur, dum vir

A magnanimus conſiderat, ſe ex ſe ipſo boni nihil habere, nihil poſſe, nihil eſſe, &, ſublato Dei auxilio, ad omnia mala perpetranda paratiſſimum fore, immò &, ſi vnico temporis momento Deus ſuum ſubtraheret concurſum, in nihilum abiturũ: ex altera verò parte conſiderat, vel dignitatem, ad quam aſſumptus eſt, vel dona, quæ ſibi à Deo collata ſunt, videnſq; illa exigere, vt à creaturis magnificetur, vult, debitus honor ſibi exhibeatur, quem tamen in Deum refert. Vndè etiam Sancti in cælis, & humilimi ſunt, & tamen ab hominibus coli volunt ſub diuerſa conſideratione.

Concluſio. Magnanimitas Virginis.

Dico, Beatam Virginem actũm magna-
B nimitatis perfectiſſimè exercuiſſe, dum protulit illa verba: *Ecce enim ex hoc beatam me dicet omnes generationes*. Patet primò ex eo, quod præmiſerat: *Reſpexit humilitatem, &c.* per quæ verba indicatur, quòd Virgo ſuam nihilitatem, & abiectionẽ tunc conſiderabat, à qua Deus ad ſublimia ipſam extulerat: vndè poſteà ſtatim ſubdit: *Quia fecit mihi magna, qui potens eſt*, vt clariùs cognoſceretur, quòd nihil boni ex ſe haberet, ſed ſolùm acclamanda eſſet beata ob dona, & priuilegia magna, quæ illi conceſſerat Deus, *qui potens eſt*. Vndè egregiè Gerſon. tract. 4. ſuper *Magnificat*: *Magna quidẽ*, ait, *in ſe recognoſcit Deipara, ſed non ex ſe*. Et Beda in homil.
C de ſolemnitate Beatæ Virginis: *Nihil igitur*, inquit, *ſuis meritis tribuit, quæ totã magnitudinem ad illius donum refert, qui eſſentialiter potens, & magnus exiſtens, fideles ſuos de paruis, atque infirmis fortes facere conſueuit, & magnos, &c.*

Gerſon.

Beda.

Quia fecit mihi magna, qui potens eſt, & ſanctum Nomen *eius*.

QVAESTIO XVIII.

D

Quænam ſint hæc magna, quæ Deus omnipotens fecit Deiparæ.

DICO, magna, quæ ſibi à Deo facta fuiſſe concinit Deipara, eſſe innumerabilia priuilegia, gratiarumque, & virtutum dona illi conceſſa, quæ adeò eximia ſunt, vt explicari nequeant; atque idcircò ipſa canit: *Fecit mihi magna, qui potens eſt*; quaſi dicat: non alia ratione intelligi poteſt, quàm magna ſint,

Priuilegia, & dona à Deo collata Virgini.

quæ

quæ Deus mihi largitus eſt, niſi conſiderando, illum, qui talia mihi fecit, omnipotentem eſſe. Fauet huic explicationi Germanus Patriarcha oratione de Zona Virginis: *Omnia in Virgine ſunt admirabilia, & naturæ vires excedentia, in qua Deus ſuā exercuit potentiam: Fecit enim in me magna, qui potens eſt*. Suffragatur etiam B. Thomas de Villa noua concion. 3. de Natiuitate Virginis: *Hic ſileat lingua carnis; excedit enim intellectum, & loquelam Virginis magnitudo non modo noſtram, imò fortè & ſuam; & datum eſt illi, quantum capax pura creatura*. Et D. Ambroſius lib. de Virginis inſtitutione cap. vltimo gratiam Deiparæ collatam diuinæ tantum (non ſpectato gratiæ conferendæ conſueto modo) tribuere videtur potentiæ: *Intende igitur, Pater, in tuum munus, cui ſanctificando nullius conſilium requiſiſti; ſed ipſe ſine vllo petitore, atque arbitro tantam contuliſti gratiam, quantam ante oracula diuina credere nemo potuiſſet*. Perpende illud: *nullius conſilium requiſiſti*; atque illud etiam; *ſine vllo petitore, atque arbitro*.

Germanus Patriarch. — B. Thom. de Villa noua. — D. Ambroſ.

Collige primò, quòd in inueſtigandis donis, & excellentijs Deiparæ ſæpiſſimè nulla alia ratio reddi poteſt, niſi quòd Deus potuit talem gratiam illi conferre, & conueniens erat, vt illam conferret; ergo de facto illam contuliſſe aſſerendum; quòd valdè notandum eſt.

Collige ſecundò, prædicta verba, à Virgine prolata, ſolidum eſſe fundamentum, cui innituntur multa Patrum dicta in laudem eiuſdem Virginis, cuiuſmodi eſt illa regula, tradita à Nicolao Monacho S. Albani, & S. Bernardi à ſecretis in epiſt. quæ eſt 9. inter epiſt. Petri Cellenſis lib. 9. *Multa præſumuntur de Virgine, quæ numquam leguntur; & præſumptionibus ſtandum eſt, donec probetur contrarium*. Idiotę etiam ſapientiſſimi dictum illud in contempl. Virginis c. 2. *Sanctorum omnium priuilegia eſſe in Maria, & neminem eſſe illa maiorem, niſi ſolum Deum*. Bernardi in epiſt. 175. *Quod vel paucis mortalium, conſtat, eſſe collatum, fas certè non eſt ſuſpicari, tantæ Virgini fuiſſe negatum*. Methodij in oratione de Purificatione: *Deus omnem matri gratiam, & bonorem impendit*. S. Bonauenturæ in ſpeculo c. 1. *Quantò humanæ conſuetudini inaudita, tantò Mariæ dignitati congrua*. Sancti Baſilij Seleuciæ Epiſcopi oratione de Annunciatione: *Qualem vim aduerſus omne morborum genus Virgini Matri collatam fuiſſe, putandum eſt, ſi talibus tanta miracula patrandi virtutem contulit Deus? Qualem educationis mercedē Parenti donaſſe, quantūq; chariſmatibus, & donis illam exornaſſe exiſtimandus eſt, ò ter*

Nicol. Monachus S. Albani. — Idiota. — D. Bernard. — Methodius. — D. Bonau. — D. Baſil. Seleuc. Epiſc.

A *Sacroſancta Virgo, de qua qui omnia illuſtria, & glorioſa dixerit, numquam is quidem à veritatis ſcopo aberrauit*. Ignatij, qui in epiſt. ad Ioan. appellat Mariam *Cæleſte prodigium*. Sancti Bernardini Senenſis, qui tom. 1. conci. 61. art. 1. c. 12. eam *Miraculorum miraculum* vocat. Chryſoſt. ferm. de Deipara: *Magnum re vera miraculum*. S. Ephrem in oratione de Deipara: *Aue, præſtantiſſimum vniuerſi orbis terræ miraculum*. Damaſceni oratione 1. de Natiuitate agentis: *O miraculum omnium miraculorum maximè nouum, & miraculorum officinam!*

S. Ignatius, S. Bernardin. S. Chryſoſt. S. Ephrem, S. Damaſcen.

Collige tertiò, quàm magna gratiarū, & virtutum dona, quàm ſublimia, & im-
B menſa priuilegia Virgini cōceſſerit Deus, vt illa adhùc magna appareant in conſpectu diuinæ omnipotentiæ: *Fecit mihi magna, qui potens eſt*. Ingens hic terræ globus, in quo tot montes eleuantur, tot flumina excurrunt, tot extenſæ planities, tot profundæ valles conſpiciuntur, ſi comparetur cum firmamento, nullius magnitudinis apparet, vt firmiſſimis demonſtrationibus probant Aſtronomi. At quę mēs, obſecro, vel quis intellectus nō dicam explicare, vel capere, ſed ne enarrare quidem poterit magnitudinem virtutum, donorum, gratiarum, & priuilegiorum Deiparæ Virginis, cùm hæc magna adhuc appareant coram ipſa Dei omnipotentia?
C *Fecit mihi magna, qui potens eſt*.

Magnitudo donorum, ac priuilegiorū Virginis.

Collige quartò, inter hæc magna compræhendi etiam immunitatem à peccato originali; hoc enim fuit magnum quid in Virgine.

Immunitas ab originali.

Et miſericordia eius à progenie in progenies.

QVAESTIO XIX.

Cùr Virgo facit hìc mentionem de miſericordia Dei.

D SVPPONO primò cum Diuo Thoma 1. par. q. 21. art. 1. & cæteris Theologis, in Deo propriè eſſe miſericordiam: nam hæc formaliter eſt voluntas ſubleuandi miſeriam; &, licèt hoc nomen miſericordia ſignificare videatur quendā affectum, ſeù diſplicentiam, & triſtitiam ob alienam miſeriam, tamen hæc triſtitia, ſeu compaſſio materialiter ſe habet, vt benè notat cum alijs Turrianus de fide, ſpe,

Turrianus.

ſpe, & charitate diſp. 79. dub. 1. quarè in A Deo eſt miſericordia formaliter, & non materialiter.

Suppono ſecundò, miſericordiam, & iuſtitiam in Deo non ſuſcipere magis & minus, ſed Deum æquè eſſe iuſtum, ac miſericordem. Immò in Deo inter iuſtitiam, & miſericordiã nulla eſt realis diſtinctio, ſed tantùm rationis ratiocinatæ: omnia enim in Deo identificantur, vbi non obuiat relationum oppoſitio. Verùm extrinſecè, ideſt, quò ad effectus, aliquandò videtur magis miſericors Deus, quàm iuſtus, quatenus plures effectus miſericordiæ, quàm iuſtitiæ operatur: & in hoc ſenſu dicitur: *Miſericors, & miſerator, & iuſtus*, Pſal. 111. bis enim miſericors nominatur, & ſemel iuſtus. Huc refertur illud etiam: *Miſerationes eius ſuper omnia opera eius*. Aliquandò verò etiam Deus magis iuſtus, quàm miſericors, quia magis paratus ad iuſtitiam, quàm ad miſericordiam exercendam: & in hoc ſenſu, Pſal. 93. nominatur Deus vltionum: *Deus vltionum Dominus: Deus vltionum liberè egit*.

Pſal. B

Suppono tertiò, ante Incarnationem Deum maximos effectus diuinæ iuſtitiæ oſtendiſſe. Inter alios celebris ille eſt, qui habetur Num. 25. vbi Deus populum Iſraeliticum grauiter mulctauit, quia cum alienis fœminis contra prohibitionem ſe coniunxit, ita, vt occiſi ſint viginti quatuor millia hominum: & tunc ſolùm cohibere viſus eſt Deus irã ſuam, quandò vnus è populo virum, & fœminã in actu venereo coniunctos vno pugionis ictu tranſfodit: vndè Sacer textus ait in cit. c. 25. *Phinees filius Eleazari filij Aaron ſacerdotis auertit iram meam à filijs Iſrael*: & hoc idem repetit Dauid, Pſal. 105. *Stetit Phinees, & placauit, & ceſſauit quaſſatio*. Sanè quòd duo in peccato mortali occidantur ſimul, videtur caſus valdè rigidus; & tamen tunc Deo placuit, &, vt dixi, diuinam iram auertit. Similiter Deus ante Incarnationem valdè velox ad puniendum erat. Angelos enim vix à debita Deo ſubmiſſione, & obedientia deficientes ad tartara detruſit, Adamumq; diuini præcepti tranſgreſſorem illicò è paradiſo voluptatis eiecit, ærumnoſæque vitæ, ac morti ſubiecit.

Num. C

Pſal.

D

Prima Concl. B.V. innuit, Deum antiquas iras, ac iuſtitiæ rigorè depoſuiſſe.

Dico primò, Virginem his verbis: *Et miſericordia eius à progenie in progenies*; celebrare miſericordiam Dei modo ſpeciali, indicando, Deum, quem in vtero geſtabat, iuſtitiæ rigorem iam depoſuiſſe, & non ampliùs vltionum Deum fore nominandum. Hinc eſt, quòd Iſai. 62. dicitur, & repetitur Matth. 21. *Ecce Rex tuus venit tibi manſuetus*: quò etiam reſpicit illud eiuſdem Iſai. 16. *Præparabitur in miſericordia ſolium Agno dominatori terræ, & ſedebit ſuper illud in veritate*: hoc enim ſolium eſt Beata Virgo, iuxta Bonauenturam in ſpeculo c. 8. Nota ad rem noſtrã, quòd, dum Filius Dei ſedet in hoc ſolio, nominatur Agnus, ideſt, mitis, & miſericors. Et Apocalyp. 5. *Ecce vicit leo de tribu Iuda, radix Dauid, aperire librum, & ſoluere ſeptem ſignacula eius: & vidi, & ecce in medio throni, & quatuor animalium Agnum ſtantem*. Aduerte, quòd Filius Dei appellatur leo, vt oſtendatur eius potentia, & fortitudo in proſternendis tartareis hoſtibus: cæterùm, nè aliquid ferocitatis leoninæ retinuiſſe videretur, dum facta eſt mentio de eodem Filio Dei, quatenus eſt de tribu Iuda, & de ſtirpe Dauid, ſcilicet, ex Virgine genitus, ſtatim nominatur Agnus: *Et ecce in medio throni, & quatuor animalium Agnum ſtantem*: nota ly, *in medio throni*, ideſt, in vtero Virgineo: quòd enim vterus Virgineus thronus appelletur, ex Patribus notauimus ſupra cap. præcedenti: &, præter ibi citatos, patet ex Iacobo in ſua liturgia ad Deiparam: *Tuũ vterum thronum fecit, & tuum ventrem latiorem, & ampliorem cælis reddidit*: & Epiphanio ſerm. de Deiparæ laudibus: *Dico, illam eſſe cælum, & thronum ſimul*: & ſic etiam nominatur à Diuo Bernardino t. 3. ſerm. 11. art. 3. & à D. Ildephonſo ſerm. 3. de Aſſumptione. Porrò, quòd Deus poſt Incarnationem magis propenſus ad miſericordiam exercendam videatur, res eſt ſatis nota ex hiſtoria Euangelica: & præcipuè Ioan. 8. vbi Scribæ, & Phariſæi mulierem in adulterio depræhenſam adduxerunt ad Chriſtum, & dixerunt ei: *Magiſter, hæc mulier modò deprahenſa eſt in adulterio: in lege autem Moyſes mandauit nobis huiuſmodi lapidare*: Chriſtus verò illam liberauit dicens: *Nec ego te condemnabo: vade, & iam noli ampliùs peccare*. Et eodem capite, dum Iudæi conuitijs prouocabant Chriſtum ad iuſtam vindictam, dicendo: *Nunc cognouimus, quoniam Dæmonium habes*; non ſolùm non punijt eos, ſed beneuolè ſic reſpondit: *Si quis ſermonem meum ſeruauerit, mortem non guſtabit in æternum*. Nolo hic ſilentio præterire, quod obſeruauit Origenes homil. vnica in lib. Reg. *Obſeruatum eſt*, inquit, *à prioribus noſtris, quòd in pſalmis tantummodò illis, qui attitulantur filijs Core, in ipſis ſolis nihil amaritudinis, vel auſteritatis videtur inſeri: ſed hoc eis quaſi diuino munere conceſſum eſt, vt nominis eorũ pſalmi ſemper læta quæque contineant*. Ita Origenes: Auguſtinus autem ſupra dictos pſalmos notat, quòd

Iſai. Matth. D.Bonau. Apocal. D.Iacob. D. Epiphan. D. Bernardin. D. Ildephōſus. Ioann. Origen. Auguſt.

per

per filios Core intelliguntur Chriſtifideles. Quo poſito, dico, quòd Spiritus Sanctus induxit Pſalmographum, vt nihil auſteritatis, aut amaritudinis miſceret in dictis pſalmis, vt innueret, in Lege Euangelica auſteritatem diuinæ iuſtitiæ ceſſaturam, quia Deus, ex quo in vtero Virgineo fuiſſet, futurus erat *Pater miſericordiarum*, *& Deus totius conſolationis, &c.*

Concluſ. sec. B. V. Deum laudat ab eius miſericordia.

Dico ſecundò, Virginem hic loqui de miſericordia Dei, vt illum laudet, & celebret. Ita enim Deo maximè poſt Incarnationem placet ſe miſericordem oſtendere, vt in hoc ſummoperè glorietur: vndè miſericordia Dei gloria ipſius nominatur: *Omnes peccauerunt, & egent gloria Dei*, inquit Apoſtolus ad Rom. 6. vbi accipitur gloria pro miſericordia; nam, qui peccauit, eget miſericordia, vt ſubleuetur à peccati miſeria. Hùc reſpicit Eccleſia, dum canit: *Gratias tibi agimus propter magnam gloriam tuam*, ideſt, propter magnã miſericordiam tuam; non enim aguntur gratiæ, niſi ob aliquod beneficium acceptum, miſericordia autem Dei eſt illa, quæ in nos beneficia confert. Et Num. c. 14. *Dimiſi iuxta verbum tuum: viuo ego, & implebitur gloria Domini vniuerſa terra:* quẽ locum ad rem noſtram egregiè exponit Oleaſter: *Audi*, inquit, *quaſi, qua gloria, vult Deus, omnem terram impleri: non gloria potentiæ ſuæ, qua cuncta creauit, non ſapientiæ, qua cuncta prudentiſſimè gubernat; ſed miſericordiæ, qua indefeſsè peccata remittit.*

Ad Rom.

Num.

Oleaſter.

Côcl. tertia. B. V. miſericordiæ Dei meminit, vt ad illius laudes, atque amorem excitet vniuerſos.

Pſal.

Dico tertiò, ideò etiam Deiparam mẽtionem hìc facere de miſericordia Dei, vt ad eius amorem, & ad illum laudandum excitet vniuerſos. Sic etiam Dauid, tamquam efficaciſſimum motiuum inducendi gentes ad benedicendum Deo, proponit æternam eius miſericordiam, pſal. 135. *Confitemini Domino, quoniam bonus, quoniam in æternum miſericordia eius, &c.* & alibi ſæpiſſimè. Et ſanè quis adeò profundè in peccatis dormit, qui non excitetur ad Deum maximè diligendum, dum intelligit, illum adeò eſſe miſericordem, vt nullum præſcripſerit terminum, aut numerum conſtituerit, quoties cõdonare velit peccata; ſed, poſtquam ſemel multa, & grauia peccata condonauit, remittat ſecundò totidem, & multò plura, & ſic tertiò indulgeat, nec ſolùm ſeptiès, ſed ſeptuagiès ſeptiès, ſcilicet, infinitiès: & quandò peccator ad eum ſtatum perueniſſe videtur, vt indignus omninò appareat miſericordia Dei, adhùc ab eadem miſericordia non deſeratur: *Numquid in æternum proijciet Deus, aut non apponet, vt*

A *complacitior ſit adhuc, aut in finem miſericordiã ſuam abſcindet?* inquit Dauid pſ. 76. quaſi dicat: forſan, quia peccator aliquãdò per grauiſſima, & ſæpiùs iterata peccata attigiſſe videtur finem malitiæ, Deus miſericordiam ſuam amouebit ab eo? abſit. Quod rectè ponderans S. Bernardus ſerm. fer. 4. hebdomadæ pœnoſæ, ait: *Vincent ne miſeriæ miſericordias, an miſericordiæ miſerias ſuperabunt? Vincant miſericordiæ tuæ antiquæ, Domine, &c.*

Pſal.

S. Bernard.

Timentibus eum.

B

QVAESTIO XX.

De quo timore hìc Beata Virgo loquatur.

NOTANDVM primò cũ Diuo Thoma ſecunda ſecundæ quæſt. 19. art. 1. ad primum, Deum immediatè non poſſe timeri; nam obiectum timoris eſt aliquod malum, Deus autem in ſe nullam continet rationẽ mali. Poteſt verò Deus timeri, in quantum ab ipſo, & per comparationem ad ipſum nobis aliquod malum C imminet: à Deo enim nobis imminet malum pœnæ, & per comparationem ad Deũ poteſt nobis prouenire malum culpæ, ſi ab eo ſeparemur (vt inquit idem S. Doctor) licèt talis ſeparatio à libera voluntate ſit in adultis, &c. Qui quidem timor bonus eſt; & de hoc loquitur Ierem. 10. *Quis non timebit te, ò Rex regum?* Et Malach. 1. *Si ego Dominus, vbi eſt timor meus?* Quod autem dicimus, Deum immediatè non poſſe timeri, intelligitur de *Deo* ipſo ſecundùm ſe, quia, ſi conſideretur *Deus*, vt appræhẽditur à nobis, ſic poteſt impius appræhendere *Deum*, tamquam malum, & illum timere, atque odio habere, ſicut idem impius, Iſai. 5. *Dicit bonum malum, & malum* D *bonum*.

D. Thom.

Ierem.

Malach.

Notandum ſecundò, quadrifariam diuidi timorem à Theologis cum *D.* Thom. ſecunda ſecundæ quæſt. 19. ar. 2. ſcilicet, in filialem, initialem, ſeruilem, & mundanũ. Timor filialis eſt reſpectu mali culpæ: ſicut enim proprium eſt filij timere, ne diſpliceat patri, non tam ob pœnã, aut aliud incommodum, quod ſibi indè timere poſſit, quàm ex naturali amore erga patrem, ratione cuius illi diſplicet, quidquid patri etiam diſplicet: ita proprium eſt iuſti timere malum culpæ, quia culpa Deo diſplicet,

D. Thom.

Timor quotuplex.

cet, eiuſq; bonitati, & amicitiæ opponitur. Timor initialis eſt reſpectu mali culpæ primariò; ſecundariò verò reſpectu mali pœnæ: quare ſpecie non differt à filiali, ſolùmq; connotat timorem ſeruilem, tamquam aliquid concomitans; nam in incipientibus eſſe ſolet timor pœnæ, qui poſteà, creſcente charitate, imminuitur, & euaneſcit. Timor ſeruilis eſt reſpectu mali pœnæ; & ſecundùm ſuam eſſentiam eſt bonus, vt patet ex Trid. ſeſſ. 6. c. 6. & can. 8. & ſeſſ. 14. c. 4. Et ratio eſt quia pœna eſt malum inconueniens naturæ rationali, & cōtra naturalem rectam inclinationem illius: ergo pœna rectè, & honeſtè timetur; ergo, cùm quis mouetur ad non peccandum, vel ad rectè operandum, ob timorem pœnæ, mouetur ob motiuum rectum, & ob finem honeſtum, ergo non peccare ob metum pœnæ eſt actus bonus, & honeſtus, ſicut etiam eſt actus bonus, & honeſtus operari ob ſpem præmij: neque enim pœna conſtituitur, tamquam finis vltimus, ſed ſolùm tamquam finis proximus, & ſecundarius, qui referri poteſt ad finem vltimum. Verum quidem eſt, quòd timor ſeruilis per accidens poteſt eſſe malus, ſi, ſcilicet, aliquis ita ob timorem pœnæ ceſſet à peccato, & ſeruet mandata, vt id non faceret, ſi non eſſet pœna, quia tunc remanet affectus aliquis ad peccatū, & pœna timetur, tamquam malum principale, & præfertur malo culpæ. Demùm timor mundanus propriè eſt ille, quo quis mundo, tamquam vltimo fini, innititur: vndè ille dicitur habere timorem mundanum, qui ita timet incommoda, & mala huius mundi, vt ad ea vitanda paratus ſit peccare: quarè oritur ex amore inordinato erga temporalia; id enim homo timet amittere, quod amat. Quamobrem malitia huius timoris conſiſtit in illa inordinatione, ſeù tendentia immoderata in cōmoda huius vitæ, & in fuga ſic inordinata incommodorum, vt ad illa euitanda paratus ſit recedere à iuſtitia: tunc enim adeſt tacita, ſeù implicita voluntas peccandi. De cætero verò ex ſe non eſt malum timere, vel pœnas corporis, vel alia mala, quæ poſſunt inſligi ab hominibus: naturale eſt enim homini fugere naturæ incommoda, & amare conuenientia, quia naturaliter homo ſe ipſum amat.

Trident.

Concluſio prima. B.V loquitur de timore ſeruili.

Dico primò, Virginem loqui de timore ſeruili. Probatur, nam miſericordiæ exercitium dicit ſubleuationem à miſeria, Virgo autem loquitur vniuerſaliter de miſericordia: ergo & vniuerſaliter de ſubleuatione à miſeria; ergo & de ſubleuatione etiam à peccato mortali per infuſionem gratiæ, ergo & de timore ſerui-

A li, qui, licèt poſſit aliquandò eſſe cum charitate, regulariter tamen ad eam diſponit, vt docet Triden. ſeſſ. 6. cap. 6. Vndè Auguſtinus tract. 9. in epiſt. 1. S. Ioannis comparat timorem ſeruilem ſetæ, qua filum inducitur; & ferro medici aperientis vlcus, vt ſanitas acquiratur, quia, ſcilicet, per illum paulatim charitas introducitur, quæ poſteà talem timorem expellit. Cæterùm, quòd hic timor ſeruilis ſit quædam diſpoſitio, vt peccator iuſtificetur à Dei miſericordia, probatur apertè ex illo Lucæ 23. *Neque tu times Deum*; ideò enim bonus ille latro ſocio ſuggeſſit timorem, vt, medio illo, ſe diſponeret ad hauriendam aquam diuinæ miſericordiæ, cuius fontes aperti, & proximi erant.

Trid. D.Auguſtin. Luc.

B Dico ſecundò, Virginem loqui etiam de timore filiali: nam, licèt hic timor eliciatur à virtute charitatis, & conſequenter ſupponat perſonam Deo amicam, tamen eſt diſpoſitio, per quam diuina miſericordia ſubleuat habentem talem timorem à multis miſerijs, & præcipuè præſeruat à lapſu in peccatum. Huc Diuus Paulus 2. ad Cor. 7. reſpicere videtur, dum nos ſic hortatur: *Perficientes ſanctificationem in timore Dei*: & conſonat illud Prou. 28. *Beatus homo, qui ſemper eſt pauidus*. Et è contra, qui caret tali timore, proximus eſt ad lapſum, vt patet exemplo Petri qui Matth. 26. *Etſi omnes*, aiebat, C *ſcandalizati fuerint in te, ego numquam ſcandalizabor: etſi oportuerit, me mori tecum, non te negabo*; & poſteà ſcandalizatus fuit, & Chriſtum negauit. Similiter & Dauid: *Ego dixi in abundantia mea; non mouebor in æternum* (pſal. 29.) *Auertiſti faciem tuam à me, & factus ſum conturbatus ad horam*. Auertit faciem ſuam Dominus à Dauid, quatenus illi efficacia auxilia ſubtraxit, & tantùm ordinaria reliquit: factus eſt conturbatus, quia in peccata incidit.

Concluſ. ſec. B.V. loquitur & de timore filiali. Ad Corinth. Prouerb. Matth. Pſal.

Dico tertiò, Virginem loqui etiam de timore initiali. Patet ex duabus præcedentibus concluſionibus; nam timor hic conſtat ex timore filiali, & ſeruili. Fauet D Gerſon ſuper *Magnificat* tract. 6. notula 1. *Scio, canente te, beatiſſima Virgo* (*teſte prophetico ſermone*) *quia beneplacitum eſt Deo ſuper timentes eum, & in eis, qui ſperant ſuper miſericordia eius; iungitur meritò ſpes de miſericordia ad timorem de iuſtitia: ſicut enim Nomen Domini redditur ſanctum, & ſuaue ſperantibus; ſed, ne dulcedo mellei ſpiritus plus comedat, quàm ſatis eſt, terror additur diſtrictioris iuſtitiæ, quaſi ſalis ad ſaporem*.

Concl. tert. Timor initialis. Gerſon.

Collige, quòd hoc loco Beata Virgo docet, humilem, & ſanctum timorem

Quàm neceſſarius ſit humilis, & ſanctus timor.

eſſe neceſſariam diſpoſitionem ad benignos diuinæ miſericordiæ influxus recipiendos. In arca fœderis, vt habetur
Exod. Exod. 25. duo erant Cherubim ita accommodati, vt ſe inuicem, verſis vultibus in propitiatorium, reſpicerent, & vtrumque propitiatorij latus tegerent extendentes alas. Hi verò Cherubim, vt affirmant antiquiſſimi Hebræi, & teſtantur etiam
Montanus, Bozius. Montanus lib. de antiq. ſacrif. & Bozius de ſignis Eccleſiæ, duæ erant effigies, altera pueri, puellæ altera. Per puerum igitur Chriſtus ſignificatur, per puellam verò Deipara, quia ambo diuino propitiatorio aſſiſtunt, hoc eſt, diuinam miſericordiam nobis propitiam reddunt. Porrò Chriſtus ex vno latere propitiatorium tegit, quia, dum miſericordiam diuinam oſtendit, ſimul timorem ſanctum incutit: vn-
Ioann. dè (Ioann. 5.) paralyticum, quem miſericorditer ſanarat, ad ſanctè timendum induxit, dicens illi: *Ecce ſanus factus es; iam noli peccare, nè deterius aliquid tibi contingat.* Ex altera verò parte Beata Virgo ſancto item timore cooperit diuinæ miſericordiæ propitiatorium, dum hic
Quàm vtilis ſit ſanctus, & humilis timor. canit: *Miſericordia eius à progenie in progenies, timentibus eum.* Et ſanè, quàm vtilis ſit ſanctus, & humilis timor, paſsim
D. Bernard. docent Patres. D. Bernardus ſerm. 54. in Cant. *In veritate didici, nihil eſſe adeò efficax ad gratiam promerendam, retinendam, & recuperandam, quàm ſi inueniaris omni tempore coram Deo nihil altum ſapere, ſed timere.* Et S. Chryſoſtomus homil. 25. in
Chryſoſt. Daniel. act. Apoſt. explicans illa verba Daniel. 4. *Conſilium meum placeat tibi, peccata tua eleemoſynis redime: forſitan ignoſcet Deus delictis tuis,* quibus verbis Daniel hortabatur Nabucodonoſor regem, vt libenter eleemoſynas largiretur, ait: *Hoc dixit non ambigens, ſed volens regem ampliùs terrere: ſi enim affirmando dixiſſet, negligentior factus eſſet; metus enim à dubitatione profectus magis impellit, & propter hoc certum, & manifeſtum non fecit.*

A

Fecit potentiam in brachio ſuo.

QVAESTIO XXI.

Quid intellexerit Beata Virgo per brachium.

VIDENDVM priùs, quid intelligatur per brachiũ; hoc enim eſt ſubiectum illius potentiæ, de qua mentionem facit Beata Virgo dicens: *Fecit poten-*
B *tiam in brachio ſuo.*

Beda tom. 7. homil. ſuper Euang. Lucæ in feſto Annunciat. Mariæ, ait: *In brachio ſuo, in ipſo Dei Filio, ſignificat; non quòd Deus Pater figura determinetur carnis humanæ, eiq; Filius, tamquam membrum corporis, hæreat; ſed quia omnia per ipſum facta ſunt, ideò brachium Domini dictus eſt: ſicut enim tuum brachium, per quod operaris, ſic Dei brachium dictum eſt eius Verbum, quia per Verbum operatus eſt mundum.* Beda.

Alij per brachium, volunt, intelligi Dei potentiam, eò quòd robur præcipuè in brachijs reperiatur. Ita Euthymius, & Euthymius,
alij, quos refert Benzonus lib. 3. in *Ma-* Benzonus.
C *gnificat* c. 12.

Dico, à Deipara per brachium hic intelligi Verbum incarnatum. Ita Titus Bo- Titus Boſtrenſ.
ſtrenſis ad cap. 1. Lucæ in Biblioth. Patrum tom. 4. vbi ait: *Patris namq; brachium eſt Filius, iuxta illud: Liberaſti in brachio tuo populum tuum. Per hunc igitur contra ſpiritales hoſtes, qui iam olim in genus noſtrum tyrannidem exercebant, victoriam obtinuit, triumphumq; erexit.* Hæc Titus citatus. Conſtat autem, per Verbum incarnatum hanc victoriam partam eſſe. Ita etiam
Auguſtinus tract. 53. in Ioan. Euſebius lib. Auguſtin.
3. de demonſt. euãgelica c. 2. & alij Patres, Euſebius.
quos refert Benzonus lib. 3. c. 12. & c. 14. dub. 1. §. octauo, vbi affert etiam illud Iſai. Iſai.
D 51. *In brachio meo gentes ſperabunt:* & c. 52. *Parauit Dominus brachium ſanctum ſuum in oculis omnium gentium.* Ratio huius metaphoræ eſt quia, ſicut brachium concurrit ad opus laborioſum, ita Chriſtus opus redemptionis laborioſum peregit. Vndè Pſal. 87. *In laboribus à iuuentute mea.* Pſal.

Obijcies: cùr opus redemptionis dicitur laborioſum, cùm fuerit opus ab amore Obiectio.
profectum, & perfectum? *Sic Deus dilexit mundum, vt Filium ſuum vnigenitũ daret:*
(Io. 3.) *Vt cognoſcat mũdus, quia diligo Patrẽ,* Ioann.

& ſicut mandatũ dedit mihi Pater, ſic facio. Certum quidem eſt, vt docet Diuus Auguſtinus lib. 13. confeſſ. quòd, qui amat, non laborat; omnis enim labor non amantibus grauis: ſolus amor eſt, qui nomen difficultatis erubeſcit. Atque hinc eſt, quòd in Canticis, dum commendantur pulchræ ſponſi partes, dicitur: *Caput eius aurũ optimum, &c.* de eius autem brachio nulla fit mentio, quia, nimirum, deſcribitur Chriſtus in perſona ſponſi amans; qui autem amat, non laborat; & ideò non laudatur ibi brachium, quia hoc ad opus laborioſum, non amoroſum videtur neceſſarium.

Auguſtin.

Cantic.

Reſponſio prima.

Reſpondeo primò, rectè opus redemptionis dici laborioſum, quia re vera in
B carne paſſibili Chriſtus pertulit labores. Vndè (Ioan. 4.) quandò venit in ciuitatem Samariæ, dicitur, quòd erat *Fatigatus ex itinere.* Verũ quidem eſt, quòd ipſi Chriſto amanti tales labores non erant oneroſi, ſed iucundiſſimi: *Labores enim amantiũ,* vt inquit idem Auguſtinus, *oneroſi nõ ſunt, ſed delectant: intereſt ergo, quid ametur, quia in eo, quod amatur, aut non laboratur, aut labor ipſe amatur.*

Reſponſio ſecunda. Quàm graue onus peccatum. Chryſoſt.

Reſpondeo ſecundò, opus redemptionis dici laborioſum, quia erigere hominẽ ſub graui pondere peccati iacentem labor cenſetur. Et quàm graue ſit onus peccatum, paſsim docent Patres. S. Chryſoſt. homil. de Iona tit. 1. loquens de eodem,
C quandò in naui dormiebat ſopore graui: *Sarcina,* inquit, *Propheta magis, magisq; grauabatur non corporis magnitudine, ſed peccati: nihil enim graue, & oneroſum inuenies, ac peccatum.* Diuus Antoninus de Padua ſerm. feriæ ſecundæ domin. ſecundæ quadrag. explicans illa verba: *Vos de deorſum eſtis: De deorſum,* ait, *eſtis, ideſt, onuſti ſarcina peccatorum eſtis deorſum deputati.* Hanc peccati grauitatem experiebatur Dauid, quandò, pſal. 37. clamabat: *Iniquitates meæ, ſicut onus graue, grauatæ ſunt ſuper me.* Ex quo

D. Antonin.

Pſal.

Collige, quòd Beata Virgo, dum Verbo incarnato nomen brachij tribuit, implicitè nos docet, quàm graue ſit peccati põdus, quia brachium Dei potentiſſimum
D requiritur ad erigendum hominem ſub tali pondere proſtratum.

Reſponſio tertia.

Reſpondeo tertiò, opus redemptionis dici laborioſum, nõ ex parte Chriſti amoroſè redimentis, vt probatur ex dictis in obiectione, ſed ex parte redimendorum obſtinatè reſiſtentium; hi enim, quantum in ipſis erat, laborioſum reddebant redẽptionis opus. Quod in ſpiritu prophetico videns Ieremias 8. *Numquid,* ait, *qui cadit, non reſurget, & qui auerſus eſt, non reuertetur? Quarè auerſus eſt populus iſte*

Ierem.

A *auerſione contentioſa?* Nota hoc, *contentioſa,* quia reluctatur humana libertas, dum à miſericordia Redemptoris noſtri inuitatur ad pœnitentiam. Audiendus eſt Chryſoſt. in opere imperfecto explicans illud Matth. 24. *Hieruſalem, Hieruſalem, quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos ſuos ſub alas, & noluiſti? Hieruſalem, Hieruſalem,* inquit, *quouſquè nunc luctata es contra miſericordiam meam tuis peccatis? nunc autem ipſam ſuperaſti:* & paulò poſt ſubjicit: *Inceſſabilibus enim iniquitatibus tuis miſericordia mea quaſi iam laſſata a propoſito ſuo defecit.* In Canticis verò non fit mentio de brachio, quia ibi cõſideratur Chriſtus, vt amoroſus Redemptor, ſic faciliter, & ſuaui cum labore operans: vndè etiam manus eius tornatiles appellantur.

Chryſoſt.

Fecit potentiam in brachio ſuo: diſperſit ſuperbos mente cordis ſui.

QVAESTIO XXII.

De qua potentia loquatur hîc Beata Virgo.

VARIAE expoſitiones legi poſſunt apud Auctores, & præcipuè apud Benzonum lib. 3. c. 14. dub. 2. & dub. 5.

Expoſitiones variæ. Benzonus.

Dico primò, Deiparam loqui de admirabili potentia, quæ erat in Chriſto patrandi opera miraculoſa viſibilia, & alias ſupernaturales operationes inuiſibiles, vti eſt peccatorum cõdonatio, & gratiæ collatio, vt patet Matth. 9. vbi Chriſtus de ſeipſo ſic teſtatur: *Vt autem ſciatis, quia Filius hominis in terra poteſtatem habet remittendi peccata, dixit paralitico: ſurge, & ambula:* quo miraculo viſo, *turbæ glorificabant Deum, qui dediſſet poteſtatem talem hominibus.* Et Lucæ 14. duo
D diſcipuli de Chriſto loquentes affirmabãt, illum fuiſſe potentem in opere, & ſermone. Ioan. 2. *Opera, quæ dedit mihi Pater vt faciam: ſi quorum poteſtatem habeo à Patre, ipſa ſunt, quæ teſtimonium perhibent de me:* & alibi ſæpè de hac poteſtate, & illius exercitio eſt ſermo in ſacris paginis. Ratio autem, cùr hæc poteſtas fuerit in Chriſto, eſt quia ille vt Redemptor noſter debebat à nobis agnoſci: ad ipſum autem manifeſtandum Redemptorem, ſcilicet, hominem, & Deum, ſimul requirebantur ſigna, & miracula, & poteſtas remittendi

B.V. loquitur de potentia Chriſti patrandi opera ſupernaturalia. Matth.

Luc.

Ioann.

peccata, vt innoteſceret, quòd pro ſaluandis peccatoribus veniebat. Sed

Quæſtiuncula. Quæres primò, an hanc poteſtatem Chriſtus habuerit, vt Deus, vel vt homo.

Solutio. Reſpondeo breuiter, nō habuiſſe Chriſtum hanc poteſtatem ſecundùm humanitatem ſimpliciter, ſed prout erat homo coniunctus Deo. Probatur: hæc poteſtas patrandi miracula viſibilia, & alia ſupernaturalia opera, ad gratiam ſpectantia, non eſt omnipotentia, vt dicemus; ergo non conueniebat Chriſto ratione deitatis. Quòd autem conueniret Chriſto, vt erat homo Deo coniunctus, patet, quia conueniebat illi ratione vnionis hypoſtaticę, per quam cùm filius Dei eſſet, cōueniens erat, vt talem ſe hominibus manifeſtaret; quod B factum eſt, medijs ſignis, miraculis, & virtutibus. Vndè Ioann. 1 *Vidimus gloriam eius, gloriam quaſi vnigeniti, &c.* quibus alludit ad claritatem Chriſti, quæ in eo apparuit, quando transfiguratus eſt.

Animaduerſio. Leo, Sophronius, Petr. Chryſolog. Aduerte, quòd, licèt Patres opera miraculoſa Chriſti videantur tribuere diuinitati; vt Leo epiſt. 20. c. 4. Sophronius, qui refertur in ſexta Synodo act. 11. Petrus Chryſologus ſerm. 33. tamen hi Patres, & alij exponendi ſunt, vt velint, quòd humanitas Chriſti vt ſic, & ex ſe non habeat talem poteſtatem, ſed illi data ſit à Deo, cui illa coniuncta fuit.

Quæſtio alia ſuborta. Quæres ſecundò, an hæc poteſtas fuerit omnipotentia communicata humanitati. C

Enodatur. Reſpondeo, omnipotentiam nec fuiſſe communicatam, nec potuiſſe cōmunicari ita, vt redderetur humanitas intrinſecè omnipotens. Ita D. Thom. 3. p. quæſt. 13. Alenſ. 3. p. q. 14. communiter Theologi in 3. diſt. 14. & ſequuntur Recentiores, qui etiam optimè aduertunt, de fide eſſe, quòd non fuerit communicata. Contrarium aſſerebant Sectarij impiè docentes, Chriſtum ſecundùm humanitatem eſſe omnipotentem, æternum, & omnia attributa habere, quæ ſunt propria naturæ diuinæ. Quem errorem pluribus confutat Illuſtriſſimus, & doctiſſimus Card. Bellarminus lib. de Chriſto. Et patet hæc veritas ex varijs Concilijs, & Patrum auctoritatibus. D In Concilio Chalced. act. 5. ita habetur: *Hunc vnum, eumdemq; Chriſtum Filium, Dominum, vnigenitum in duas naturas inconfusè, immutabiliter, indiuisè, inſeparabiliter cognoſcendum, in nullo naturarum differentias propter vnitatem perimendas, magis autem ſalua vtriuſque naturæ proprietate, & in vna coeunte perſona, &c.* In Concilio Lateranenſi ſub Martino I. can. 9. *Si quis,* dicitur, *non confitetur, propriè, & verè proprietates naturales deitatis Chriſti, & humanitatis indiminutè, & ſine defectione eſſe*

(Margin: D. Thom. Alenſ. & alij. — Bellarmin. — Cōcil. Chalcedon. — Concil. Lateran.)

A *ſaluatas, ſit condemnatus.* Idem habetur in ſexta Synodo act. 4. ſub Agatone, & in alijs Concilijs, & Pontificijs oraculis. Cùm ergo conſtet ex veritate catholica, quòd in Chriſto natura diuina habeat omnia, quæ diuina ſunt, & humana, quæ humana ſunt abſque peccato, omnipotentia autem ſit proprietas diuinitatis; conſequenter dicendum eſt, in Chriſto fuiſſe omnipotentiam ratione diuinitatis, non ratione humanitatis. Sexta Synodus.

Quòd verò implicet, omnipotentiam communicari intrinſecè, & formaliter humanitati, aut alij creaturæ, probatur. Nā, vel concipimus omnipotentiā alicui creaturæ communicari ſic poſſe, vt illa creatura per communicatam omnipotentiam intrinſecè, formaliter, & propriè ſit omnipotens per aliquid creatum, diſtinctum ab omnipotentia Dei, vt ſint quodammodò duæ omnipotentiæ, Dei altera, altera creaturæ; hoc autem dicit implicantiam, quia duo ſunt de conceptu eſſentiali potentiæ, vnum ex parte obiecti, ſcilicet, vt reſpiciat omnia poſſibilia, tamquam obiectum, circa quod operari poſſit; aliud ex parte modi operandi, vt non ſuperetur ab vlla potentia, nec alterius potentiæ adiutorio egeat; talis enim adiutorij indigentia deſtrueret rationem omnipotentię: ſed implicat in creatura hæc duo reperiri; ergo, &c. Minor probatur: implicat, vt creatura poſſit ſeipſam creare; ergo implicat, vt potentia communicata creaturæ ferri poſſit in omne poſſibile. Similiter implicat, quòd creatura non indigeat diuina omnipotentia, cōcurrente ad ſecum operandum, quia, ſicut ens creatum pendet eſſentialiter in eſſe ab ente increato; ita ab eo pendet eſſentialiter in operari, nam etiam operari eſt quoddam ens. Vel poteſt intelligi, quòd creatura aliqua intrinſecè, formaliter, & propriè ſit omnipotēs per omnipotentiam ipſam met diuinam, coniunctam intrinſecè, & eſſentialiter cōmunicatam: & hoc etiam inuoluit repugnantiam. Nam, cùm omnipotentia diuina ſit eſſentialiter Deus, ſi hęc alicui creaturæ eſſentialiter, propriè, & intrinſecè communicaretur, eſſentialiter, intrinſecè, & propriè hæc eſſet Deus, & ſic ens creatum etiam increatum.

Obiectio. Obijcies: omnipotentia Dei eſt idem, quod diuina entitas, & natura, & conſequenter eſt cum ſubſiſtentia diuina: ſed hæc eſt communicata naturę humanæ; ergo, & omnipotentia erit eidem naturæ communicata.

Reſponſio Alenſis. Reſpondet Alenſis 3. p. quæſt. 14. memb. 2. dupliciter poſſe omnipotentiam conſiderari. Vno modo identicè, & vt idem

eſt,

eſt, quod diuina entitas, & natura,& conſequenter etiam cum diuina ſubſiſtentia: & hoc pacto, ait, communicatam eſſe humanitati, ſed ſub ratione ſubſiſtentiæ, cuius communicatio conſiſtit in terminatione hypoſtatica naturæ aſſumptæ. Alio modò conſideratur omnipotentia formaliter ſub ratione omnipotentiæ, quo pacto, nec eſt communicata, nec communicari potuit ob rationes dictas. Ratio autem, cùr ſubſiſtentia diuina communicari poſſit in terminatione hypoſtatica naturæ aſſumptæ, non autem poſſit omnipotentia diuina formaliter, & intrinſecè cõmunicari naturę creatæ aſſumptę, eſt quia natura humana, verbi gratia, eſt complebilis ab aliqua ſubſiſtentia, per quam perſonaliter reddatur incommunicabilis,ſiuè hæc ſubſiſtentia ſit creata, ſiue increata, & non ex eo, quòd ipſa increata ſubſiſtentia Verbi terminat naturam diuinam,tollitur, quin eius virtus terminandi poſſit etiam terminare naturam humanam; ſicut quòd natura diuina communicetur Filio, non obſtat, quin etiam communicari poſſit Spiritui Sancto, quia, licèt terminando naturam diuinam adęquetur intenſiuè, non tamen adæquatur extenſiuè: at natura creata non eſt perfectibilis per receptionem diuinæ omnipotentiæ, nec eſt illius capax ob rationes dictas; ergo implicat, vt illi intrinſecè communicetur.

Aduerte primò,certum eſſe,quòd Chriſtus fuit omnipotens formaliter,& intrinſecè, quia, cùm Chriſtus in recto dicat perſonam in duabus naturis, humana, & diuina ſubſiſtentem, verificantur de illo prædicata, quæ ſunt propria vtriuſque naturæ, quia de quocumque ſuppoſito poſſunt ea attributa prædicari,quæ ſunt propria formarum, quæ in tali ſuppoſito reperiuntur: vndè verè, & realiter Petrus dicitur congregatiuus viſus, ſi ſit niger. Cùm igitur omnipotentia ſit proprietas naturæ diuinæ, poterit veriſſimè de Chriſto prædicari,quia Chriſtus eſt Deus. Verùm ea prædicatio ſaluatur in Chriſto ratione diuinitatis, non humanitatis, ſicut Petrus dicitur congregatiuus viſus, ratione nigredinis, & non ratione aliarum formarum: vndè veriſſimum eſt, naturæ humanæ in Chriſto communicatam fuiſſe omnipotentiam per communicationem idiomatum, per quam attributa vnius naturæ de alia prædicantur, dummodò nomina ſint concreta, vt cum S.Thom.optimè notat Vaſq. in 3.p. diſp.58.c.1.num.5. qui & in hoc ſenſu explicat illud Gloſſę ordinariæ in illa verba Lucæ: *Hic erit magnus*: vbi ſic loquitur ipſa Gloſſa: *Non quòd ante partum Virginis magnus non* D.Thom. Vaſquez.

A *fuerit, ſed quia potentiam, quam Filius Dei naturaliter habet, homo ex tempore erat accepturus, vt vna ſit perſona homo, & Deus: Ac ſi diceret*, inquit Vaſquez, *quia erit in vna perſona, dicetur habere eamdem omnipotentiam*.

Quæres tertiò, an humanitas Chriſti habuerit omnipotentiam ſibi aſſiſtentem, & paratam ad quoſcumque effectus præſtandos, quos Chriſtus voluiſſet. Noua quæſtio.

Reſpondeo affirmatiuè. Ita Palud. q. 3. diſt. 14. & alij: & ſequuntur communiter Recentiores. Si enim veriſſimè D. Paulus ad Epheſ. 6. dicebat: *Omnia poſſum in eo, qui me confortat*: & Dauid pſal.17. *In Deo meo tranſgrediar murum*; quantò magis B illa beata humanitas dicere poterat: omnia poſſum in Deo, qui nihil mihi poterit denegare, cùm me ad talem dignitatem extulerit, vt iungar Deo. Et hoc voluit dicere Nicetas lib. 3. Theſ. c.38. nu.5. vbi ſic loquitur: *Humanitas, quæ per coniunctionem in vna, eademq; perſona aſſumpta eſt, ex ipſa coniunctione, & communicatione effecta diuina eſt, ſtatimq; ab humanæ naturæ terminis non recedens, excellentes, & magnificas diuinitatis dotes accepit, vt & vitam tribueret, & eſſet omnipotens, & omnia cerneret*. Explanatio. Paludanus. Ad Epheſ. Pſal. Nicetas.

Variæ quæſtiones hic diſputari poſſent, verbi gratia,de termino potentiæ Chriſti; phyſicè ne, an moraliter concurreret humanitas ad miracula patranda; an vnio C hypoſtatica fuerit ratio Chriſti humanitati faciendi miracula: ſed tacitus hæc prætereo, nè à propoſito tramite nimiùm digredi videar, maximè cùm hæc omnia exactè à Recentioribus in tractatu de Incarnatione diſputentur. Proſequar ergo examinare, an etiam in alio ſenſu Virgo protulerit illa verba: *Fecit potentiam in brachio ſuo*. Quarè

Dico ſecundò, per *potentiam* intelligi hic à Virgine miſericordiam, quam Pater oſtendit, tum in Incarnatione, tum in conuerſione peccatorum; quaſi dicat: demonſtrauit miſericordiã in brachio, ideſt, in Verbo incarnato, per quod mundum redemit: & *ſuperbos*, ideſt, peccatores D (nam initium omnis peccati eſt ſuperbia. *Non veniat mihi pes ſuperbiæ: ibi ceciderunt, qui operantur iniquitatem*, Pſal. 35.) *diſperſit*, ſeù deſtruxit, efficiendo, vt tales eſſe deſinerent. Fauet nobis Didacus Baeza tom.1.lib.1.c.19. §.9. qui exponit hunc locum in dicto ſenſu; ait enim: *Vbi autem fecit potentiam in brachio ſuo, quid maius operatur, nimirum, quòd diſperſerit ſuperbos mente cordis ſui, hoc eſt, quòd ſuperborum mentes ſalubri contritione tranſmutauerit in humilitatem*. Probatur hæc expoſitio, quia Per potentiã etiam intelligitur à B.V. Dei miſericordia. Pſal. Baeza.

quia in ſacris paginis potentia quandoquè accipitur pro miſericordia. Sap. 9. nu. 24.

Sap.

Miſereris omnium, quia omnia potes: & cùr non dixit, quia es miſericors, niſi quòd idem ſonat poſſe, & miſereri? Ad Rom. 9. num. 22. *Volens notam facere potentiam ſuam ſuſtinuit in multa patientia.* Et ipſa met Eccleſia canit: *Deus, qui omnipotentiam tuam. parcendo maximè, & miſerando, manifeſtas:* quo in loco potentia ſignificar miſericordiam, cùm agatur de Verbo incarnato, & de opere redemptionis, quod eſt opus miſericordiæ. Porrò multiplex ratio aſſignari poteſt, cùr miſericordia Chriſti appelletur nomine potentiæ.

Ad Roman.

Prima eſt quia iuſtificatio peccatoris eſt opus potentiæ: eſt enim maius opus, quàm creatio rei naturalis: nam per iuſtificationem fit gratia, quæ eſt bonum ſupernaturale, excedens omnes res naturales: & in hoc ſenſu dixit Diuus Auguſtinus tract. 22. *Maius eſſe ex impio fieri iuſtum, quàm creare cælum, & terram.* Secunda eſt quia miſericordia Chriſti talis eſt, vt veluti certamen ineat eum noſtris miſerijs, & ſemper præualeat. Et ſanè conſtat ex hiſtorijs euangelicis, Chriſti miſericordiã victoriam ſæpiùs reportaſſe de humana miſeria, vel malitia. Ioan. 6. eſurientium quinque millia hominũ quinque panibus, & duobus piſcibus Chriſti miſericordia ita ſatiauit, vt fragmenta, tamquam victoriæ trophæa, ſuperarint. Quod pro re noſtra optimè aduertit Euſebius dominica 4. quadrageſimæ: *Certamen fit inter panes, & homines: homines manducant, panes creſcunt: vincunt panes, ſuperantur homines: illi ſufficiunt, iſti deficiunt: niſi enim manducare homines ceſſaſſent, fortaſſe in infinitum panes creſcerent, &c.* Dixit Chriſtus Iudæis, Ioann. 2. *Soluite templum hoc, & in triduo readificabo illud:* quaſi diceret: ſi malitia veſtra voluerit cum mea miſericordia contendere, ſanè malitiæ veſtræ ſummus conatus erit, ſi, me permittente, hoc mei corporis templum ſoluet, ideſt, mortem mihi inferet: ſed vincet ne ob id malitia veſtra? Minime verò: nã adhuc miſericordia mea inuicta triumphabit: etenim *in triduo readificabo illud,* ideſt, tertia die reſurgam, idq; in veſtram vtilitatem (reſurrectio enim Chriſti eſt ſummum beneficium, quia ſine reſurrectione inanis eſſet fides noſtra.) Pendebat è Cruce Chriſtus dirè ab impijs hoſtibus vulneratus, ſputis deformatus, contumelijs affectus; & pro illis nihilominus orat: *Pater, dimitte illis; non enim ſciunt, quid faciunt,* Lucæ 23. en Chriſti miſericordia victoriam reportans de ſumma Iudæorum

Cùr Chriſti miſericordia potentia appelletur.

Iuſtificatio peccatoris maius opus eſt, quàm creatio cæli, & terræ.

D. Auguſtin.

Euſebius.

Ioan.

Luc.

A malitia: quod egregiè ponderat Arnoldus Carnotenſis: *Pro inimicis ad Patrem conuertitur, &, charitatis argumento prolato in medium, inauditum dicendi genus nouus orator aſſumit; & inimicorum cauſam allegans, ipſis inuitis, atque negligentibus, parti contrariæ ſuffragatur; &, vtrum plus poſſit peccatum, quam iuſtitia, Deo Patri quæſtionem proponit; & ediſſerit, eſſe inconueniens, vt amplioris ſit virtutis delictum, quam donum, & præualeat malitia bonitati, & perditio ſaluti: cùm enim ipſe ad hoc nitatur, vt ſaluentur, Iudæi adhoc vt damnẽtur, plus debet apud Deum poſſe Filij charitas, quam populi cæcitas.* Sed

Arnold. Carnot.

Obijcies, quòd, miſericordiã diuinam, B ſuprà ex Diuo Chryſoſt. affirmauimus, aliquandò laſſari, & vinci à peccatoribus obſtinatis.

Obiectio.

Reſpondeo, in vno ſenſu vinci, quatenus Deus cogitur exercere iuſtitiam: ſed ſemper miſericordia eſt victrix, quia punit citra condignum: *Cùm iratus fueris, miſericordia recordaberis.*

Reſpõdetur.

Ratio tertia, ob quam miſericordia Chriſti dicitur potentia, eſt quia etiam diuinam iuſtitiam ſuperare videtur, dum illius effectum impedit: ſæpè enim miſericordia Chriſti eſt cauſa, vt iuſtitia diuina non infligat pœnas peccatis debitas.

Quarta eſt quia potenter Deus fecit miſericordiam, dum eiecit Principem mundi foras: & ideò ſubdit Beata Virgo: C *Depoſuit potentes de ſede,* ſcilicet, Dæmones dominantes in mundo: *Et exaltauit humiles,* ſcilicet, ſubleuando à miſeria, & captiuitate Dæmonis homines, qui ob talem captiuitatem humiles, ideſt, viles erant.

Dico tertiò, B. Virginem loqui etiam de admirabili potentia, & miſericordia, per quàm ipſa fuit præſeruatiuè redempta, vt diximus in cap. de Conceptione. Et ſanè accommodata videtur hæc metaphora brachij ad oſtendendam præſeruationem à lapſu: ſolent enim homines nè labantur, brachio al cuius inniti. Et ad rem D Cant. 8. dicitur de Virgine, quòd erat innixa ſuper Dilectum ſuum. Fauet etiã modus loquendi Sacræ Scripturæ: nã, cùm loqueretur Deus de redemptione præſeruatiua Iſraelis à miſera captiuitate Pharaonis, quam de nouo ſubijſſent Iſraelitæ, niſi ſubmerſus fuiſſet in mari rubro Pharao, Exod. 6. dixit: *Redimam in brachio excelſo:* cùm autem de redemptione ſubleuatiua ſermonem habet ibidem, alio loquendi modo vtitur, ſcilicet: *Eruam de ſeruitute, &c.*

B. V. loquitur & de potentia, ac miſericordia, qua fuit præſeruatiuè redempta.

Cantic.

Exod.

Aduerte, quòd, licèt Virgo locuta ſit in præterito: *Fecit potentiam, &c.* & nos multa

Animaduerſio.

A multa diximus in explicatione, quæ nõdum erant adimpleta, quandò Virgo ſic cecinit, ſed poſteà adimpleta fuerunt; hoc nihilominus non obſtat, quia ſæpè Prophetæ præteritum ponunt pro futuro propter firmam, atque indubitatam eius, quod prædicitur, certitudinem. Vndè etiam in noſtro loquendi modo, quandò volumus affirmare, quòd aliquid certò fiet, dicimus, iam factum eſt. Facit pro hac re illud Annibalis apud Liuium: *Si tales animos in prælio habetis, quales hic oſtenditis, vicimus.* Quòd ſi exempla Sacræ Scripturæ de huius veritate deſideras, Pſal. 18. nu. 5. dicitur: *In omnem terram exiuit ſonus eorum*: ſed ad Rom. 10. nu. 18. Paulus hoc interpretatur de Apoſtolis: ergo *exiuit* præteritum pro futuro exibit ſumitur. Similiter & Pſal. 21. n. 17. dicitur: *Foderunt manus meas, & pedes meos*: num. 19 *Diuiſerunt ſibi veſtimenta mea*: & Pſal. 68. n. 22. *Dederunt in eſcam meam fel, & in ſiti mea potauerunt me aceto*: quæ verba non erant adimpleta eo tempore, quo prolata fuerunt, (nam de Chriſto ex communi, & vera ſententia intelliguntur) ſed poſteà, multis elapſis annis. Et hoc eſt valdè aduertendum pro alijs explicationibus, quas ſubijciemus.

Liuius. Pſal. Ad Roman.

B

Depoſuit potentes de ſede.

C

QVAESTIO XXIII.

De quibus potentibus loquatur hìc Beata Virgo.

Pro potentibus Dæmones intelliguntur.

DICO primò, Beatam Virginem loqui de Dæmonibus, qui in hoc mundo, veluti in ſede, dominabantur, & victoriam iactabant, quam de Adam, atque adeò de toto humano genere reportarant. Iſtorum enim imperium Chriſtus deſtruxit, & audaciam cohibuit: vndè ait, Ioan. 12. *Nunc princeps huius mundi eijcietur foràs: Ero morſus tuus, inferne.*

Ioan.

D

Intelliguntur & Reges, ac Principes huius mundi.

Dico ſecundò, B. V. loqui etiam de Regibus, & Principibus huius mundi, qui ſæpè fuerunt regno priuati, quia iuſtos, & pauperes opprimebant. In hoc enim elucet potentia, & miſericordia Dei. Potentia, quia illi, qui humano iudicio videbantur firmiſſimè ſceptrum detinere, & in tutiſſimo throno reſidere, fuerunt derepentè regno, & imperio ſpoliati, vt patet de Balthaſare, Nabucodonoſor, & alijs Regibus. Elucet & miſericordia, quia populi per hoc à tyrãnide liberati, &c. Placet hic referre, quod Philo lib. quòd Deus ſit immutabilis, de rerum humanarum volubili ſtatu ſcripſit: *Verbum diuinum choreas in orbem duxit, quod vulgus hominum fortunam vocat, & omnes gentes circumluſtrando, nunc his, nunc illis imperia, vel tribuit, vel adimit.*

Philo.

Obſtinatè ſuperbi, & faſtu nimio tumidi.

Dico tertiò, Beatam Virginem ſermonem quoque hic habere de ijs, qui obſtinata ſuperbia, & nimio faſtu ſunt repleti; hos enim Deus deijcere ſolet ad ima.

Innuitur & immunitas in B. V. ab originali.

Dico vltimò, per hæc verba: *Depoſuit potentes de ſede*: innuere ſimul Beatã Virginem, ſe à peccato originali fuiſſe præſeruatam, & à fomite illius omninò exemptam. Cùm enim peccatum originale ſit veluti ſedes, in qua Dæmones reſidentes potenter tentant homines, quos ad peccandum ob eiuſdem peccati originalis fomitem valdè propenſos reperiunt, conſtat, quòd ab hac ſede fuerunt depoſiti, quatenus Maria fuit à peccato originali præſeruata, & in ea penitùs extinctus fomes.

Et exaltauit humiles.

QVAESTIO XXIV.

Quinam nomine humilium hìc intelligantur.

Dæmonum ſeruituti ſubiecti.

DICO primò cum Cyrillo, per humiles hoc in loco intelligi à Beata Virgine homines, qui ante Chriſti aduentum miſerã Dæmonis ſeruitutem ſubibant. Hæc concluſio ſequitur ex prima concluſione quæſtionis præced. Nam, ſi per potentes intelliguntur Dæmones, qui fuerunt de poteſtatis ſede depoſiti, ſequitur, quòd humiles exaltati ſint illi, qui miſera Dæmonum captiuitate opprimebantur: hi enim exaltati dicuntur, tum quia libertatem ſunt aſſecuti, cùm etiam, quia natura humana adeò exaltata eſt, vt diuino Verbo hypoſtaticè ſit vnita.

Homines infimæ conditionis.

Dico ſecundò, Beatam Virginem per humiles etiam hic intelligere homines infimæ conditionis, qui interdum ad regna, & dignitates ſublimes aſſumuntur à Deo; in quo, & miſericordia, & potentia Dei elucet magnoperè. Vndè inter diuinas laudes hæc præcipuè ponitur, 1. Reg. 20.

Reg.

Suſcitat

Sap. — Ad Roman.

quia in ſacris paginis potentia, quandoquè accipitur pro miſericordia. Sap. 9. nu. 24. *Miſereris omnium, quia omnia potes:* & cùr non dixit, quia es miſericors, niſi quòd idem ſonat poſſe, & miſereri? Ad Rom. 9. num. 22. *Volens notam facere potentiam ſuam ſuſtinuit in multa patientia.* Et ipſa met Eccleſia canit: *Deus, qui omnipotentiam tuam, parcendo maximè, & miſerando, manifeſtas:* quo in loco potentia ſignificat miſericordiam, cùm agatur de Verbo incarnato, & de opere redemptionis, quod eſt opus miſericordiæ. Porrò multiplex ratio aſſignari poteſt, cùr miſericordia Chriſti appelletur nomine potentiæ.

Cùr Chriſti miſericordia potentia appelletur. — Iuſtificatio peccatoris maius opus eſt, quàm creatio cæli, & terræ. — D. Auguſtin.

Prima eſt quia iuſtificatio peccatoris eſt opus potentiæ: eſt enim maius opus, quàm creatio rei naturalis: nam per iuſtificationem fit gratia, quæ eſt bonum ſupernaturale, excedens omnes res naturales: & in hoc ſenſu dixit Diuus Auguſtinus tract. 22. *Maius eſſe ex impio fieri iuſtum, quàm creare cælum, & terram.* Secunda eſt quia miſericordia Chriſti talis eſt, vt veluti certamen ineat cum noſtris miſerijs, & ſemper præualeat. Et ſanè conſtat ex hiſtorijs euangelicis, Chriſti miſericordiã victoriam ſæpiùs reportaſſe de humana miſeria, vel malitia. Ioan. 6. eſurientium quinque millia hominũ quinque panibus, & duobus piſcibus Chriſti miſericordia ita ſatiauit, vt fragmenta, tamquam victoriæ trophæa, ſuperarint. Quod pro re noſtra optimè aduertit Euſebius dominica 4. quadrageſimæ:

Euſebius.

Certamen fit inter panes, & homines: homines manducant, panes creſcunt: vincunt panes, ſuperantur homines: illi ſufficiunt, iſti deficiunt: niſi enim manducare homines ceſſaſſent, fortaſſè in infinitum panes creſcerent, &c. Dixit Chriſtus Iudæis, Ioann. 2. *Soluite templum hoc, & in triduo reædificabo illud:* quaſi diceret: ſi malitia veſtra voluerit cum mea miſericordia contendere, ſanè malitiæ veſtræ ſummus conatus erit, ſi, me permittente, hoc mei corporis templum ſoluet, ideſt, mortem mihi inferet: ſed vincet ne ob id malitia veſtra? Minime verò: nã adhuc miſericordia mea inuicta triumphabit: etenim *in triduo reædificabo illud*, ideſt, tertia die reſurgam, idq; in veſtram vtilitatem (reſurrectio enim Chriſti eſt ſummum beneficium, quia ſine reſurrectione inanis eſſet fides noſtra.) Pendebat è Cruce Chriſtus dirè ab impijs hoſtibus vulneratus, ſputis deformatus, contumelijs affectus; & pro illis nihilominus orat: *Pater, dimitte illis; non enim ſciunt, quid faciunt*, Lucæ 23. en Chriſti miſericordia victoriam reportans de ſumma Iudæorum

Ioan.

Luc.

A malitia: quod egregiè ponderat Arnoldus Carnotenſis: *Pro inimicis ad Patrem conuertitur, &, charitatis argumento prolato in medium, inauditum dicendi genus nouus orator aſſumit; & inimicorum cauſam allegans, ipſis inuitis, atque negligentibus, parti contrariæ ſuffragatur; &, virum plus poſſit peccatum, quam iuſtitia, Deo Patri quæſtionem proponit; & ediſſerit, eſſe inconueniens, vt amplioris ſit virtutis delictum, quam donum, & præualeat malitia bonitati, & perditio saluti: cùm enim ipſe ad hoc nitatur, vt ſaluentur, Iudæi adhoc vt damnētur, plus debet apud Deum poſſe Filij charitas, quam populi cæcitas.* Sed

Arnold. Carnot.

Obiectio.

Obijcies, quòd, miſericordiã diuinam, B ſuprà ex Diuo Chryſoſt. affirmauimus, aliquandò laſſari, & vinci à peccatoribus obſtinatis.

Reſpõdetur.

Reſpondeo, in vno ſenſu vinci, quatenus Deus cogitur exercere iuſtitiam: ſed ſemper miſericordia eſt victrix, quia punit citra condignum: *Cum iratus fueris, miſericordiæ recordaberis.*

Ratio tertia, ob quam miſericordia Chriſti dicitur potentia, eſt quia etiam diuinam iuſtitiam ſuperare videtur, dum illius effectum impedit: ſæpè enim miſericordia Chriſti eſt cauſa, vt iuſtitia diuina non infligat pœnas peccatis debitas.

Quarta eſt quia potenter Deus fecit miſericordiam, dum eiecit Principem mundi foras: & ideò ſubdit Beata Virgo: C *Depoſuit potentes de ſede*, ſcilicet, Dæmones dominantes in mundo: *Et exaltauit humiles*, ſcilicet, ſubleuando à miſeria, & captiuitate Dæmonis homines, qui ob talem captiuitatem humiles, ideſt, viles erant.

B. V. loquitur & de potentia, ac miſericordia, p qua fuit præſeruatiuè redempta.

Dico tertiò, B. Virginem loqui etiam de admirabili potentia, & miſericordia, per quàm ipſa fuit præſeruatiuè redempta, vt diximus in cap. de Conceptione. Et ſanè accommodata videtur hæc metaphora brachij ad oſtendendam præſeruationem à lapſu: ſolent enim homines nè labantur, brachio alicuius inniti. Et ad rem D Cant. 8. dicitur de Virgine, quòd erat innixa ſuper Dilectum ſuum. Fauet etiã modus loquendi Sacræ Scripturæ: nã, cùm loqueretur Deus de redemptione præſeruatiua Iſraelis à miſera captiuitate Pharaonis, quam de nouo ſubijſſent Iſraelitæ, niſi ſubmerſus fuiſſet in mari rubro Pharao, Exod. 6. dixit: *Redimam in brachio excelſo:* cùm autem de redemptione ſubleuatiua ſermonem habet ibidem, alio loquendi modo vtitur, ſcilicet: *Eruam de ſeruitute, &c.*

Cantic.

Exod.

Animaduerſio.

Aduerte, quòd, licèt Virgo locuta ſit in præterito: *Fecit potentiam, &c.* & nos multa

multa diximus in explicatione, quæ nõdum erant adimpleta, quandò Virgo ſic cecinit, ſed poſteà adimpleta fuerunt; hoc nihilominus non obſtat, quia ſæpè Prophetæ præteritum ponunt pro futuro propter firmam, atque indubitatam eius, quod prædicitur, certitudinem. Vndè etiam in noſtro loquendi modo, quandò volumus affirmare, quòd aliquid certò fiet, dicimus, iam factum eſt. Facit pro hac re illud Annibalis apud Liuium: *Si tales animos in prælio habetis, quales hic oſtenditis, vicimus.* Quòd ſi exempla Sacræ Scripturæ de huius veritate deſideras, Pſal. 18. nu. 5. dicitur: *In omnem terram exiuit ſonus eorum:* ſed ad Rom. 10. nu. 18. Paulus hoc interpretatur de Apoſtolis: ergo *exiuit* præteritum pro futuro exibit ſumitur. Similiter & Pſal. 21. n. 17. dicitur: *Foderunt manus meas, & pedes meos:* num. 19 *Diuiſerunt ſibi veſtimenta mea:* & Pſal. 68 n. 22. *Dederunt in eſcam meam fel, & in ſiti mea potauerunt me aceto:* quæ verba non erant adimpleta eo tempore, quo prolata fuerunt, (nam de Chriſto ex communi, & vera ſententia intelliguntur) ſed poſteà, multis elapſis annis. Et hoc eſt valdè aduertendum pro alijs explicationibus, quas ſubijciemus.

Liuius.

Pſal.

Ad Roman.

Depoſuit potentes de ſede.

QVAESTIO XXIII.

De quibus potentibus loquatur hic Beata Virgo.

Pro potentibus Dæmones intelliguntur.

DICO primò, Beatam Virginem loqui de Dæmonibus, qui in hoc mundo, veluti in ſede, dominabantur, & victoriam iactabant, quam de Adam, atque adeò de toto humano genere reportarant. Iſtorum enim imperium Chriſtus deſtruxit, & audaciam cohibuit: vndè ait, Ioan. 12. *Nunc princeps huius mundi eijcietur foras: Ero morſus tuus, inferne.*

Ioan.

Intelligũtur & Reges, ac Principes huius mundi.

Dico ſecundò, B. V. loqui etiam de Regibus, & Principibus huius mundi, qui ſæpè fuerunt regno priuati, quia iuſtos, & pauperes opprimebant. In hoc enim elucet potentia, & miſericordia Dei. Potentia, quia illi, qui humano iudicio videbantur firmiſſimè ſceptrum detinere, & in tutiſſimo throno reſidere, fuerunt derepentè regno, & imperio ſpoliati, vt patet de Balthaſare, Nabucodonoſor, & alijs Regibus. Elucet & miſericordia, quia populi per hoc à tyrãnide liberati, &c. Placet hic referre, quod Philo lib. quòd Deus ſit immutabilis, de rerum humanarum volubili ſtatu ſcripſit: *Verbum diuinum choreas in orbem duxit, quod vulgus hominum fortunam vocat, & omnes gentes circumluſtrando, nunc his, nunc illis imperia, vel tribuit, vel adimit.*

Philo.

Dico tertiò, Beatam Virginem ſermonem quoque hic habere de ijs, qui obſtinata ſuperbia, & nimio faſtu ſunt repleti; hos enim Deus deijcere ſolet ad ima.

Obſtinatè ſuperbi, & faſtu nimio tumidi.

Dico vltimò, per hæc verba: *Depoſuit potentes de ſede:* innuere ſimul Beatã Virginem, ſe à peccato originali fuiſſe præſeruatam, & à fomite illius omninò exemptam. Cùm enim peccatum originale ſit veluti ſedes, in qua Dæmones reſidentes potenter tentant homines, quos ad peccandum ob eiuſdem peccati originalis fomitem valdè propenſos reperiunt, conſtat, quòd ab hac ſede fuerunt depoſiti, quatenus Maria fuit à peccato originali præſeruata, & in ea penitùs extinctus fomes.

Innuitur & immunitas in B. V. ab originali.

Et exaltauit humiles.

QVAESTIO XXIV.

Quinam nomine humilium hic intelligantur.

DICO primò cum Cyrillo, per humiles hoc in loco intelligi à Beata Virgine homines, qui ante Chriſti aduentum miſerã Dæmonis ſeruitutem ſubibant. Hæc concluſio ſequitur ex prima concluſione quæſtionis præced. Nam, ſi per potentes intelliguntur Dæmones, qui fuerunt de poteſtatis ſede depoſiti, ſequitur, quòd humiles exaltati ſint illi, qui miſera Dæmonum captiuitate opprimebantur: hi enim exaltati dicuntur, tum quia libertatem ſunt aſſecuti, cùm etiam, quia natura humana adeò exaltata eſt, vt diuino Verbo hypoſtaticè ſit vnita.

Dæmonum ſeruituti ſubiecti.

Dico ſecundò, Beatam Virginem per humiles etiam hic intelligere homines infimæ conditionis, qui interdum ad regna, & dignitates ſublimes aſſumuntur à Deo; in quo, & miſericordia, & potentia Dei elucet magnoperè. Vndè inter diuinas laudes hæc præcipuè ponitur, 1. Reg. 20.

Homines infimæ conditionis.

Reg.

Suſcitat

Suſcitat de puluere egenum; & de ſtercore eleuat pauperem, vt ſedeat cum Principibus, & ſolium gloriæ teneat. Et Dauid hanc Dei miſericordiam, & potentiam, quam in ſe expertus erat, prædicat pſal. 77. *Elegit Dauid ſeruum ſuum, & ſuſtulit eum de gregibus ouium: de poſt fœtantes accepit eum*.

Pſal.

Dico tertiò, etiam per humiles hìc intelligi à Beata Virgine viros virtute humilitatis præditos (Ita Caietanus, & Ianſenius.) Nam etiam proprium Dei eſt humiles non ſolùm in hoc mundo ad ſublimes dignitates, & gratiam attollere, ſed ad altiſſimam gloriam in cælo euehere. Iob. 5. *Qui ponit humiles in ſublime*: c.22. *Qui humiliatus fuerit, erit in gloria*: & c. 29. *Humilem ſpiritu ſuſcipit gloria*. Eccleſiaſtici 11. *Sapientia humiliati exaltabit caput illius*. I. Petri 5. *Humiliamini igitur ſub potenti manu Dei, vt vos exaltet*. Vndè Bernardus ſerm. 2. de Aſcenſ. *Sola eſt humilitas, quæ exaltat; ſola quæ ducit ad vitam: hæc eſt via, & non eſt alia præter ipſam*.

Virtute humilitatis præditi. Caietanus, Ianſenius. Propriũ Dei eſt extollere humiles.
Iob.
Eccleſiaſtic.
Petri.
D. Bernard.

Eſurientes impleuit bonis.

QVAESTIO XXV.

Quinam ſint hi eſurientes, de quibus Deipara Virgo loquitur.

DICO, Virginem loqui dè ijs, qui vehementer deſiderant veram ſapientiam; de quibus intelligitur etiã illud Matth. 5. *Beati, qui eſuriunt, & ſitiunt iuſtitiã*: nam iuſtitia ibi ſignificat non virtutem iuſtitiæ particularem, ſed aggregationem omnium virtutum, in qua aggregatione eſt vera ſapientia. Sicut ergo ibi dicitur, quòd ſic eſurientes ſaturabuntur, ita hìc dicuntur impleti, & implendi eſſe bonis: nam animæ ſatietas eſt impletio bonorũ ſpiritualium. Probatur concluſio ſic explicata. Loquitur Beata Virgo de ijs, qui ad bona ſpiritualia recipiẽda ſe diſpoſuerunt: ſed ij, qui veram ſapientiam amant, & deſiderant, ſe diſponunt ad bona ſapiẽtiæ recipienda; ergo, &c. Minor probatur, nam, ſicut timor eſt principium extrinſecum ſapientiæ, quatenus nos retrahit à malis acquiſitionem ſapientiæ impedientibus; ita eſuries, & deſiderium ſapientiæ

Vehementer verã ſapientiã exoptantes.
Matth.

A eſt principium intrinſecum illius, vt habetur Sapientiæ 6. *Initium illius veriſſimũ diſciplinæ concupiſcentia*: & infra eodem cap. ſubditur: *Concupiſcentia igitur ſapientiæ deducit ad Regnum*. Sed

Sap.

Obijcies: eſurientes intelliguntur hoc loco, qui magnoperè deſiderant, & appetant ſapientiam: quòd ſi hi bonis implentur, conſequenter & ſaturantur; quomodò ergo Eccleſiaſtic. 24. dicitur, *Edentem ſapientiam adhuc eſurire?*

Obiectio.
Eccleſiaſtic.

Reſpondeo primò, perfectam ſaturitatem nos non poſſe aſſequi in hac vita: ſatiabimur enim, cùm apparuerit vera gloria. Quarè ſemper deſiderium cæleſtis patriæ, quò magis iuſtificamur, augetur, vt
B Regius Propheta experiebatur pſalm. 41. *Quemadmodùm deſiderat ceruus ad fontes aquarum; ita deſiderat anima mea ad te Deus*: & pſal. 80. *Quam dilecta tabernacula tua, Domine! concupiſcit, & deficit anima mea in atrijs tuis*. Hoc poſito, dico: qui edunt ſapientiam, adhuc eſurient, quia, qui diuina contemplatione eleuantur, & exercitio virtutum detinentur, licèt ſaturitatem, & beatitudinem quandã inchoatam habeant: *Beati* enim ſunt *immaculati in via*, adhuc tamen eſuriunt, & appetunt beatitudinem completam. Adde, quòd mira delectatio, quæ in vita ſpirituali deguſtatur, dicitur ſatietas reſpectu famis, quam, vt canes, patiuntur peccatores.
C Et ſic eſurientes ſatiantur, & implentur bonis.

Reſponſio prima.
Pſal.

Reſpondeo ſecundò: quia, creſcente ſanctitate, creſcit ſimiliter deſiderium ſanctitatis maioris, ideò dicuntur denuò eſurire. Hinc eſt, quòd pſal. 111. dicitur: *Beatus vir, qui timet Dominum: in mandatis eius cupit nimis*. Et hoc idem verificabatur in ipſo Dauid, qui pſal. 117. poſtquàm teſtatus eſt, ſe cucurriſſe viam mandatorum Domini, rurſùs appetit currere: *Vtinam dirigantur viæ meæ ad cuſtodiendas iuſtificationes tuas*. Et Cant. 1. ſponſa introducta fuerat in cellam vinariam, vbi vinum diuini amoris deguſtauerat, & tamen adhuc illius ſe deſiderio teneri cla-
D mat: *Indica mihi, quem diligit anima mea, vbi paſcas, vbi cubes in meridie*. Hanc ſitim, & eſuriem experiebatur & Diuus Auguſtinus, qui 9. confeſſ. ait: *Guſtaui, & eſurio, & ſitio*.

Reſponſio ſecunda.
Creſcente ſanctitate, creſcit deſiderium maioris ſanctitatis.
Pſal.
Cantic.
D. Auguſtin.

Dico ſecundò, Beatam Virginem loqui de eſurientibus cibum Euchariſticum, qui bonis replentur. Fauet huic expoſitioni Eccleſia, quæ in feſto Corporis Chriſti ad *Magnificat* in primis Veſperis canit hanc antiphonam: *O quàm ſuauis eſt, Domine, ſpiritus tuus, qui, vt dulcedinem tuam in filios demonſtrares, pane ſuauiſſimo de cælo*

Eſurientes Euchariſticũ panem.
Antiphona in feſto Corporis Chriſti.

præſtito

præſtito eſurientes reples bonis , faſtidioſos diuites dimittens inanes. Suffragatur etiam Gerſon tract. 9. ſuper *Magnificat* partitione 4. vbi hæc habet: *Contemplabatur mens Mariæ ſacramentum Euchariſtiæ, tãquam cibum refectionis ſub ſpecie panis, & vini, vt ſignum ſignato reſponderet, vt ſimilitudo curreret pedibus ſuis, dum dicitur: Eſurientes impleuit bonis, & diuites dimiſit inanes. Contemplabatur in Euchariſtiæ ſacramento Filium ſuum, qui factus eſt cibus hominum, qui ſemper eſt cibus Angelorum. Contemplabatur, quòd eſurientes, qui ſunt pauperes ſpiritu, impleuit bonis per hunc cibum, dum faſtidioſi diuites dimittuntur inanes; eſurientes ſiquidem impleuit bonis*. Hæc Gerſon. Et ſanè ex pluribus capitibus conueniens erat, vt Beata Virgo de hoc Sacramento in hoc cantico mentionem faceret. Primò quia in hoc Sacramento Chriſtus Dominus diuini ſui erga homines amoris diuitias veluti effudit, vt notat Concil. Trid. ſeſſ. 13. c. 1. Secundò quia, quando Virgo conſenſit, vt ex ipſa Filius Dei carnem ſumeret, ſimul conſenſit inſtitutioni huius Sacramẽti, vt diximus ſupra in cap. de Annunciatione quæſt. 41. Tertiò quia magis pro ipſa Virgine, quàm pro omnibus alijs hoc Sacramentum fuit inſtitutum, vt videbimus infra. Quartò vt, propoſitis bonis, quibus replentur dignè eſurientes Euchariſticum panem, illius deſiderium excitaretur in fidelibus. Vndè acutiſſimè indicat S. Epiphanius ſumma de laudibus Deiparæ, quantùm B. V. exoptet, vt fideles appetant prædictum panem: *Aue*, (inquit alloquens Deiparam) *clibanus intellectualis, qui ignem, & panem vitæ calidum mundo in eſum attulit*. Nota *panem calidum*; panis enim calidus ſuo iucundo odore omnibus ſe comedendi appetitum inijcere ſolet. Sed

Gerſon. *Trident.* *Epiphan.*

Quæres, quænam ſint hæc bona, quæ per Sacramentum Euchariſticum conferuntur.

Quænam, ac quot ſint bona, quæ per Sacramentum Euchariſticum Fidelibus Deus elargitur.

Reſpondeo, primum bonum eſſe remiſſionem peccati. Et quidem veniale deleri per Euchariſtiam, admittitur communiter à Theologis cum D.Thom. 3. p. quæſt. 79. ar. 4. vide Suar. in 3. par. tom. 3. diſp. 63. ſect. 10. Et habetur expreſsè in Cathechiſmo Pij V. vbi ſic dicitur: *Remitti verò per Euchariſtiam, & condonari leuiora peccata, quæ venialia dici ſolent, non eſt, quòd dubitari debeat*: & ſubijcit ſtatim rationem: *quemadmodum* (*neque à propoſita ſimilitudine recedendum videtur*) *quod innati caloris quotidie detrahitur, ac deperditur, paulatim addi, & refici naturali alimento ſentimus*. Et in hoc ſenſu etiam accipi poſſunt Trid. illa verba ſeſſ. 13. cap. 2. *Sacramentum hoc eſſe antidotum, quo liberamur à culpis quotidianis, & à peccatis mortalibus præſeruamur*. An verò hic effectus proueniat immediatè ab Euchariſtia, vel mediatè, diſputari ſolet. Et quidem multi tenent, vtroque modo fieri: immediatè quidem, ſi non adſit affectus, & complacentia ad veniale, licèt nullus præceſſerit actus deteſtationis, qui ſine ſacramento eſſet ſufficiens ad ablationem peccati venialis; & mediatè excitando ad charitatem feruentiorem, per quam homo diſponitur ad remiſſionem peccati. Vide Suarez loco citato, & tom. 4. in 3. par. diſp. 12. ſect. 1. An verò mortale per accidens tollatur per Euchariſtiam, eſt valdè controuerſum. Aliqui enim negant in vniuerſum, Euchariſtiam cauſare per ſe, vel per accidens primam gratiam in aliquo caſu. Ita Sanctus Bonauentura, Gabriel, Alexander Alenſis, & alij, quos citat, & ſequitur Vaſquez tom. 3. in 3. par. diſp. 205. cap. 4. & 5. Alij verò affirmant, in caſu, quo aliquis inculpabiliter accedit ad Euchariſtiam, vel quia ignorat inuincibiliter ſtatum peccati, quod commiſit, vel quia exiſtimat, ſe fuiſſe ritè abſolutum, cùm non fuerit, tunc virtute Sacramẽti Euchariſtici conferri gratiam, per quam remittitur peccatum mortale. Vide Diuum Thomam lect. 6. in cap. 21. Ioan. & 3. par. quæſt. 72. ar. 7. ad ſecundum, & quæſt. 79. ar. 3. & in 4. diſt. 9. quæſt. 2. art. 2. quæſtiuncula 2. & diſtinct. 22. quæſt. 2. ar. 1. Capreolum in 4. diſt. 23. ar. 1. concl. 2. & Suarez, qui diſp. 7. quæſt. vnica ar. 7. §. *occurrebat*, & diſp. 63. ſect. 1. quæſt. 5. affirmat, Euchariſtiam conferre primam gratiam homini ſupernaturaliter attrito, qui bona fide ſuſcipit hoc Sacramentum, ignorans inuincibiliter ſtatum peccati, in quo reperitur.

D. Thom. Suar. Cathechiſmus Pij V. Trident. Suar. D.Bonau. Gabr. Alexand. Alenſ. Vaſq. D.Thom. Capreolus, Suarez.

Hæc ſententia mihi ſemper placuit. Et ratio eſt quia omnia ſacramenta nouæ legis vim habent conferendi gratiam non ponentibus obicem: ſed interdum poteſt quis in peccato exiſtens ad Sacramentum Euchariſticum accedere ſine obice; ergo, &c. Maior eſt Trident. ſeſſ. 7. can. 6. & 7. Minor probatur, nam, ſi quis accedit ad Euchariſtiam cum peccato inuincibiliter ignorato, vel putans ſe probabiliter contritum, accedit ſine obice: ergo recipit gratiam virtute Sacramenti. Antecedens probatur, quia peccatum non eſt obex, niſi prout in conſcientia, & notitia eſt peccatoris: vndè, ſi iuſtus accedat ad Euchariſtiam cum putata conſcientia peccati, ponit obicem, & gratiam non recipit: ergo è contrario, ſi peccator accedit cum putata conſcien-

Trident.

A tiā inſtitiæ, non ponit obicem, & gratiam recipit, quia moraliter fecit quantum in ſe fuit, nec tenetur ad maiorem diligentiam, quàm moralem.

Secundum bonum eſt præſeruatio à peccatis mortalibus, vt conſtat ex citato Concil. eſt enim hoc Sacramentum panis vitæ, vt, *Siquis ex ipſo manducet, non morietur: Et qui manducat me, & ipſe viuet propter me*. (Ioann.) (Innoc. III.) Et Innocent. III. lib. 4. de myſter. Miſſæ c. 44. *Myſterium*, inquit, *Euchariſtiæ eripit nos à voluntate peccandi*. Preſeruat verò Euchariſtia à peccato mortali diuerſis modis: primò conferendo robur animæ interiùs per auxilia vberiora; ſecundò expellendo exteriùs Dęmonū impugnationes, qui fugiunt præſentiam B Chriſti, nec audent accedere ad homines chriſtiferos (Cyrillus Hierosol.) (hoc enim nomine Cyrillus Hieroſolym. catheches. 4. appellat ſumentes Euchariſtiam); denique remouendo etiam exteriùs per ſpecialem prouidentiam occaſiones, & pericula peccandi.

Tertium bonum eſt actualis dulcedo, & delectatio, iuxta illud Pſal. 67. (Pſal.) *Paraſti in dulcedine tua pauperi, Deus*: & Gen. 49. (Gen.) *Pinguis eſt panis eius, & præbebit delicias Regibus*. Et ab Eccleſia in ſupracit. antiph. (Antiph. in feſt. Corp. Chriſti.) canitur: *O quam ſuauis eſt, Domine, ſpiritus tuus, qui, vt dulcedinem tuam in filios demonſtrares, pane ſuauiſſimo, &c.* Ratio deſumitur ex Florentino, (Concil. Florentin.) & eſt quia cibus C iſte comparatur cibo corporali in ſuis effectibus: ergo, ſicut cibus corporalis non ſolùm alit, ſed & delectat; ſic etiā iſte, &c. Eſt autem hic effectus infallibilis ex vi Sacramenti, niſi impediatur ex parte ſubiecti. (Suar.) Vide Suar. tom. 3. in 3. p. diſp. 63. ſect. 9. vbi rationes aliquas affert, cur non ſemper ſentiatur hæc dulcedo, & aduertit, non eſſe neceſſe, vt hæc dulcedo conferatur, quandò ſumitur Sacramentū, ſed aliquandò reſeruari in meliorem occaſionem. Et (D. Antonin.) D. Antoninus 3. p. tom. 3. c. 6. §. 15. aſſignat octo rationes, propter quas ſubtrahi ſolet hæc ſuauitas, & notat, ſæpè ſine culpa ſubtrahi, & propter occupationes bonas D ſtudiorum. Videri itèm poteſt Gregorius (D. Gregor.) lib. 15. moral. c. 3. & Gabr. lect. 86. (Gabr.) in can. Miſſæ. Talis porrò dulcedo quandoquè in Euchariſtia deguſtatur ab aliquo, vt omnis ſapor delectamentorum carnalium fiat ei, quaſi rancidum, vt inquit S. Cyprian. ſerm. de cœna Domini. (S. Cyprian.) (Gerſon.) Vide Gerſonem ſuper *Magnificat* tract. 9. partit. 4. ſub §. *Tertium bonum*.

Quartum bonum eſt, quòd Euchariſtia aliquid etiam operatur in corpore. Nam ex feruore charitatis, quem in anima cauſat hoc Sacramentum, ſequitur quædam A cordis quaſi geſtientis palpitatio [illegible] hilaritas, coloris viuacitas, oculorum ſerenitas, modeſtia, linguę frænatio, maturitas in inceſſu, omnis externi geſtus compoſitio, & totius corporis reformatio, admirabiliſq; ordinatio. Legi poteſt præcit. Cypr. ſer. de cœna Domini, Chryſoſt. hom. (D. Chryſoſt.) 61. ad populum Anthiochenum, & 24. in 1. ad Corinth. & Suar. to. 3. in 3. p. diſp. 64. (Suar.) ſect. 1. vbi citatis Patrum teſtimonijs probat, hoc Sacramentū non ſolùm mediatè, ſed etiam directè, & immediatè circa corpus operari. Cōſiſtit autem hæc operatio in diminutione ſomitis, & concupiſcentię, quod partim fit Dæmones fugādo, ne turpia, & obſcæna phantaſmata excitēt, par- B tim ſedando, & reprimendo excreſcentes humores libidinoſos, vndè hoc ipſum Sacramentum appellatur buccella ſicca, ſeù exſiccans; Prou. 17. (Prouerb.) *Melior eſt buccella ſicca*, ſeù, vt alij legunt, *Melior eſt buccella exſiccans*: hunc enim locum de ſacramento Euchariſtiæ interpretatur Diuus Ambroſius lib. 2. de offic. cap. 21. (D. Ambroſ.) Et Cyrillus (D. Cyrillus Alex.) Alexandrin. lib. 4. in Ioan. affirmat, hoc Sacramentum cohibere ſæuientem membrorum noſtrorum legem, & perturbationes animi extinguere. Prætereà hoc Sacramentum non ſolùm mentem, ſed etiam phantaſiam illuminat ad bonum, & malum cognoſcendum: & ideò Lucæ 24. *In fractione panis*, quem multi Patres di- (Luc.) C cunt fuiſſe Euchariſtiam, *aperti ſunt oculi* diſcipulorum. Et Damaſcenus lib. 4. c. 14. (D. Damaſcenus.) dicit, Euchariſtiam eſſe carbonem illum, quo à Seraphim tacta fuerunt labia Iſaiæ, quo contactu edoctus fuit, quid prædicaturus eſſet. Figura huius rei fuit Ionatas, de quo 1. Reg. 14. dicitur, quòd, *Guſtato fauo mellis, illuminati ſunt oculi eius*. (Reg.) Demùm ſuauitas, & dulcedo, quam cauſat hoc Sacramentum, redundat quandoquè & in corpus ita, vt cor, & caro exultent in Deum viuum. Multa exempla de hac re paſsim apud Auctores leguntur: vide Gerſonem ſupra citatum. (Gerſon.) Ratio itèm cibi videtur hoc poſtulare: nam cibus bonus generat bonos humo- D res, & expellit malos; ita cibus ſpiritualis cohercet noxias paſſiones, & alias proficuas exeitat. Itèm cibus nititur aſſimilare ſibi, quem alit, idque in multis qualitatibus aſſequitur: vndè Ariſtoteles (Ariſtot.) 2. de gener. capite 8. *Ex eiſdem*, inquit, *ſumus, ex quibus nutrimur*. Quarè, cùm caro Chriſti contenta in hoc Sacramento ſit ſancta, & rationi perfectè ſubdita, conueniens eſt, vt ſpecialiter cauſet ſubiectionem noſtræ carnis ad rationem: &, cùm Chriſtus ſit lux (*Ego ſum lux mundi*, Ioann. 8.) illuminare debet non ſolùm (Ioan.) men-

mentem, ſed etiam phantaſiam: &, cùm ſit fons omnis dulcedinis, conueniens eſt, vt hæc dulcedo deguſtetur non ſolùm ab anima, ſed etiã à corpore dignè communicantis. Confirmatur, quia, ſi ſacramentum extremæ vnctionis operatur aliquid immediatè circa corpus infirmi; & matrimonium confert aliquem effectum materialem, ordinatum ad pacem, & concordiam inter virum, & vxorem; ſanè conueniens erat, vt Sacramentum Euchariſtiæ, quod eſt inter ſacramenta, velut ſol inter aſtra (vndè ait Sanctus Bernardinus to. 1. ſerm. 61. *Ad Euchariſtiam omnis inſtitutio ſacramentorum ordinatur*) aliquid etiam operaretur circa corpus.

S. Bernardin.

Aduerte hic obiter, quòd olim fuit magna in cõtrouerſia, an, media Euchariſtia, reſultet vnio inter carnem Chriſti, & carnem noſtram. Sed, ſicut certum eſt, nullam intercedere vnionem hypoſtaticam, aut continuatiuam, vel materiæ, & formæ, vel aliam phyſicam, aut entitatiuam; ita admitti debet, intercedere aliquam vnionem, non ſolùm quatenus Chriſtus ſuo contactu ſanctificat corpora noſtra, ſicut olim veſtes, & nunc vaſa ſacra, quibus continetur, ſed etiam aliam vnionem moralem cum corpore dignè communicãtis: quæ vnio non fit cum corpore indignè cõmunicantis, quia, licèt approximatio localis eadem ſit in vtroque, in vno tamen habet rationem vnionis, & non in alio; nam, qui dignè ſumit Euchariſtiam, per affectum vnitur Chriſto, non ſolùm quò ad animam, ſed etiam quò ad corpus: & ex hac vnione prouenit, vt Chriſtus reputet illam carnem, tamquam peculiari titulo ſuam, & cui peculiari ratione debeat cõſulere; nemo enim carnem ſuam vnquàm odio habuit. Et in hoc ſenſu loquitur Apoſtolus 1. ad Corinth. 10. *Vnum corpus ſumus omnes, qui de vno pane participamus*: & Chryſoſt. homil. 60. ad populum Antiochenum dicens: *Hoc pane paſcimur, huic nos vnimur, & facti ſumus vnum corpus, & vna caro*. Vnde, ſi Tertull. lib. de reſurrectione carnis: *Diligit*, inquit, *Deus carnem noſtram, tot modis ſibi proximam, manuum ſuarum operam, ingenij ſui curam, flatus ſui vaginam, molitionis ſuæ Reginam, liberalitatis ſuæ heredem, Chriſti ſui ſororem*; his titulis addi poteſt, quòd Deus diligit carnem noſtram, non ſolùm vt Chriſti ſui ſororem, ſed etiã vt Chriſto vnitam per Sacramentum Euchariſticum. Plura de hac re vide apud Vaſq. tom. 3. in 3. p. diſp. 204.

Inter carnẽ Chriſti, & carnẽ dignè communicãtis intercedit vnio moralis.

Ad Corinth.

Chryſoſt.

Tertullian.

Vaſq.

Inter B.V. & dignè communicantem moralis aliqua vnio interuenit.

Collige obiter, inter Beatam Virginẽ, & dignè communicantem fieri aliquam vnionem moralem, ſimilem aliquo modo

A illi, quam diximus intercedere inter carnem Chriſti, & corpus dignè communicãtis. Nã in Euchariſtia caro Mariæ aliquo modo reperitur, quatenus ſubſtantiam corpoream, quam Chriſtus ex Virgineo ſanguine, & lacte habuit, ſeruauit, vt infra fuſiùs dicemus. Hinc fit, vt etiam Beata Virgo reputet carnem dignè communicãtis, tamquam particulari titulo, ſuam, illiq; modo ſpeciali proſpiciat.

Quintum bonũ eſt adeptio gloriæ, iuxta illud Chriſti Domini: *Qui manducat hunc panem, viuet in æternum*. Vndè S. Proſper Aquitan. ſent. 339. *Qui manducat*, ait, *hunc panem, eſcam ſalutis accipit, & æternitatis poculum bibit*. Et Eccleſia canit:
B *Futuræ gloriæ nobis pignus datur*: quod innuitur etiam in Trid. ſeſſ. 13. c. 8. Suaderi autem primò poteſt ex eo, quòd, ſicut cibus naturalis ordinatur, vt producat hominem ad ſtatum perfectum; ita cibus ſpiritualis ordinatur ad augmentum gratiæ, vt ex ſe perducat illum ad ſtatum perfectum, & conſumatum per gloriam. Ex quo fit, aſſecutionem gloriæ non ſolùm eſſe effectum communem Euchariſtiæ, ſicut & aliorum ſacramentorum, quatenus illa omnia, dando gratiã, dant ius ad gloriam, ſed ſpeciali titulo, quatenus, ſcilicet, in ratione cibi ad conferendam gratiæ conſumationem ordinatur. Deindè in ratione ſigni per Euchariſtiam ſignifica-
C tur ſtatus beatificus, quia Deus, ſicut in cælo facie ad faciem ſe fruendum exhibet, ita & in hoc Sacramento, ſub ſpeciebus tamen, & velamine: vndè Eccleſia in feſto Corporis Chriſti orando dicit: *Fac, nos ſempiterna tua fruitione repleri, quam pretioſi Corporis, & Sanguinis perceptio præfigurat, &c.*

Ioan.

S. Proſper Aquitan.

Antiph. in feſto Corp. Chriſti.

Trident.

Oratio in feſto Corp. Chriſti.

Sextum bonum eſt, quòd propter vnionem cum carne Chriſti datur peculiaris titulus noſtræ carni ad reſurgendum, vt ſatis clarè ipſa Chriſti verba, Ioan. 6. innuunt: *Qui manducat meã carnem, & bibit meum ſanguinem, habet vitam æternam; & ego reſuſcitabo eum in nouiſſimo die*. Vndè Cyrillus lib. 10. in Ioan. c. 13. loquens de
D hoc Sacramento dicit, *non potuiſſe aliter corruptibilem hanc naturam corporis ad incorruptibilem vitam traduci, niſi naturalis vitæ corpus ei coniungeretur*; quo loquendi modo vtitur & lib. 4. c. 16. (Vide Suarium tom. 3. in 3. p. diſp. 64. ſect. 2. referentem multos Patres pro hac re) Et in Concilio Niceno appellatur hoc Sacramentum *Symbolum reſurrectionis*. Aduerte tamen, Sacramentum Euchariſticum nõ eſſe medium neceſſarium ad reſurrectionem, cùm etiam pueri, qui non accipiunt Euchariſtiam, reſurrecturi ſint. Et, licèt Pa-

Ioan.

Cyril.

Suar.

Concil. Nicen.

treſ videãtur appellare illud medium neceſſarium: hæc tamen non eſt neceſſitas ſimpliciter, ſed congruentiæ maximæ, vt interpretantur Suar. dicta diſp. & Vaſq. tom. 3. in 3. p. diſp. 204. num. 41. Porrò hæc maxima congruentia fundatur non ſolùm in dicta vnione (decet enim, glorioſum corpus habere etiam membra glorioſa, vt inquit Coninch de Sacramentis tom. 1. in ar. 8. quæſt. 79. dub. vnico ſub nu. 64.) ſed etiam quatenus dat gratiam habitualem, & præſeruat à peccatis, vt diximus: ob hæc enim reſultat quoddam ius ad glorioſam reſurrectionem corporum.

Suar. Vaſq.

Coninch.

Septimum bonum eſt, quòd hoc Sacramentum communicat vim quandã fæcundam ſpiritualem, per quam proles ſpiritualis generatur. Adnotat hoc Gerſon ſuper *Magnificat* tract. 9. p. 4. ſub §. *Nonum bonum*, vbi ſic loquitur: *Cibus habet hoc proprium, dum nutrit comedentem, vt tempore ſuo faciat habilem ad generationem: ſemen enim ſuperfluum eſt alimenti, non in quali, ſed in quanto prouenit indè ſtimulus, & tempus amantium. Planè, quandò venit plenitudo temporis, Deus dedit cibum Euchariſtiæ; fecit, per ipſum mentem eſſe verbigenam, ſterilitate depulſa: cibus iſte iuxta prædicta reſtaurat, ſatiat, delectat, roborat, auget, obdormire facit; quid conſequentius, quam vt vim genitiuam det?* Hæc Gerſon. Innuitur hoc Pſal. 4. *A fructu frumenti, vini, & olei ſui multiplicati ſunt*, ſcilicet, *fideles*. Hinc intelligi poteſt, cùr tantoperè Deo placebat ſimilæ ſacrificiũ; Leuit. 2. *Anima, cùm obtulerit oblationem ſacrificij Domino, ſimila erit eius oblatio.* Videtur, quòd flos farinæ deberet eſſe Deo gratior; etenim ex tali flore candidior, & nobilior panis fieri ſolet: vndè Iuuenalis ſat. 5. dicit:

Gerſon.

Pſal.

Leuit.

Iuuenalis.

Sed tener, & niueus, molliq; ſiligine factus
Seruatur Domino.

Simila verò eſt quædam farina groſſior, aliquantulùm flaua: ſed in ea ſeruatur virtus fæcunda, ſeù generatiua frumenti, quæ eſt quædam parua particula rotunda, quã formicæ, natura ſic docente, abrodere ſolent, ne frumentum in ipſarum cauernis germinet. Adeò ergo Deo gratum erat ſacrificium ſimilæ, quia, cùm ſimila haberet ſubſtantiam fæcundam, repræſentabat Sacramentum Euchariſticum, habens vim fæcundam ſpiritualem.

Concl. tertia. B.V. ſpiritualiter manducando Eucharistiam etiam ante illius inſtitutionem, dulcedinem miram percipiebat.

Dico tertiò, Virginem innuere, ſe, ſæpiùs ſpiritualiter manducando hoc Sacramentum Euchariſticum etiam ante eius inſtitutionem, miram dulcedinem percepiſſe, qua mirum in modum ſaturabatur. Dico, etiam ante eius inſtitutionem, quia poſt inſtitutionem non ſolùm illũ feruentiſſimè, vt diximus infra, ſacramentaliter, ſed etiã ſpiritualiter manducabat pluriès in die. Fauet nobis Gerſon par. tit. 1 tract. 9. ſuper *Magnificat*, vbi ait: *Maria, dum legebat Dauid patrem ſuum, dicentem de Chriſto filio ſuo: Tu es Sacerdos in æternum ſecundùm ordinem Melchiſedech, qui, ſcilicet, panem, & vinum obtulit, ex tunc intelligebat, & manducabat ſpiritualiter hoc Sacramentum benedictum: vndè cecinit: Magnificat, &c.* Et poſteà ſubdit: *Maria pſallens illud Dauidicum: Memoriam fecit mirabilium ſuorum miſericors, & miſerator Dominus, eſcam dedit timentibus ſe: Memor erit in ſæculum teſtamenti ſui; credebat, & intelligebat, hanc eſcam ſacramentalem figurari, & in figura comedebat eam, & teſtamentum ſperabat hereditatis æternæ.* Hæc concluſio ſatis fundatur in hoc, quòd, cùm Beata Virgo fidem huius Sacramenti haberet etiam ante eius inſtitutionem, conſequenter ſpiritualiter manducabat Euchariſticum panem, iuxta illud Auguſtini: *Crede, & manducaſti.* Et ſanè conueniens erat, vt ſæpiùs de hoc tanto beneficio ipſa cogitaret, & gratias Deo ageret.

Gerſon.

Auguſtin.

Dico quartò, Beatam Virginem etiam hoc loco innuere, Sacramentum Euchariſticum ſpiritualiter ſumptum à Patribus, & hinc bonis multis fuiſſe eos impletos. Fauet nobis Gerſon loco ſupracit. ſubdens: *Maria non minùs refecta eſt, & impleta bonis huius Sacramenti, quam Patres antiqui, quos loquitur Apoſt. quòd eamdem eſcam ſpiritualem manducauerunt, & eundem potum ſpiritualem biberunt: biberunt autem de ſpiritali conſequente eos petra, petra autem erat Chriſtus, qui eſt verè panis, qui de cælo deſcendit.* Et quòd Sancti Patres ſpiritualiter ſumpſerint Euchariſtiã, colligi itẽ poteſt ex eo, quòd iidem fidem huius Sacramenti habuerunt. Vndè Pſ. 100. Dauid dicit: *Memoriam fecit mirabilium ſuorum miſericors, & miſerator Dominus, eſcam dedit timentibus ſe, &c.* Ierem. 31. *Inebriabo animas ſacerdotum pinguedine, & populus meus abundabit pane.* Et Sap. 16. *Pro quibus Angelorum eſca nutriuiſti populum, & paratum panem de cælo præſtitiſti illis.* Hæc enim, & alia oracula de hoc Sacramento fuerunt Prophetis, & Sanctis Patribus ante legem Euangelicam cælitùs patefacta.

Concl. quar. Antiqui PP. Euchariſtiam ſpiritualiter manducauerunt, bonaq; inde multa reportarant; Gerſon.

Pſal.

Ierem.

Sap.

*

Et

Et diuites dimiſit inanes.

QVAESTIO XXVI.

De quibus diuitibus loquatur hìc Beata Virgo.

Diuitiæ peccandi ſeges.

NOTANDVM, quòd, licèt diuitiæ ſint res indifferentes, occaſionem tamen peccãdi præbent ſæpiſſimè, ſuppoſita humana fragilitate. Vide Iob 20. num. 19. Prouerb. 28. num. 20. & alibi. Typus huius rei fuit poculum illud aureum, plenum abhominatione, & immunditia fornicationum, quod vidit Ioan. Apoc. 17.

Iob, Prouerb. — Apocal.

Concluſ. pri.

Dico primò, B. V. non loqui de diuitibus materialiter ſumptis, hoc eſt, de ijs, qui bonis temporalibus abundant. Nam diuitiæ ſunt res indifferentes, nec propter eas vt ſic meretur homo, vel demeretur, licèt occaſione illarum poſſit mereri, vel demereri. Probatur, nam, licèt aliquis ſit diues, affectum tamen inordinatum erga diuitias nullum habere poteſt, vti fuit Abraham, &c. vndè ſic eſurire ſpiritualiter cæleſtia bona, & panem Euchariſticum poterit: ergo de talibus diuitibus (materialibus tamen) non eſt hic ſermo.

Concl. ſec.

Dico ſecundò, loqui hic B. Virginem, de ijs diuitibus, qui occaſione diuitiarum genio indulgent, & in comeſſationibus, compotationibus, alijſque voluptatibus huius vitæ felicitatem ſuam collocant, qualis erat diues ille, quem Lucas 12. nu. 19. refert dicentem: *Requieſce, comede, bibe, epulare:* cuius miſeriam recenſet ſanctus Baſilius in homil. ſuper hunc locum: *O verba ſtultiſſima! O dementiam ſingularem! Nam, ſi porcinam habuiſſes animam, quid aliud enunciare potuiſſes? Ita ne pecuniis es, ita bonorum animæ ignarus? &c.* Probatur, quòd de his Beata Virgo loquatur, nam hi bona ſpiritualia non appetunt; ergo nec illis repleri merentur. Dimittuntur ergo inanes, quia bonis ſpiritualibus carent, & bona temporalia animam replere nequeunt; neque enim hæc ſunt naturalis cibus animæ, vt notat Bernardus tract. de dilig. Deo cap. 3. in fine, & ſerm. in illa verba: *Ecce nos reliquimus omnia: Anima*, ait, *rationalis cæteris omnibus occupari poteſt, repleri non poteſt.*

Luc. — D. Baſil. — D. Bernard.

Concl. tert.

A Dico tertiò, Virginem loqui hoc loco etiam de auaris, qui felicitatem ſuam ponunt in diuitijs. Concluſio hæc ſatis patet. Cùm enim auari diuitias, velut idolum, ament (*Auarus*, inquit Apoſtolus ad Epheſ. 5. *quod eſt Idolorum ſeruitus.* Et Oſe. 12. *Diues effectus ſum, inueni Idolum mihi*) Deus ab his recedit; vndè, & bonis ſpiritualibus non replentur, & dimittuntur inanes: veriſſimum enim eſt prouerbium illud, quod refert Hieronymus ad Paulinum: *Auaro tam deeſt, quod habet, quàm quod non habet.* Egregiè etiam ad rem noſtram cecinit Ouidius faſtorum 1.

Ad Epheſ. — Oſee. — Hieron. — Ouid.

Creuerunt, & opes, & opum furioſa cupido;
B *Et, cùm poſſideant plurima, plura petunt.*

Seneca. — Eccleſiaſt.

Et Seneca ep. 108. *Deſunt*, ait, *inopiæ multa, auaritiæ omnia.* Quæ veritas, cùm ſit magni momenti, non indigna fuit, quæ etiam cæleſti oraculo proderetur; vndè Eccleſiaſt. 9. *Auarus non implebitur pecunia, & qui amat diuitias, fructum non capiet ex eis; & hoc ergo vanitas.* Placet hic referre hiſtoriam, in qua apparet, quòd auarus, licèt videatur abundare, re vera tamen nihil habet, quia his, quæ poſſidet, vti neſcit, cùm opus eſt. Caliphus Babyloniæ Rex argenti, auriq; copiam maximam, theſauros, atque gemmas quamplurimas in quandam turrim congeſſerat
C obſidione cinctus, atque, vt theſauris congeſtis parceret, milites noluit congregare. Hinc, vrbe facilimè ab hoſtili exercitu expugnata, miſerè captus, in vincula coniectus, & in illam ipſam turrim, in qua aurum, aliaq; pretioſa repoſuerat, abſque cibo, & potu detruſus, tali inſuper increpatione obiurgatus: *I nunc, & famem depelle theſauris iſtis, quos tam auidè ſitiuiſti*, miſeram ſic efflauit animam, indigus inter affluentiam diuitiarum. Vndè, quàm inanis fuerit dimiſſus hic diues, liquet. Hanc hiſtoriam narrat
D Malueda lib. 2. de Antichriſto c. 17.

Malueda.

Suſcepit

Digitized by Google

Suſcepit Iſrael Puerum ſuum.

QVAESTIO XXVII.

Quid intelligat Beata Virgo exprimere in hoc verſiculo: *Suſcepit Iſrael Puerum ſuum.*

Myſteriū Incarnationis. Valentia.

DICO, Beatam Virginem loqui hic de myſterio Incarnationis iam completo. Ita Iacobus Valentia explicans prædictum verſiculum, & addit rationē: *Aduentus enim Chriſti in carnem fuit causa eorum, quæ dicta ſunt in ſuperioribus verſiculis.* Eſt etiam communis expoſitio hæc. Vide Benzonum lib. 4. in *Magnificat* cap. 1. & 2. Vincentium Regium in ſuis dilucidationibus lib. 1. c. 6. theorica 9. & Gerſonem ſuper *Magnificat* tract. 10. in principio dialogi. Probatur, quia Virgo magnificabat Chriſtum ob beneficia ſibi, & populo Iſraelis, cæteriſq; gentibus collata: ſed beneficium Incarnationis eſt maximum; ergo de illo maximè debebat agere, concludendo canticum. Confirmatur ex ſubſequentibus verbis: *Sicut locutus eſt ad Patres noſtros, Abraham*: conſtat autem, Patri Abraham Deum promiſiſſe Incarnationem, vt patet ex illo Gen. 22. *Per me met ipſum iuraui, dicit Dominus, quia feciſti hanc rem, & non pepercisti vnigenito tuo propter me, benedicam tibi, &c.* & paulò poſt: *Et benedicentur in ſemine tuo omnes gentes.* Sed

Benzonus, Vincent. Regius, Gerſon. Geneſ.

Quæſtiúcula oborta.

Quæres, quid intelligatur à Beata Virgine nomine Pueri.

Reſponſio. Hugo.

Reſpondeo, intelligi Chriſtum (Ita Hugo, & alij), vt ſenſus ſit: *Suſcepit Iſrael Puerum ſuum*, ideſt, ſtirps Iſraelitica recepit Chriſtum *puerum ſuum*: *ſuum* ob promiſſionem Dei infallibilem ſeruo ſuo Abrahæ, vt diximus ſupra, & quia Geneſ. 17. ipſi Abrahæ dictum eſt: *Statuā pactum meum inter me, & te, & inter ſemen tuum poſt te in generationibus tuis, fædere ſempiterno, vt ſim Deus tuus, & ſeminis tui poſt te*: *ſuum*, quia Abraham de congruo meruit, vt Filius Dei ſumeret carnem de ſtirpe ſua, & idem etiam Dauid meruiſſe ſatis veriſimile eſt (de qua re vide Raguſani diſput. 47. §. 2. & diſput. 44. Suar. in 3. p. tom. 1. diſp. 10. ſect. 7.): *ſuum* demùm, vt indicetur affectus, quo Filius Dei ſe nobis per carnis aſſumptionem tradidit: vndè Eccleſia canit: *Nobis datus, nobis natus, &c.*

Geneſ. Raguſa, Suar. Hymnus in feſt. Corp. Chriſti.

Animaduerſio. Benzonus, Vinc. Reg. Barradas.

Aduerte, quòd multi volunt, nomen *Iſrael* hoc loco eſſe accuſatiui caſus. Ita Benzonus lib. 4. in *Magnificat* cap. 2. Vincentius Regius cit. loco, Barradas tom. 1. lib. 7. c. 13. in explicatione prædicti verſiculi, & putant, idem eſſe ſuſcipere, ac adiuuare, ſubleuare abiectum, & iacentē. Senſus ergo ſecundùm hos Auctores eſt: Dominus ſuſcepit, ideſt, iacentem, & in peccatis abiectum erexit Iſraelem: & ſic volunt, Virginem per hoc verbum *ſuſcepit* alluſiſſe multis Scripturæ locis: Pſalm. 3. *Tu autem Domine ſuſceptor meus es*: & Pſ. 4. *Dicam Domino, ſuſceptor meus es*: & Pſ. 45. *Suſceptor noſter Deus Iacob.* Fauet primò huic expoſitioni, quòd non eſt nouum, Iſrael indeclinabiliter accipi in ſacris paginis, vt ad Rom. 9. *Non enim omnes, qui ex Iſrael ſunt, ſunt Iſraelitæ.* Fauet ſecundò, quòd ſatis commodè dicitur: ille idem *ſuſcepit*, qui *recordatus eſt miſericordiæ ſuæ*: ſed qui *recordatus eſt miſericordiæ ſuæ*, eſt Dominus; ergo. Fauet tertiò, quòd, ſi dicatur; Dominus ſuſcepit puerum ſuum Iſrael, rectè continuatur ſenſus, vt idem ſit, qui *eſurientes impleuit bonis*, & qui *ſuſcepit*. Porrò in hac expoſitione adhuc (nec incongruè) dici poſſet: Dominus *ſuſcepit Iſrael puerum ſuum*, ideſt, aſſumpſit carnem ex Iſrael.

Pſal. Ad Roman.

Recordatus miſericordiæ ſuæ, ſicut locutus eſt ad Patres noſtros, Abraham, &c.

QVAESTIO XXVIII.

An opus Incarnationis fuerit ex ſola miſericordia, vel etiam ex iuſtitia, aut fidelitate.

Nonnullorū opinio. Benzonus.

OPINANTVR aliqui, Incarnationem nō ſolùm eſſe opus miſericordiæ, ſed ex ſuppoſitione diuinę promiſſionis etiam eſſe opus iuſtitiæ. Ita Benzonus in *Magnificat* lib. 4. c. 4. dub. 5.

Concl. pri. Rectè appellatur Incarnatio opus miſericordiæ.

Dico primò, rectè opus Incarnationis appellari opus miſericordiæ, quia diuina miſericordia fuit, quæ induxit Deum ad ſubleuandam naturam humanā à miſeria capti-

Luc. Ierem.

captiuitatis. Patet ex ſacris paginis, Lucæ 1. *Per viſcera miſericordiæ Dei noſtri, in quibus viſitauit nos oriens ex alto:* Ierem. 31. *In charitate perpetua dilexi te, ideò attraxi te miſerans tui.*

Concl. ſec. Opus Incarnationis ex fidelitate fuit adimplendū.

Dico ſecundò, opus Incarnationis, ſuppoſita diuina promiſſione, fuiſſe ex fidelitate adimplendum, non autem ex iuſtitia rigoroſè ſumpta. Ratio eſt, quia nequit tranſcendere limites fidelitatis ea virtus, quæ non operatur ex debito orto ex iure actiuo alterius, ſed ex ſola rectitudine promittentis. Cùm igitur, vt ſuppono ſecundùm veriorem ſententiam ex materia de iuſtitia, non poſſit creatura acquirere ius perfectum in rem promiſſam à Deo, quia Deus ſemper eſt eſſentialiter abſolutus Dominus omnium, poſita quacunque promiſſione ex parte Dei, quodcumque ius, quod creatura acquirit in illam, ſub perfecto, & abſoluto dominio Dei remanet. Et confirmatur, quia, poſita quacumque promiſſione, poſſet Deus abſque vlla iniuria creaturam, cui facta eſt promiſſio, annihilare; illa enim ſemper manet ſub perfecto, & abſoluto Dei dominio, & conſequenter rem promiſſam deſtruere: quod eſt verum ex parte creaturæ vt ſic, & iuris illius acquiſiti. Nam de cætero certum eſt, non repugnare, Deum priuari morali poteſtate diſponendi de re creata, non quidem ex iure aliquo acquiſito in creatura, obligante Deum ad aliquid retribuendum, vel operandum, ſed ex infallibili decreto ſuæ liberæ voluntatis, quo arctiùs fides adſtringitur, quàm adſtringeretur quouis alio iure acquiſito in creatura, quia adſtringitur lege ſuæ immutabilitatis, quæ fortior eſt quocumque iure creato. Vndè adſtringitur debito morali, fundato in eſſentiali rectitudine ſuæ voluntatis, non autem legali fundato in iure actiuo creaturæ. Atque hoc eſt, quod Patres ſæpè dicunt, Deum ſua promiſſione non nobis, ſed ſibi debitorem fieri:

D. Auguſtin.

Reddis, inquit Auguſtin. 1. confeſſ. 4. *debita nulli debens*. Patet ergo, ex fidelitate fuiſſe adimplendū myſterium Incarnationis, ſuppoſita Dei promiſſione; quæ fidelitas, cùm ſit magis infallibilis, quàm quæcumque obligatio iuſtitiæ inter homines, appellari poteſt iuſtitia, latè ſumpto iuſtitiæ nomine: &, ſi in hoc ſenſu accipiūt iuſtitiam, qui dicunt, Incarnationem ex iuſtitia peractam eſſe, ſuppoſita diuina promiſſione; in re à nobis non diſcrepant. Porrò ad hanc firmitatem diuinæ promiſſionis de myſterio Incarnationis indicandam aliquandò in ſacris paginis ipſa promiſſio nomine iuramenti appellatur:

Pſal.

Pſal. 131. *Iurauit Dominus Dauid veritatem, & non fruſtrabitur eum: de fructu ventris tui ponam ſuper ſedem tuam.*

Collige, quàm propriè Beata Virgo opus Incarnationis tribuat miſericordiæ diuinæ, quia miſericordia fuit, quæ Deum induxit ad genus humanum reparandum, & nulla fuit obligatio iuſtitiæ rigoroſè ſumptæ, ſed tantùm fidelitatis, de qua ipſa Virgo mentionem facit dicendo: *Sicut locutus eſt ad Patres noſtros, Abraham, &c.*

QVAESTIO XXIX.

An Beata Virgo tandiù cum Eliſabeth commorata ſit, donec illa pareret.

Opinio affirmatiua. Vinc. Reg.

AFFIRMANT hoc multi. Vincentius Regius lib. 1. capite 6. in ſuis dilucidationibus theor. 10. *Quia*, inquit, *videtur abſurdum tandiù apud prægnantem manſiſſe, & deinde, inſtante partu, diſceſſiſſe, quaſi contempſerit natum oculis ſanctiſſimis cernere, quem Filij ſui præcurſorem, futurumq; Prophetam non ignorabat.* Fauet Petrus Damianus ſermone de Ioanne Baptiſta, dicens: *Et ipſa puriſſima Virgo felicem infantem primum de terra leuauit:* & Beda in Lucam cap. 1. ſimilia habet.

Pet. Damian. Beda.

Aliorum ſententia negatiua. Theophil. Ianſen. Caiet. Rupert. Titus Boſtr.

Alij è contra putant, Virginem ante natiuitatem Ioannis diſceſſiſſe. Ita Theophil. in 1. Lucæ, Ianſenius, Caietanus, Rupertus Canticorum 1. Titus Boſtrenſis explicans cap. 1. Lucæ.

Cōcluſio ſecundæ ſentētiæ adhærēs.

Dico, hanc ſecundam ſententiam eſſe probabiliorem. Fundatur enim in ipſo textu, in quo dicitur: *Manſit autem Maria cum illa, quaſi menſibus tribus, & reuerſa eſt in domum ſuam.* Cùm enim eſſet ſextus menſis à conceptione Eliſabeth ille, quo Angelus ad Virginem Mariam miſſus eſt, hæc autem cum illa non tribus integris menſibus manſerit; ergo adhuc non erat perfectè completum tempus parturiendi. Licèt enim fœminæ aliquandò pariant, menſe nono nondum completo, tamen non dicitur tunc, tempus partus fuiſſe completum: in ipſo autem textu ſubijcitur: *Eliſabeth autem impletum eſt tempus pariendi.* Confirmatur, nam priùs Euangeliſta narrauit, Mariam reuerſam eſſe domum ſuam, & poſteà

ſubdit:

Digitized by Google

ſubdit: *Eliſabeth autem impletum eſt tempus pariendi, & peperit filium*: ergo ſatis hoc eſt euidens ſignum, quòd Maria tunc non interfuerit. Sed

Quæſtiuncula ſuboritur. Quæres, cùr Beata Virgo noluerit cum Eliſabeth tandiù commorari, donec illa partum in lucem emitteret.

Solutio. Titus Boſtr. Reſpondet citatus Titus Boſtrenſis ſic: *Rediit autem, quia circa Eliſabethis partum magna hominum multitudo ad Zachariæ ædes confluxura erat, Virgo autem Sanctiſſima virgineo quodam pudore detenta hominum conſpectum declinabat*. Addi poteſt, humilitate, cuius erat amantiſſima, impulſam abiiſſe, ne inter confertam confluentium ad ſterilis partum multitudinem ipſo eiuſdem Eliſabeth ore iterata Dei Matris publicatione celebraretur. Humilitas B.V.

CAPVT

CAPVT NONVM.

DE VIRGINE VTERVM geſtante.

QVAESTIO PRIMA.

An fœtus aggrauaret Virginem.

D. Fulgent. — DICO negatiuè. Ita D. Fulgentius lib. de laudibus Virginis: *Plena*, inquit, *ſunt viſcera & nullum nouit contagium Virginis conſcientia: cùm eſſet grauida, ſalubri leuitate plaudebat; lumen enim, quod intra ſe habebat, pondus habere non poterat.* Diuus Bernardus in ſermone ad illa verba: *Signum magnum: Sed in his quoque ſydereum planè irradiat decus, quòd Virginitatis primicerea, quòd ſine corruptione fœcunda, quòd ſine grauamine grauida, quòd ſine dolore puerpera.* Gerſon tract. 4. ſuper *Magnificat: Non grauabat eam puerperium.* Confirmatur ex Reuelationibus Sanctæ Brigittæ, vbi Deipara alloquens Brigittam, hanc orationem docet: *Benedictus ſis, tu Deus, qui cum Maria Virgine eſſe ſine grauamine voluiſti.* Probatur primò ratione, quia decens erat, vt Christus non ſolùm Virginis affectus in altum continuò ſubleuaret, ſed etiam corpus ipſum nullo pondere ad ima deprimeret, maximè verò quia, ſi Chriſtus in mundum venerat, vt pondere peccati oppreſſos ſubleuaret, multò ſanè conuenientius erat, vt nullo eſſet oneri ipſi Virgini, quę nullo peccati grauamine detinebatur. Probatur ſecundò, quia quæ ſine vlla ſenſus voluptate conceperat, meritò à moleſtijs, quas ſecum trahit partus naturalis, eximenda erat.

(Margin: A — D. Bernard. — B — Gerſon. — Reuel. S. Brigittæ. — C)

Collige, ſpiritualiter Deum in corpore portantibus, vt monet Apoſtolus 1. ad Corinth. 6. quæcunque onera leuia fieri. — Ad Corinth.

QVAESTIO II.

An Chriſtus in vtero Virgineo delitiaretur.

DICO, admirabiles delitias ex vtero Virgineo Chriſtum infantulum percepiſſe. Innuitur hoc Pſ. 21. *Tu es, qui extraxiſti me de vtero Matris meæ*, id eſt, de vtero Sanctæ Mariæ, vt legit Sanctus Hieronymus in hunc locum. Audiendus eſt Tertullianus de vera carne Chriſti: *Quid auellitur, niſi quod inhæret, quod infixum eſt ei, a quo auellitur? Si non adhæſit vtero, quomodò auulſus eſt?* Hæc Tertull. Adhærebat ergo Chriſtus vtero Virgineo per affectum, quo ſummoperè delitiabatur. Facit, quod habet S. Ambroſ. ſer. 28. *Sinus Chriſti erat in Deo Patre diuinitas, in Maria Matre Virginitas, cuius ſic tenebatur pulchritudine, ſic irretiebatur amore, vt, niſi ſibi inferret vim, ab illa exire nequiret.* D. Bernardinus tom. 3. ſerm. 9. ar. 2. cap. 1. *Virginem beatam*, inquit, *requiem Chriſti, non tantùm quia in ea nouem menſibus requieuit, verùm etiam quia plus per quietum amorem requieuit in ea, quam in tota alia creatura rationali.* Theodotus in oratione habita apud Concilium Epheſinum: *O Virgo, quæ ipſum vieiſti de-*

(Margin: Affirmatur. — B — Pſal. — D. Hieron. — Tertullian. — D. Ambroſ. — C — S. Bernardin. — Theodotus.)

Hh litia-

Digitized by Google

Pet. Damian.

liciarum paradiſum! Petrus Damian. ſerm. de Annunciat. Deiparæ: *Hinc locum voluptatis vterum Mariæ intelligo, in quo cumulauit omnes delicias deliciarum Dominus, de cuius delicijs Spiritus Sanctus admiratorio ſermone in amoris Cantico ſic eructat &c. Quæ eſt iſta, quæ aſcendit de deſerto delicijs affluens?* Et idem: *In qua ſola poſt tumultus Angelorum, & hominum reclinaret, & requiem inueniret*. Nota, *poſt tumultus Angelorum*, quaſi, ſi cantus angelici cum delicijs vteri Virginei comparentur, nullam videantur in ſe retinere ſuauitatem, ita, vt nomine tumultus nuncupentur. Petrus Chryſolog. ſerm. 146. *Vna puella ſic Deum in ſui pectoris capit, recipit, oblectat hoſpitio, vt pacem terris, cælis gloriam, ſalutem perditis, vitam mortuis, terrenis cum cæleſtibus parentelam, ipſius Dei cum carne commercium pro ipſa domus exigat penſione, pro ipſius vteri mercede conquirat, & impleat illud Propheticum: Ecce hereditas Domini filij merces fructus ventris*. Chryſippus Presbyter in Bibliotheca veterum Patrum tom. 2. ſerm. de laudibus Deiparę explicans illud: *Surge, Domine, in requiem tuam: Tua enim requies*, inquit, *eſt Virgo, & vterus tua requies*. Suffragari nobis videtur Eccleſia, dum canit: *Vagit infans inter arcta conditus præſepia*; quaſi dicat, quòd infantulus Chriſtus vagit, quia vterum Virgineum, qui erat ſibi voluptatis paradiſus, reliquit. Sed cùr arcta dicuntur præſepia? Nonne Virgineo vtero latius erat præſepium? Ita ſanè, ſi loquamur de ſpatio phyſico; ſi verò de ſpatio dignitatis, & loco voluptatis, vterus Virgineus cælis ipſis amplior erat. Adnota verba Epiphanij ſerm. de laudibus Virginis: *O vterum impollutum, habentem circulum cælorum, qui Deum incompræhenſum in te verè comprahenſum portaſti! O vterum cælo ampliorem, qui in te Deum non coarctaſti*. Nota ly, *ampliorem*; et, *non coarctaſti*. Sanè Deus eſt immenſus, & infinitos mundos ſua immenſitate replere poteſt; ideò veluti anguſtis cancellis in hoc mundo reſtringitur, & verè dicitur: *Quem cæli capere non poterant*. Quod ſi ita eſt, quomodò vterus Virgineus Deum non coarctauit? Forſan quia perfectiones plurium mundorum ſolus Virgineus vterus continet; vel quia nulla pars fuit in Virgine, quæ Deo non repleretur, quatenus nihil inordinati amoris fuit in ea: creaturæ verò omnes coarctant Deum aliquo modo, quia illum non adeò perfecto amore recipiunt. De quo creaturarum defectu conqueritur Dominus per Zachar. 11. illis verbis: *Et contracta eſt anima mea in eis*.

Petr. Chryſolog.

Chryſippus presbyter.

D. Epiphan.

Zachar.

A Collige primò, cùr Chriſtus, qui momento fuit conceptus, nouem menſibus integris in vtero Virginis voluit immorari, (poterat enim, demptis quadraginta diebus animationis aliorum puerorum, naſci) collige, inquam, delicijs vteri Virginei illectum diſtuliſſe Natalia.

Collige ſecundò, Chriſtum pro eis, quas è Virginis vtero perceperat, voluptatibus, vt Matri vicem rependeret, pro egregia ſua liberalitate maiori illam deliciarum fœnore cumulâſſe. Quod egregiè indicat Petrus Damianus ſerm. de Annunciatione: *In huius vtero maieſtas Altiſſimi mirabiliter liquefacta: Sicut adipe, & pinguedine, &c.* Et S. Zeno ſerm. 4. de B Natiuitate ait: *Dignitate depoſita non tamen poteſtate, cælo egreſſus ſacrario templi Virginalis hoſpes pudicus illabitur*. Pondera verbum illud, *illabitur*, quo vis communicatiua ſignificatur.

Petr. Dam.

S. Zeno.

Collige tertiò, quòd Chriſtus in Virgineo vtero exiſtens, licèt omnibus Matris ſuæ virtutibus delectaretur, ex charitate tamen ipſius præcipuas hauriebat delicias; nec ſolùm Chriſtus, ſed tota Trinitas ſimul. Quod egregiè explicat Alanus ſuper illud Cant. 1. *Dum eſſet Rex in accubitu ſuo, nardus mea dedit odorem ſuum: Poſtquam (ait) glorioſa Virgo non ſolùm mente, ſed etiam ventre concepit, factus eſt in ea ſpiritualis Chriſti recubitus.* C *Vbi enim ſpecialiter cœnauit cum Patre, & Spiritu Sancto? Vbi ſpecialem fecit manſionem? Vbi ſpecialiter, & plenè recubuit, niſi in mente Virginis, in cuius ventre ſecundum humanam naturam perfectè recubuit? O felix mens, in qua cæleſtes conuiuæ (ideſt tres Perſonæ) ſpecialiter, & ſpiritualiter reficiuntur. Pax ibi primus cibus eſt; humilitas ſimul apponitur cum patientia, manſuetudo quoque, & lenitas, &, quòd ſummè, ſuauitas, & puritas cordis; charitas autem in huiuſmodi* D *conuiuio principem obtinet locum.*

Charitas B. V. maximis erat Chriſto delicijs in vtero.

Alanus.

*

QVAE-

QVAESTIO III.

An Angeli multi cuſtodirent Virginem, dum geſtabat Ieſum in vtero.

Affirmatur. Honorius.

DICO affirmatiuè. Ita Honorius, qui explicãs illud Cant. 3. *Lectulum Salomonis ſexaginta fortes ambiunt ex fortiſſimis Iſrael*, per lectulum intelligit vterum Virginis, per fortes Angelos ſupremos potentiſſimos; *ambiunt*, hoc eſt, ſummoperè venerantur Verbum in vtero Virgineo incarnatum, & tantùm excubias agunt, proximè verò accedere non præſumunt. Vincentius Regius in euangelicis elucidationibus tom. 1. lib. 1. cap. 10. digreſſione 3. ſic loquitur: *Non enim dubito affirmare, eo ipſo momento, quo Chriſtus Dominus in aureo Virginis vtero cõceptus eſt, omnes vbique Angelos, omnes cæleſtes choros non modò coram Chriſto adorabundos concidiſſe, ſed etiam coram Matre*. Probatur ratione, quia conueniens erat, vt Regi, & Reginæ Angelorum venerabundi adſtarent Angeli.

Vincent. Regius.

Collige, eos rem gratiſſimam præſtare Virgini, & angelicas imitari vices, qui pietatis affectu, & deuota contemplatione Virgini vterum geſtanti aſſiſtunt, & (vt moris eſt apud Hiſpanos) expectationem diuini partus nouem diebus ante Chriſti Natalia concelebrant. Et, quantum id Deo placeat, atque ipſi Virgini, diuino illo Iſaiæ oraculo comprobatur: *Ite Angeli veloces ad gentem expectatricem, quia hæc dicit Dominus: quieſcam, & conſiderabo in loco meo, & deferetur in illo tẽpore munus ad locum Nominis mei, ad montem Syon*.

Iſai.

QVAESTIO IV.

An Sanctus Ioſeph videns Virginis vterum tumeſcentem aliquid mali de illa ſuſpicatus fuerit.

PRIMA ſententia exiſtimat, ex ſuſpicione adulterij Ioſeph Virginem voluiſſe dimittere. Ita Diuus Chryſoſt. homil. 26. ſuper Matthæum, D. Iuſtinus Mart. ſerm. 14. de Natiuitate, D. Hilarius

D. Chryſoſt. Iuſtin. Mart. D. Hilarius.

A ſuper caput 1. Matth. Nicephor. lib. 1. hiſt. Eccleſiaſticæ c. 8. D. Auguſt. qui epiſt. 54. ad Macedon. hæc ſcribit: *Ioſeph, cùm Virginem nihil aliud, quàm adulteram credidiſſet, punire eam noluit, nec approbator flagitij fuit*: & in Appendice ad to. 10. ſer. 25. ſæpiùs mentionem facit de dicta ſuſpicione Ioſeph, & inter alia hæc habet: *Cogitauit*, inquit, *ſicut Euangelium dicit, occultè dimittere Mariam coniugem ſuam, cogitauit, quòd eſſet rea de adulterio*. Hanc eamdẽ opinionem ſequitur Abulenſ. Matthæi 19. & Sanchez lib. 10. de Matrim. diſp. 12. nu. 36. Fundamentum eſt quia Angelus volens excuſare Virginem, & ſuadere Ioſepho, nè ab ea recederet, hanc adducit rationem:

Niceph. Auguſt.

Abulenſ. Sanchez.

B *Quod enim in ea natum eſt, de Spiritu Sancto eſt*: ponderandum illud *enim*, quaſi dicat: non eſt, cùr timeas, quia virtute Spiritus Sancti concepit.

Secunda ſententia eſt eorum, qui putant, Ioſephum nullam contra Virginis puritatem ſuſpicionem habuiſſe, ſed, quia ſe indignum reputabat cohabitatione talis Virginis, ob reuerentiam ab ea voluiſſe recedere. Ita habetur lib. 7. Reuelationum Sanctæ Brigittæ cap. 35. vbi Virgo ſic loquitur: *Sed poſtquàm conſenſi nuntio Dei, Ioſeph videns, vterum meum virtute Spiritus Sancti intumeſcere, expauit vehementer, non ſuſpicans contra me aliquid ſiniſtrum;*

Secũda Sent. negatiua.

Reuel. S. Brigittæ.

C *ſed recordatus dicta Prophetarum prænuntiantium, Filium Dei naſciturum de Virgine, reputabat ſe indignum tali ſeruire Matri, donec Angelus in ſomnis præcepit ſibi non timere, ſed cum charitate mihi miniſtrare*: ſimilis reuelatio habetur etiam lib. 6. cap. 59. Suffragatur D. Bonauentura in ſpeculo Virginis cap. 15. in fine: *O ineffabilis*, inquit, *laus Mariæ! Magis credebat Ioſeph caſtitati eius, quàm vtero eius, & plus gratiæ, quàm naturæ; plus credebat, mulierem ſine viro concipere, quàm Mariam poſſe peccare*. Eadem habet Auctor operis imperfecti hom. 1. in Matth. Huic ſententiæ conſentire videntur Ioan. Ecchius ſerm. de Natiuitate Virginis, Bernardus homil. 2. in *Miſſus eſt*, & alij, quos refert,

D. Bonau.

Author operis imperf.

Io. Ecchius, D. Bernard.

D & ſequitur Petrus Morales in c. 1. Matth. lib. 4. tract. 5. num. 23.

Petr. Moral.

Tertia ſententia eſt eorum, qui opinantur, Ioſephum nihil inhoneſti ſuſpicatum eſſe de Virgine, ſed, rem tacitus admirando, tantum myſterium non percipientem in quendam veluti ſtuporem raptum eſſe. Ita S. Hieronym. ſuper cap. 1. Matthæi: *Quia*, inquit, *cùm Ioſeph ſciret ſummam illius caſtitatem, & quod euenerat, miraretur, ſilentio celare melius eſſe duxit, cuius myſterium neſciebat: ac, ne ſibi fortaſſis factus ille tribueretur, humiliter recedere volebat*,

Tertia Sent.

D. Hieron.

Aymon.

bat, &c. Aymon in ſerm. de vigilia Natiuitatis Domini ſic ratiocinatur: *Quæritur, ſi inuenta eſt à Ioſeph habens de Spiritu Sancto, cùr dimittere eam voluit. Ideò, ſcilicet, quia nec totum ſciuit, nec totum ignorauit: nouerat in vtero habentem non de carnali concubitu, ſed ſpiritali virtute, de quo verò ſpiritu conceperat, ignorabat; quod ei aperitur, quaſi neſcienti.* Fauet D. Bernardinus to. 3. ſerm. de S. Ioſeph ar. 2. c. 1. pag. 459. vbi hæc refert: *Quæritur, an Ioſeph crediderit, Virginem de adulterio grauidam: circa quod tres Doctorum, & Patrũ ſententias quaſi contrarias reperio. Chryſoſtomus enim, & Auguſtinus volunt, quòd crediderit hoc: ſecundi autem, vt Origenes, & alij, volunt, quòd crediderit, eam concepiſſe de Spiritu Sancto, & quòd ex multa reuerentia eam fugere voluerit: tertij verò dicunt, quod iſte ancipiti cogitatione concuſſus, & pro vtraque allegans, neutri parti ſimpliciter adhærebat, ſed ſtabat mente attonitus, & ſuſpenſus. Nã ex vna parte erat firmiſſimum argumentum naturæ ex tumefactione vteri, ex altera parte pugnabant omnia, quæ de Virginis ſanctitate viderat, & audierat; & ex ſtupore vtriuſque partis ſimul ſumptæ volebat occultè dimittere eam; tanquam rem ſibi ignotam, & ſuum iudicium tranſcendentem. Ego ſanè adhæreo magis huic tertiæ ſententiæ.*

S. Bernardin.

Concl. pri. S. Ioſeph de Virginis puritate nil dubitauit. B.V. in ſe aſpicientibus puritatis amorẽ excitabat.

Dico primò; Sanctum Ioſephum nihil de Virginis puritate dubitaſſe. Colligitur ex Reuelatione citata, & auctoritate Patrum pro ſecunda ſententia adductorum. Probatur ratione, quia tanta erat Virginis puritas, vt eam etiam ſuo aſpectu in intuentium ſe oculos iacularetur (quod latiùs proſequemur tom. 2.) nullusq; eſſet, qui aliquid inhoneſti de illa cogitare, vel ſuſpicari poſſet. Multò ergo minùs S. Ioſeph talia ſuſpicari poterat, qui & puriſſimus erat, & experimẽto didicerat ſemper maiorem in ſeſe virginitatis amorem ex Mariæ conſortio excitari. Probatur ſecundò; quia Deus adeò immaculatam Virginis puritatem adamauit, vt S. Ambroſ. lib. 2. in Lucam dicat: *Maluit*, ſcilicet Deus, *aliquos de ſua generatione, quàm de Matris puritate dubitare*: ergo non videtur conſentaneum, quòd voluerit Deus in Ioſeph dubium permittere de eadẽ Virginis pudicitia. Et, ſi D. Anſelmus aſſerit, quòd decebat, Virginem ea puritate nitere, qua maior ſub Deo nequit intelligi, maior ſanè puritas intelligitur in Virgine, ſi ea neque ſuſpicione S. Ioſeph labefactata fuerit; ergo à tali ſuſpicione eſt vindicanda. Claudia virgo Veſtalis, vt ſe à ſuſpicione, quæ de ſua virginitate violata emanarat in vulgus, eximeret, nauim in Tyberi hærentem, cunctis mirantibus, tenui cingulo traxit ad littus. In hoc verò ait S. Hieron. lib. 1. contra Iouinianum, quòd *melius cum illa eſſet actum, ſi hoc, quod euenit, ornamẽtum potiùs fuiſſet exploratæ pudicitiæ, quàm dubiæ patrocinium*. Ita in re noſtra dicere poſſumus, quòd, ſi exiſtimetur Angelus ad tollendam ſuſpicionem in ipſo Ioſeph cõtra puritatem Virginis aſſertã ab aduerſarijs apparuiſſe, poſſet quis, vt de Claudia, affirmare, quòd melius cum ipſa Virgine eſſet actum, ſi hoc ornamentũ potiùs fuiſſet exploratæ pudicitiæ, quàm dubiæ patrocinium; quod affirmare ſummæ puritati Virginis non videtur conſentaneum.

D. Ambroſ.

D. Anſelm.

D. Hieron.

Dico ſecundò, probabiliſſimum videri, Sanctum Ioſeph ob timorem reuerentialẽ à Virgine voluiſſe recedere, quia ſe indignum putabat tantæ Virginis conſortio, quàm prolem diuinitùs cõcepiſſe quidem cogitabat, ſed nullum determinatum iudicium ferebat. Probatur ex citata Reuelatione, quæ rationem etiam ſubiicit, nimirum, quòd Ioſeph recordatus dicta Prophetarum prænunciantium; Filium Dei naſciturum de Virgine; cùm videret Virginem Mariam tot virtutibus inſignitam, & miraculo efflorèſcentis virgæ ſibi in ſponſam conſignatam, facilè conijcere poterat, hanc eſſe illam Virginem, de qua oraculum Iſaiæ loquitur: *Ecce Virgo concipiet*; & ob reuerentialem timorem ab ea recedere meditabatur, ſicut Petrus aliquandò ob humilitatem (Luc. 5.) dixit: *Exi à me Domine, quia homo peccator ſum*: Porrò, cùm in rebus diuinis rem aliquam certò definire non ſit facilè, Ioſeph verò eſſet vir iuſtus, ideſt, omni virtute præditus, ob humilitatem reuerentiali timore correptus nullum determinatam iudicium ferebat de tanto myſterio. Ex his

Iſai.

Luc.

Reſpondetur argumento pro prima opinione adducto.

Reſpondeo rationi ſupra adductæ pro prima opinione; ideo enim Angelus dixit: *Ne timeas accipere Mariam, quod enim in ea natum eſt, de Spiritu Sancto eſt*, vt diuino teſtimonio omninò certus redderetur Ioſeph de Filio Dei incarnato, & de munere nutritij, ſeu putatiui patris; ad quod ipſe electus erat, vt patet ex illis verbis: *Pariet Filium, & vocabis nomen eius Ieſum.*

QVAE-

QVAESTIO V.

Cùr Beata Virgo, ſciens Ioſephum eſſe turbatum ob ventris tumorem, quem in ea viderat, de rei veritate illum non admonuerit.

RATIO huius quæſtionis examinandæ eſſe poteſt quia, cùm Virgo ſummoperè diligeret Ioſephum, talis amor illam impellere videbatur ad ſecretum pandendum: verus enim amor facit, vt cordis arcana manifeſtentur: vndè (Iudic. 16.) Dalila de Samſone conquerens: *Quomodò, inquit, dicis, quòd amas me, & tu mentitus es mihi?* Iudic.

Concluſio cauſas ſubnectens. Dico, pluribus de cauſis Virginē, quòd de Spiritu Sancto concepiſſet, ſilentio texiſſe. Prima eſt, vt doceret, non ſpectare ad homines in his rebus ſe ingerere, quæ à diuina prouidentia immediatè diriguntur: Myſterium autē hoc Incarnationis ab Archangelo Gabriele fuerat annuntiatum, & Sanctæ Eliſabeth diuinitùs reuelatum, ergo eius manifeſtatio à ſola prouidentia diuina pendere videbatur.

Secunda quia Virgo à Spiritu Sancto edocta optimè nouerat, ex tali timore vniuerſo mūdo veritatem huius tanti myſterij magis euulgandam, dum repetito Angeli teſtimonio comprobanda erat.

Tertiò hoc ſilentio nos inſtruit B. Virgo, non facilè aperiēda eſſe dona, quæ nobis diuinitùs ſunt conceſſa. In ſacris pag. 1. Reg. 10. commendatur Saul, quia, quòd vnctus fuerit Rex à Samuele, tacitus prætęrijt, dum interrogaretur à patruo: *Et dixit ei patruus ſuus; indica mihi, quid dixerit tibi Samuel: & ait Saul ad patruum ſuum; indicauit nobis, quia inuentæ ſint aſinæ: de ſermone autem regni non indicauit ei, quem locutus fuerat ei Samuel.* Reg. Siluit ergo Saul, vt euitaret iactantiam, & humilitatem ſeruaret, iuxta Nicol. Lyr. Imò aduertunt aliqui, vt Abulenſ. in citatum locum, quòd ideò Deus protulit illa verba 1. Reg. c. 15. in laudem ipſius Saul: *Cùm eſſes paruulus in oculis tuis, caput in tribubus Iſrael factus es.* Nicol. Lyr. Abulenſ. Hinc etiam intelligi poteſt myſterium illud, quandò vidit Iſaias Seraphim ſtantes ſuper ſolium Domini, habentes alas ſex, quarum duabus velabant faciē eius, & duabus velabant pedes, & duabus ſimul volabant: myſterium, inquam, quòd magno ſtudio velanda ſunt cæleſtia

A dona, vt poſſit quis in virtutum progreſſibus volitare.

QVAESTIO VI.

Vtrum infantulus Chriſtus in vtero Virgineo per vmbilicarem venam Matri coniungeretur.

NOTANDVM primò ex communi Philoſophorū, & Medicorum doctrina, fœtum in vtero ali non ore, ſed nutrimentali vena, Ita Ariſtoteles 2. de B ortu animalium c. 4. & 5. & Andreas Laur. lib. 2. operis anathomici q. 35. & alij. Ariſtot. And. Laurēt.

Notandum ſecundò, fœtum, communiter loquendo, quibuſdam membranis inuolui; imò, has membranas primò efformari, docet idem Andreas Laur. eiuſdem operis anathom. lib. 2. quæſt. 27. Porrò fœtus per vmbilicum coniungitur ſecūdinis, per quas ſugit ſanguinem à Matre; & ideò ſecundinæ ſunt plenæ venis. Vtrum verò Chriſti corpus talibus membranis, ſeù ſecundinis fuerit circumſeptum, videbimus, cùm de Virgine parturiente diſſeremus.

Dico, Chriſtum infantulum vtero Matris per vmbilicarem venam fuiſſe coniūctum. Probatur primò auctoritate S. Hi- Concluſio affirmatiua: D. Hilarius,
C larij lib. 2. de Trinit. *Inenarrabilis à Deo originis vnus vnigenitus Deus in corpuſculi humani formam Sanctæ Virginis vtero inſertus accreſcit;* Ex clariùs Tertullianus de carne Chriſti: *Accipe,* inquit, *& Dauid Domino Patri Deo eloquentem: Quia tu es, qui auulſiſti me ex vtero Matris meæ; ecce vnū: Et ſpes mea ab vberibus Matris meæ; ſuper te ſum proiectus ex vulua; ecce aliud: Et ab vtero Matris meæ Deus meus es tu; ecce aliter. Nunc ad ſenſus ipſos decertemus. Auulſiſti, inquit, ex vtero. Quid auellitur, niſi quod inhæret quod infixum, innexum eſt ei, a quo, vt auferatur, auellitur? Si non adhæſit vtero, quomodò auulſus eſt? Si adhæſit, qui auulſus eſt, quomodò adhæſiſſet, niſi dum ex vtero eſt* Tertull.
D *per illum neruum vmbilicarē, quaſi folliculi ſui traducem, annexus origini vuluæ? Etiā cùm quid extraneum extraneò adglutinatur, ita concarnatur, & conuiſceratur cum eo, cui adglutinatur, vt, cum auellitur, rapiat ſecum ex corpore aliquid, à quo auellitur, quaſi ſequelam quandam abruptæ vnitatis, & perducem mutui coitus. Cæterùm quæ vbera Matris ſuæ nominat? Sine dubio quæ hauſit. Reſpondeant obſtetrices, Medici, & Phyſici de vberum natura, an aliter manare ſoleant, ſine vuluæ genitali paſſione, pendentibus exindè venis infimi ſanguinis in mamillam*

&

& ipſa tranſlatione decoquentibus in materiam lactis latiorem. Inde adeò fit, vt vberum tempore menſes ſanguinum vacent. Quòd ſi Verbum caro ex ſe factum eſt, non ex vuluæ communicatione, nihil operata vulua, nihilo iuncta, nihil paſſa; quomodò fontem ſuum tranſfudit in vbera, quæ niſi habendo non mutat? Habere autem ſanguinē non potuit lacti ſubminiſtrando, ſi non haberet cauſas ſanguinis ipſius, auulſionem, ſcilicet, ſuæ carnis. Hanc eandem opinionem ſequuntur Recentiores aliqui, & præcipuè Cardin. Toletus in cap. 2. Lucæ annot. 19.

Toletus.

Probatur ratione, quia Verbum aſſumpſit naturam humanam integrā (debuit enim *per omnia fratribus aſſimilari*, vt tradit Apoſt. ad Hebræos 2.) ergo debuit aſſumere venam, ſeù neruum vmbilicarem, & conſequenter per illum vtero Mariæ connecti, iuxta conſuetum naturæ ordinem. Et quòd in Chriſto ſit vmbilicus admittendus, habetur expreſſè in Reuelationibus S. Brigittæ lib. 7. cap. 21. hæc enim ibi referuntur: *Quæ, ideſt Virgo, tunc ſedens in terra poſuit Filium ſuum in gremio, & recepit cum digitis ſubtiliter vmbilicum eius, qui ſtatim abſciſſus eſt: nec inde aliquis liquor, aut ſanguis exiuit.* Demùm innititur hæc noſtra concluſio ab illis verbis, prolatis à Sancta Eliſabeth: *Benedictus fructus ventris tui*: fructus enim coniungitur arbori, à qua producitur. Facit ad rem noſtram, quod habet Galenus comment. ſuper primum aphor. ſect. 4. *Sic*, nimirum, *fœtum alligari matri, ſicut fructus arbori*: & eodem modo loquendi vtuntur Stoici apud Plat. 5. de placitis cap. 15. fœtum enim aiebant eſſe partem ventris, ſicut fructus arboris. Sed

Ad Hebr.

Reuel. S. Brigittæ.

Luc. 1.

Galenus.

Plato.

Obiectio.

Obijcies: Corpus Chriſti fuit in inſtanti efformatum, & omnibus partibus abſolutum; ergo non erat neceſſe, vt per vmbilicarem venam alimentum attraheret: ideò enim non ore, ſed vena vmbilicari alij infantes in vtero materno prioribus menſibus exugunt alimentum, quia nondum pulmonem perfectum habent, quo & ſpirare, & nutrimentum attrahere valeāt. Confirmatur primò, quia Chriſti corpuſculum non erat amictum membranis, & ſecundinis: ſed fœtus per vmbilicum coniungitur ſecundinis, per quas ſugit ſanguinem à Matre; ergo non apparet neceſſitas, cùr per vmbilicarem venam coniunctio eſſet admittenda ad alimoniā attrahendam. Confirmatur ſecundò, quia, vt docent aliqui, & præcipuè Hippocrates lib. de principijs, *Puer in vtero comprimens labia ſugit, & tum alimentum, tum ſpiritum cordi intro trahit, vbi ſanè mater reſpirarit.* Et Galenus lib. de hiſt. philo-

Hippocrat.

Galen.

A ſoph. hæc habet: *Democritus, & Epicurus infantes dicunt in vtero commorantes nutrimentum ore ſuſcipere; hinc fieri, vt in lucem editi partus mamillas quamprimùm conquirant ore; nam & intra vuluam papillas quaſdam eſſe, è quarum foraminibus alimentum ducunt*; & Ariſtot. 2. de generatione animalium cap. 9. quoſdam infantes in vtero ali, ait, ſugentes carunculam quandam.

Ariſtot.

Reſpondeo, quòd, licèt corpus Chriſti fuerit momento omnibus partibus elaboratum, in eo tamen vmbilicaris vena eſt admittenda, quia, vt diximus, naturam humanam integram aſſumpſit; ergo non erat neceſſè, vt vltra conſuetum naturæ

Reſponſio.

B modum per talem venam non aleretur. Non enim ob id ſolùm fœtus alitur per vmbilicarem venam, quia caret pulmone perfecto, ſed etiā quia commodiùs ſic enutritur. Ad primam confirmationē patebit reſponſio ex dicendis infrà: & præterea dico, non deeſſe aliquos, qui affirmant, præter membranas, & ſecundinas, emanare quædam ligamina, quibus adnectitur fœtus in vmbilico matri. Et eſto, quòd in alijs fœtibus non ita ſit; in Chriſto vtero Virgineo adhærente erit valde probabile ob excellentiam deifici conceptus. Ad ſecundam confirmationem dico, illam doctrinam non eſſe communiter receptam, & hoc nobis ſufficere. Et, ſi con-

C cederemus, quòd Chriſtus aliquam etiam alimoniam ore hauſerit, non tamen neceſſe eſt, quòd omnem ore ſuxerit, ſed partem aliquam tantùm; reliquam verò per vmbilicarem venam attraxiſſe affirmare poſſumus. Ex hoc

Colliges ingentem Mariæ gloriā. Quid enim nobilius, aut illuſtrius dici, aut excogitari poteſt, quàm ipſam Mariam cum eo fuiſſe continuā, quod hypoſtatico vinculo Verbo Dei erat connexum? Ex hac vnione phyſica inter Chriſtum, & Mariam conijcere poſſumus & ſpiritualis vnionis præciſum quemdam gradum. Et, ſi verū eſt, quod tradunt Iuriſperiti, arborem eo tempore, quo eſt coniuncta ſolo, ad ſoli

Eximiū Virginis encomium.

D dominum ſpectare: Barth. in lege quæro ff. de act. empt. & vend. & Inſtituta de rerum diuiſione §. *ſi Titius alienam*, vbi dicitur: *ſi Titius alienam plantam in ſuo ſolo poſuerit, ipſius erit: & ex diuerſo, ſi Titius ſuam plantam in Mæuij ſolo poſuerit, Mæuij planta erit, ſi modo vtroque caſu radices egerit.* Si, inquam, vera eſt hæc doctrina, quam veriſſimam puto, ſimili modo dicere poſſumus, quòd Verbum incarnatum, quia veluti radices egerat in vtero Virgineo, dum illi continua connexione adhærebat, factum fuit peculiari modo ipſius

Barthol. Inſtituta.

Vir-

Virginis. Imò, ſi per impoſſibile Filius æterni Patris poſſet deſinere eſſe Filius eiuſdem æterni Patris, fuiſſet poſt Incarnationem Filius ſolius Mariæ: ſed, quia impoſſibile eſt, quòd Pater æternus non habeat filium ſibi vnigenitum, & conſubſtantialem, qui & incarnatus eſt, ideò illum Pater æternus cum Maria voluit habere communem.

QVAESTIO VII.

Ex qua ſubſtantia Chriſtus in vtero Virgineo aleretur.

Toſtatus. Ariſtot. And. Laurēt.

De materia, qua alitur fœtus, fusè diſſerit Toſtatus in Leuit. cap. 12. quæſt. 11. Ariſtoteles 15. de animalibus, Andreas Laur. lib. 2. anathom. oper. cap. 10. quæſt. 20.

Notandum, ex eodem Laurent. cit. lib. 2. q. 3. vnicam in fœtu fieri coctionem. Ait enim cit. Author: *Ego, vt ingenuè dicam quid ſentio, vnicam in fœtu coctionem agnoſco: quid enim chyloſi, quid noua bemateſi opus eſt, cùm ſanguinem maternum hauriat, eumq; puriſſimum? Perfici quidem, & magis, magiſq; excoqui tum in maioribus, tum in exilioribus vaſis, fateor, vt maior ſanguini cum tenello fœtu intercedat ſimilitudo; ſed nouam formam, planè inficior: idem enim ſanguis eadem vi alendi præditus perfectione tantùm differt, & quibuſdā accidentibus. Neque verò in fœtu neceſſaria fuit chyloſis, quia chyloſeos excrementum craſſum, & fæculentum mole, ac pondere nimium grauaret, fœtuiq; nimiùm moleſtum eſſet.*

Concluſio. Chriſtus pro alimonia in vtero Virgineo habuit puriſſimum Mariæ ſanguinem.

Dico, Chriſtum in vtero Virgineo pro alimonia habuiſſe puriſſimum Mariæ ſanguinem. Hæc concluſio ſatis patet tum ex notatis, tum ex eo, quòd, ſicut Chriſti corpuſculum ſine viri concurſu ex ſolo puriſſimo ſanguine Virginis fuit, virtute Spiritus Sancti interueniente, elaboratum, ita conueniens erat, vt eodem puriſſimo ſanguine enutriretur.

Collige, ſi vnica coctione ſanguis puriſſimus Mariæ in Chriſti ſubſtantiam cōuertebatur, magnam eiuſdem Virginis gloriam, tum quia adeò proximam ſubminiſtrabat materiam, quæ hypoſtatico nexu Verbo cōiungebatur (illæ enim partes ſanguinis, quo Chriſtus infantulus in vtero Virgineo nutriebatur, dum per nutritionem aggregabatur præexiſtenti materiæ corporis Chriſti, vniebantur tunc A per nouas partes vnionis de nouo productas): tum quia ab alimonia, quam Virgo ſuppeditabat, vita Chriſti, quæ eſt infiniti valoris, pendebat.

QVAESTIO VIII.

Vtrum Virginis vultus fulgore irradiatus micaret, dum ipſa in vtero habebat Chriſtum.

Opinio negatiua. Toſtatus.

B Toſtatvs in Matth. c. 1. quæſt. 44. negat, quia iſte fulgor non ſolùm viſus fuiſſet à Ioſeph, ſed etiam ab omnibus alijs, cum quibus loquebatur, & commorabatur Maria: & quia ignotū erat apud multos, Virginem concepiſſe de Spiritu Sancto, quicumque ignarus talis myſterij vidiſſet illum fulgorem, putaſſet illam maleficam; & omnes ad talem fulgorem videndum concurriſſent, quod non videbatur pudori Virgineo cōuenire. Alias rationes congerit hic Auctor, quæ talem fulgorem non eſſe admittendum ſuadere videntur: ſed fundantur in hoc, quòd talis fulgor paſsim ab omnibus potuiſſet videri. C Præterea addit, quòd, ſi vultum Virgineum irradiantem conſpexiſſet S. Ioſeph, non fuiſſet turbatus, etiāſi illam grauidam animaduertiſſet. Vltimò dicit, quòd S. Matthæus debuiſſet aliquam mentionem facere de tali fulgore, cùm eſſet aliquid ſpeciale, quod non intelligeretur, niſi exprimeretur; vndè ſacræ paginæ Moyſis fulgorem apertè teſtantur.

Affirmatiua ſententia. Nicol. Lyran. S. Hilarius, Gloſſ. ordin.

Alij affirmant, Virginis vultum effulſiſſe, dum ipſa in vtero geſtabat Chriſtum. Ita Nicolaus Lyran. S. Hilar. & Gloſſa ordinaria ſuper illa verba Matth. 1. *Ioſeph non cognoſcebat eam, donec peperit Filium ſuum primogenitum.* Et Origenes expreſsè ait: *Quamdiu Virgo Beata habuit in ſuo* D *vtero Solem iuſtitiæ, tantus fulgor exibat de eius facie, quòd Ioſeph eam cognoſcere, & diſcernere non valebat, nec in eius faciem intendere poterat, donec eius vterus fuit euacuatus.* Hanc ſententiam refert, nec improbat D. Tho. 3. p. c. 28. ar. 3. ad tertium, vbi ait: *Quidam verò hoc referunt ad notitiam viſus: ſicut enim Moyſis cum Deo colloquentis glorificata eſt facies, vt non poſſent intendere in eam filij Iſrael; ſic Maria claritate virtutis Altiſſimi obumbrata cognoſci non poterat a Ioſeph, donec pareret.* Sequūtur aliqui Recentiores, inter quos eſt Io. Baptiſta

Origenes.

D. Thom.

Io. Bapt. Guarinus.

Baptiſta Guarinus in ſua Hierarch. lib. 1. cap. 9.

Concl. ſecundæ ſententiæ adhærens.

Dico, hanc ſententiam affirmantem, Virginis vultum effulſiſſe, ſatis probabilẽ eſſe: primò ob auctoritatem Patrum: ſecundò quia etiam innuitur in ſacro textu illis verbis Matth. *Ioſeph autem non cognoſcebat eam, donec peperit Filium ſuum*; quæ verba non de copula maritali, ſed de cognitione, ſeu notitia accipi ſatis probabiliter poſſunt, primò quia, ſi ly *non cognoſcebat* hic copulam carnalem non interfuiſſe ſignificaret, non perfectè videretur omnis ſuſpicio de Virginitate Mariæ ſublata; aliqui enim forsan facerent vim in particula illa, *donec*, quæ iuxta communem loquendi modum indicat, poſteà factum fuiſſe, quòd anteà negatum fuerat. Secundò, cùm Mattheus in eodem cap. dixiſſet: *Inuenta eſt in vtero habens de Spiritu Sancto*: & rurſus: *Quod in ea natum eſt, de Spiritu Sancto eſt*; nulla apparet neceſſitas, cùr paulò poſt ſubijcere deberet, quòd carnalis copula non interuenerit. Si ergo poſſumus accipere hoc verbum cognoſco, prout indicat apertam, & euidentem alicuius perſonæ notitiam, maximè cùm hoc vergat in rationabilem honorem Virginis, dicere poſſumus, quòd *Ioſeph non cognoſcebat eam, donec peperit Filium ſuum*; quia ipſe nec aciem oculorum in vultum Mariæ ſplendore diuino coruſcantem detinere, & conſequenter nec diſtinctè eam à vultu cognoſcere poterat. Et quòd non ſolùm Virginis facies, ſed etiam totum eius corpus in hac mortali vita aliquandò ſplendeſceret, indicat Gerſon tract. 4. ſuper *Magnificat*, quatenus ait: *Iam quoque dotes corporis glorificati in ea inchoabantur ex abundantia virtutum; necnon dominium ſpiritus ſuper animam, & corpus, vt eſſet indè corpus agile ſecundùm omnes vires cognitiuas, & notiuas, ſubtile præterea, & clarum, nec ita paſſibi-*

Gerſon.

A *le vt noſtrum, &c.* Idem innuitur in ſacris paginis: *Thronus eius, ſicut flamma ignis*, Daniel. 7. vbi etiam ſermo eſt de Maria; hæc enim Thronus Dei paſsim à Patribus vocatur. Demùm probatur ratione: ſi enim Moyſis facies ob conſortium cum Deo in monte fulgebat, vt non poſſent filij Iſrael in eam intendere, Exod. 34. ſanè Virginis faciem à Sole iuſtitiæ, quem intra ſe tenebat, radijs fuiſſe clarificatam, meritò affirmare poſſumus. Confirmatur, quia priuilegia, quæ alijs Sanctis fuerunt conceſſa, Virgini nobiliori modo ſunt adſcribenda: ſed multorum Sanctorum facies quandoquè veluti ſol ſplenduit; ergo & Virgineam faciem ſimili modo emi- B caſſe, non eſt cùr negemus, præcipuè eo tempore, quo intra ſe æternum lumen retinebat.

Daniel.

Reſpondetur rationibus Toſtati.

Supereſt, vt reſpondeamus rationibus à Toſtat. adductis. Ad primam, non ab omnibus conſpiciebatur fulgor Mariani vultus, ſed tantùm à S. Ioſeph, vel alijs quibuſdam, prout diuina prouidentia decernebat. Ad ſecundam, iam diximus ſupra, non fuiſſe turbatum S. Ioſeph ob aliquam ſuſpicionem contra Virginis puritatem. Præterea probabile eſt, quòd S. Ioſeph non viderit talem fulgorem, niſi poſtquam Angelus ei apparuit: dicitur enim in ſacro textu: *Exurgens autem Ioſeph à ſomno fecit, ſicut præcepit ei Ange-* C *lus Domini, & accepit coniugem ſuam, & non cognoſcebat eam, donec peperit, &c.* Ad vltimam dico, quòd Matthæus tacitè mentionem fecit de tali fulgore, dum dixit: *Non cognoſcebat eam, &c.*

CAPVT

Digitized by Google

CAPVT DECIMVM.

DE VIRGINE CHRISTVM parturiente.

QVAESTIO PRIMA.

Vtrùm Beata Virgo Chriſtum pepererit ſine dolore.

Affirmatur. D.Thom. Luc.

A DICO affirmatiuè. Ita communis Patrum conſenſus, & expreſsè D.Thom. 3.p.q. 35. art 6. Et probari poteſt primò ex illis verbis Euangelij Lucæ 2. *Peperit Filium ſuũ primogenitum, & pannis eum inuoluit, & reclinauit eum in præſepio*. Ponderandum eſt illud, *pannis inuoluit*: ſi enim dolore parturientium Virgo oppreſſa fuiſſet, ſtatim tale miniſterium erga Chriſtum infantulum peragere non potuiſſet. Et Iſaiæ 66.

Iſaias. Septuag. Interp.

B *Antequàm parturiret, peperit, & antequam proueniret partus eius, peperit maſculum*: vbi Septuaginta legunt: *Antequàm veniat dolor parturientium, peperit maſculum*. Vndè, cùm de nulla alia fœmina, quàm de Virgine intelligi poſſit hoc oraculũ (mulieres enim omnes in dolore filios parere debent ex ſententia à Deo poſt Adæ peccatum lata) conſtat, B. Virginem ſine dolore peperiſſe. Probatur ſecundò auctoritate Patrum. Arnoldi Carnot. de laudibus Mariæ: *Nihil quippè doloris*, inquit, *nihil clamoris ibi erat; nullam ibi vſuram*

Arnold. Carnot.

C *pœnarum pro voluptate vltio repetebat: neque enim erat Chriſtus in peccato conceptus, cuius ſolius eſt donare peccatum. Vndè ipſi egredienti nullum exigens tormenti vectigal vltrò natura ianuas reſerabat. Aderant illi Cherubim, & Seraphim, & gratulabundus, Gloria in excelſis Deo, decantabat cæleſtis exercitus*. Damaſceni lib. 4. de fide c. 15.

Damaſcen.

Quà voluptas non anteiuit, nec dolor quidem in partu ſubſequutus eſt. Omitto breuitatis cauſa verba Bernardi homil. 3. ſuper *Miſſus eſt*, Nazianzeni in tragędia de Chriſto patiente, Fulgentij ſerm. de laudibus Mariæ, Auguſtini ſerm. 10. de Sanctis, & 14. de Natiuitate. Probatur tertiò ex Reuelatione S. Brigittæ lib. 7. c. 22. vbi Virgo alloquens Sanctam Brigittam ſic fatur: *Peperi enim eum* (ideſt Chriſtum) *cum tanta exultatione, & lætitia animæ, quòd non ſenſi aliquod grauamen, quandò ipſe exibat de corpore meo, nec dolorem aliquem; ſed ſtatim inuolui eum panniculis mundis*. Probatur quartò rationi-

Bernard. Nazianzen. Fulgent. Auguſtin. Reuel. S. Brigittæ.

B bus. Prima eſt, quam indicauit Damaſcenus ſupra, ſcilicet quòd, ſicut nulla præceſſit ſenſus voluptas in generatione, ita nec eiuſdem ſenſus dolor in partu ſubſequi debebat. Secunda quia nulla in Virginis corpore fuit facta ruptio, aut alteratio, ſeù mutatio contraria conuenienti diſpoſitioni, dum Chriſtum peperit: ergo nec vllus fuit dolor: nam dolor corporis, vel ex alteratione, vel ex diſciſſione, vel mutatione contraria conuenienti diſpoſitioni prouenit, vt communiter Philoſophi, & Medici docent. Antecedens traditur paſsim à Patribus. Sufficiat hic lu-

C culenta Amedei verba homil. 3. de Mariæ Virginitate referre: *Vt claritas*, inquit, *ſolis vitrum abſque læſione penetrat, & vt radius oculorum tranquillo, & claro liquori ſine diſciſſione, & diuiſione immergitur, vt vſque ad fundum vniuerſa rimetur: ſic Dei Verbum adijt Virgineum habitaculum, & indè prodijt, clauſo Virginis vtero: quippe qui facilè poſſet extra*

Amedeus.

Virginem corpus creare de nihilo, facilè potuit corpus acceptum de Virgine extra ſine carnis ſciſſione traijcere: neque enim legi naturæ ſe ſubdidit, ſed legem naturæ ſubdidit ſibi: & homil. 4. rurſus dicit: *Si miraris, clauſo vtero Mariæ ſignataq; virginali pudicitia, Deum natum, mirare, quòd clauſo, obſerratoq; aditu ſepulcri ad ſuperos redijt, & clauſis ianuis ad diſcipulos intrauit*. Tertiò quia, ſi dolor Euæ, cæteriſq. parturientibus à Deo iniunctus ob peccatum inobedientiæ fuit, patet, nullo modo huic legi obnoxiam fuiſſe Mariam, quæ ab omni peccato ſemper aliena fuit, & obediendo Verbum concepit. Quartò quia, cùm Chriſtus in hoc facilimè poſſet honorare Matrem, nullo modo dubitari poteſt, quin honorauerit. Accedit, quòd, ſi Angeli cecinerunt: *Et in terra pax hominibus bonæ voluntatis*; in Virgine, vtpotè quæ optimæ inter homines erat voluntatis, nulla eſſe poterat inordinata tumultuantiũ inter ſe qualitatum diſſenſio, nulla continui diſſolutio; ſed continuata quædam corporis temperies, & pax reperiebatur perfectiſſima, atque adeò conſequenter nullus dolor. Sed

Obiectio. Apocal.

Obijcies illud Apoc. 12. *Mulier amicta ſole, & luna ſub pedibus eius, & in capite eius corona ſtellarum duodecim, & in vtero habens clamabat parturiens, & cruciabatur, vt pariat*. Sed per hanc mulierem ſignificatur B. Virgo, vt communiter docent Patres, & Filius, quem peperit, eſt Chriſtus, vt colligitur ex ipſo textu, in quo ſubiungitur: *Et peperit Filium ſuum maſculum, qui recturus erat omnes gentes, &c.* ergo, ſi B. Virgo *cruciabatur, vt pariat*, videtur aliquem in partu dolorẽ perſenſiſſe.

Reprimitur.

Reſpondeo primò, B. Virginem multas moleſtias ſuſtinuiſſe, vt diuinum partum in lucem ederet, & ideò optimè dicit, quòd *cruciabatur, vt pariat*. Quæris cruciatus? Quid laborioſa in Bethleem peregrinatio? Quid acerbiſſimi frigoris perpeſſio? Quid excluſio ab omni humano diuerſorio? Quid pro cubili ſtabulum, pro lectulo fœnum, pro aſtantibus beſtias habuiſſe, & vix commune cum brutis hoſpitium reperiſſe? Quid derelictum ab omni Iſraelitico populo videre eum, qui pro eius ſalute naſcebatur? Quid nullo conſueto pro natalibus obſequio excipi? Nonne hæc omnia genus quoddam cruciatus erant? Quamquam ex alia parte in tali ærumnarum cruce gloriabatur Deipara, vtpotè quæ diuinæ voluntati in his, atque alijs quibuſcumque moleſtijs maximè conformis erat.

Rurſus infringitur.

Reſpondeo ſecundò, explicari poſſe dictum locum de Virgine nos omnes ſpiri- A tualiter parturiente tempore, quo eius Filius è cruce pendebat: tunc enim maximos ſuſtinuit dolores, & verè cruciabatur, vt nos pariat: de quo argumento infra ſuo loco fuſiùs.

Collige, valdè conueniens fuiſſe, vt Virgo aliquam ærumnarum crucem præſentiret, quæ Chriſtum in cruce moriturum paritura erat, vt ſic maior ſimilitudo inter Matrem, & Filium reperiretur. Et hic aduerte, quòd Beata Virgo, præſcia futuræ paſſionis Filij, quem iam pepererat, multùm ex tali conſideratione angebatur. Quod ab ipſa Virgine reuelatum legimus S. Brigittæ lib. 1. cap. 10. his verbis: *Quandò verò conſiderabam loca clauorum in ma-* B *nibus, & pedibus, quos ſecundum Prophetas crucifigendos audiui, tunc oculi mei replebantur lacrymis, & cor meum quaſi ſcindebatur præ triſtitia: &, cùm Filius meus conſpexit oculos meos lacrymantes, triſtabatur quaſi ad mortem. Cum verò conſiderarem potentiam Deitatis eius, conſolabar iterum, ſciens, quòd ipſe ſic vellet, & ſic expediret; & omnem voluntatem meam conformaui voluntati eius: & ſic ſemper erat lætitia mea mixta cum dolore.* Et ſimilia habentur ſerm. Angelico cap. 17.

Reuel. S. Brigittæ.

QVAESTIO II.

C Vtrùm B. Virgo pepererit Chriſtũ magno cum gaudio.

Affirmatur.

DICO, Virginem ineffabili iucunditate, & diuinæ dulcedinis affluẽtia Chriſtum peperiſſe. Optimè hoc indicatur ab oraculo illo Iſaiæ 35. *Germinans germinabit ſicut lilium, & exultabit lætabunda, & gaudens*. Probatur primò ex Reuelationibus S. Brigittæ lib. 7. cap. 21. ubi dicitur, quòd B. Virgo, quandò peperit Filium, ſtabat inebriata diuina dulcedine: & lib. 1. c. 10. hæc habentur: *Quandò verò peperi eum, ſine dolore peperi eum, ſi-* D *cut & concepi, cum tanta animi, & corporis exultatione, quòd pedes mei præ exultatione non ſentiebant terram, vbi ſtabant: & ſicut in omnia mẽbra mea cum gaudio totius animæ meæ intrauit, ſic cum gaudio omniũ membrorũ, exultante anima ineffabili gaudio, ſine læſione virginitatis meæ exiuit. Cùmq; conſpicerem, & conſiderarem pulchritudinẽ eius, anima mea quaſi rorem præ gaudio ſtillabat, ſciẽs me indignã ad talem Filiũ.* Alia pro eodẽ argumento videri poſſunt ſer. Angelico c. 17. Eleganter verò Cyprian. ſer. de Natiu. Chriſti explicat hoc Deiparæ gaudiũ:

Iſaias.

Reuel. S. Brigittæ.

Cyprian.

Gaui-

Genitrix, inquit, *eſt, & obſtetrix, & deuotam dilectæ ſoboli exhibet clientelam, attrectat, amplectitur, iungit oſcula, porrigit mammam, totum negotium plenum gaudij*. Et capite inſuper 22. earumdem Reuelationum alia in confirmatione huius rei habentur, quæ vide relata in ſuperiori quæſtione. Probatur ſecundò ratione, quia maximè congruebat, vt Virgo cæleſti perfunderetur dulcedine, & ſpiritualibus affflueret delicijs, dum vnicè dilectum Filium parturiebat, qui omnis erat fons dulcedinis, à quo paradiſiacæ nunquàm manare ceſſant deliciæ. Optimè explicat Caniſius lib. 1. de Deipara c. 19. ſub §. *Reliquum eſt*, gaudium, quod Maria percepit ex partu, quo Chriſtum edidit: *Teſtatur*, inquit, *veritas ipſa Chriſtus, mulierem poſt partum non meminiſſe preſſura, quam in ipſo partu acerbiſſimam pertulit, quoniam omnis eius triſtitia mox in gaudium commutatur, cùm filium ſibi natum ob oculos videt. Quarè, ſi tantum lætitiæ, & voluptatis capit puerpera, quòd hominem impurè conceptum, & magno cum dolore in lucem editum aſpicit, vt prioris doloris aculeos facilè negligat, quantum, obſecro, & quam incredibile Virginis noſtræ gaudium fuit, quæ pura puritatis ipſius fontem, & peccati peremptorem orbi procreauit, & tanquam altera Sara, verum Iſaac, hominum, & Angelorum gaudium, in lucem edidit?* Hæc Caniſius. Adde: ſi Magi videntes ſtellam in oriente, quæ nati tantùm Pueri fuit nuncia, *gauiſi ſunt gaudio magno valdè*; quid, quæſo, dicemus de Virgine, quæ Puerum ipſum, ſuis è cælo illapſum viſceribus, ſibi ante oculos natū, circumſtantibus Angelorum choris, aſpexit? Præterea qualem, exiſtimamus, Virginem ex cæleſti illo partu hauſiſſe lætitiā, per quem adimpleta cerneret tot Patrum ſuorum vota, placatas in tenebris iacentium lamentationes, exauditas clamantiū voces: *Mitte, quem miſſurus es: Rorate cæli deſuper, & nubes pluant iuſtum: aperiatur terra, & germinet Saluatorem?* Per quem, inquam, illis breui reſerādas cæli ianuas, ad quas tot elapſis ſæculis fuerat interclulus aditus, præuidebat? Et, ſi Seraphicus Pater Franciſcus ad vnum angelicæ lyræ ictum tantam ſenſit exultantis animi ſui lætitiam, vt ſe procul dubio ſpiritum exhalaturum fuiſſe affirmarit, ſi vno adhuc ictu repetito pulſatam audiſſet eamdem lyram; quis mente ſe aſſequuturum putet lætitiam, & exultationem Virginis, dum, emiſſo diuino partu, tantam cæleſtis exercitus multitudinem audijt, canentem: *Gloria in altiſſimis Deo, & in terra pax, &c.?* Dicam quod ſentio: numquam ſpiritum

Caniſius.

Matth. 2.

Exod. 4.

Iſai. 45.

A Virgo in tanta ſuauitate cōtinere potuiſſet, niſi peculiari in hoc Dei auxilio munita fuiſſet. Dicam inſuper, immenſam penè fuiſſe Virginis lætitiam, cùm animaduerteret, prędicto partu in ſe completam actu fuiſſe Maternitatem Dei, quæ ex D. Thoma in ratione maternitatis infinita eſt. An verò viderit in partu diuinam eſſentiam, dicemus tomo 2.

QVAESTIO III.

An Beata Virgo orationi, & contemplationi vacaret, quandò Chriſtum peperit.

B

DICO affirmatiuè. Ita S. Brigitta in ſuis Reuelationibus lib. 7. cap. 21. cuius verba notatu digniſſima placet hic referre: *Cumque hæc omnia ſic parata eſſent, tunc Virgo genuflexa eſt cum magna reuerentia, ponens ſe ad orationem; & dorſum verſum præſepe tenebat, faciem verò ad cælum leuatam verſus orientem. Erectis igitur manibus, & oculis in cælum intentis, ſtabat quaſi in extaſi contemplationis ſuſpenſa, inebriata diuina dulcedine: &, ea ſic in oratione ſtante, vidi tunc moueri iacentem in vtero eius, & illicò in momento,* C *& ictu oculi peperit Filium.* Et c. 22. ipſa Virgo ſic loquitur: *Scias certiſſimè, quòd ego ſic ſteti, & tali modo peperi, ſicut nunc vidiſti, flexis genibus orando ſola in ſtabulo.* Quod etiam eleganter affirmat Caniſius de Deipara lib. 3. c. 9. vbi ſic loquitur: *Neque illic ſanè ſomno oppreſſa ſedebat, cùm in ſumma eſſet puerperij expectatione, nec deceret imparatam eſſe Sponſam, de cuius thalamo Sponſus ille erat proceſſurus. Media, & intempeſta nox aderat, quando, reliquis altum ſtertentibus, Virgo, vt ſolebat, ſacras egit excubias diuinis intenta contemplationibus.* Probatur ratione, decentiſſimum enim videbatur, vt, quæ orando conceperat, & orando pareret: &, cùm Chriſtus veniret ad homines, vt Magiſter, in D vita ſpirituali erudiendos, voluit nobis oſtendere, quanti faceret orationem, ita, vt, Virgine orante, decreuerit naſci, atque vt hinc etiam intelligeremus, ſi mediam Virginis oratione Saluatorem, & gratiæ largitorem habuimus, nos, non niſi eadem oratione interueniente, ſalutem, & gratias quaſcumque eſſe habituros.

Collige, quàm rectè doceat D. Dionyſius de diuinis nominibus cap. 7. omnem actum theologicū, omne, videlicet, opus,

Affirmatur. Reuel. S. Brigittæ.

Caniſius.

Omnis actus theologicus ab oratione inchoandus. Dionyſius.

& exercitationem, quæ de Deo agi·, & cum Deo, inchoandam eſſe ab ipſa oratione; cùm hic videamus, Solem iuſtitiæ ante ortum ſuum, veluti auroram, præmittere Matris orationem.

Collige ſecundò ex hoc, quòd B. V. intempeſtæ noctis tempore, cæteris dormientibus, ſacras egit excubias, & tota diuinæ intenta contemplationi ſe ad dignè mundi Saluatorem parturiendū diſpoſuit, collige, inquam, quantum pro communi hominum ſalute inuigilauerit.

QVAESTIO IV.

Vtrùm Virginitas Mariæ in partu, quo Chriſtum edidit, aucta ſit.

De fide eſt, B.V illibata virginitate peperiſſe.

SVPPONO primò, tanquam omninò certum, illibata virginitate, Mariā peperiſſe. Quam veritatem communiter probant Theologi, & Eccleſia definiuit, vt benè notat Suar. tom. 2. in 3 par. diſp. 5. ſect. 2. apud quem plura etiam Patrum teſtimonia videri poſſunt pro hac re. Suarez.

Suppono ſecundò cum communi, & vera ſententia, clauſis virginitatis clauſtris, Chriſtum ex vtero Mariæ miraculoſa penetratione prodijſſe; quod etiam ſupra quæſt. 1. huius capitis appoſita ſimilitudine lucis penetrantis vitrum, adnotante Amedeo, diximus, & c. de Annunciatione q. 27. vbi explicauimus illud Ezechiel. 44. *Porta hæc clauſa erit, non aperietur, & vir non tranſibit per eam, quoniam Dominus Deus Iſrael ingreſſus eſt per eam, eritq; clauſa Principi*. Pro præſenti argumento videri itèm poſſunt plures Patres apud Suarez cit. hanc veritatem comprobantes. His ſuppoſitis, Ezechiel.

Cōcluſio affirmatiua. D. Auguſtin. Dico, virginitatem Mariæ auctam eſſe, dum Chriſtum peperit. Ita habetur ex Patribus. Auguſtinus ſerm. 15. de tempore: *Creuit*, inquit, *in eius partu integritas corporis potiùs, quam decreuit; & virginitas ampliata eſt potiùs, quam fugata*: & to. 10. in Natali Domini ſerm 22. luculentiùs incrementum virginitatis in Maria ex partu aſſirmat: *Audiat*, inquit, *omnis ætas, quod nunquam audiuit: Virgo partu ſuo nupſit, virginitatem, dum pareret, duplicauit*. Et Petrus Chryſologus ſerm. 142. *In tuo*, ait, *conceptu, in tuo partu creuit pudor, aucta eſt caſtitas, integritas roborata*. Probatur rationibus. Et primò conueniens erat, vt Petr. Chryſolog.

Chriſtus ſuo contactu, naſcendo, virginitatem non minueret, ſed ſacraret in Matre. Quòd ſi ipſe de Virgine naſcebatur, vt virginitatis amorem excitaret in animabus, vt adnotat Cyrillus catecheſi 12. his verbis: *Dominum, vt virgines efficiat animas, de Virgine naſci voluiſſe confirmat*; debuit Matri primùm nouum quemdam virginitatis affectum imprimere, vt etiam illam ſociam haberet in virginitate fouēda. Secundò Maria, parturiendo Chriſtum, actu effecta eſt Mater Dei: ergo ratione iſtius Maternitatis, veluti nouo vinculo, tenebatur virginitatem ſeruare; decebat enim Matrem Dei ſemper illibatam permanere, quia eundem cum Patre virgine habebat Filium. Sunt hic perpendenda, quæ habet D. Ambroſius in conc. de Purificat. *Sine humano*, inquit *concubitu Virgo concepit, ſine aliqua corporis corruptione Virgo peperit, & ſine fine Virgo permanſit*: quibus verbis innuit S. Doctor, Virginitatem Deiparæ neſcio quid infiniti ex partu participaſſe, quatenus, ſcilicet, ſicut congruens fuit, ita de facto Virgo affectum Virginitatis aliquo modo infinitum cum infinita Maternitatis Dei dignitate copulauit. Tertiò, ſi, vt aduertit Auguſtin. lib. de ſancta Virginitate c. 6. *Oportebat*, *Caput noſtrum per inſigne miraculum ſecundū carnem naſci de Virgine, quo ſignificaret, membra ſua de Virgine Eccleſia ſecundum ſpiritum naſcitura*: vtq; Iſidorus, *Maria Eccleſiam ſignificat, quæ, cùm ſit deſponſata Chriſto, Virgo nos de Spiritu Sancto concepit, Virgo etiam parturit*: ex hoc ſanè capite Mater Chriſti, ſcilicet, vt Eccleſiam virginem, & parturientem fideles veriſſimè ſignificaret, nouo affectu virginitatem redamabat. Cyrillus. D. Ambroſ. D. Auguſtin. S. Iſidorus.

Collige, ſi tantus in Maria fuit virginitatis affectus, vt tunc, quandò cæleſtis nuncius ei prædixit, quòd cōceptura eſſet, & paritura Filium Altiſſimi, ipſa reſponderit: *Quomodò fiet iſtud, quoniam virum non cognoſco?* quibus innuebatur maior quidam affectus erga virginitatem ſeruādam, quàm erga dignitatem Matris Dei aſſequendā, quæ dignitas Maternitatis neſcio quid infinitatis habet, ex D. Tho. atq; adeò & ille virginitatis affectus neſcio quid infinitatis habere videtur: collige, inquā, hunc affectum auctum, vel duplicatū, Virgine parturiente, omne eloquium, & cuiuſcunque non modò humani, ſed angelici intellectus captū prorſus excedere. Affectus B.V. erga virginitatem quàm eminens. D. Thom.

QVAE-

QVAESTIO V.

Vtrùm B. Virgo pepererit Chriſtum ſine vllis puerperij ſordibus, & ſecundinis.

NOTANDVM, fœtum in vtero matris inuolutũ membranis detineri, quæ ſecundinę appellantur cõmuniter; has verò rumpi, tempore partus, & à matre poſt partum emitti ſimul cũ ſanguine, qui in ipſis ſecundinis continebatur ad fœtum alendum; eaſdem verò ſecundinas communiter reperiri in humanis fœtibus, teſtibus Ariſt. de generatione animalium c.4. & Galeno de formatione fœtus. Hoc notato, quò ad primam partem,

Ariſtot. Galenus.

Dico, Chriſtum à Virgine fuiſſe editum abſque vllis ſordibus, nullamq; ſanguinis emiſſionem eſſe talem partum ſubſequutã. Innuitur hoc in ſacro Euangelio, dum Lucas ait: *Peperit Filium ſuum primogenitũ, & pannis eũ inuoluit, & reclinauit eum in præſepio:* vbi nulla alia inſinuatur actio, verbi gratia, ablutio, quæ neceſſariò interuenit in communibus puerperijs, vt infantulus à ſanguinis coinquinamẽto mundetur, vt benè aduertit Suarez ex D.Tho. diſp.13. ſect. 2. Probatur primò ex Reuelatione Sanctæ Brigittæ lib. 7. cap. 21. vbi teſtatur, ſe vidiſſe Infantem recenter natum, iacentem in terra, nudum, & nitidiſſimum, & eius carnes mundiſſimas ab omni ſorde, & immunditia. Probatur ſecundò auctoritate Patrum in ſexta Synodo actione 11. D. Zeno ſerm. 2. de Natiuitate: *Non Mater eius*, inquit, *tanti partus pondere exhauſta totis pallens iacuit reſoluta viſceribus: non Filius Matris, aut ſuis eſt vllis ſordibus delibutus: neque enim re vera aliquid circa ſe habere poſſit immundum, qui humani generis peccata, ſordes, & maculas venerat mundaturus:* D. Gregor. Nazianzenus orat. 40. *Dei Filius ſine vlla ſpurcitie ex Virgine progreſſus eſt: nihil enim ſpurcum, vbi Deus eſt.* Alios Patres refert Suar. cit. Probatur tertiò ratione, quia non licet partum Virginis definire, metiri, aut deſcribere ex communibus, & his, quæ in nobis fiunt, vt notant Patres in Trullo congregati can. 70. qui referuntur in ſeptima Synodo actione 7. can. 1. Quarè, etſi naturaliter ſanguis à parturientibus emitti debeat, tamen ſeçus dicendum eſt de partu, quo Virgo Saluatorem edidit, in quo, cùm tot miracula interfuerint, quòd, videlicet, corpus Chriſti ope Spiritus Sancti fuerit efformatum, quòd ſine dolore Matris, ſine abruptione clauſtri virginalis exierit Chriſtus; ſimile etiã miraculum ob decentiam Chriſti, & Virginis debet admitti, nimirùm, quòd omnes fuerint remotæ ſordes à partu, per quem puritatis fons fuit in lucem emiſſus. Quod etiam innuit Eccleſia, dum in communibus precibus Virginẽ ſimul appellat Matrem, & puriſſimam: *Mater puriſſima*: quæ verba ad celebrandam Virginem in omni genere puritatis à diuino Spiritu, per quem Eccleſia dirigitur, prolata eſſe, certiſſimum videtur.

Concluditur quò ad primam partem affirmatiuè. Luc. D. Zeno. D. Gregor. Nazianz. Patres Trullani. Eccleſia in Litanijs B.V.

Quò ad ſecundam partem, an, ſcilicet, B. Virgo pepererit Chriſtum cum ſecundinis, ſunt duæ opiniones.

Quò ad ſecũdam partem duæ ſibi aduerſantur opiniones.

Aliqui affirmant; & maximè fundantur in eo, quod diuinitùs ſibi reuelatum affirmat Sancta Birgitta lib.7. cap. 21. ſuarum Reuelationum, vbi hæc habet: *Vidi etiam pellem ſecundinam iacentem propè eum*, (ſcilicet Chriſtum natum) *inuolutam, & valdè nitidam.* Et ita tenet Commentator ipſarum Reuelationum. Inclinare videtur Caietanus in 3.p. art.6.q.35. quatenus ait, interceſſiſſe in illo partu omnia, quæ non ex peccato, ſed ex natura ſunt, quæq; in ſtatu innocentiæ extitiſſent. Pro hac parte etiam videtur eſſe Abulenſ. ſuper c. 12. Leuitici q.2.3.4. & 20.

Reuel. S. Brigittæ. Cõſaluus Durandus commẽtator Reuel. S. Brigittæ. Caietan. Abulenſis.

Alia ſententia negat, Virginem in partu ſuo emiſiſſe ſecundinas. Ita Suar. to. 2. in 3.par.diſp.13. ſect.2. & Ioannes Marius Scribonius in ſua Pantalithia 3.lib. diſp.7. quæſt.7. Fundantur in auctoritate Patrum in Trullo congregatorum can. 7. vbi hæc habentur: *Abſque vllis ſecundinis ex Virgine partum eſſe confitentes, vt qui ſine ſemine conſtitutus ſit: idq; toti gregi annunciantes, eos, qui propter ignorantiam aliquid faciunt, quod non decet, correctioni ſubijcimus*: & infra ſubditur: *Non licere ex communibus, & ijs, quæ in nobis fiunt, inenarrabilem huius Virginis partum, quæ ſupra mentem, & ſermonem Verbum peperit, definire, metiri, ac deſcribere.* Et, licèt aliqui codices non legant, *abſque ſecundinis*, ſed, *abſque vllo dolore*; & ita vertat Iouerius in ſuis Sanctionibus Eccleſiaſticis relatus à Suar. cit. nihilominus editio vaticana, nouiſſimè Pontificio iuſſu edita, quæ cæteris codicibus præferenda eſt, expreſsè dicit, abſque vllis ſecundinis partum Virginis fuiſſe.

Suar. Io. Mar. Scribon. Patres Trullani. Alia lectio reijcitur. Iouerius.

Dico primò, probabilius mihi videri, Chriſtum in vtero Virgineo membrana, ſeù ſecundina fuiſſe inuolutum. Ducor primò, quia, vt meliùs conſtaret, à Verbo

Cõcl. prima. Chriſtum in vtero Virginis membrana fuiſſe inuolutũ, probabile.

verum

Digitized by Google

verum corpus humanum fuiſſe aſſumptũ, virtute Spiritus Sancti interueniente, ea omnia, quæ naturalem ſtatum infantis in vtero iacentis comitantur, & nec ex peccato, nec ex impuritate pendent, aut impuri aliquid inuoluunt, Chriſto exiſtenti in vtero Virginis accidiſſe, veriſimile eſſe videtur. Nec diſplicet hæc noſtra concluſio Suario ſect. cit. *§. Alius modus*. Ducor ſecundò Reuelatione S. Brigittæ, quæ magnã uim habet; eſt enim inter eas, quæ diligenter recognitæ, & approbatæ in volumine Romæ impreſſo leguntur. Sed

Suar. Reuel. S. Brigittæ.

Obiectio.

Obijcies primò: ideò in alijs conceptionibus elaborantur ope naturæ membranæ, quia, cùm ſucceſſiuè fiant, materia illa fœtus fluida, & facilè mobilis indiget illis inuolucris, vt contineatur, nè, dum vagè dimouetur, ordinata diſpoſitio diſſipetur. Sed hæc ratio ceſſat omninò in conceptione Chriſti, vtpotè facta in inſtanti: ergo, &c.

Solutio.

Reſpondeo, quòd membrana videtur neceſſaria etiam poſt fœtus efformationem: nam illa ſubſtantia corpuſculi organizati eſt obnoxia varijs affectibus, vtpotè non multùm conſiſtens; & ideò debuit natura prouidere, vt membranæ munimine à contrarijs, & noxijs qualitatibus, & accidentibus cuſtodiretur: cùm autem Verbum naturam integram aſſumpſerit, & quæ naturaliter fœtum cõſequuntur, ſicut diximus, conueniens fuit, vt etiam corpuſculum membrana inuolutum haberet.

Rurſus obijcitur.

Obijcies ſecundò: membranæ producuntur ex impuro ſanguine matris, obdurantur autem, concoctione interueniente: ſed conceptio Chriſti facta fuit in inſtanti ex puriſſimo Virginis ſanguine, ſecluſa omni actionis, & reactionis pugna: ergo.

Refellitur.

Reſpondeo, hoc argumentum probare, non fuiſſe membranas ſordidas circa corpus Chriſti conſueto naturæ modo, nec ex conſueta materia productas; quod nos concedimus: non probat autem, ſimpliciter non fuiſſe, aut debuiſſe non eſſe mẽbranam puriſſimam, & nitidiſſimam, ex puriſſimo, & nitidiſſimo ſanguine Virginis coagulatam circa corpus Chriſti, prout ſtatus naturalis exigit.

Noua oppoſitio. Septima Synodus.

Obijcies tertiò, ſeptimam Synodum nõ ſolùm declaraſſe, partum ex Virgine fuiſſe ſine ſecundinis, ſed etiam interdixiſſe fidelibus feſtum de Chriſti membrana. Quòd ſi aliquandò extitiſſet membrana aliqua Chriſti, vtpotè elaborata ex ſanguine Virginis, & contactu Chriſti ſacra, maxima religione fuiſſet excolenda: ergo Concilium ſua prohibitione non diuertiſſet fideles à tali cultu.

Reprimitur.

Reſpondeo, Concilium prohibuiſſe tan-

A tùm feſtum, ſeù ceremoniam in honorem ſecundinarum, quas aliqui credebant fuiſſe à Virgine, cùm peperit, emiſſas, vt colligitur ex verbis dictæ Synodi, quæ ſequũtur: *Quoniam aliqui poſt ſanctæ Chriſti Dei noſtri Natiuitatis diem ſimilam coquere oſtenduntur, & eam ſibi inuicem impertiri, honoris, ſcilicet, prætextu ſecundinarum impollutæ Virginis Matris; ſtatuimus, vt deincèps nihil tale fiat a fidelibus: neq; enim hoc honor eſt Virginis, quæ ſupra mentem, & ſermonem, quod comprehendi non poteſt, Verbum peperit carne*. Nota, quòd Synodus loquitur in numero plurali de ſecũdinis, atque adeò auferre videtur illum cultum, qui fiebat ob ſecundinas, quas

B aliqui exiſtimabant fuiſſe modo conſueto parturientium emiſſas à Virgine in partu, quem ſine ſecundinis eueniſſe, decernit ipſa Synodus. Perpendenda etiam ſunt illa verba vltima: *Neque enim hoc eſt honor Virginis, quæ ſupra mentem, & ſermonem, quod comprehendi non poteſt, Verbum peperit carne*: ex his enim patet, loqui Synodum de partu Virgineo tantùm; nullam autem ibi mentionem fieri de Chriſto iacente in vtero Virgineo, quem vnica membrana puriſſima inuolutum fuiſſe dicimus.

Dico ſecundò, B. Virginem peperiſſe Chriſtum ſine ſecundinis. Ducor auctoritate Patrum Trullanorum, quæ ſanè

C magni facienda eſt, tum quia plus quàm viginti ſupra ducentos fuere, tum quia eorum canones in ſeptima Synodo act. 7. can. 1. videntur approbari, vt Surius adnotauit. Nec obſtat Reuelatio S. Brigittæ; nam in ea non expreſsè dicitur, quòd Virgo emiſerit ſecundinam, ſed tantùm quòd ipſa per reuelationem viderit ſecundinam mundiſſimam in vna parte. Quod ſatis verificari poteſt, ſi dicamus, B. Brigittæ fuiſſe demonſtratam illam ſecundinam, hoc eſt, pelliculam, qua inuoluebatur Chriſtus in vtero Virgineo exiſtens, vt de veri corporis humani aſſumptione, ei meliùs conſtaret. Sed

Concluſ. ſec. B.V. Chriſtũ peperit abſque ſecundinis.

Surius.

D Quæres, quid fuerit de illa pellicula, ſeù membrana.

Reſpondeo cum Suario, ſatis veriſimile eſſe, non fuiſſe in lucem emiſſam à Virgine poſt Chriſtum natum, ſed diuinitùs in aliam materiam reſolutam, vel miniſterio Angelorum in alium conuenientem locum tranſlatam. Nec officit impugnatio Ioannis Marij ſupra cit. nam, vt vidimus, ſatis rationabiliter, & congruenter admittitur dicta membrana in Chriſto nondum nato, vt clariùs oſtenderetur corpus humanum à Verbo iuxta ſtatum naturalem aſſumptum.

Quid fuerit de ſecũdina, qua Chriſtus in vtero Virginis inuoluebatur.

QVAE-

QVAESTIO VI.

Vtrùm Beata Virgo actiuè etiam concurrerit ad parturiendum Chriſtum.

B. V. actiuè concurrit ad parturiẽdum Chriſtum.

DICO, Beatam Virginem ad parturiendum Chriſtũ actiuè concurriſſe, ſcilicet, ſuaui aliquo impulſu, labore, atque dolore omni ſecluſo; nulla enim, vt diximus, vteri apertio, nulla reſiſtentia interceſſit. Ita Suar. in 3 p.tom.2.diſp.2. ſect. 2. & Vincentius Regius in ſuis elucidationibus Euangelij tom 1.lib.1.cap.19. theor. 3. Colligitur ex Euang. Lucæ 1. *Ecce concipies, & paries Filium*: & eiuſdem 2. *Completi ſunt dies, vt pareret, & peperit Filium, &c.* Vt enim ſaluetur, quòd propriè peperit, aliquis concurſus actiuus in Virgine parturiente admittendus eſt. Confirmatur ex Eccleſia, quæ canit: *Enixa puerpera Regem, &c.* Probatur ratione, quia talis concurſus actiuus eſt neceſſarius ad ſeruandam proprietatem partus, & veram Maternitatem in Virgine. Si enim Chriſtus virtute propria ſolùm, excluſa omni Matris efficacia, exiſſet, non propriè dici poſſet, quòd Virgo illum pepererit, & conſequenter non ſecundùm omnem proprietatem Mater illius diceretur. Probatur ſecundò, quia maximè congruebat, vt illa, quæ futura erat humanæ ſaluti cooperatrix, etiam actiuè concurreret ad Saluatorem parturiendũ. Confirmatur, quia, ſi Filius Dei noluit carnem à Virgine ſumere, niſi conſentiente ipſa, & dante, vt diximus ſupra in c. de Annunciatione; ita veriſimile eſt, quòd noluerit ex ipſa naſci ſine illius conſenſu, & concurſu.

Suar. Vinc. Reg. Luc.

QVAESTIO VII.

Quo in loco Virgo pepererit Chriſtum.

SVPPONENDVM ex Matth. & Luca, Chriſtum natum fuiſſe Bethleem Iudæ, iuxta vaticinium Michææ 5. & in diuerſorio ex eodem Luca 2. locum verò proximum, & immediatum fuiſſe præſepe; vnde Hieronymus epiſt. 18. *Præſepe*, inquit, *in quo Infantulus vagijt, ſilentio magis, quam infirmo ſermone honorandum eſt.*

Matth. Luc. Michææ. D. Hierõn. A

Sed adhuc dubium eſſe poteſt, quinam fuerit locus, quem Chriſtus immediatè, ſtatim ac natus eſt, tetigit.

Suarez tom. 2. in 3.p. diſp. 13. ex Caietano veriſimilius putat, fuiſſe manus, & brachia Beatæ Virginis primum locum, quem Chriſtus extra vterum occupauit: *Et quia*, inquit, *vix poterat decenti modo fieri, vt ipſamet Virgo naſcentem ex ſe Infantem ſuſciperet, veriſimile eſt, Angelorum miniſterio fuiſſe ſuſceptum, & in manibus Virginis poſitum.* Suar.

B Dico, probabilius mihi videri, pauimentum præſepij fuiſſe primum locum, quem Chriſtus ſtatim natus ſacratiſſimo ſuo corpore tetigit. Ducor primò Reuelatione Sanctæ Brigittæ lib.7.c.21. vbi ipſa ſic loquitur: *Cùm igitur Virgo ſenſit, ſe iam peperiſſe, ſtatim inclinato capite, & iunctis manibus, cum magna honeſtate, & reuerentia adorauit Puerum, & dixit illi: Benè veneris, Deus meus, Dominus meus, & Filius meus. Et tunc Puer plorans, & quaſi tremens præ frigore, & duritie pauimenti, vbi iacebat, voluebat ſe paululùm, & extendebat membra, quærens inuenire refrigeriũ, & Matris fauorem, quem tunc Mater ſuſcepit in manibus, & ſtrinxit eum ad pectus ſuum.* Rationes autem congruentes C variæ afferri poſſunt. Prima quia, cùm Chriſtus in mundum veniret, tamquam humilitatis, & mortificationis Magiſter: *Diſcite à me* (Matth. 11.) *quia mitis ſum, & humilis corde: Qui vult* (eiuſdem 16.) *venire poſt me, abneget ſemet ipſum, tollat crucem ſuam, & ſequatur me*: maximè congruebat, vt in ipſo mundi ingreſſu ex humili, rigidoq; præſepij pauimento, tamquam ex cathedra, primum humilitatis, ac mortificationis dogma admirandà adeò humi cubatione altiùs imprimeret. Secunda quia valdè credibile eſt, ſecundũ Adamum, ſtatim atque Virgo in mundum intrauit, ſacratiſſimi ſui corporis contactu voluiſſe benedicere terram, quæ ob inobe- D dientiam primi Adami fuerat maledicta: *Maledicta terra in opere tuo*, Geneſ. 3. Demùm videtur hoc innui à ſacro textu, dum dicitur, quòd Maria *reclinauit eum in præſepio*; verbum enim illud *reclinauit* ſignificare videtur iteratam inclinationem: *reclinauit* ergo, ideſt, iterum inclinauit eum, qui ſe priùs in eodem præſepio vix natus humilimè inclinauerat. Sed

Concluſio. Primus locus, quem Chriſtus extra vterũ Virginis tetigit, pauimentum præſepij. Reuel. S. Brigittæ.

Matth.

Geneſ.

Quæres, cùr B. Virgo reclinauerit Infantem in præſepio.

Reſpondet Suarez to. 2. in 3.p. diſp.13. ſect.3. ſic; *Si litteralem, & humanam rationem*

Cùr B.V. infantẽ Ieſum reclinauerit in præſepio. Suarez.

tionem ſequamur, id neceſſitate quadam fa-
ctum eſſe, quia, nec ſemper poterat brachijs
Virginis, aut Ioſephi ſuſtineri, neque ibi
commodior inueniebatur locus. Verùm hæc
reſpõſio non admodùm mihi placet. Tan-
tus enim erat Deiparæ Virginis amor in
diuinum Infantem, vt ob nullum laborem,
vel è ſinu, vel è brachijs illum vnquam
dimiſiſſet: veriſſimum enim eſt dictũ Au-
Auguſtin. guſtini: *Qui amat, non laborat; &, ſi la-*
borat, labor ille amatur. Quòd ſi admit-
tenda eſſet aliqua laſſitudo in ea, quæ tunc
ex Pueri Infinitè amabilis aſpectu maiori
ſemper inflammabatur amore, nonne
aderat & Ioſeph Pueri eiuſdem amore ar-
dentiſſimus, qui alternis, & ambitis vici-
bus intra ſinum, & brachia dulciſſimum
illud pignus libẽtiſſimè ſubſtinuiſſet? Ad-
de, quòd & ipſa Virgo eundem Puerum
iam grandiorem in Aegyptum detulit.
Quare

D. Chryſoſt. Reſpondeo primò ex Chryſoſtomo ho-
mil. 1. in Lucam, à Virgine Infantulum in
præſepio fuiſſe reclinatum, vt adimplere-
Iſai. tur illud Iſaiæ Prophetæ: *Cognouit bos poſ-*
ſeſſorem ſuum, & aſinus præſepe Domini
Habacuc. *ſui*: & illud Habacuc 3. *Conſideraui opera*
tua, & expaui; in medio duorum anima-
lium cognoſceris. Quod etiam ſenſit Gre-
Greg.Nyſſ. gorius Nyſſenus oratione de Sancta Chri-
Cyril.Hiero-ſol. ſti Natiuitate, Cyrillus Hieroſolymitanus
catecheſi 12. & alij, quos videre eſt cita-
tos apud Suarez.

Reſpondeo ſecundò, Virginem recli-
naſſe puerum Ieſum in præſepio, quia, cùm
eum amantiſſimum ſciret humilitatis, pu-
tanit ſe rem eidem gratiſſimam præſtitu-
ram, ſi in humili, & beſtijs deſtinato præ-
ſepio reclinaret.

Tertiò ſic voluit in hoc nos Deipara
commonefacere, ipſum Ieſum, cùm fons
Ioel. ſit aquæ viuæ ex oel. 3. *Ipſe eſt fons pa-*
tens; riuulos in loca humilia, & decliuia,
ideſt in humiles, effundere, iuxta illud
Auguſtin. Auguſtini: *Aqua confluit ad humilitatem*
vallis, enatat de tumoribus collis: & ideò
reclinauit eum in præſepio.

Quartò, ſicut primo illo momento,
quo Filium concepit, eumdem Patri ob-
tulit Virgo, vndè dici poteſt, quòd tunc
inclinauerit Filium in vtero; ſic, ſtatim
atque peperit, eumdem ipſi Patri offerens
in hominum redemptionem vſque ad cru-
cis ſupplicium, *reclinauit in præſepio*.

Animaduerſio. Aduerte, quòd, licèt Chriſtus humi ia-
Reuel. S.Brigittæ. ceret, ab eo tamen, vt habet Sancta Bri-
gitta in ſuis Reuelationibus lib. 7. cap. 21.
tanta lux, & tam ineffabilis ſplendor exibat,
quòd ſol non eſſet ei comparabilis. Ex quo
Vera humilitas nunquam à gloriæ iplẽdore diſiũcta. colligi poteſt, nunquam veram humilita-
tem à gloriæ ſplendore eſſe diſiunctam.

A Quare iactet, vt vult, & inani faſtu extol-
lat Neronis natalitia Suetonius, quòd Sue[…]ius.
exoriente ſole natus ille à ſolaribus priùs
radijs, quàm à terra fuerit exceptus. No-
ſtrum nos iuſtitiæ Solem celebramus, &
diuinis illuceſcentem ſplendoribus, & ſi-
mul in vili pauimento iacentem.

QVAESTIO VIII.

Cùr Beata Virgo Puerum Ieſum pannis inuoluerit.

PRAETER naturalẽ ne-
B ceſſitatem, ſimul cum hu-
mana carne à Verbò ſpõ-
tè aſſumptam, cui B. Vir-
go, trementia ob frigoris
rigorem pueruli Chriſti
membra inuoluendo, ſubuenit, aliqua
etiam myſteria fuiſſe tali actioni coniun-
cta, nemini dubium eſſe debet.

Dico ergo primò, pannis à B. Virgine Cócl. prima, cauſam aſſerens.
puerum Ieſum fuiſſe innolutum, primò vt
ex hoc nobis oſtenderetur, in poteſtate
Virginis eſſe diuinæ iuſtitiæ manus, veluti
vinculis, ne ad vindictam peccatoribus
infligendam procedant, cohibere.

Dico ſecundò, ideò Virginem Puerum Secũda cauſa.
pannis voluiſſe inuoluere, & quodammo-
C dò abſcondere, vt illatam Euæ à ſerpente
iniuriam vlciſceretur. Suaſit ille mulieri
fictam ſub rubenti pomi cortice deitatẽ:
abſcondit Virgo ſerpenti, & tacitè diſ-
ſuaſit veram ſub pauperrimis panniculo-
rum inuolucris diuinitatem. Et ſic adim-
pletum fuit illud de Chriſto vaticinium
(Habac. 3.) *Abſcondita eſt fortitudo eius*. Habac.
Exorta fuit nonnunqnam inter Zeuſidem,
& Parrhaſium ſatis nota contentio, quis
ipſorum pingendi arte magis excelleret.
Ad litem dirimendam Zeuſis vuas adeò
ſimiles ijs, quæ à natura producuntur, ef-
finxit, vt ad eas aues aduolantes, roſtris
ipſas tentarent. Parrhaſius verò pannum
ſuprà telam tali magiſterio delineauit, vt
D velamen quoddã ſublatentis figuræ aſpi-
cientibus videretur. Videns Zeuſis pictu-
ram à Parrhaſio confictam, manu extenſa,
velamen artificiosè ſuperpoſitum, vt, quã
velatam opinabatur, figuram inſpiceret,
voluit remouere. Vndè deluſum ſe ſen-
tiens: *Viciſti*, inquit, *Parrhaſi*; *nam ego*
aues feſelli, tu artificem. Nimio faſtu ſu-
perbiebat vafer ille ſerpens, quòd homi-
nes leuitate volucres ſuo aſtu ad fallacia
bona proſequenda pellexerat. Sed modò,
dum Maria Chriſtum conſuetis infantium
faſciolis velatum profert, credens ille,
tali

tali ſub tegmine ſolùm latere humanæ naturę indiuiduum, communibus mortalium miſerijs repletum, illuſus confunditur. Et ſic adimpletum fuit, quod cecinerat Propheta pſal. 103. *Draco iſte, quem formaſti ad illudendum ei.*

Pſal.

Dæmonē vincere cupientibus confugiendum ad Virginem.

Collige primò, ſi cupimus ſatanicos aſtus, & fallacias effugere, ipſumq; hoſtem inſidias nobis molientem deludere, optimum eſſe ad Virginem confugere, quæ iam nouit ſubdolum vincere, & confuſum dimittere.

His, qui à Virgine proteguntur, non tantoperè vltrix Dei manus extimeſcenda.

Collige ſecundò, ijs, qui à Virgine proteguntur, non tantoperè eſſe extimeſcendam vltricem Dei manum, quæ tantum Iob timorem incutiebat, vt exterrefactus clamaret: *Manum tuam longè fac a me:* quæque olim in regalis aulæ pariete ſententiam extemplò mortis, ac damnationis inſcribens, ita ſacrilegum Babylonis Regem Balthaſarē deterruit, vt fuerit derepentè facies eius immutata, genua tremore colliſa, cæteræq; corporis compagines diſſolutæ.

QVAESTIO IX.

Vtrùm B. Virgo ex eo, quòd peperit Christum, in eum patriam poteſtatem habuerit, ſicut cæteræ matres in filios.

Opinio negatiua. Toletus, Tit. Boſtrenſ.

PRIMA ſententia eſt Toleti in c. 2. Lucæ, negantis; cui etiam ſuffragatur Titus Boſtrenſis Epiſcopus dicens: *Ob id ſponte illis, ſcilicet Mariæ, & Ioſeph ſe ſubiecit, quò filios omnes exemplo ſuo ad hoc inducat.* Nec valet interpretari cum Salazaro, voluiſſe Titum promptam tantùm ad obſequendum voluntatem cōmendare; nam non dicitur propriè ſponte ſe ſubijcere, quia iam eſt naturaliter ſubiectus.

Affirmatiua ſententia. Salazar. Maldonatus, D. Ambroſ.

Secunda ſententia affirmat, quam tenet Salazar. in c. 8. Prouerb. verſic. 13. nu. 142. ſequens Maldonatum, & adducens D. Ambroſ. in c. 2. Lucæ pro eadem ſententia, qui de Christo Matrem ſuam diſcipulo commendante ſic ait: *Habemus pietatis Magiſtrum: docet lectio hæc, quòd officium maternum ſequi debeat reuerentia, & pietas filiorum.* Ex quibus verbis colligit, pietatem ſupponere debitum naturale filiorū erga parentes; vndè infert, quòd Christus non fuit ſolutus iſto debito naturali: ſi enim fuiſſet ſolutus, non pius, ſed benignus potiùs, aut miſericors diceretur. Et facit etiam vim in illis verbis eiuſdem Am-
A brosij: *Quid enim magiſter veritatis, niſi officium pietatis impleret?* Ly enim *officium*, inquit Salazarus, accipitur pro debito pietatis. Rationem autem huius rei ſubijcit ex præcitato Ambroſio, dicente: *Non vtique infirmitatis, ſed pietatis iſta ſubiectio eſt.* Confirmat ex Ariſtotele, quia debitū ſubmiſſionis, & ſubiectionis erga parentes nihil libertati, & ingenuitati adimit; ſed potiùs hoc nomen filij dignitatem habet, libertatem ſonat, & omnem ſeruitutē prorſùs excludit. Quarè, ait, licèt Christus ex diuinitate ſociata humanitati liber ſit, tamen patria poteſtate reſpectu Matris non eſt ſolutus. Denique opinatur, eſſe adeò indiſſolubili nexu alligatum debitum illud
B naturale cum filiatione, vt quicunque affirmat, Christum Dominum eo debito erga Parentem ſuam ſolutū, neget, eum eſſe filium talis Matris. Confirmat ſententiam ſuam teſtimonio Methodij in ſerm. de Purificatione, vbi dicitur: *Euge, quæ debitorem habes eum, qui omnibus mutuatur: Deo enim vniuerſi debemus, tibi autem etiam ille debet.* Item Hippolyti in oratione de ſanctificatione: *Qui dixit: Honora patrem, & matrem, vt decretum obſeruaret, omnem gratiam Matri, & honorem impendit.* Denique affert etiam D. Bernardum in ſerm. 2. ſuper *Miſſus eſt*, qui diligenter expendens illa verba: *Et erat ſubditus illis: Deus,* inquit, *cui ſunt ſubditi Angeli, Principatus,*
C *& Poteſtates, ſubditus erat Mariæ, & Ioſeph propter Mariam. Mirare ergo vtrumlibet, & elige quidnam plus mireris, ſiuè Filij Dei benigniſſimam dignationem, ſiuè Matris excellentiſſimam dignitatem: vtrinque ſtupor, vtrinque miraculum. Id, quòd Deus fœminæ obtemperet, humilitas abſque exēplo: & quòd Deo fœmina principetur, ſublimitas ſine ſocio. In laudibus virginum ſingulariter cantatur, quòd ſequuntur agnum, quocunquè ierit: quibus ergo laudibus iudicas dignā, quæ etiam præit?* In quibus verbis duo pōderat idem Salazarus. Primum Virginem præcellere, præire, ac principari Filio, quæ verba dicit commodè nō poſſe accipi, niſi de patria poteſtate. Secundū ex Filij ob-
D ſequio excellentiam Mariæ colligi: nam, ſi dicatur, Filium per humilitatem, & deiectionem ſui, non autem ex debito pietatis Matri paruiſſe, hoc potiùs ad humilitatē Filij exaltandam, quàm ad Matris excellentiam oſtendendam faceret; ſicut, ſi Rex procumbit ruſtico, non ruſticus videtur exaltatus, ſed Regis ſubmiſſio celebratur.

Ariſtot. Methodius. Hippolytus. D. Bernard.

Quid ſit propriè patria poteſtas.

Notandū primò, quòd propriè poteſtas patria eſt quoddam ius, ſeu imperiū, quod pater habet in filium: *Natura enim pater filiorum imperium obtinet,* inquit Ariſtot. lib. 8. Ethic. cap. 9. Nam, ſi conſideretur

Ariſtot.

pater, vt principium influens per generationem, & educationem in filium, tanquam in partem abſciſſam ſui, ſundat in filio debitum, ratione cuius filius vt filius quicquid habet, patri tanquam domino debet. Et quòd patria poteſtas propriè ſit prædictum imperium, patet ex eo, quòd filius ſolutus patria poteſtate, vel per emancipationem, vel alio modo, non amplius quicquid acquirit, debet Patri, ſed perfectum ius bonorum ſuorum independenter habet à voluntate patris.

Notandum ſecundò, quòd in filio, quatenus etiam pendet à parentibus tanquã à principijs generationis, reſultat debitum pietatis obſequia illis præſtandi, & in parentibus reſpondet ius quoddam exigendi obſequia à filijs. Hoc autem debitum pietatis eſt naturaliter adeò coniunctum cum filiatione, vt ab ea nunquàm ſeparari poſſit: vnde filius emancipatus eſt quidem ſolutus patria poteſtate, vt communiter loquuntur Iuriſperiti, & admittunt Theologi, non tamen eſt exemptus à debito præſtandi obſequia parentibus.

Notandum tertiò, quòd, licèt leges adimant patriam poteſtatem à matribus, illamq; patribus deferant, tamen, ſi ſpectetur ordo naturæ, non minùs matres (imò hæ magis) habent patriam poteſtatem, quàm patres. Nam mater etiam influit actiuè ad generationem, vt ſupra diximus in cap. de Annunciatione; inſuper, influit ad alendum in ventre infantulum, & ad illum natum nutriendum lacte, aliaq; eidem miniſteria exhibere ſolet. Hinc eſt, quòd amor matris maior eſt erga natos, quàm amor patris, quia magis illi à matre dependent, quàm à patre propter dictas rationes. Et hoc agnoſcere videntur illæ leges, quæ decernunt, partum ſequi ventrem, c. finali de ſeruis non ordin. l. partum 7. codice de rei vindicatione, & §. penult. inſtituta de iure perſonali, & §. *Sed & ſi quis*. Ad quod reſpexit etiam lex antiqua Exod. 21. *Si Dominus dederit ancillam ſuam in vxorem, & pepererit filios, & filias, mulier, & liberi eius erunt Domini ſui*. Si ergo ratione maternitatis patria poteſtas in filios matribus communiter, ordine naturali ſpectato, concedenda eſt, ſanè, ſi nihil aliud obſtaret, multò magis concedenda eſſet in Virgine Matre poteſtas patria in Chriſtum filium, quia ab illa Chriſtus vt ab vno completo principio generationis pependit; cæteri verò filij non ſolùm à matre, ſed etiam à patre in eſſe geniti pendent. His notatis,

Leges.

Exod.

Concl. prim.

Dico primò, Deiparam ex eo, quòd peperit Chriſtum, nullum proprium imperium, ſeù propriam ſuperioritatem naturaliter acquiſiuiſſe in eum. Probatur primò, quia, vt diximus in cap. de Annunciatione, ſicut diuinitas Chriſtum vt hominem conſtituit ſummum Sacerdotem, ita & ſupremum Dominum. Et indicatur ſatis apertè hæc Chriſti ſuperioritas ab Apoſtolo 1. ad Corinth. 15. *Nouiſſima autem inimica deſtruetur mors; omnia enim ſubiecit ſub pedibus eius: cùm autem dicat, omnia ſubiecta ſunt ei, ſine dubio præter eum, qui ſubiecit ei omnia: cùm autem ſubiecta fuerint illi omnia, tunc & ipſe Filius ſubiectus erit ei, qui ſubiecit ſibi omnia*. Habes ergo ex Apoſtolo, omnia creata ſubiecta fuiſſe Chriſto, qui, vt homo, erat ſubiectus ei, ideſt Patri, qui ſubiecit ſibi omnia. Probatur ſecundò, nam Virgo adorauit Filium, non ſolùm vt Deum, ſed etiam vt hominem: *Virgo quē genuit, adorauit*: ſed adoratio ſupponit ſuperioritatem in eo, cui adorationis cultus exhibetur; ergo Chriſtus, etiam vt homo, & vt filius Mariæ, non erat illi naturaliter ſubiectus. Probatur tertiò ex illo Ioannis 2. vbi Chriſtus, cùm rogatus eſſet à Matre, vt ſubueniret defectui vini in nuptijs, reſpondit: *Quid mihi, & tibi, mulier?* ibi .n. licèt eſſet ipſe magiſter humilitatis, primo loco ſe conſtituit, vt ſuperioritatem ſuam indicaret. Probatur quartò, quia excellentia Chriſti, vtpotè capitis Eccleſiæ, poſtulabat, vt præeminentiam ſuper omnes creaturas, quæ eius membra erãt, haberet; & quò ad ſuos actus liberos naturaliter independens eſſet à quacunque puta creatura. Sed

Ad Corinth.

Ioann.

Obijcies illud Lucæ 2. *Et deſcendit cum eis, & venit in Nazareth, & erat ſubditus illis*; ergo (inferes) Chriſtus verè erat ſubditus.

Obiectio. Luc.

Reſpondeo, prædicta verba non poſſe intelligi de ſubiectione naturali, ſed tantùm de quadam ſubiectione ſpontanea, quatenus ſpontè, & ex propria electione, vt eſſet alijs admirabilis humilitatis exẽplum, Chriſtus Matri, & Ioſepho obediebat. Quod ſatis patet ex eo, quòd citatus textus loquitur de ſubiectione Ioſepho, qui non erat pater naturalis, ſed adoptiuus: ergo non loquebatur de ſubiectione naturali; ergo neque reſpectu Virginis poteſt explicari de ſubiectione naturali; ly enim *ſubditus* refertur tam ad Virginem, quàm ad Ioſephum. Et ſanè hoc etiam innuit Ambroſ. in c. 2. Lucæ: licèt enim in explicatione prędicti textus dicat in principio: *Quid enim magiſter veritatis, niſi officium pietatis impleret? Et miramur, ſi Patri defert qui ſubditur Matri? Non vtique infirmitatis; ſed pietatis iſta ſubiectio eſt*: agnouit

Confutatio.

D. Ambroſ.

agnouit tamen Sanctus Doctor ſubiectionem ſolùm pietatis, hoc eſt, ſubiectionem voluntariam, pietate dictante. Et clariùs infrà repetens hanc ſubiectionem, de ea loquitur ſicut de ſubiectione Chriſti reſpectu Ioſephi, ait enim: *Deſerebat ancilla, (ipſa enim dicit, ecce Ancilla Domini) deſerebat patri, & miraris, ſi Deo detulit?*

Concluſ. ſec. In Chriſto fuit debitum pietatis erga Virginem Matrem.

Dico ſecundò, in Chriſto fuiſſe debitum pietatis erga ipſam Virginem Matrẽ. Hæc concluſio probatur primò auctoritate Patrum, præcipuè verò Bernardi, Methodij, & Hippolyti, quos refert Salazarus citatus à principio quæſtionis. Probatur ſecundò, quia hoc debitum nullam ſupponit inferioritatem propriè in Chriſto reſpectu Virginis, & de cætero tale debitum non eſt diſſociandum à naturali filiatione, vt notauimus ſuprà. Fundatur enim in eo, quòd filius in eſſe geniti pendet à parentibus: &, ſicut hæc pendentia non poteſt auferri, ita nec debitum pietatis ab ea reſultans. Et quòd hoc pietatis debitum non dicat inferioritatem in Chriſto; ſatis ex eo probari poteſt, quòd nihil aliud dicit, quàm quòd ſpectata morali honeſtate, & condecentia, conueniebat, vt Chriſtus, quatenus verus filius Mariæ, pietatem erga eam, tamquam veram Matrem, exerceret, illique obſequia præſtaret.

Collige primò, in quo ſenſu admitti, & in quo negari debeat, Chriſtum ſub patria poteſtate fuiſſe. Si enim accipitur patria poteſtas pro imperio, & dominio parentum in filios, ſub tali poteſtate non fuit Chriſtus: ſecùs verò, ſi patria poteſtas accipiatur pro pietatis debito.

Collige ſecundò: ſi filij ideò parentibus tenentur obſequia præſtare, quia ab illis vitam receperunt, ſanè quò filius nobiliorem vitam recepit à genitoribus, eò maiora obſequia tenetur illis præſtare. Sed Chriſtus vitam infiniti valoris à Virgine Matre aliquo modo recepit, quatenus ipſa verum influxum maternum habuit in generationem Chriſti, cuius vita ob vnionem hypoſtaticam erat infiniti valoris; ergo conueniens fuit, vt Chriſtus magis, atque magis Matri obſequi cuperet. Hinc eſt, quòd moriturus in cruce ipſe Chriſtus officium pietatis erga Matrem non prætermiſit, illam Ioanni commendans.

D. Ambroſ.

Quod perpendens Ambroſius lib. de Virginis inſtitutione cap. 7. *Teſtatur*, inquit, *de cruce Dominus Ieſus, & paulisper publicam differt ſalutem, ne Matrem inhonoratam relinquat*. Hic adnota, quàm admirabilis, & ingenioſa fuerit Filij Dei ſapientia in adinueniendis honorandæ Matris occaſionibus. Dum enim electos omnes in perſona Ioannis Chriſtus Matri vt filios conſignauit, iuxta D. Bernardin. to. 1. ſerm. 55. de paſſione Domini cap. 3. eam ſimul deuinxit ad eorumdem filiorum miſerias ſubleuandas per piam apud ſe interceſſionem; qua in re fertilis quædam ipſi Chriſto occaſio exhibebatur Matri totiès obſequendi, quotiès pro adoptatis filijs illa deprecaretur. Accipe luculenta in hoc argumentum verba Theophili Alexandrini in lib. de Incarnatione Verbi: *Gaudet*, inquit, *Filius, orante Virgine, quia omnia, quæ nobis precibus ſuæ Genitricis vendicans donat, ipſi Matri ſe donare putat, & acceptæ ab illa ſine Patre humanitatis vices reddere*. Et Gregorius Nicomedienſis Archiepiſc. oratione de Præſentatione Virginis apud Surium: *Filius petitione tua delectatur, gaudet ſe rogari, tuam enim gloriam Creator exiſtimat eſſe propriam, & tamquam filius ita exultans, quaſi exoluens debitum, implet petitiones*. Quod etiam debitum honorandæ Matris optimè agnouit Guaricus Abbas, qui ſer. de Aſſumptione Chriſtum introducens aſcendentem ad cælos, vt dignum Matri locum præpararet; ſic loquitur: *Ego ſum, qui patrem, & matrem honorandos commendaui: ego, vt facerem, quod docui, & exemplo eſſem alijs, vt Patrem honorarem, in terram deſcendi; nihilominus, vt Matrem honorem, in cælum reaſcendo.*

Ingenioſum Chriſti inuẽtum, vt Matri ſæpiùs obſequeretur.

D. Bernardinus.

Theophil. Alexand.

Gregor. Nicomed.

Guaric. Abb.

Collige tertiò, quanta cum fiducia, & quàm pia cum ſecuritate ad Virginem confugere poſſint quilibet vel nequiſſimi peccatores, cùm ſic Matrem ad eas fundendas preces inducant, quas Filius libentiſſimè ſuſcipit, tanquam occaſionem ſibi oblatam dulciſſimæ Matris honorandæ.

CAPVT

CAPVT VNDECIMVM.

DE VIRGINE CHRISTVM lactante.

QVAESTIO PRIMA.

An conueniens fuerit, vt Beata Virgo lactaret Chriſtum.

NOTANDVM primò, lactare filium eſſe: veluti à natura præſcriptum: quod patet ex eo, quia ſtatim poſt partū natura ſuppeditat alimentum matri pro alenda prole, ideoq; eo tempore lacte tument materna vbera. Atqui idcircò etiam naturæ ipſa binas mammas conceſſit, vt ſi geminus prodierit partus, vterq; habeat vndè ſuam hauriat alimoniam. Accipe ad rem noſtram appoſita S. Vincentij verba ſer. 2. de Natiuitate Virginis: *Dedit Deus vbera mulieri, non ad illa hominibus oſtendenda, ſed, ſicut venter vxoris eſt camera filij, ita vbera ſunt cellarium.* Quarè inuehit eruditè Faurinus philoſophus, vt videre eſt in Aulo Gellio lib. 12. noctium atticarum cap. 1. in matres, quæ lacte non proprio alunt filios: *Quid*, inquit, *indignius, quàm infantem ſtatim à matre relinqui, quem in vtero nutriuit? Quis hoc in feris quantumuis immanſuetis obſeruare potuit? Quanta cura leænæ, tigrides, & lupæ ſuos fœtus nutriunt? Quanta apri?* Hæc ille. Solus ſtruthio veluti naturæ monſtrū, quia proprios fœtus nutrire negligit, indicatur in ſacris paginis Threnorū 4. *Sed & lamiæ nudauerunt mammas ſuas, lactauerunt catulos ſuos, filia populi mei crudelis quaſi ſtruthio in deſerto*: de quo ſtruthione Iob etiam cap. 39. ait; *Struthio duratur ad filios ſuos, quaſi non ſint ſui.*

S. Vincentius Ferrerius.

Faurinus philoſophus apud Aulum Gellium.

Thren.

Iob.

Notandum ſecundò, quod lactatio plu-
A rimum confert ad fouendum amorem, & nutricis erga nutricium filium, & nutricij erga nutricem, tum quia per lactationem communicatur indoles nutricis puero, ex qua communicatione oritur ſimilitudo, quæ optima eſt amoris conciliatrix, tum quia nutrix ſuccedit loco matris, ad quā, ſpectato naturali ordine, vt ſupra notauimus, pertineret lactare: atque hinc fit, vt veluti ſecunda mater nutrix à nutricio ametur. Quibus notatis, & ſuppoſito, quòd B. Virgo Chriſtum infantem verè lactarit, vt fert communis Patrum, & Eccleſiæ conſpiratio,

B Dico, ex multis capitibus decuiſſe B. Virginem proprias mamillas Chriſto infanti præbere. Et primò quia virginea caro, quam è virgineo ſanguine aſſumpſerat Verbum, nonniſi virgineo lacte nutriēda erat, maximè cùm lac nihil aliud ſit, quàm ſanguis, natura duce, ad mamillas tranſmiſſus, & noua decoctione albificatus. Secundò quia tradere filium extraneæ fœminæ nutriendum defectus quidam materni amoris eſt: amor enim perfectus, quantum fieri poteſt, non diſiungit, ſed vnit obiectum amatum amanti. Tertiò quia B. Virgo ſemper maximo ardebat
C deſiderio excitandi in Filio ſuo maiorem erga ſe ipſam amorem: ſed ad hoc lactatio erat optimum medium; ergo, &c. Minor patet ex ſecundo notabili. Quartò quia cùm partes lactis, quas Chriſtus infans ex virgineis ſugebat papillis, dum per nutritionem aggregabantur præexiſtenti materiæ corporis Chriſti, vnirentur tunc per nouas partes vnionis de nouo productas,

Concluſio affirmatiua.

conue-

conueniens erat, vt ſola Virgo, quæ vt Mater priùs cooperata fuerat vnioni hypoſtaticæ concipiendo, & nutriendo in vtero Filium Dei, & nobis partibus vnionis cooperaretur proprio lacte nutriendo eundem Filium. Quintò vt efficacior fieret apud Deum ad obtinendam pro peccatoribus veniam, decens erat, vt proprijs Virgo vberibus eundem lactaret, cùm per lactationem eum ſibi ſummoperè deuinciret. Vndè optimè mellifluus

D. Bernard.

Bernardus ſuper *Miſſus eſt* explicat, quantum vbera Virginis poſſint, his verbis: *O homo, ſecurum habet acceſſum ad Deum, vbi Mater ſtat ante Filium, & Filius ante Patrem. Mater oſtendit Filio pectus, & vbera, Filius oſtendit Patri latus, & vulnera; nulla ergo poterit eſſe repulſa, vbi tot occurrunt amoris inſignia.*

Quæ vis vberum Virginis ad interceſſionem.

D. Anſelm.

Sextò dicit Anſelmus de excellentia Virginis cap. 3. *Vnum Filium conſubſtantialem ſibi Deus Pater genuit, tamen ſibi vnicum, & omnibus modis æqualem non paſſus eſt remanere ſolummodò ſuū, ſed voluit ipſum ita vel veraciter eſſe Beatæ Mariæ vnicum, & naturalem Filium.* & D. Bernardus ſuper *Miſſus eſt*: *Cum Deus ſit cum omnibus Sanctis propter concordiam voluntatis, ſpecialiter tamen cum Maria, cum qua ei tanta conſenſio, & coniunctio fuit, vt illius non ſolùm voluntatem, ſed etiam carnem ſibi coniungeret, ac ſi de ſua, Virginiſque ſubſtantia vnum Chriſtum efficeret, vel potiùs vnus Chriſtus fieret, qui, etſi nec totus de Deo, nec totus de Virgine, totus tamen Dei, & totus Virginis eſſet, nec duo filij, ſed vnus vtriuſque filius.* Vt ergo eſſet vnicus, & totus Chriſtus filius Virginis Matris, ſanè non decebat, eum extraneæ nutrici lactandum tradi, cùm per extraneam lactationem quodammodò diuidatur filius cum nutrice. Vnde, vt videre eſt apud præcit. Aulum Gellium lib. 12. noctium atticarum, Faurinus cuidam fœminæ diſſuadenti cuidam matri, ne filium, quem pepererat, proprio nutriret lacte, ſed conducititiæ nutrici alendum traderet, dixit: *Oro te, mulier, ſine eam totam integram matrem eſſe filij ſui.* Porrò non ſolùm lactatio, ſed etiam educatio tantā partem habet in filio, vt quandoque in ſacris paginis educator filij nominetur ipſius genitor, vt 1. Paralipomenon cap. 8. *Ner autem genuit Cis.* Sanctus enim Hieronymus ſupra eundem locum dicit, non quòd eum genuerit, ſed quòd educauerit, Ner dici patrem Cis. Conſtat enim, quod Cis, de quo ibi eſt ſermo, fuit Pater Sauli, Pater autem Cis fuit Abiel, vt habetur in 1. Regum cap. 9. Septimò lac maternum magis nutritiuum eſt, quàm aduentitium extraneæ nutricis: quod docet Auicenna lib. 1. fen. 3. doctrinarum cap. 2. *Ipſum enim*, inquit, *ſcilicet lac matris, eſt magis nutriens, quòd magis ſimile eſt ſubſtantiæ nutrientium præteritorum, quibus alebatur fœtus, dum in ventre erat, ſcilicet menſtruorum matris, quia ipſa ſunt, quæ conuertuntur, & fiunt lac*: ergo maximè conueniebat, vt Virgo Mater proprium lac, tanquam magis nutritiuum, diuino Infanti præberet. Demùm vt naturæ debitum impleret, quod violaſſet, ſi alienis vberibus permiſiſſet Chriſtum lactari, vt patet ex primo notando.

Faurinus philo. apud Aul. Gellium.

Paralipom.

D. Hieron.

Auicenna.

Collige primò, Virginem ſuo exemplo allicere matres ad nutriendos proprio lacte filios ſuos, & oſtendere, quàm alienum ab officio ſit veræ, & piæ matris cōmittere alendos filios nutricibus conducititijs.

Collige ſecundò, quàm admiranda amoris colloquia B. Virgo miſcuerit cum Chriſto infantulo, dum illum lactabat. Audiendus S. Baſilius Seleuciæ Epiſcopus oratione in Annunciatione B. Virginis, vbi Deiparam cum Ieſu pupulo ſic loquentem introducit: *Ecquid igitur tecum diſceptabo? lacte ne enutriam, an verò vt Deum colam? Vt mater curabo, an verò vt ancilla adorabo? Vt filium amplexu fouebo, an verò vt Deum ſupplex inuocabo? Lac ne porrigam, an verò thymiama offeram? Et quod hoc magnum, & abditum eſt miraculum? Cœlum tibi thronus eſt, & ſinus meus te complexus eſt: totus his præſto es, qui inferne degunt, neque tamen ab ijs abes, qui in ſupernis viuunt: nec enim localis fuit tua illa deſcenſio, ſed diuina quædam ſubmiſſio, & condeſcenſio.*

D. Baſil. Seleuciæ Epiſc.

Collige tertiò, quàm appoſitè mulier illa in laudem vberum Mariæ exclamauerit: *Beatus venter, qui te portauit, & vbera quæ ſuxiſti!* Sanè multis modis vbera beata, vt patet ex dictis, atque etiam, quia beatum faciunt piè illorum virtutem contemplantem: quod optimè experiebatur ille, qui protulit illam paremiam: *Poſitus in medio quò me vertam neſcio; hinc lactor ab vbere, hinc paſcor a vulnere.* Porrò tanta effluit ex vberibus Virginis dulcedo ſpiritalis, vt ad ſolam ipſorum recordationem humanus animus lætitia repleatur. Quod optimè expreſſum habemus Cantic. 1. *Lætabimur in te memores vberum tuorum.*

Luc. 11.

Cantic.

QVAE-

QVAESTIO II.

Vtrùm lac, quo Virgo nutriebat Infantem Chriſtum, eſſet miraculoſum.

ALIQVI putant, vbera Virginis lacte celitùs cõcreato repleta fuiſſe; ita innuere videtur Eccleſia in officio circumciſionis, vbi canit: *Ipſum Regem Angelorum ſola Virgo lactabat vbere de cælo pleno.* Fauere huic parti videtur Sanctus Athanaſius in ſerm. de deſcriptione Virginis, & Ioſeph, vbi hæc habet: *Vbera Beatæ Virginis naturæ conſuetæ radicem non habuerunt, longèq; à naturali conſuetudine, à legeq; fuere aliena; lac nouo, & peregrino fluxit modo:* Damaſcenus in carminibus de Annuntiatione: *Quonam modo*, inquit, *lac profundas, ô caſta Virgo, mortalis lingua loqui non poteſt: noua enim naturæ res oſtenditur:* & Diuus Vincentius Ferrerius ſerm. de Natiuitate Chriſti dicens: *Beatam Virginem lacte carentem pro lacte Deum deprecatam, ſubnoq; fuiſſe eius vbera lacte plena.* Hanc ſententiam ſequuntur Ghiſlerus in cap. 1. Cant. explicans verſiculum ſecundum: *Meliora ſunt vbera tua vino*; & Ludouicus de Ponte in explicatione eorumdem verborum lib. 1. Cãt. exhortatione 10. §. 3. vbi ſic loquitur: *Cùm ergo fœtus vtero Virginis diuinus fuerit, ipſaq; conceptio de Spiritu Sancto, virtute Altiſſimi obumbrante illi, quid quòd vbera Virginis cæleſti quodam lacte pro qualitate talis fœtus repleta fuerint?* Quibus verbis innuit, miraculoſum debuiſſe eſſe lac, quo Chriſtus aleretur, vt ei eſſet alimentum conſonum. Addi poteſt, quòd fœmina niſi cognita non emittit lac, ergo per ſolam diuinam virtutem ex vberibus Virginis lac fluere poterat.

S. Athanaſ. D. Damaſcenus. D. Vincent. Ferrer. Ghiſlerus. Ludou. de Ponte.

Alij verò, ſuppoſito duplici miraculo; primò, ſcilicet, quòd Virgo Dei virtute cõceperit; ſecundò quòd Virginei ſanguinis attractio ad locum generationis, in quo Chriſtus virtute Spiritus Sancti momento fuit cõceptus, breuiori tempore facta ſit, quàm ſola virtute naturali fieri ſolet; dicunt, naturale fuiſſe lac, quo Deipara nutriebat Filium, & eatenùs miraculoſum poſſe appellari quòd Virgo lactaret, quatenus illa ſola virtute Spiritus Sancti conceperat. Ita Vincentius Regius in ſuis dilucidationibus euangelicis lib. 1. theor. 3. Fundatur in eo, quòd naturale eſt mulieri parienti, vt ſanguis menſtruus ad mamillas defluat, ibiq; in lac conuertatur noua concoctione ad alendum fœtum: ergo nõ ſunt multiplicanda miracula ſine neceſſitate.

Vinc. Regius.

Notandum primò, ex doctrina Hippocratis, & Galeni eſſe quandam conſenſionem inter venterem, & vbera; venas verò, arteriaſq; ab vtero in mammas extendi, & ſecundùm qualitatem fœtus magis, vel minùs intumeſcere, tempore verò, quo concipitur infans, magis vberum venas oppleri, & turgere.

Hippocrat. Galenus.

Notandum ſecundò, ex Ariſt. lib. 3. de hiſtoria animantium cap. 20. lac etiam in viris generari poſſe. Sic Auicenna, & Albertus. Gardanus verò de ſubtilitate teſtatur, ſe quemdam hominem cognouiſſe, ex cuius mammis lactis copia adeò abundans effluebat, vt ferè alere filium poſſet. Vnde etiam qui per nouum orbem peregrinati ſunt, multos homines in illis regionibus eſſe affirmant, qui magnam lactis copiam in mammis habent. Quòd ſi ergo homini hoc euenire poteſt, multò magis fœminæ etiam Virgini. Et confirmatur, quia vbera mulierum etiam virginum ſunt rariora, ampliora, & copioſior ſanguis in thoracis venis, quæ mammas irrigant, reperitur, ſanguis verò eſt materialis cauſa lactis; adſunt etiam glandulæ ſanguinem alterantes, & excoquentes, virtuſq; ſeu calor excoquendi: ergo, &c. Fauet Hippocrates in aphor. ſect. 5. dum ait: *Si mulier, quæ neque grauida eſt, neque concepit, lac habet, ei menſtrua defecerunt.* Et, licèt Andreas Laurent. lib. 3. operis anathom. q. 2. dicat: *Duplex eſt lac, alterum verum, alterum imperfectum, & non verum. Verum eſt album, dulce, moderatè craſſum, & alendo infanti accommodatum: non verum eſt quidem album, ſed nec eſt chimum, nec dulcedinem, aut vires alimenti habet:* quam diſtinctionem colligit ex Hippocrate; tamen, admiſſa tali diſtinctione, adhuc tamen dicere poſſumus, vtrumque lac eſſe aptum ad alendum. Nam ſi fœtus alitur ſanguine menſtruali, vt idẽ Andreas Laurent. pluribus in locis dicit; & ſi vera eſt doctrina Hippocratis in præcitato loco, quòd ideo menſtrua defecerũt dictæ mulieri (licèt non fuerit grauida, neque conceperit) quia lac habebat: ergo idem ſanguis menſtrualis in fœmina non grauida, & quæ non concepit, ad mammas effluxit. Quarè, cùm ibi naturali calore, & virtute mammarum, & glandularum concoquatur, cur lac, quod tunc ibi generatur, non poterit eſſe aptum ad alendum? His notatis;

Ariſtot. Auicenna, Albertus, Cardanus. Hippocrat. And. Lauren.

Dico, ſecundam opinionem eſſe probabi-

Concl. ſecundæ opinioni adhærens.

babiliorem. Et probari poteſt ex illo ora- A
culo Sybillæ Cimmeriæ: Sybilla Cimmeria.

In teneris annis facili inſignis amore
Militiæ æternæ Regē ſacra Virgo cibabit
Lacte ſuo.

Nota ad rem noſtram ly *lacte ſuo:* ſi enim lacte diuinitùs cócreato Virgo aluiſſet Chriſtum, non propriò lacte ſuo diceretur cibaſſe. Probatur ſecundò ratione adducta à præcitato Vincentio Regio, quę ex ſupra notatis clarior etiam apparet. Vinc. Reg. Probatur tertiò, quia maior quædam cómunicatio inter Chriſtum, & Virginem, imò inter Chriſtum, & nos, ſaluatur, ſi ponatur, quòd Virgo Mater non diuinitùs dato, ſed proprio lacte aluerit Chriſtum: quantum autem fieri poteſt ſaluandum eſt B illud Apoſtoli de Chriſto: *Debuit per omnia fratribus ſimilari.* Ad Hebr. 2. Confirmatur, quia, cùm Chriſtus veram naturam humanam aſſumpſiſſet, meliùs ſe verum hominem oſtendebat, ſi non cælitùs concreato lacte, ſed naturali virtute concocto nutriretur.

Satisfit pro contraria opinione adductis. Supereſt, vt ſatisfaciamus adductis pro prima ſententia. Et primò verè Eccleſia canit: *Lactabat vbere de cælo pleno,* quia Virgo de cælo à Spiritu Sancto fæcundata conceperat, & hinc vbera lacte plena habebat. Lactatio ergo de cælo, ſeù miraculoſa dici poteſt, quatenus, ſcilicet, ex miraculo præcedēti pendebat: idq; ſolùm eſt, quod innuit S. Athanaſius, & Damaſcenus citati, vt patebit cōſideranti. C Nec Diuus Vincentius eſt contra nos, qui tantùm teſtatur, celeriter lacte vbera Virginis intumuiſſe per preces ipſius: ſufficit autem nobis, quòd dictum lac verè fuerit elaboratum ex ſanguine ipſius Mariæ, interueniente naturali concoctione. Ad rationem, quam indicauit Ludouic. de Ponte, dico, lac Virginis fuiſſe accommodatum Chriſto infanti abſque nouo miraculo, vt patebit ex dicendis in quæſtione ſequenti: ſufficiebat enim, vt eſſet ex Matre optimi temperamenti, eximiæ ſanctitatis, & perfectiſſimæ indolis. Ad vltimam rationem reſpondeo, lactis emiſſionem idcircò conuenire, regulariter lo- D quendo, fœminæ cognitæ, quia naturaliter fœmina non poteſt concipere, niſi cognita, lactis autem emiſſio regulariter ſequitur conſequitur. Dico regulariter, quia, vt notauimus ſupra, etiam aliquandò poſſunt vbera Virginis lacte naturaliter turgere.

QVAESTIO III.

An Virgo, lactando Infantem Ieſum, aliquid ei optimæ indolis conferret.

NOTANDVM primò, veriſſimum eſſe, quòd animi mores corporis temperamentum conſequuntur, vt docet Galenus, & Galenus. omnes Phyſiognomi, & præcipuè Ariſtoteles c. 1. phyſiognomiæ, Ariſtot. Ratio eſt quia eſt ſumma conſenſio inter corpus, & animam; anima enim eſt forma informans corpus. Patet etiam à poſteriori, nam in ebrietate, & infirmitate mutantur hominis deſideria, & affectiones. Quarè optimum corporis temperamentum animam ad laudabiles mores inclinat. Et in hoc ſenſu accipitur illud Sapientiæ 8. verſiculo 19. Sap. *Sortitus ſum animam bonam*, idest, egregiam indolem, ſeù propenſionem ad ſapientiam, & virtutes, vt notat Lorinus in citatum locum. Lorinus.

Notandū ſecundò, ex Galeno de tuenda ſanitate lib. 1. matres, ſeù nutrices mores cum lacte inſtillare infantibus. Galenus. Vndè Auicenna lib. 1. fen. 3. doct. 1. capite 2. Auicenna. ſic loquitur: *Nutrix ſecundùm mores ſuos conſideratur, quoniam ipſam oportet bonorum morum, & laudabilium eſſe, quæ tardè a malis animi paſſionibus patiatur, ſicut ira, triſtitia, & timore: omnia enim hæc corrumpunt complexionem, & permutant, & tranſeunt in infantem lactatum.* Quamobrem doctiſſimè cecinit Michael Marelus de Principis inſtitutione: Michael Marelus.

Adſint præcipuè mores, vitaq; probatæ
Compoſitus tenor, & qualem decet eſſe pudentis
Matronæ: neque enim interdum minus vbere blandæ
Nutricis pueri attrahimus, quàm ſanguine ab ipſo
Matris, & antiqua ductorum ab origine patrum.

Et ſanè, quantam vim habeat lactatio quòad mores tranſmittendos, non paucæ reſtantur hiſtoriæ. Narrat Macrobius, Macrobius. Titum Imperatorem aduerſa valetudine continuò afflictum fuiſſe, quia eius nutrix infirma erat. Dionyſius Halicarnaſſeus Dionyſ. Halicarnaſſeus. ſcribit, Caligulam ſanguinis humani ſitientiſſimum fuiſſe, quia impia eius nutrix vbera ſanguine priùs liniebat, quàm ipſi puero ſugenda præberet. Similiter de Adriano Imperatore fertur, immoderatæ

vini

vini potationi deditum fuiſſe, quia eius nutrix tali infecta erat vitio. Et Iuſtinus lib. 44. ſuæ hiſtoriæ affirmat, ſe vidiſſe in ea Hiſpaniæ parte, quæ Callecia vocatur, Habbidem infantem feris expoſitum, & ceruæ vberibus educatum tanta fuiſſe pernicitate pedum, vt montium iuga, ſaltusq; inter ceruorum greges illis non inferior peragraret. Vide Plutarchum in lib. de educandis liberis, & Gellium lib. 12. noctium atticarum c. 1. apud quem Faurinus inter alia, quæ ad rem noſtram faciunt, tradit, ſi ouium lacte hædi, aut caprarum agni nutriantur, in his lanam duriorem, in illis capillum gigni teneriorem. Et Columella lib. 7. de re ruſtica hæc habet: *Nec eos canes, quorum generoſam volumus indolem conſeruare, patiemur alienæ nutricis vberibus educari, quoniam ſemper, & lac, & ſpiritus maternus longè magis ingenij, atque corporis incrementa auget.*

Iuſtinus. Plutarchus, Gellius. Faurinus. Columella.

Notandum tertiò, Chriſtum, vtpotè non ex ſemine viri, ſed virtute Spiritus Sancti conceptum, peccato originali non fuiſſe obnoxium, neque defectus ex tali peccato pullulantes contraxiſſe. Prætereà nec ſimpliciter dicendum eſt, ex neceſſitate naturali Chriſtum fuiſſe obnoxium aliquibus defectibus, quia ob excellentiam, & eminentiam perſonæ diuinæ debita illi erat talis naturæ perfectio, quæ omnes defectus impediret: & conſequēter etiam habebat corpus optimo temperamento compactū, atque adeò ingenuæ, & optimæ indolis. Spontè tantùm à Verbo aliqui defectus totam naturam humanam conſequentes, qui non repugnant perfectioni ſcientiæ, & gratiæ, fuerunt aſſumpti. Huiuſmodi defectus erant fames, ſitis, &c. Vide D.Thom. 3.p.quæſt.14. ar.4. in corpore, vbi etiam docet, quòd ignorantia, & pronitas ad malum, & difficultas ad bonum, quia ſunt defectus repugnantes perfectioni ſcientiæ, & gratiæ, non erat conueniens, vt à Deo aſſumerentur.

D.Thom.

Notandum quartò, non ſolùm certum eſſe, Chriſtum fuiſſe impeccabilem, ſpectata eius humanitate, prout eſt inſtructa his donis gratiæ, quæ de facto ſunt ei data à primo inſtanti conceptionis, inter quę eſt viſio beata, quæ ſubiectum, in quo eſt, neceſſariò confirmat in bono; ſed etiam ratione vnionis hypoſtaticæ Chriſti humanitatem fuiſſe impeccabilem, quicquid circa hoc vltimum in contrarium dicant Durandus in 3. diſt. 12. quæſt. 2. Scotus eadem diſtinctione quæſt. 3. §. *De ſecundo dico*, & §. *Ad primum*, verſ. ad ſecundum dico, & diſt. 2. quæſt. 1. §. *Ad argumenta principalia*; Marſilius itèm in 3. quæſt. 3. art. 2. in

Durand. Scotus. Marſilius.

A 4. parte articuli; quicquid, inquam, dicant hi: nam cæteri Theologi communiter docent, ex vi præciſa vnionis hypoſtaticæ impeccabilitatem Chriſto conuenire. Vide Philippum Moncæum diſp. 9. cap. 2. vbi affirmat, humanitatem Chriſti ne venialiter peccare potuiſſe propter ſanctitatem infinitam, quæ per vnionem hypoſtaticam communicatur humanitati Chriſti. His notatis,

Philippus Monc.

Dico, quòd B. Virgo, lactando infantem Chriſtum, in egregiam illius indolem influxit, quatenus illud lac Virgineum tantam continebat perfectionem, vt proportionatum eſſet ad optimū corporis Chriſti temperamentum fouendum, & conſeruandum, B ex quo temperamento rectè diſpoſito conſeruabatur præclara indoles. Probatur primò: lac maternum habet vim influendi in temperamentū infantis, quatenus ex illo nutritur, & augetur infantile corpus, vt patet ex ſupra notatis; ergo ſimili modo lac Virginis influebat in temperamentum Chriſti infantuli, quatenus ex illo lacte nutriebatur, & augebatur Chriſti corpus: ſed Chriſti corpus ſemper perfectiſſimo ſeruato temperamēto augebatur, ſic enim dignitas Chriſti poſtulabat; ergo ſemper lac Virginis ad tale temperamentum fouendum, & conſeruandum concurrebat. Probatur ſecundò, quia, cùm Virgo vera, & naturalis C Chriſti Mater eſſet; omnes perfectiones perfectiſſimæ Maternitatis, conueniens erat, vt haberet: ſed inter alias perfectiones maternitatis eſt communicare filio lactato optimam indolem media lactatione; ergo, &c. Confirmatur, quia, cùm pueri vt plurimùm matrizent, hoc eſt, matris indolem præſeferant, vt docet Ioannes Taper. in rubrica inſtit. de nuptijs, (de qua re videri poteſt Tiraquellus ad 2. l. connub. num. 73.) Chriſtus vt verus Filius talis Matris, conueniens erat, vt matrizaret, hoc eſt, mores talis Matris pręſeferret; nam ſimilatus eſt Chriſtus per omnia fratribus ſuis, quod intelligitur de ijs omnibus, quæ naturam humanam con- D ſequuntur, exceptis defectibus repugnantibus perfectioni ſapientiæ, gratiæ, & ſanctitatis.

Concl. affirmatiua. Io. Taperius, Tiraquellus.

Collige primò ex dictis, quàm conueniens fuerit, vt B. Virgo à peccato originali præſeruaretur, vtq; fomes ei à primo conceptionis momento extingueretur, optimumq; temperamentum, eximia pulchritudo, aliæq; innumeræ tum corporis tum animi dotes, & priuilegia eidem concederentur, vt, nimirum, Chriſtus, vt Mariæ filius, poſſet pro dignitate matrizare. Quare, ſicut apes teſte Plinio lib. 11. natu-

B. V. ab originaria labe probatur immunis, aliſq; eximijs dotibus ab inſtāti Conceptionis decorata. Plinius.

naturalis hiſtoriæ, ex omni electorum florum copia fauum conficiunt regalem, in quo producitur rex apum, qui caret aculeo: ita Virgo, cùm fuerit regalis ille fauus, ex quo Rex apum Chriſtus ſine peccati aculeo genitus erat proditurus, neceſſe fuit, vt non niſi ex prælectis virtutũ, & ſupernaturalium prærogatiuarum floribus conſtaret. Vndè ad rem noſtram in Canticis à diuino ſpiritu de ea dicitur per eminentiam: *Vna eſt electa mea*.

Cantic.

B. Virgo hoc capite etiam poſt partum purior eſſe debebat, quia Chriſtum lactatura.

Collige ſecundò, quòd B. Virgo ex eo, quòd lactaret Chriſtum, illibatum virginitatis florem nouo titulo ſeruare tenebatur; vt lac virgineum virgineo affectu infanti virginitatis amantiſſimo inſtillaret; quo etiam in ſenſu nota verificari, quod ſuperiori cap. q. 4. attulimus ex Auguſtino: *Virginitatem, dum peperit, duplicauit*. Audiendus eſt hic Alanus explicans illa verba Cant. 1. *Meliora ſunt vbera tua vino*: *Ad litteram*, ait, *poſſumus hoc referre ad naturalia vbera Virginis, de quibus dicitur in Euangelio Luc. 11. Beatus venter, qui te portauit, & vbera, quæ ſuxiſti. Quæ delectabiliora, quæ meliora, quam illa vbera, quæ propinauerunt lac Chriſto; non ex libidinis fœditate, ſed virginitatis fœcunditate. Talia optabat Chriſtus vbera, vt tali vbere lac ſugeret, quod non ſaperet carnis lubricum, ſed virginitatis antidotum*: perpende ad rem noſtram, *Virginitatis antidotum*.

D. Auguſtin. *Alanus.*

Collige tertiò, per hanc lactationem B. Virginem concurriſſe ad copioſiorem humani generis redemptionem; Copioſior enim facta eſt prædicta redemptio à Chriſto ex hoc, quòd ille inflicta ſibi verbera, & vulnera intenſius ſenſerit; intenſius autem ſenſit ob delicatiſſimam corporis conſtitutionem, in quam B. Virgo ſuo lacte influxerat.

QVAESTIO IV.

An Chriſtus in ſugendis Virgineis vberibus multùm delicia- [illegible]

Affirmatur. *Iſai.*

DICO affirmatiuè. Indicatur ex illo Iſaiæ 15. *Delectabitur infans ab vbere*; quod oraculum communiter accipitur à Patribus de Chriſto; innuitur etiam hoc Pſal. 21. num. 10. illis verbis: *Tu es, qui extraxiſti me de ventre Matris meæ: ſpes mea ab vberibus Matris meæ*: quibus amoroſè conqueri videtur Chriſtus infantu-

Pſal.

A lus, quòd à Patre extractus fuerit de Virginis vtero, tanquam voluptuario habitaculo; & quaſi ſe ipſum confortans ſubijcit: *Spes mea ab vberibus Matris meæ*; quaſi dicat ſtatim natus Chriſtus: licèt, æterne Pater, extraxeris me ab vtero Matris meæ, in quo ſummoperè deliciabar, nihilominùs me ſolatur ſpes vberum Matris meæ: non minori enim delectatione perfruar, dum illa ſugam. Loquitur de hac ſuauitate lactis Deiparæ Virginis Bernardinus Buſtenſis ſerm. 3. de partu Beatæ Mariæ par. 2. in fine: *B. Virginis*, inquit, *lac habuit ſaporoſitatem, quam traxit de Spiritus Sancti depuratione: nūquam enim aliqua mulier habuit lac tam ſaporoſum ſicut ipſa.* B *Et huius ratio eſt quia lac aliarum mulierum habet multum impuritatis, & ideò non poteſt eſſe magni ſaporis: lac autem B. Virginis adeò fuit à Spiritu Sancto depuratum, quòd factum eſt dulciſſimum, & nimium ſaporoſum*. Hæc ille: quamuis non ſit neceſſe aſſerere, depurationem lactis Deiparæ factam fuiſſe à Spiritu Sancto modo miraculoſo, cùm ſufficiat admittere, eiuſmodi lactis dulcedinem ſine vlla impuritate admixta fuiſſe ab optimo illius temperamento. Porrò variæ rationes aſſignari poſſunt, cùr Chriſti infanti dulcia eſſent vbera Matris. Prima eſt quia magno amore Virgo lactabat Chriſtum; amore autem mirum in modum res dulcorantur, C vt eleganter adnotauit Plautus in Caſina actu 2. ſcena 3. dicens: *Omnibus rebus ego amorem credo, & nitoribus nitidis antevenire, nec potè quicquam commemorari, quod plus ſalis, pluſq; leporis habeat. Hodie coquos equidem nimis demiror, qui vtuntur condimentis, eos eo condimento vno non vti, quod præſtat omnibus; nam vbi amor condimentum inerit, quoduis placiturum credo; neque ſalſum, neque ſuaue eſſe poteſt quicquam, vbi amor non admiſcetur; fel, quod eſt amarum, id mel faciet; hominem ex triſti lepidum, & lenem*. Secundò, cùm Virgo per lactationem in Chriſti temperamentum numeris omnibus abſolutiſſimum (de quo D diximus in quæſt. præcedenti) influeret, rem ipſi Chriſto cruciatuum pro humano genere ſuſtinendorum ſitientiſſimo iucundiſſimam præſtabat, quia ex hoc capite, quòd Chriſti corpus delicata temperie eſſet conſtitutum, ad intenſiùs ſentiendos acerbiſſimos paſſionis ictus aptius reddebatur. Quod indicat illud ad Hebr. 10. *Corpus autem aptaſti mihi*. Tertiò quia idem Chriſtus, dum maternum exugeret lac, magna afficiebatur voluptate, ſciens, lac illud eſſe conuertendum in ſanguinem effundendum, & in carnem excoriandam,

Bernardin. Buſtenſis. *Cùr tã dulce fuerit Chriſto lac Virginis.* *Plautus.* *Ad Hebr.*

& dilacerandam pro redemptione eminẽter præſeruatiua lactantis Virginis, & curatiua cæterorum hominum. Vnde egregiè D. Auguſtinus ſer. de Annunciatione: *Lacta*, inquit, *Maria, Creatorem tuum, panem cæli, pretium mundi: præbe lambenti mamillam, vt ille pro te percutienti præbeat maxillam: lacta eum, qui fecit te talem, vt ipſe fieret in te.* Quartò, ſi dulcis, & iucunda eſt affectuum diſſpiratio, ſanè dulciſſima, & iucundiſſima erat lactatio Virginis tum ipſi, tum Filio; quia, dum Filius hauriebat è maternis vberibus lac, vt adoleſceret ad cruciatus ſuo tempore ſuſtinendos, non diſſentienti, ſed vniformi affectu Mater illud ſubminiſtrabat. Et ſanè, quantum infantulus Ieſus, & Mater eius deliciarentur recordatione crucis, quam ipſe Chriſtus ætate grãdior pro hominum ſalute ſubiturus erat, egregiè innuit S. Epiphanius de laudibus Virginis, eam ſic alloquens: *Appellabo te Thronum, cælum, ſimul & crucem; expaſſis enim vlnis Deum geſtabas*: perpende ly *cælum, ſimul & crucem*; quaſi dicat, quòd, dum Virgo Mater Puerulum diuinum expaſſis vlnis, crucis inſtar, geſtabat, illi erat veluti cælum, quia in talibus vlnis ſic expaſſis, crucem, in qua moriturus erat, ad viuum referentibus, quaſi in placidiſſimo cælo, ſuauiſſimè detinebatur.

D. Auguſt.

D. Epiphan.

Collige, quòd, quandò Chriſtus lac à Virgine exugebat, ita dulcorabantur eius labia, vt, licèt ſimul cogitaret deguſtando tempore paſſionis felle, & aceto, tamen nihil amaroris præſentire videretur in tali felle, nihil acrimoniæ in illo aceto, ſed inſtar vini gratiſſimi illi eſſet fel, & acetum. Quare quaſi lætabundus in Canticis dicebat: *Bibi vinum cum lacte meo.* Quòd optimè perpendens D. Antonius de Padua in quadrageſ. Domin. 3. *Quare*, ait, *non dixiſti, Domine Ieſu, bibi acetum meum cum lacte meo? Virginalibus enim vberibus lactatur.*

Cantic.

D. Antonius de Padua.

A

QVAESTIO V.

An Beata Virgo plus meruerit lactando Chriſtum, quàm Martyres omnes ſimul ſumpti effundendo ſanguinem?

DICO affirmatiuè. Probatur primò ex Hailgrino exponente illa verba Cant. 3. *Vbera tua botris: Vbera*, inquit, *quoque botris aſſimilata ſunt, ex quo mirabilis prærogatiua merendi monſtratur in B. Virgine, quæ non minus meruit fundendo de vberibus ſuis ad Filij nutrimentũ lac, quàm Martyres, qui per botros figurantur, meruerunt fundendo ſuum ſanguinem in martyrio: omnium enim operum merces ſecundùm radicem charitatis penſatur.* Quibus vltimis verbis innuit optimam rationem, nimirum, actum elicitum, vel imperatum à maiori charitate eſſe magis meritorium. Quo poſito, ſic licet ratiocinari. Charitas Deiparæ erga Deum erat adeo perfecta, excellens, & intenſa, vt, ſi ſimul iungerentur gradus omnes charitatis ſimul collectæ ab omnibus martyribus, huic illa multùm præponderaſſet: ſed Virgo, dum vbera Chriſto ſugenda præbebat, ex toto charitatis affectu præbebat; ergo plus merebatur, quàm Martyres omnes effundendo ſanguinem: hi enim charitate longè inferiori ſanguinem effundebant. Probatur ſecundò, quia Virgo, dum lactabat Chriſtum præſcia futurorum cruciatuum, quos ipſe perlaturus erat tempore paſſionis, ſuſtinebat ex tunc altiſſimum, & eminentiſſimum martyrij genus, excedens in virtute, & merito omnia merita Martyrum; ſic enim attingebat aliquo modo paſſionem ipſam Chriſti. Accipe pro hoc argumento luculenta verba Ruperti introducentis Beatam Virginem ſic loquentem in illa verba Cant. 1. *Faſciculus myrrhæ Dilectus meus mihi inter vbera mea commorabitur: Nolite, inquit B. Maria, ſolùm attendere horam illam, qua Dilectum meum vidi flagellis cædi, crucifigi, mori: nam tunc quidem iuxta Simeonis vaticinium gladius animam meam pertranſiuit; ſed, ante quàm ſic pertranſiret, longum per me tranſitum fecit. Prophetiſſa eram, & præuidebam eius mortem: cùm igitur eum lactarem, ſinu fouerem, & proſpicerem eius mortem, qualem, quantam, quàm proli-*

B

C

D

Affirmatur.
Hailgrinus.

B. V. dũ Chriſtũ lactabat præſcia paſſionis ab illo ſuſtinendæ, eminentiſſimum martyrij genus perferebat.

Rupertus.

prolixam me putatis materni doloris pertuliſſe paſſione n... ! Hoc eſt, quod modò dico: Faſciculus mirrhæ Dilectus meus mihi inter vbera mea commorabitur. O conſolatio quidem dulcis, ſed plena gemitibus inenarrabilibus! Ad vbera deforis ſtringebatur, & eiſdem lactabatur vberibus, ſimulq; inter vbera intùs in corde futurorū præſcio ſemper apparebat, quaſi eſſet morte moriturus. Hæc Rupertus; quæ valde ſunt conſona iis, quæ leguntur in Reuelatione

Reuel. S. Brigittæ.

S. Brigittæ ſerm. Ang. cap. 17. Tertiò quia B. Virgo, dum lactabat Chriſtum, vitam illius, vitam infiniti valoris lacte fouebat, eamq; pro humana redemptione pio affectu deuouebat, quæ etiam oblatio, vtpotè rei infiniti valoris, incomparabiliter omnes oblationes Martyrum in ratione meriti ſuperabat. Quarè, ſi Clemens Alexandrinus lib. 1. pedagog. dixit, quòd *lac eſt ſanguis, conſentiente pietate, floreſcens*; nos ſanè dicere poſſumus, quòd lac à Virgine Chriſto infanti datum erat ſanguis, conſentiente materna pietate, fundendus à Chriſto. Quartò quia eo etiam affectu B. Virgo Chriſtum proprio lacte nutriebat, vt fideles omnes ſpiritualiter in eo lactare intenderet: quod argumentum quæſtione ſequenti latiùs examinandum decreuimus. Sit ergo

Clemens Alexand.

QVAESTIO VI.

Vtrùm Deipara vberibus, quæ ſugenda præbebat Chriſto, fideles etiam lactaret.

Affirmatur.

DICO, Deiparam, cùm Chriſtum lactabat, nobis ſimul ſpiritualis alimoniæ lac præbuiſſe. Primò quia nutriebat eum, à quo nos omnes nutrimur. Quod admiratus Methodius orat. in Hypopantem exclamat: *O nutrix eius, qui nutrit omnia!* Et Petrus Damianus ſerm. 1. de Natiuitate: *O Beata*, inquit, *vbera, quæ, dum tenue lac puerilibus labris infundunt, Angelorum cibum, & hominum paſcunt: exiguum exprimunt liquorem, & mundi reficiunt Creatorem.* Secundò quia, dum lactabat Chriſtū caput totius corporis Eccleſiæ, ſimul etiam lactabat & membra, ſcilicet nos fideles. Quod adnotat ſuauiſſimus Guilhelmus explicans illud Cantic. 4. *Duo vbera tua ſicut duo hinnuli: Porrò ea ipſa, quæ ſibi magnum illum hinnulum, ideſt Chriſtum, corporaliter genuit, duos ſibi hinnulos, ideſt teneriora eius mem-*

Method.

Pet. Dam.

Guilhelmus.

A *bra in vtroque ſexu ſpiritualiter adoptauit. Siquidem per hoc, quod facta eſt incarnati Verbi Mater corporalis, facta eſt membrorum eius mater ſpiritualis: per hoc, quòd caput noſtrum ſecundùm carnem concepit, membra eius lacte pietatis alenda ſuſcepit. Habet ergo vnicum, quem pro tempore lacte corporeo nutriuit; habet & gemellos, ideſt ex vtroque ſexu, adoptatos, quos lacte pietatis nutrire non definit: illi corporalia Matris vbera erant fons proprius, cui communicare non poterat alius; his duo ſpiritualia eiuſdem Matris vbera erant fons itidē proprius, cui non communicat alienus. Itèm quot vbera, tot hinnuli. Plenum eſt vberibus maternum illud pectus intus, & foris: foris quidem*

B *habet duo vbera, quibus pro tempore pia Mater aluit Filium Dei: intùs itèm duo vbera habet ad alenda mēbra eius.* Similia habet in exponēdis iiſdem verbis repetitis Cantic. 7. *Duo vbera tua ſicut duo hinnuli, &c.* Tertiò quia, dum Filium ſuum lactabat Deipara, faciliorem reddebat diuinæ miſericordiæ fluxum in nos omnes. Qua in re audiendus eſt Riccardus Victorinus p. 2. in Cantic. c. 23. vbi hæc habet: *Carnalia in te Chriſtus vbera ſuxit, vt per te nobis ſpiritualia fluerent: &, cùm miſericordia Dei ſit ab æterno, amplior cæpit eſſe ex tempore: &, cùm ex te cæpit initium, eius quoque largitas per te ſumpſit augmentum. In te ergo concreuit lac diuinæ miſericordiæ,*

Riccardus Victor.

C *& ex te nobis profluxit: ipſa priùs repleta es, & ex te nobis deſcendit hæc abundantia.* Quartò quia eo affectu lac Chriſto propinabat Virgo, vt ipſe poſtea illud in ſanguinem, & carnem ſuam immutatum fidelibus inſtar lactis in Sacramento Euchariſtico communicaret. Hoc innuit S. Germanus in theoria rerum Eccleſiæ: *Crateres, inquit, ſanguinis Chriſti interpreteris mammas Deiparæ, ſalutare lætitiæ poculum, & tutelare, ac conſeruatorium totius generis humani.* Fauent etiam Patres nomine lactis Sacramentum Euchariſtiæ appellantes, vt Clemens Alexandr. lib. 1. pedagog. 6. dum ait: *Verbum dicitur, & cibus, & caro, & nutrimentum, & panis, & ſanguis, &*

S. German.

Clem. Alex.

D *lac.* D. Irenæus lib. 4. cap. 47. *Ille, qui erat panis verus, & perfectus Patris, lac nobis ſe ipſum præſtitit, quòd erat ſecundum hominem eius aduentus, vt quaſi à mamilla carnis enutriti, & per talem lactationem aſſueti manducare, & bibere Verbum Dei, in nobis ipſis id continere poſſimus.*

Irenæus.

Collige primò, ex eo, quòd per Sacramentum Euchariſtiæ non ſolùm à Chriſto lactantur fideles, ſed etiam à Virgine, per illud in nos transfundi mores, & indolem tum Chriſti tum Virginis, cùm per lactationem lactantis mores, & indoles

Per ſuſceptionem Euchariſtiæ nobis mores, & indoles Chriſti, ac Virginis communicantur.

lactato communicentur, vt ſupra notauimus quæſtione tertia.

Quo affectu nobis Chriſtus, & Deipara Sacramentum Euchar. communicent.

Collige ſecundò, ex eo, quòd in Sacramento Euchariſtico lac Virgineum, in carnem, & ſanguinem Chriſti immutatum nobis per modum lactis exhibetur, indicari affectum verè maternum, quo Sacramentum ipſum, tum à Chriſto, tum à Virgine communicatur.

Collige tertiò, ſi proprium eſt filiorum, qui materno lacte enutriti fuerunt, magis matrizare, fideles omnes, qui in Sacramento Euchariſtico eiuſmodi lac exugūt, hinc non ſolùm filiationis titulo, ſed etiam ratione lactationis obſtringi ad mores, & Chriſti, & Virginis exprimendos.

Collige quartò, ſi multum confert ad amorem inter aliquos excitandum eodem lacte, eademvè mamilla enutriri (vndè nonnulli idcircò tantùm Catonem, vt ferunt, maximè adamarunt, quia iiſdem, quibus ille, vberibus lactati fuerant) collige, inquam, B. Virginem ex hoc, quòd ipſa eo affectu lac Chriſto præbuerit, vt eodē poſteà in eiuſdem Chriſti carnem, & ſanguinem immutato per Sacram Euchariſtiam omnes aleremur, nos Chriſto, & nos nobis inuicem peculiari amoris vinculo deuincire voluiſſe.

Collige quintò, ſi, vt experimento conſtat, canes ex paſtu panis intincti ouium lacte vehementer excitātur ad ipſas oues amandas, & contra ſæuientes luporum impetus cuſtodiendas, quàm debeant homines, ni fortè canibus ipſis deteriores, ſumpto, & guſtato ſacro illo Euchariſtico pane, Virginis lacte non dicam intincto, ſed quodammodò efformato, ad ipſius Virginis amorem excitari. Imò modo quodam peculiari teneri eos arbitror ad eiuſdem Virginis honorem defendendum, maximè contra hæreticos, qui eum, luporum inſtar, dilacerare conantur.

QVAESTIO VII.

An aliquid lactis Deiparæ in terris aſſeruetur.

Affirmatur.

DICO affirmatiuè. Nam hic Romæ in Eccleſia S. Mariæ de populo ſub maiore altari inter alias inſignes reliquias reperitur paululum lactis Deiparæ, vt refertur in libello Romæ impreſſo, inſtante Mauritio Bona, de rebus admirandis eiuſdem ciuitatis. Itèm in Eccleſia S. Cæciliæ, vt legere eſt in tabella A expoſita reliquiarum exiſtentium in dicta Eccleſia. Petrus Bonfinius lib. 2. faſtorum teſtatur, Pariſijs in templo ſummo, & regio aliquid prædicti lactis aſſeruari. Marinæus Siculus lib. 5. de rebus Hiſpaniæ refert, Toleti, & Oueti Marianum lac maxima religione coli. Et Aſiſij in Eccleſia S. Damiani eiuſdem lactis partes quaſdam venerantur fideles. Sed

Petr. Bonfin.

Marinæus Siculus.

Quæres, cùr voluerit B. Virgo, partes haſce lactis tam pretioſi in terris aſſeruari.

Cùr voluerit B. Virgo, lactis ſui partē in terris aſſeruari.

Reſpondeo, varias congruentias afferri poſſe. Quarum prima ſit quia, cùm ipſa ſe communem fidelium Matrem profiteatur, voluit, huiuſmodi lac, tamquam inſigne affectus materni pignus, relinquere. B Quem quidem affectum apertiùs aliquando ipſa demonſtrauit, dum nonnullis per viſum apparens (ò amorem tenerrimum) propria vbera ſugenda exhibuit. Fortunatiſſimus fuit hac lactatione Fulbertus Epiſcopus Carnotenſis, vt teſtatur Baronius tom. 11. Annalium anno milleſimo vigeſimo octauo ſub num. 5. Huius Fulberti ſcientia, & vitæ integritas maximè commendatur, quòd Sanctiſſimæ Dei Genitricis Mariæ addictiſſimus ſeruus, & promptiſſimus fuerit obſeruator; in eius laudem librum conſcripſerit, Baſilicam conſtruxerit, laudesq; cecinerit. Quibus patratis operibus, illum Virgo tandem C fuit abundè remunerata, dum languenti in lecto ipſa, per viſum apparens, ſacras mamillas ſugendas præbuit, eumq; ſuauiſſimè ſorbillantem plenis lacte faucibus deſeruit. Secunda, ſi Matris indoles in lacte quodammodò, vt ſupra diximus, continetur, ſanè B. Virgo, noſtrum omniū piiſſima Mater indicare voluit per has lactis ſui partes in mundo relictas deſiderium, quo ipſa tenetur nobis indolem ſuā, & virtutes ſublimes communicandi. Tertia, vt lac illud eſſet ſignum continuò memoratiuum, quòd, ſicut ipſa veram ſe fidelium matrem oſtendit, ita ipſi fideles veros ſe filios oſtendere non obliuiſcerentur, & ſimul cognoſcerent, quantum lege D huiuſmodi maternitatis teneātur ad amoris vices tāto amori rependendas. Quarta, ſicut lac appoſitum eſt facilitatis, & ſuauitatis ſymbolum, cùm abſque vllo labore ſuauiter hauriatur, credibile eſt, voluiſſe Virginem ſuo lacte apud nos relicto indicare, quàm facile, & ſuaue ſit virtutes ſectari iis, qui eam tamquam Matrem, & perfectionis Magiſtram ſequuntur. Fabulentur vt volunt Poetæ, lac Iunonis partim diſperſum cælo viam lacteam, qua ad Superos Dii tenderent, ſuo cādore ſignaſſe, partim in terras effuſum lilia albificaſſe.

Baronius.

Nos,

Nos, remota fabulæ leuitate, veriſſimè dicemus, Mariani lactis partem cælis in Chriſto, quem lactauit, remanſiſſe; vnde viam ad cælum regiam habemus ipſum Chriſtum, qui de ſe ait: *Ego ſum via, &c.* partem in terris relictam ad facilitandum virtutum exercitium, quibus ſupra lilia candicant fideles; vndè Pſalmographus huiuſmodi virtutum candorem affectans cecinit: *Super niuem dealbabor.* Et quidem, licèt difficile ſit illibatum virginitatis candorem ſeruare, propoſito tamen Beatæ Virginis exemplo, fit facile. Audi luculenta D. Ambroſij verba lib. de inſtit. Virg. c. 15. *Chriſti lilia ſunt ſpecialiter ſacræ Virgines, quarum eſt ſplendida, & immaculata virginitas: etenim Virgineus ille venter principium fuit, & origo, imò & perennis fons, vnde efficaciſſimo Deiparæ exemplo omnium virginum chori dimanarunt.*

Pſal. 50.

D. Ambroſ.

Collige primò ex eo, quòd lac Virginis, diuina diſponente prouidentia, aſſeruatur ſub maiori altari S. Mariæ de populo, vbi priùs cineres Neronis, primi, ac ſæuiſſimi Chriſti fidelium perſequutoris, ad nucis radices latitabant (quo in loco etiam nequiſſimi ſpiritus, veluti execrādi illius depoſiti cuſtodes, prætereuntibus diuerſimodè erant infeſti; vndè, cùm Paſchalis II. hæc, Virgine annuente, diuinitùs cognoſceret, nucem præcidi, impios cineres in Tyberim proijci, aramq; ibi in Deiparæ honorem conſtrui iuſſit, quam varijs reliquijs locupletauit) collige, inquam, inuincibilem Virginis charitatem: voluit enim, per hoc nobis innoteſcere, ſuum amorem, qui per lac figuratur, loca, ideſt corda hominum quantumuis prophana, & execranda, ſi ſanctificari voluerint, non dedignari.

B. Virginis amor corda hominum, quantumuis prophana, ſi voluerint reſipiſcere, non dedignatur.

Collige ſecundò quanta ſit ingratitudo eorum peccatorum, qui huiuſmodi lactis ſuauitate allecti, ab eo lacte non patiuntur ſe ablactari, quod in circæis carnalium illecebrarum poculis eis exhibet mundus; quique tanto hoc amore præuenti adhuc infernorũ hoſtium fallacijs decipi malunt. Quibus meritò aptari poſſet illud Epicherema anguis vbera pecudis exugentis, hac ſuperpoſita inſcriptione: *Pro lacte venenum.* Interdixerat Deus Exod. 23. nè hœdus coqueretur in lacte matris ſuæ: Quo præcepto S. Auguſtinus in dictum locum Exodi quæſt. 90. putat præcipuè intendi, ne Chriſtus occideretur ab Herode in tenera ætate, dum adhuc lactebat. Abulenſis in eumdem locum q. 36. dicit, quòd aliqui hoc faciebant ob delicias carnis, quia hœdi ſic cocti dicuntur ſapidiores, & teneriores; abolet autem Deus iſtam conſuetudinem, vt inſtruat Iudæos, qui crudeles erant, circa pietatem etiam ad pecora, vt per hoc erudiantur ad pietatem mutuam; & paulò poſt ſubdit: *Erat autem quædam crudelitatis imago, vt ab eodem res pereat, à quo originem accepit eſſendi: hœdus autem, vel agnus accipiunt nutrimentũ à lacte materno, & conſequenter illud influit in vitam agni; quòd autem in ipſo coquantur, videtur durum.* Verùm magis ſanè durum videri debet, & magis execranda crudelitatis imago, quòd diuinus agnus, ſcilicet Chriſtus, decoquatur in lacte Matris ſuæ; quod euenit, dum impius, & pertinax peccator non modò non retrahitur à peccato ob amorem maternum, quem nobis Deipara in lacte apud nos relicto demonſtrauit, ſed nimiùm confidens occaſionem hinc liberiùs peccandi arripit, immunitatemq; ſibi à diuina iuſtitia audacter promittens, quantum in ſe eſt, diuinam ipſam iuſtitiam deſtruit, & conſequenter Deum; atque ita Ieſum agnũ myſticum in lacte materno coquere videtur.

Exod.

D. Auguſtin.

Abulenſis.

Aduerte, ex imaginibus nonnullis Deiparæ lac prodigiosè effluxiſſe, vt Bononiæ in Eccleſia, quæ vulgò S. Maria de monte appellatur, vbi adhuc extat, & maximò à fidelibus in honore habetur imago Virginis, quæ gladij ictu percuſſa ſanguinem ſimul, & lac emiſit; quo lacte, & ſanguine nunc etiam conſperſa apparet. Ex quo collige eminentem in homines Virginis eiuſdem clementiã, quæ etiam ictibus laceſſita, affectum maternum non amittit, ſed ſignis clarioribus oſtendit.

Eminens Virginis in homines clementia.

CAPVT

CAPVT DVODECIMVM.

DE VIRGINE COOPERANTE Circumciſioni Chriſti.

QVAESTIO PRIMA.

Vtrùm decuerit, Deiparam cooperari Chriſti Circumciſioni.

Cauſa exortę quæſtionis.

A DVBITANDI occaſio eſſe poteſt quia rationes, ob quas inſtituta fuit Circumciſio, in Chriſto locum habere non videntur, & conſequenter nō apparet, licitum fuiſſe cooperari eius circumciſioni. Si enim ad expiandam originariam culpam ordinata erat circumciſio, vt colligitur ex cap. *maiores* de baptiſmo, & communi conſenſu affirmant Theologi (fundantumq; in illo Geneſ. 17. *Maſculus, cuius*

Geneſ.

B *præputij caro octauo die circumciſa non fuerit, delebitur anima eius de populo ſuo*) cùm Chriſtus ſemper alienus fuerit à culpa originali, ex hoc capite non debuit circumcidi. Vnde Bernardus ſer. 1. circumciſionis: *Ad quid*, ait, *tibi circumciſio neceſſaria, qui peccatum non commiſiſti, nec contraxiſti? Quòd ipſe non feceris, ætas manifeſtat; quòd non contraxeris, multò certius probat, & Patris Diuinitas, & Matris integritas.* Secundò fuit inſtituta circumciſio ad Populum ab alijs gentibus diſtinguendum, & diuino cultui conſignandum, vt colligitur apertè ex eodem Gen.

D.Bernard.

C cap. 17. *Statuam pactum meum inter me, & te, vt ſim Deus tuus, & ſeminis tui poſt te*: & infrà: *Circumcidetis carnem præputij, vt ſignum ſit inter me, & vos.* De qua circumciſione vt diſtinctiua populi loquitur etiam Ioſeph Hebræus lib. 3. antiquitatis his verbis: *Voluit Deus, hac corporali nota inſigniri gentem noſtram, quò,*

Ioſeph.

A *ſcilicet, manifeſtò ſecerneretur, & ſegregaretur a cæteris gentibus, ſcilicet, nè cum alijs permixta, & confuſa flagitioſos quoque earum mores, fœda inſtituta, iniquas leges, impias ſuperſtitiones ſequi vellet.* Et communiter Theologi cum Chryſoſtomo homil. 39. in Geneſ. Theodoreto q. 5. & alijs Patribus admittunt, circumciſionem datam fuiſſe in ſignum diſtinctiuum populi. Verùm hæc etiam ratio ceſſat in Chriſto; cùm enim eius humanitas hypoſtatico nexu diuinitati coniuncta, perfectiſſimè ſancta, & impeccabilis eſſet, videbatur ſuperfluum ſignum circūciſionis ad eum

Chryſoſt. Theodoret.

B diſtinguendū ab alijs gentibus, nè earum prauis moribus inficeretur, vtq; diuino cultui addiceretur. Accedit quòd, cùm Pater æternus Filium ſuum ad omnes ſuo ſanguine redimendos in mundum miſiſſet, non videbatur ei conuenire ſignum diſtinctiuum circumciſionis. Vnde Paulus ad Romanos 1. *Non eſt*, inquit, *diſtinctio Iudæi, & Græci: nam ipſe Dominus eſt omniū*: & Ioannis 10. dicitur: *Fiet vnum ouile, & vnus Paſtor.*

Ad Rom.

Ioann.

Dico primò, Chriſtum non fuiſſe ſubiectum præcepto circumciſionis. Primò quia erat Deus, & homo, & alienus à pec-

Concl. pri. Chriſtus nō fuit ſubiectus precepto circumciſionis.

C cato originali. Secundò quia non ex virili ſemine fuerat conceptus, ſed Spiritu Sancto obumbrante; lex autem circumciſionis obligabat tantùm eos, qui ex ſemine virili conſueto modo geniti erant; Quod adnotat Gerſon ſerm. de circumciſione explicans illud Luc. 2. *Vt circumcideretur Puer*: *Verba hæc*, inquit, *obligationem quandam inſinuare videntur: ſed oportuns*

Gerſon.

Digitized by Google

tunitatem, & congruentiam, vt circumcideretur Chriſtus, reperio; obligationem verò nequaquam: niſi fortaſſè aliquis hic arbitretur, quòd circumciſio originalis criminis labem expiabat; at hic prorſus ab eadem ſemper extitit alienus. An quia Matrem ſuſcepto ſemine, conceperat? Ad hoc reſpondebit: Quoniam virum non cognoſco. Itaque poſita concluſio eſt Theologorum communis: vide Suarium in 3. partem tom. q. diſput. 43. ſect. 2.

Suar.

Concl. ſec. B. V. nullo præcepto obſtricta ad cooperandum Filij circũciſioni.

Dico ſecundò, Deiparam non fuiſſe obſtrictam aliquo præcepto ad cooperandum Chriſti circumciſioni. Patet, quia obligatio parentum cooperandi circumciſioni filiorum oriebatur ex eo, quòd filij ad illam obligarentur: ſed in Chriſto, vt diximus in ſuperiori concluſione, nulla fuit eiuſmodi obligatio; ergo nec in eius Matre. Sed

Obiectio.

Obijcies: tenebatur ſaltèm Virgo ad euitandum ſcandalum cooperari circumciſioni; conſtabat enim eam peperiſſe puerum; non conſtabat autem, illum puerum exemptum à lege circumciſionis; ergo non ſine ſcandalo omitti poterat circumciſio; ergo, &c.

Confutatur.

Reſpondeo, dubium eſſe, an ſcandalum in tali omiſſione interueniſſet; non enim tenebatur Virgo docere omnes de circũciſione Chriſti, quæ nullum determinatum requirebat miniſtrum, ſed tantùm eum, qui haberet fidem ſupernaturalem Chriſti venturi; & quocumque in loco poterat fieri. (& ſecundùm Epiphanium lib. 1. contra hæreſes tom. 1. cap. vlt. poſt hæreſim 20. Chriſtus fuit circumciſus in ſpelunca, ſeu diuerſorio, vbi natus erat) Poſito autem, quòd fuiſſet ſcandalum, obligatio fuiſſet per accidens, & non ex vi præcepti.

D. Epiphan.

Concl. tert. rationes, ob quas Chriſtũ decuit circũcidi, ſubijciens. D. Thom.

Dico tertiò, multis de cauſis maximè decuiſſe Chriſtum circumcidi. Septem enumerat D. Thomas 3. par. q. 37. art. 1. in corpore, vbi hæc habet: *Primò quidem vt oſtenderet veritatem carnis humanæ contra Manichæum, qui dixit, eum habuiſſe corpus phantaſticum; & contra Apollinarium, qui dixit, corpus Chriſti eſſe diuinitati conſubſtantiale; & contra Valentinum, qui dixit, Chriſtum de cælo corpus attuliſſe. Secundò vt approbaret circumciſionem, quam olim Deus inſtituerat. Tertiò vt comprobaret, ſe eſſe de genere Abrahæ, qui circumciſionis mandatum acceperat in ſignum fidei, quam de ipſo habuerat. Quartò vt Iudæis excuſationem tolleret, nè eum reciperent, ſi eſſet incircumciſus. Quintò vt obediendi virtutẽ nobis ſuo commendaret exemplo; vnde & octaua die circumciſus eſt, ſicut in lege erat præceptum. Sextò vt, quia in ſimilitudinem*

A *carnis peccati aduenerat, remedium, quo caro peccati conſueuerat mundari, non reſpueret. Septimò vt legis onus in ſe ſuſtinens alios à legis onere liberaret, ſecundum illud ad Galat. 4. Miſit Deus Filium ſuum, factũ ſub lege, vt eos, qui ſub lege erant, redimeret.* Hæc D. Tho. Aliæ ſeptem occurrunt. Prima vt oſtenderet Chriſtus mundo, quàm vehementi arderet deſiderio pro humana ſalute fundendi ſanguinis, ita, vt illum (quaſi intra venas non poſſet continere) vix natus effuderit: vis enim in circumciſione effuſis guttulis placuit arrham dare copioſioris ſanguinis, in paſſione effundendi: vnde eleganter pro hoc argumento cecinit ille Poëta:

B *Fontem aperit, ducitq; nouos ab origine riuos:*
Expectare breui flumina larga potes.

Secunda vt alliceret nos exemplo ſuo ad opera ſupererogationis, & maximè ad carnis mortificationem, dũ acerbiſſimum circumciſionis ictum voluit tenellus infans ſine vlla legis obligatione ſuſtinere. Tertia vt non priùs nomen acciperet Ieſu, idest Saluatoris, quàm munus Saluatoris inciperet exercere. Rectè enim Euſebius homil. in octaua Natiuitatis Domini: *Nobis enim,* ait, *circumciditur Dominus: ſicut enim pro nobis eſt baptizatus, & paſſus, ita & pro nobis eſt circumciſus.*

Euſebius.

C Quarta vt indicaret, quàm pretioſũ ſit nomen Ieſu, dùm ſanguine infiniti valoris voluit illud ſibi cõparare. Quinta vt copioſiori modo Aeterno Patri ſatisfacere inciperet, voluit vix natus circumcidi. Si enim homo grauiſſimam Deo iniuriã intulit, ita vix creatus ſuperbiẽs, vt ſuggeſtioni ſerpentis conſentiendo affectarit eſſe ſicut Deus: ſic, vt pro tali iniuria copioſiùs ſatisfacere inciperet Chriſtus, qui erat Deus, & homo, atque adeo omninò impeccabilis, ita ſtatim natus ſeipſum exinaniuit, vt etiam peccator appareret, dum in ſe circumciſionem admiſit, quæ ad peccatum originale expiandum ordinata fuerat. Quod Apoſtolus videtur perpendere illis verbis 2. ad Corinth. 5. *Eum, qui non*

Ad Corinth.

D *nouerat peccatum, pro nobis peccatum fecit, vt nos efficeremur iuſtitia Dei in ipſo.* Et hinc ſexta ratio ſequitur, vt, nimirum, Chriſtus ſuo exemplo ab hypocriſi retraheret homines, quæ inducit eos, qui verè ſunt peccatores, ad affectandam non veram, ſed apparentem innocentiam; cùm ipſe Chriſtus ſanctitate, innocentia, àtque puritate eminentiſſimus in circumciſione voluerit apparere peccator. Dixi ſupra, ſatisfacere inciperet: nam, licèt hic actus circumciſionis Chriſti, ſicut & ſingula alia eius opera, de ſe ſufficiens fuerit ad ſatisfa-

tisfaciendum pro omnibus peccatis, & A pœnis, de facto tamen non niſi per paſſionem, & mortem ſuam Chriſtus ſatisfactionem conſummauit, vt dicemus infra. Septimò vt oſtenderet, quantum zelaret honorem Matris: vt enim ea ad legem ſeruandam paratiſſima ſemper dignoſceretur, & ſanguinem fundere, & acerbum circumciſionis cruciatum perferre elegit.

Concl. quar. rationes, ob quas conuenit B. V. circũciſioni Filij cooperari, ſubnectens.

Dico quartò, plures pariter ob rationes maximè decuiſſe Beatam Virginem circumciſioni Chriſti cooperari: quæ rationes deduci poſſunt ex ijs, quæ allatæ ſunt pro præcedenti concluſione. Et primò, ſi Chriſtus voluit circumcidi, vt oſtenderet ſeipſum verè carnem aſſumpſiſſe propter B Manichæum, & eos, qui dicunt, eum in ſpecie apparuiſſe. & contra Apollinarem,

D. Epiphan.

& Valentinum, vt notat Epiphanius lib. 1. hæreſ. 30. & D. Tho. ſupracit. cùm Beata Virgo eſſet electa ad interimendas cun-

Antiph. in of fic. paruo B. Virginis. Sophronius.

ctas hæreſes (de ea enim canit Eccleſia: *Cunctas hæreſes ſola interemiſti in vniuerſo mundo*: & à Sophronio, vel, vt alij volunt, à Hieronymo in ſermone de Aſſumptione Virginis, *Contritio prauitatis hæreticæ* appellatur) conueniens erat, vt cooperaretur circumciſioni Chriſti, qua prædictæ hæreſes refelli poterant. Secundò, ſi ideò Chriſtus circumciſus eſt, vt approbaret circumciſionem, quam olim Deus inſtituerat; vt etiam aduertit optimè Euſeb. C

Euſeb. Emiſſ.

Emiſſenus homil. in octaua Natiuitatis Domini, vbi: *Ideo*, inquit, *Chriſtus circumciſus eſt, vt legem compleret, & bonam eſſe oſtenderet*: quam rationem etiam affert

Cyprian.

Cyprianus ſerm. de circumciſione: ita decebat Virginem cooperari eidem circumciſioni, vt & ipſa comprobaret dictã legem, vtpotè quæ omnia ad cultum diuinum ſpectantia diligentiſſimè exquireret, exactiſſimè adimpleret. Suppono autem hic, circumciſionem fuiſſe actum religionis: erat enim actio ad diuinum cultum ordinata ex Dei inſtituto. Quare, secluſa etiam omni legis obligatione, circumciſionis vſus erat tunc honeſtus, ſacer, & religioſus: vndè, licèt lex circumciſionis D eos tantùm afficeret, qui ex ſemine Abrahæ per Iſaac originem trahebant, tamen aliqui extranei eam ſponte, & laudabiliter ſuſcipiebant. Tertiò, ſi Chriſtus circumciſionem ſuſcepit, vt comprobaret ſe eſſe de genere Abrahæ, qui circumciſionis mandatum acceperat in ſignum fidei, quã de ipſo habuerat; quod etiam optimè ad-

Auguſtin.

notauit Auguſtinus lib. quæſtionum noui teſtamenti q. 33. his verbis: *Ideo debuit circumcidi, vt ipſe probaretur eſſe, qui promiſſus Abrahæ eſſet, &, vt de cætero circumciſio ceſſaret, impleta promiſſione*: ita conue-

A nientiſſimum erat Beatam Virginem tali actioni cooperari, vt & ipſa concurreret ad fidelitatem Dei in ſeruandis promiſſis manifeſtandam, vtpotè quæ eã virtutem fidelitatis, quæ in ea fuit eminentiſſima, ab Eccleſia per antonomaſiam dicenda erat: *Virgo fidelis*. Quartò, ſi Chri-

In Litan. B. V.

ſtus circumciſionem in ſe admiſit, vt Iudæis excuſationem tolleret, nè eum reciperent, ſi eſſet incircumciſus, vt benè etiã notauit Epiphanius loco ſupracit. dicens:

Epiphan.

Vt non haberent Iudæi excuſationem; ſi enim non fuiſſet circumciſus, poterant dicere, non potuimus Chriſtum ſuſcipere: ita conuenientiſſimum fuit Beatam Virginem in B eadem circumciſione apta ad tollendas excuſationes, quominus Chriſtus à Iudæis reciperetur, interuenire cooperatricem, vt ſatisfaceret, tum deſiderio, quo tenebatur, maioris gloriæ Dei, tùm etiã amori erga ſalutem generis humani, quæ ex hoc pendebat, vt Filius Dei in humana carne Redemptor exciperetur. Quintò, ſi Chriſtus ſpontè ſeſe circumciſioni ſubiecit, vt obediendi virtutem ſuo nobis commendaret exemplo; ita decebat Virginem optimam obediendi Magiſtram ipſi circumciſioni cooperari, vt diuinæ voluntati pareret, quæ erat, vt Chriſtus die à Natali octaua circumcideretur; quod innuit

Luc. 2.

Euangeliſta, dum ait: *Et poſtquam conſummati ſunt dies octo, vt circumcideretur* C *Puer*; quæ verba ſonare videntur aliquam obligationem; neque, cùm ex lege non fuerit, vt vidimus, neceſſariò erit ex præuio aliquo diuinæ voluntatis decreto. Hanc verò diuinam voluntatem ſuppono hic ex ſpeciali Dei reuelatione innotuiſſe Virgini, vtpotè quæ nihil circa Filium ageret, niſi à diuino Spiritu, cuius præſentia illuſtrabatur, edocta. Quod apertè tradit

Guilhelmus.

Guilhelmus in illud Cant. 7. *Caput tuum ſicut decor Carmeli: Mens*, inquit, *in Virgine Matre monti comparatur propter excellentiam gratiæ; Carmelus quippe in litteris ſacris mons eſt famoſus: cur autem non alij monti, ſed Carmelo potiſſimùm mens illa* D *Virginea comparatur? Ratio eſt, Carmelus quippe interpretatur ſcientia circumciſionis; & nè pia Mater videatur fortè minùs intellexiſſe myſterium circumciſionis, quod in illo veteri populo contra originalem reatum diuinitùs ſancitum erat; nè, inquam, videatur minùs noſſe myſterium circumciſionis eò, quòd Filium duxit circumcidendum, quem priuilegio ſacræ Conceptionis, & Natiuitatis ſciebat eſſe ab omni originali labe immunem, & liberum, idcircò illi ſpecialiter dicitur: Caput tuum vt Carmelus; ac ſi apertè diceretur: benè ſciebas, ò pia Mater, cur populo Dei datum eſſet remedium circumciſionis*,

ſionis, & tamen me, quem ſine concupiſcentia, ac proindè per hoc non in peccatis ſingulariter concepiſti, carnali circumciſioni quaſi ab originali labe purgandum ſubdidiſti: neque hoc inſipienter faciebas, ſed diuinæ inſpirationi per Spiritum edocta ſeruiebas. Huiuſmodi autem reuelatio, ſatis veriſimile eſt, quòd tunc innotuerit Virgini, quando dixit ei Angelus: *Et vocabis nomen eius Ieſum*; cùm circumciſio, ſpectato conſueto more, cum nominis impoſitione videatur eſſe coniuncta. Quod ex eo confirmari poteſt, quòd, cùm Euangeliſta agat de circũciſione Chriſti: *Et poſtquam conſummati ſunt dies octo, vt circumcideretur Puer:* indicat circumciſionem Chriſti per impoſitionem nominis Ieſu, ſtatim ſubdens: *Vocatum eſt nomen eius Ieſus*. Sextò, ſi Chriſtus circumciſionem nõ recuſauit, vt, quia in ſimilitudinem carnis peccati aduenerat, remedium, quo caro peccati conſueuerat mundari, non reſpueret; ita cõgruebat, vt Virgo, vtpote *Mater puriſſima*, in ea circumciſione, quam Chriſtus non reſpuebat, quia ab ea caro peccati mundari conſueuerat, partem haberet; neque enim puritatis amantiſſima eam actionem, quæ ad animarum puritatem inſtituta fuerat, debuit auerſari. Septimò, ſi Chriſtus circumciſionis legem voluit adimplere, vt legis onus in ſe ſuſtinens, alios à legis onere liberaret; decebat quoque Virginem in tali circumciſione partem aliquam habere, vtpotè quæ à Deo erat electa ad cooperandum captiuorum redemptioni, & vniuerſi generis humani liberari: vnde à S. Ildephonſo c. 12. de virginitate S. Mariæ ipſa *Titulus noſtræ libertatis nobiliſſimus* appellatur; & à S. Ephrem ſer. de laudibus Virginis Mariæ, *Captiuorum Redemptrix*. Octauò, ſi Chriſtus ſanguinolentam ſuſtinere voluit circumciſionem, vt arrhã quandam copioſioris ſanguinis, quem in paſſione erat effuſurus, fidelibus daret; decebat ſanè & Virginem tali actioni cooperari, vtpotè quæ eiuſdem generis humani redẽptionis eſſet cupidiſſima; vnde lac ſuum Chriſto præbebat eo affectu, vt idem in eius ſanguinem immutatum pro humana ſalute funderetur. Adde ſatis veriſimile videri, quòd Chriſtus in circumciſione primum illum ſanguinem voluerit effundere, vt etiam vehementi huiuſmodi Virginis, quam maximè adamabat, deſiderio ſatisfaceret. Nonò, ſi Chriſtus circumciſionis ictum in carne tenerrima voluit experiri, vt nos ſuo exemplo alliceret ad carnem ſupererogatiue mortificandã; decebat & Virginem cooperari, vt, quemadmodũ Filius in ea actione docebat nos mortificationẽ carnis, ipſa quoque, Fidelium omnium Magiſtra, per dolorem illũ, quem tunc compatiendo Chriſto corde pertulit acerbiſſimum, doceret & cordis mortificationem, vt ſic ex Chriſti, & Mariæ dolore completum carnis, & cordis mortificationis exemplum fidelibus proponeretur. Quarè appoſitè Hieronymus ſerm. de Aſſumpt. ſub initio Virginem vocat *Exemplum perfectionis*. Decimò, ſi Chriſtus circumciſus eſt, vt non priùs nomen Ieſu ſuſciperet, quàm Saluatoris munus inciperet exercere; ita debuit B. Virgo cooperari, vt & ipſa non priùs Mater Ieſu, ideſt Saluatoris, nuncuparetur, quàm curauerit, vt ipſe Ieſus Saluatoris munus inciperet exercere. Vndecimò, ſi Chriſtus circumciſionis ſanguinem emiſit, vt ex eo quanti valeret nomen Ieſu, indicaret, & eumdem ſanguinem cum eodem nomine coniungens, vim tali nomini quodammodò inderet, quæ Martyres ad ſanguinem pro ipſo effundendum prouocaret (quod eleganter Gerſon. ſerm. de circumciſione proſequitur his verbis: *Quiſquis acerbiſſimas Sanctorum paſſiones fideli mente pertractat, recenſetq; cruciatus eorum exquiſitiſſimos, quantos, & quales ingenioſa ad ſæuitiam impietas, læſaque, ac irritata crudelitas excogitare, infligereq; potuerunt, nominis huius Ieſu virtutem agnoſcere, faterią; compellitur. Quid enim dulces fecit Stephano lapides? Nimirum nomen Ieſu. Nomen id profectò dulcia, imò expetenda eis fecit ſupplicia, quorum vel ſola recordatio horrorem nobis incutit, & tremorem vehementem. Inde eſt in Actuum 5. Ibant gaudentes à cõſpectu concilij, quoniam digni habiti ſunt pro nomine Ieſu contumeliam pati)* Ita decentiſſimum fuit Virginem cõcurrere ad virtutem illam afferendam, vimq; indendam nomini Ieſu, vndè erant animandi Martyres, & roborãdi ad ſæua quæque ſupplicia, deluſa furentium, & frementium Tyrannorum rabie, ſuſtinẽda, cùm ipſa à Bernardo ſerm. vlt. de aſſumptione *Fortitudo Martyrum*, & ab Eccleſia *Regina Martyrum* nuncupetur. Duodecimò, ſi Chriſtus circumciſionis humiliatione Aeterno Patri pro ſuperbia Protoparentum voluit ſatiſfacere (quam Chriſti humilitatem perpendit D. Bernard. ſer. 1. de circumciſione, dũ: *Manifeſtum*, inquit, *dedit humilitatis exemplum, quia nec veſtigium quidem vllum vulneris habens, alligaturam non refugit vulneris)* conueniebat Deiparæ, vtpotè quæ, vt inquit idem Bernardus, erat *Exemplũ humilitatis*, ad huiuſmodi humiliationem cõcurrere: &, ſicut Eua conſenſit Dæmoni ſuadenti, vt homo fieret Deus, ita Virgo in omnibus oppoſita, &, vt Sergius Hieroſolymitanus de Natiuitate Virginis, *Eua*

Luc. 1.
S. Ildephonſ.
S. Ephrem.
Hieron.
Gerſon.
Bernard.
In Litan. B.V.
Sergius Hieroſol.

A *reuocatrix*, debebat cooperari circumci-
ſioni, qua Chriſtus verus Deus, & homo nõ
ſolùm homo apparens, ſed etiam pecca-
tor, veterem iniuriam à ſuperbiente ho-
mine illatam Deo compenſabat. Decimo-
tertiò, ſi Chriſtus per circumciſionem nõ
recuſauit apparere peccator, vt ſuo exem-
plo ab hypocriſi reuocaret homines, qui,
cùm ſint peccatores, videri volunt inno-
centes; debuit Virgo, vtpotè *Aſſectatrix*
Epiphan. *Ieſu perpetua*, teſte Epiphanio hæreſi 78.
contra Antidicomarianitas, non recuſare
videri Matrem circũciſi peccatoris, cùm
verè eſſet Mater Dei ab omni vel leuiſſi-
ma peccati vmbra alieniſſima, vt ſic con-
B ſimilis exemplo Filio retraheret homines
ab hypocriſi, eosq; confunderet, qui, cùm
ſint peccatores, iuſti affectant apparere.
Decimoquartò, ſi Chriſtus circumciſionẽ
ſubijt, quia zelabat honorem Matris, vt
explicauimus in fine præcedentis conclu-
ſionis, debuit tali circumciſioni cooperari
Mater, quia omnis eius honor in Filium
Rupertus. redundabat, vt ait Rupertus lib. 6. in Cant.
Demùm accedit, quòd, ſi Chriſtus ſua car-
nali circumciſione voluit fideliũ ſpiritua-
lem circumciſionem indicare, vt optimè
Euſeb. Emiſſ. notat Euſebius Emiſſenus homil. in octaua
Natiuitatis Domini, dum: *Ideò*, inquit, *cir-
cumciſus, vt eius nobis ſignificationem com-
mendares*: & infrà: *Iudæi quidem in vno
C membro circumciduntur, quare autem cir-
cumcidantur non intelligunt: Chriſtiani ve-
rò quid circumciſio ſignificet intelligentes
non vnum tantum, ſed omnia membra cir-
cumcidunt, non pellis inciſione, ſed totius ſu-
perfluitatis abiectione*. De qua ſpirituali cir-
Ad Coloſſen. cumciſione optimè Apoſtolus ad Coloſſ. 2.
*Circumciſi eſtis circumciſione non manufa-
cta in expoliatione corporis carnis ſed circu-
ciſione Chriſti conſepulti ei in baptiſmo*: no-
ta ly *conſepulti ei*: quæ verba explicans D.
D. Ambroſ. Ambroſ. lib. 1. Abrahæ cap. 4. dicit: *Ceſſa-
uit circumciſio partis, vbi refulſit circumciſio
vniuerſitatis*; Ita decuit Virginem coope-
rari tali circumciſioni Chriſti, vt ex hoc
indicaret, ſe velle, vt ij, quos in ſpirituales
D filios ſuſceptura erat, ſpiritualiter circum-
ciderentur; qua etiam cooperatione inſi-
nuauit, ſe ſuis precibus huiuſmodi ſpiri-
tuali filiorum circumciſioni cooperaturã.
Ex dictis

Quid reſpõdendum rationibus dubitãdi. Collige primò, quid ſit reſpondendum
rationibus dubitãdi in principio quæſtio-
nis adductis. Nam ex eo, quòd Chriſtus nõ
contraxerat peccatum originale, apparet
tantùm, non fuiſſe illum obſtrictum lege
circumciſionis, vtpotè ad illius expiatio-
nem ordinatæ. Ad illud verò, quòd circũ-
ciſio eſſet ſignum diſtinctiuum populi ab
alijs gentibus, dico, ex eo patere nullam
A fuiſſe neceſſitatem circumciſionis in Chri-
ſto, congruentiam verò non tolli, vt ſatis
ſupra explicauimus.

Collige ſecũdò, quòd, ſi Chriſtus voluit B. V. ab originario lapſu probatur immunis.
circumcidi, vt probaret ſe eſſe verum ho-
minem, vt ſupra ex D. Thoma diximus, pa-
tet, ſimul illum voluiſſe declaratione ſuæ
humanitatis realiter aſſumptæ probare
etiam veram, & realem Virginis Mariæ
Maternitatem. Ex quo nota obiter: ſi ipſe
Chriſtus voluit accelerata adeò, & antici-
pata ſanguinis effuſione Matris honorem,
qui ex vera Maternitate pendebat, tueri,
cùr non credibile erit, anticipata paſſio-
nis ſuæ applicatione eãdem Virginem ab
B originaria labe præſeruaſſe? Hæc enim
præſeruatio in maiorem honorem cede-
bat Virginis, quàm ipſa ſola Maternitas,
vt patet ex ijs, quæ diximus in capite de
Conceptione.

QVAESTIO II.

Vtrùm à B. Virgine, vel ab alio fuerit Chriſtus circumciſus.

QVIA Lucas agendo de
circumciſione Chriſti nul-
lam facit mentionem de
eius miniſtro, dubitandi
C locum reliquit, quis fuerit
miniſter.

Aliqui exiſtimant, ab ipſa Virgine fuiſſe
Chriſtum circumciſum. Ita Gregor. Gal- Grègor. Gallicanus.
lican. in ſuo Mariali ſub tit. de amore Vir-
ginis: & Franciſcus Syluius in 3. p. D. Tho. Franciſcus Syluius.
q. 27. ar. 1. probabiliter putat, miniſtrũ ip-
ſius circũciſionis fuiſſe Virginem, vel S. Io-
ſeph. Fauere videntur huic opinioni Hie- D. Hieron.
ron. lib. de vera circumciſione, vbi dicit:
*Chriſtus octaua die circumciditur a Matre,
vtique quaſi homo, qui promiſſus fuerat ipſi
Abrahæ*: & D. Bernard. qui tractatu de D. Bernard.
planctu Virginis: *Virgo*, inquit, *Chriſtum
genuit, lactauit, octaua die circumcidit*. Fun-
damentum eſt quia circumciſus fuit Beth-
D leem, & nullum erat legis decretum, vt à
ſummo Sacerdote circumcideretur.

Alij affirmant, circumciſum fuiſſe Chri-
ſtum ab aliquo ex conſuetis miniſtris.

Dico, hanc ſecundam opinionem eſſe Cõcluſio poſterioris ſententiæ adhærens.
communem, & probabiliorem. Proba-
tur, quia conſuetudo erat, introducto
ſtatu ſacerdotali, vt circumciſio fieret à
Sacerdote; ergo veriſimile eſt, Beatam
Virginem ab hac cõſuetudine noluiſſe re-
cedere. Et confirmatur primò, quia, cùm
Euangeliſta nihil de circumciſionis mini-
ſtro dicat, videtur tacitè ſupponere,
miniſtrum fuiſſe aliquem ex conſuetis.

Con-

Confirmatur ſecundò, quia valde conueniens erat pro bono exemplo, & propter alias rationes, quas adduximus quæſt. præced. vt Chriſtus circumcideretur eo modo, quo meliùs ipſa circumciſio poſſet innoteſcere: ſed circumciſio per aliquem ex conſuetis miniſtris peracta faciliùs innoteſcere poterat; ergo.

Reſpondetur auctoritatib. Hieron. & Bernardi.

Ad auctoritatem autem D. Hieronymi, & Bernardi, reſpondeo, ideò dixiſſe eos, quòd Beata Virgo circumciderit, quia conſenſit, & obtulit ad circumcidendum.

QVAESTIO III.

Quibus modis cooperata ſit Beata Virgo circumciſioni Filij.

QVOD Beata Virgo ſuo conſenſu cooperata fuerit Chriſti circumciſioni, eſt adeò certum, vt in quæſtionem non ſit reuocandum: ſicut enim Filius Dei noluit carnem ex Virgine ſumere, niſi dante, & conſentiente ipſa; ita nec eam, quam ab ea carnem aſſumpſerat, niſi ipſa conſentiente, & cooperante, voluit ſubijci cultello circumciſionis.

Difficultas igitur eſſe poteſt, verùm interfuerit Beata Virgo circumciſioni.

Gerſon.

Negant aliqui, inter quos Gerſon ſer. de circũciſ. deſcribens apparatum ipſius circũciſionis hæc habet: *His adhuc per domum volitantibus verbis, Maria paruula nutricis inſtar ad focum ſolito grandiorem reſedit, Reclinat in gremio collaudatum Ieſum, & calida manus attactu nudatos refouet artus, virgineis eum vberibus allactat, & tandem paupercubis, & neque auro neque ſerico contextis pannis ſubrigit. Poſt hæc ſuis manibus Infantem, in cuius intuitu pauliſper immorata, eumdemq; exoſculata ſuauiter, vt ad circumcidendum duceretur, exhibuit. Suſcepto Ieſu, domo exeunt, quos Maria poſt in vectibus, quoadusque licuit, non greſibus quidem, ſed oculis ſequuta eſt: & poterat tamen profectò egredi puritas eius, ſed humilitate detenta eſt.*

Concluſio. B. Virginem circumciſioni Filij interfuiſſe, veriſimile.

D. Epiphan.

Dico, veriſimile videri Beatam Virginem interfuiſſe circumciſioni. Probatur primò, quia Chriſtus fuit circumciſus in ipſo diuerſorio Bethleemitico, vt notauit Epiphanius lib. 1. contra hæreſes tom. 1. cap. vlt. poſt hereſim 20. Probatur ſecundò, quia ſuadebat amor, quo Filium Virgo proſequebatur, vt erga illum circumciſum varia illicò pietatis munera exerceret, vt mederi, & alligare vulnus, ſanguinem, quem eſſe ſciebat infiniti valoris, aſſeruandum colligere, & ſacratiſſimam præputij reliquiam excipere. Probatur tertiò, cùm matres teneriimè diligant, vtq; propria viſcera, pueros ſuos (vnde egregiè Ouid. epiſt. 2.

Ouidius.

Cùm mea me coram ſyluas inimicus in altas
Viſcera montanis ferret edenda lupis)

L. iſti quidẽ ff. de eo, quod metus cauſa.

horrent videre eos pœna aliqua afflictatos l. *iſti quidem* ff. de eo, quod metus cauſa: *Cùm parentes magis in liberis terreantur, quàm in ſe ipſis*; ergo Quare, vt Beata Virgo, quæ nullam prætermittebat virtutis exercendæ occaſionem, clarum præberet conſtantiæ exemplum, non debuit abeſſe, dum Filius circumciſionis ictum pateretur, quemadmodùm, vt ſuo loco dicemus, aſſiſtere voluit eidem Filio, acerbiſſimos paſſionis cruciatus ſuſtinenti. Probatur quartò argumẽto meo iudicio, efficaci. Dixerat Angelus Virgini in cæleſti legatione: *Vocabis nomen eius Ieſum*: ſed huius modi Nomen imponendum erat, & de facto impoſitum fuit in circumciſione, vt habetur ex Lucæ 2. *Poſtquam conſummati ſunt dies octo, vt circumcideretur Puer; vocatum eſt nomen eius Ieſus*: ergo Beatam Virginem, à qua hoc Nomen fuit impoſitum, circumciſioni interfuiſſe dicendum eſt.

Luc. 2.

Quænam cũ infantulo Ieſu ſanguinẽ in circumciſione fundẽte miſceret ſpiritualiter B. Virgo colloquia.

Collige primò, peculiari contemplatione digna eſſe colloquia, quæ ſpiritualiter habuit Deipara cum diuino illo Infantulo. Credibile enim omninò eſt, Beatam Virginem, cùm agnoſceret, Chriſtum pro ſe ipſa magis, & modo quodam peculiari, ſcilicet præſeruatio, redimenda, quàm pro alijs omnibus, in circumciſione effundere ſanguinem, gratias ei egiſſe quàm maximas. Cùm inſuper ipſa ſe ſciret Matrem cunctorum fidelium, pro quibus etiã ſanguis ille fundebatur, deſtinatam, quis dubitet, quin nomine omnium gratias etiam agere voluerit; imò quodammodò referre ſua compaſſione, & dolore, quem ex illo actu pertulit acerbiſſimum? Chriſtum verò è contra, quis neget, tacitis reſponſis, & diuinam Sapientiam redolentibus per cæliteis immiſſas Virgini illuſtrationes inſinuaſſe illi ardentiſſimum amorem, quo ipſe tenebatur ſanguinis copioſius effundendi, & maiores acerbitates ſuſtinendi, quaſi diceret: Parua hæc ſunt ad amori meo erga te ſatisfaciendum, ò Mater, addam altiora: veniet hora illa veniet tantoperè à me exoptata, qua amoris mei ſitim largioris ſanguinis profluuio ſi non extinguam, ſaltèm nihil mihi in venis ſupererit, quod effundam.

Quanta ex circumciſione Filij B. Virginis lætitia.

Collige ſecundò, ingentem ex alia parte Virginis lætitiam, dum cerneret, tum

ſanguinis, tum lactis ſui alimoniam, quam ipſa Chriſto ſubminiſtrauerat, in generis humani, cuius ſalutem tantoperè exoptabat, redemptionem tam celeriter, & ſalubriter applicari.

QVAESTIO IV.

Vtrùm Beata Virgo, cooperando circumciſioni Chriſti, concurrerit ad actionem, & oblationem ſufficientem ad ſatisfaciendum pro nobis.

SVPPONENDVM eſt primò, opera Chriſti fuiſſe infiniti valoris, quia erant perſonæ infinitè dignæ. Perſona enim diuina hypoſtaticè humanæ naturæ vnita non modò conſtituit ſuam illam naturam, ſed omnes etiam operationes ab ipſa exercendas, ſicut creata perſonalitas propriæ naturæ vnita fit propria talis naturæ, & naturæ, eiuſq; operationes fiût propriæ talis perſonæ. Et ratio eſt quia non minùs fit vnum in ratione perſonæ ex Verbo, & humana natura, quàm ex quauis perſona creata, & natura propria. Neque, quia Verbum vnitur naturę humanæ, vt ens completum, ſubſtantia vero creata, vt ens incompletum, & humanitas Verbo obedientialiter, propriæ vero ſubſtantiæ naturaliter, ideo aufertur perfecta ratio vnius, quod reſultat ex perfectibili, & perfectiuo in eodem genere. Quo poſito, quæuis perſona dignitatem ſuam influit proprijs actibus, & rebus ſibi coniunctis. Quod patet ex eo, quòd perſona concurrit ad operationes naturæ, vt complementum ſubſtantiale, ipſiq; naturę intrinſecum, atque adeo vt forma moraliter nobilitans, & viuificans illas; forma autem eamdem dignitatem, quam in ſe habet, communicat ſubiecto; effectus enim formalis nil aliud eſt, quàm forma ſubiecto communicata. Ex his ergo ſequitur, quòd Verbum hypoſtaticè vnitum humanitati nobilitabat, & dignificabat illam, eiuſq; actus eadem nobilitate, ac dignitate, quam in ſe habebat. Nec officit quòd hic valor non ſit aliquid intrinſecum in actibus Chriſti; nam ad valorem moralem non requiritur, vt phyſicè, & intrinſecè inſit valor operi. Exemplum habemus in attritione, quæ, antequàm informetur gratia, non habet valorem moralem, & condignitatem ad gloriam, quam tamen acquirit ſtatim, adueniente gratia ſanctificante in animam per ſacramentum pœnitentiæ, licèt ex aduentu gratiæ nihil intrinſecè eidem attritioni communicetur. Similiter opera Chriſti inuariata quò ad intrinſecam bonitatem phyſicam, & moralem, deſumptam ex principijs operatiuis intrinſecis humanæ libertatis, & habituum ſupernaturalium, poterant eſſe in puro homine, in quo non habuiſſent condignum valorem ad ſatisfaciendum pro offenſa contra Deum: eadem verò in homine Deo acquirunt valorem, & condignitatem ad ſatisfaciendum pro omni offenſa Deo illata. Neque dicas, requiri, vt operationes Chriſti dignificentur condignitate increati valoris, vt immediatè Verbo vniantur. Nam contra eſt quia ſufficit, vt vniantur naturæ factæ Verbi, ad hoc, vt verè, & propriè dicantur operationes Verbi habentes eumdem valorem moralem cum perſona Verbi, ſicut operationes hominis iuſti non vniuntur immediatè cum gratia, ſed cum potentijs animæ, & tamen illæ habent eumdem valorem moralem cum gratia.

Supponendum ſecundò, aliquem ſanguinem fuiſſe à Verbo immediatè aſſumptû, contra Durandum in 4. diſt. 10. q. 1. cuius opinio à Suario notatur vt erronea, à Capreolo vt erronea, & hæretica, à Vaſquez digna temeritatis, & erroris nota: & ſanè ſaltèm inter temerarias ſententias referenda eſt, cùm ſit contra communem loquendi modum Patrum, & Conciliorum aſſerentium, eodem modo à Verbo aſſumptam fuiſſe carnem, & ſanguinem: ſed carnem immediatè Verbum aſſumpſit; ergo & ſanguinem. Ratio autem præcipua hæc eſt quia ſanguis eſt pars integrans naturam humanam, vt docet D. Thomas 3. p. q. 94. art. 2. ad ſextum, & non purum alimentum, cuius ſignum eſt, quòd reſurget cum corpore glorioſo. Et quòd ſanguis non ſolùm ſit alimentum, ſed etiã pars integrans, ſuadetur ex eo, quòd non ſolùm inſeruit corpori vt alimentum, ſed etiam vt principium multarum operationum, quæ ad veritatem naturæ humanæ neceſſariæ ſunt: ſed Verbum aſſumpſit naturam humanam integram, & perfectam; ergo cum ea aſſumpſit omnes partes, quæ illam integrant, & ſubſtantialiter perficiunt. Adde quòd Deus decreuit, ſanguinem eſſe pretium redemptionis noſtræ: ergo verè illum aſſumpſit.

Dixi à principio huius ſuppoſitionis, aliquem ſanguinem; nam nonnulli duplicem aſſignant ſanguinem, nutrimentalem, & perfectum: nutrimentalem negant eſſe aſſum-

Durandus. Suar. Capreol. Vaſq. D. Thom.

ſumptum, ſed ſolum perfectum, quia tantùm perfectum opinâtur eſſe de veritate, & integritate naturæ humanæ, non autem nutrimentalem. Ita Caietanus in citat. q. 54. art. 2. in fine, Syluester in roſa aurea tract. 3. q. 3. Quamquam ego veriſſimam exiſtimo opinionem ſatis communem, admittentem, totum ſanguinem fuiſſe aſſumptum. Et ratio eſt quia talis diſtinctio ſanguinis nutrimentalis, & perfecti non habet ſufficiens fundamentum; cùm totus ſanguis hoc ipſo, quòd incorporatur viuenti, vim habeat nutriendi, & integrandi naturam. Adde quòd Patres, & Concilia abſque vlla diſtinctione de ſanguine Christi loquuntur: vnde Nazianzen. oratione 50. *Verbum*, inquit, *verè caro factum eſt, quia aſſumpſit corpus ex carne, oſſibus, & ſanguine conſtans*. His ita ſuppoſitis,

Caietan. Syluester. Nazianzen.

Concl. prima affirmatiua quò ad actionem.

Dico primò, Beatam Virginem, cooperando circumciſioni Christi, concurriſſe ad actionem ex ſe ſufficientem ad ſatisfaciendum pro quacumque offenſa Deo illata. Hæc conclusio ſufficienter probatur ex ijs, quæ primò ſuppoſuimus. Nam, ſi conſideretur circumciſio, vt actio, quatenus, nimirum, Christus voluit circumcidi, & effundere ſanguinem, fuit opus perſonæ infinitè dignæ, atque adeo infiniti valoris, & conſequenter ſufficiens ad ſatisfaciendum Deo pro quauis culpa in Deum admiſſa.

Concl. ſecunda item affirmatiua quò ad oblationē.

Dico ſecundò, Beatam Virginem, cooperando ſupradictæ Christi circumciſioni, concurriſſe ad oblationem ex ſe ſufficientem ad ſatisfaciendum pro omni offenſa Deo illata. Probatur, quia concurrit ad oblationem rei infiniti valoris, ſcilicet carnis reciſæ, & ſanguinis tùnc effuſi, cuius quælibet guttula erat infiniti valoris, vt tradit Clemens VI. in extrauagant. *Vnigenitus*, vbi dicit: *Vnam guttam ſanguinis Christi modicam fuiſſe ſufficiens pretium ad redemptionem totius mundi propter vnionem ad Verbum*. Prætereà Patres promiſcuè abundantem valorem operum Christi referunt modò ad dignitatem perſonæ operantis, modò ad dignitatem rei oblatæ. Leo Papa ſerm. 12. de paſſione cap. 3. *Effuſio*, inquit, *ſanguinis iuſti tam potens fuit ad priuilegium, tam diues ad pretium, &c.* Auguſtinus ſerm 128. de tempore: *Pretium vitæ noſtræ ſanguis eſt Domini*. Imò & in ſacris paginis pluribus in locis redemptio noſtra tribuitur ſanguini Christi, tanquam condigno pretio. Ad Epheſios 1. ad Coloſſen. 1. ad Rom. 3. *Per fidem in ſanguine ipſius*; ad Hebr. 9. *Quantò magis ſanguis Christi?* Petri 1. *Nō corruptibilibus auro, & argento, ſed pretioſo ſanguine*. Ioannis 1. *Sanguis Ieſu Christi*

Clemens VI. Leo Papa. Auguſtin. Ad Epheſ. ad Coloſſ. ad Rom. ad Hebr. Petr. Ioann.

A *Filij eius emundat nos ab omni peccato*: & alibi. Probatur ratione. Ideo operatio Christi ſumit infinitum valorem à perſona operante, quia perſona operans intrinſecè coniungitur cum ſua operatione, vt forma moralis, nobilitans, & dignificans, vt ſupra diximus: ſed etiam res oblata vnita Verbo intrinſecè coniungitur cum oblatione Christi, vt forma moralis, nobilitās, & dignificans; ergo, &c. Minor probatur, quia cum actu oblationis, quem Christus eliciebat in circumciſione, non minùs intrinſecè coniungebatur corpus, & ſanguis Christi Verbo vnitus, quàm perſona ipſa Verbi; ſiquidem ille coniungebatur cum oblatione Christi, vt effectus moraliter oblatus, intrinſecè coniunctus cum
B oblatione ipſa; hæc vt principium intrinſecè offerens, & coniuncta cum oblatione; ergo non minùs ille, quàm hæc infinitè dignificabat.

Concl. tertia. B. V. cooperando circūciſioni Christi, concurrit ad actionem, & oblationē includentem ſatisfactionē altioris ordinis, quàm quæuis peccati iniuria.

Dico tertiò, Beatam Virginem, cooperando circumciſioni Christi, non ſolùm concurriſſe ad actionem, & ad oblationē ex ſe ſufficientem ad ſatisfaciendum pro omni offenſa Deo illata, ſed etiam includentem ſatisfactionem altioris ordinis, quàm quælibet peccati iniuria. Probatur, quia in circumciſione perſona Christi intrinſecè concurrebat ad ſatisfactionem; iniuria autem Deo illata ab homine extrinſecè tantùm Deum attigit. Explico,
C & probo. Si conſideretur circumciſio, & effuſio ſanguinis, vt operatio Christi, quatenus, nimirum, voluit circumcidi, & effundere ſanguinem, & ſustinere actiones pœnales, perſona diuina, vt forma intrinſecè coniuncta cum humanitate, dignificabat humanitatem, & eius operationes, & ſic Deus intrinſecè quodammodò concurrebat ad ſatisfaciendum. Similiter, ſi conſideretur in circumciſione oblatio, quæ fiebat à Christo pro ſatisfactione, etiam Deus ſub hac formalitate intrinſecè concurrebat; nam, cùm ſanguis hypoſtaticè Verbo vnitus offerretur, ſimul perſona diuina, vt effectus moraliter oblatus, intrinſecè coniunctus cum ipſa oblatione,
D illam dignificabat. Deus autem ab homine extrinſecè tantùm fuit offenſus; fuit enim purus terminus, & obiectum odij nullo modo in ſe intrinſecè patiens iniuriam, & læſionem propriæ dignitatis; ergo in altiori ordine fuit Christi ſatisfactio exhibita in circumciſione, quàm peccati iniuria. Prætereà ex eo, quòd perſona diuina hypoſtaticè vnita fuit naturæ humanæ, non modò ipſa natura humana, ſed etiam operationes ab ipſa exercendæ factæ fuerunt ipſius diuinæ perſonæ, ſicut diximus in principio quæſtionis: atque

ita,

ira, dum Chriſtus circumciſionem admiſit, in qua etiam peccator apparebat, aliquo modo Deus dicitur in ſe ipſo recepiſſe læſionem propriæ dignitatis in obſequium perſonæ offenſæ; & etiam dicitur Deus ſe ipſum ſubmiſiſſe, & exhibuiſſe in obſequiũ offenſi: ſed offenſa illata ab homine Deum ſolùm attigit extrinſecè, vt purum terminum, & obiectum, in quod ferebatur actus peccantis hominis, & nullo modo Deus in ſe ipſo intrinſecè patiebatur iniuriam, & læſionem propriæ dignitatis ex ipſo peccato hominis; ergo in altiori ordine fuit Chriſti ſatiſfactio in circumciſione exhibita, quàm peccati iniuria. Conſequentia probatur, quia ſatiſfactio eſt actio, qua offendens, aut gerens vicem offendentis in ſe ipſo compenſat iniuriam illatam offenſo; compenſat autem patiendo in ſe ipſo tantam læſionem dignitatis, quantam offenſo intulit: ergo, ſi offendens, aut gerens vicem offendentis magis intimè, & immediatè in ſe ipſo patitur ſuæ dignitatis læſionem in obſequium offenſi, quàm fuerit ille iniuriam paſſus, altiori modo iniuriam cõpenſat, quàm ſit paſſus offenſus: perinde actio ſatiſfacientis erit altioris ordinis, quàm fuerit iniuria offenſi, præſertim quandò cætera ſunt paria; vt ſunt in propoſito, vbi tam perſona offenſa, quàm ſatiſfaciẽs, eſt Deus: ergo ſatiſfactio Chriſti in circumciſione exhibita fuit in altiori ordine, quàm ſit iniuria peccati *Deo* illata.

Collige hic obiter, operationem, & oblationem Chriſti in circumciſione non modò de ſe ſuffeciſſe ad ſatiſfaciendum pro omnibus peccatis in infinitum multiplicatis, ſed etiam exceſſiſſe, quia nunquam ſupremum infimi attingit infimum ſupremi. Dico de ſe, nam ſatiſfactio ex diuina ordinatione per mortem, & paſſionem Chriſti fuit conſummata, vt infra explicabimus.

Concl. quar. B. V. cooperando Chriſti circumciſioni, cócurrit ad operationem, & oblationem ipſius Chriſti.

Dico quartò, Beatam Virginem, cooperando circumciſioni Chriſti, cõcurriſſe ad operationem, & oblationem ipſius Chriſti, quæ erat quidem ſatiſfactio, ſed non conſummata ſatiſfactio pro peccatis, quia, licèt operatio, & oblatio Chriſti in circumciſione de ſe ſufficiẽs fuerit ad ſatiſfaciendum pro omnibus peccatis, & pœnis, imò & exuperans, vtpotè altioris ordinis, ſicut diximus; de facto tamen non niſi per paſſionem, & mortem ſuam Chriſtus ſatiſfactionem conſummauit. Et quidem quòd ſingula opera Chriſti eſſent de ſe ſufficientia ad ſatiſfaciendum pro omnibus peccatis, & pœnis, patet ex eo, quia erant infiniti valoris, habebantque omnes conditiones ad ſatiſfaciendum requiſitas, & Chriſtus ad hoc in mundum venerat; ergo per illa non ſolum potuit, ſed etiam de facto ſatiſfecit. Quòd ſi hoc admittitur generaliter de ſingulis Chriſti operibus, peculiariter admitti debet de operatione, & oblatione Chriſti in circumciſione; voluit enim Chriſtus circumcidi, & ſanguinem effuſum tunc Deo offerre, vt pro omnibus ſatiſfacere inciperet, vt diximus ſupra in hoc cap. quæſt. &. & colligitur ex Patribus, & Scripturis. Vndè Euſebius Emiſſenus homil. in octaua Natiuitatis Domini: *Nobis, inquit, circumciditur Dominus: ſicut enim pro nobis eſt baptizatus, & paſſus, ita & pro nobis eſt circumciſus.* Et Paulus ad Galat. 4. *Factus ſub lege, vt eos, qui ſub lege erant, redimeret:* & 2. ad Corinth. 5. *Eum, qui non nouerat peccatum, pro nobis peccatum fecit, vt nos efficeremur iuſtitia Dei in ipſo.*

Euſeb. Emiſſ.

Ad Galat.

Ad Corinth.

Ex hoc ergo cõſtat, quòd B. Virgo, cooperando circumciſioni Chriſti, concurrerit etiã ad operationem, &[illegible]ationem ipſius Chriſti, quæ erat ſatiſfactio pro peccatis. Quòd autem non concurrerit tũc ad operationem, aut oblationem, quæ eſſet conſummata ſatiſfactio pro peccatis, liquet ex eo, quòd Chriſtus ſatiſfactionem non conſummauit, niſi per paſſionem, & mortem. Colligitur ex Euangelio, in quo Chriſtus paſſionem ipſam tempus, & horã ſuam vocat; & ex illo Lucæ vlt. *Nonne hæc oportuit Chriſtum pati, & ita intrare in gloriam ſuam?* Patet & ex tota epiſtola ad Hebræos, in qua Paulus contendit, debuiſſe Chriſtum per ſacrificium ſuæ paſſionis nos Deo reconciliare, proprioq; ſanguine nos à peccatis emundare. *Hoc autẽ ita factum eſt,* inquit Suarez tom. 1. in 3. p. diſput. 3. ſect. 4. *non quia ſingula opera per ſe non ſufficerent, ſed quia ita fuit ordinatum à Deo. Primò ad oſtenſionem charitatis ſuæ: ſecundò vt cognoſceretur melius quanta ſit peccati grauitas: tertiò vt gratia, & remiſſio peccati maiori in pretio ab hominibus haberetur: quartò propter exemplum. De quibus latè Anſelmus lib. 1. cur Deus homo cap. 6. & ſequentibus.*

Luc.

Ad Hebr.

Suar.

Ingens, & inenarrabilis charitas Virginis.

Collige primò ingentem, & inenarrabilem Virginis charitatem. Si enim Chriſtus voluit, ſuam circumciſionem, atque omnia alia opera, licèt ſingula eſſent de ſe ſufficientia ad ſatiſfaciendum pro peccatis, imò & excedentia, eſſe quodammodò in fieri ad completam ſatiſfactionem, nolens, niſi per mortis paſſionem conſummari opus redemptionis humanæ, vt immenſum ſuum amorem erga homines demonſtraret: Beata Virgo charitatem quodammodò etiam immenſam oſtendebat,

dum

dum & ipſa conſentiebat, vt ſuum cooperari ſatisfactioni, quam Chriſtus in circumciſione exhibebat, remaneret quodammodò in fieri, vt poſteà compleretur, & conſummaretur cōpatiendo Chriſto eo tempore, quo ille per mortis paſſionem conſummaſſet ſatisfactionem, & redemptionem noſtram. Præthereà, ſi Chriſtus noluit, per circumciſionem expiari lapſum, & reatum humanæ naturæ, vt meliùs cognoſceretur, quanta ſit peccati grauitas; ipſa etiam Virgo, ſi benè aduertis, ſua cooperatione eandem peccati grauitatem hominibus ſignificare intendebat, vt illos à peccando auerteret. Ex quo infertur, quantum diſpliceat Virgini cernere homines, his ita non obſtantibus, ſpontè in tenebroſum peccatorum abyſſum ruere præcipites. A B

Cooperatio, & conſenſus Virginis eleuatus in conſortium operis includentis infinitum valorem.

Collige ſecundò, ex eo, quòd Filius Dei, conſentiente, & cooperante Virgine, voluit circumcidi, modo admirabili eleuatam fuiſſe ipſius Virginis cooperationem, & conſenſum in conſortium operis includentis valorem infinitum. Vndè, ſi ex morali exiſtimatione veſtes Regis ita dignificantur, eo quòd perſonæ regiæ adiacent, vt aliquid regiæ dignitatis participent, & regiæ nuncupentur; cùr cooperatio, & conſenſus Virginis, vtpotè cum opere perſonæ diuinæ, infinitè dignæ, atque adeo cum opere infiniti valoris cōiunctus, non aliquid illius dignitatis, & infinitatis iuxta moralem exiſtimationem participauerit? C Inſinuare videtur, quod dicimus, Methodius, dum appellat Virginem *Dei indumentum*: ſicut enim Regis indumentum aliquid regiæ dignitatis participat iuxta moralem exiſtimationem, vt diximus; ita Virgo ob rationem dictam aliquid diuinitatis participauit. Quare egregiè vocatur ipſa Virgo à Damaſceno in hymnis de Aſſumptione, *Theſaurus diuinus*, ſcilicet per participationem, quia, vt inquit S. Thomas 3. p. q. 25. art. 5. in corpore, *Maria cooperatione ſua attigit fines diuinitatis.*

Methodius.

Damaſcen.

D. Thom.

QVAESTIO V.

An conueniens fuerit, vt Beata Virgo nomen IESV Filio ſuo imponeret in circumciſione.

SVPPONENDVM eſt, hoc Nomē diuino decreto fuiſſe prædefinitum. Patet ex Lucæ 1. vbi Angelus in cæleſti legatione Mariæ dixit: *Ecce concipies in vtero, & paries Filium, & vocabis nomen eius IESVM*: Angelum autem quidquid aperuit Mariæ à Deo accepiſſe, nemini dubium eſſe debet. Et D. Paulus ad Philippenſes 3. *Dedit*, ait, *illi Nomen, quod eſt ſuper omne nomen*. Vndè Cyrillus lib. de hoc ad Theodoſium: *Quando ergo*, inquit, *vnigenitus Filius, qui Patri coæternus ante omnia ſæcula extitit, nouiſſimis temporibus homo factus, & ex muliere natus, & Filius declaratus, & primogenitus appellatus, & inter multos fratres numeratus eſt; tunc ille quoque, qui ſecundùm naturam Pater eſt, patris leges, vt ita loquar, ſecutus nomen hoc* (ſcilicet Ieſu) *præfiniuit*. Prima autem ratio eſſe poteſt quia, cùm ad ſaluandas gentes in humana natura aſſumpta ab æterno Patre mitteretur Filius, debuit etiam ab eodem definiri nomen, quod muneri conueniret, vt eſt nomen Ieſu, quod ſonat Saluatorem. Secunda quia cōueniebat, vt huiuſmodi Nomen auctoritate diuina inſigniretur, vt ex hoc ad maiorem eius venerationem traherentur homines. Alias rationes eruditè cōgerit Suarius, quas vide apud ipſum to. 2. in 3. par. diſput. 15. ſect. 2. His ita ſuppoſitis,

Luc.

Ad Philippen.

Cyrillus.

Suar.

Conclu. affirmatiua.

Dico, pluribus de cauſis decuiſſe, vt Deipara nomen hoc Ieſu imponeret Filio Dei, quem pepererat. Et primò vt diuino D mandato per Angelum promulgato obtemperaret. Secundò, ſi Chriſtus Saluatoris munus erat obiturus, cooperante Virgine, cur non decebat, vt concurreret ad nomen Ieſu imponendum, quæ concurſura erat ad munus Saluatoris abeundum? Tertiò, ſicut Filius Dei ex muliere naſci voluit, & fieri ſub lege, decuit etiā, vt legibus matris ſe ſubijceret, inter quas illa eſt, vt mater, ſi verus pater non adſit, aut nequeat, nomen filijs imponat. Quartò Chriſtus, vt Deus homo, munere Ieſu erat functurus: ergo conueniens erat, vt

non

non ſolùm à Deo, ſed ab homine etiã nomen Ieſu imponeretur: ſed inter homines nullus erat ad hoc dignior, quàm Maria; ergo à Maria erat imponendum. Quintò Chriſtus maximè exoptabat honorare Virginẽ, meliùsq; illa non poterat honorari, quã ſi vera Mater Filij Dei dignoſceretur: ſed ad hoc, vt talis dignoſceretur, aptiſſimũ erat medium, ſi ab ipſa nomen imponeretur ipſi Filio, cùm ad parẽtes tantùm id ſpectet iure naturali; ergo congruens fuit, vt Virginis eſſet hæc impoſitio. Sextò, ſi Pater æternus voluit cum Virgine Matre communem habere eumdem Filium, vt aliàs diximus, cùr non etiam decuit, vt communem cum ipſa haberet nominis impoſitionem? Septimò Maria tot gratijs, & priuilegijs à Filio præuenta ſummoperè exoptabat occaſionem honorandi ipſum Filium: ſed huiuſmodi Nomen illi imponere erat Virgini optima occaſio hoc aſſequendi; ergo conueniens erat, vt Deus pijſſimo huic Virginis deſiderio annueret, præbens illi facultatem huiuſmodi impoſitionis. Quòd verò Chriſtus honoraretur per illius nominis impoſitionẽ, patet ex illo Pauli ad Philippenſes 2. *Propter quod & Deus exaltauit illum, & dedit illi Nomen, quod eſt ſuper omne nomen, vt in nomine Ieſu omne genu flectatur cæleſtium, terreſtrium, & infernorum.* Octauò, & vltimò conueniebat, vt Beata Virgo hoc nomen Ieſu Filio imponeret, vt ex hoc capite illud nobis magis dulceſceret, cùm illa, vt canit Eccleſia, ſit dulcedo noſtra. Vndè egregiè Rupertus Abbas in Cant. 4. *Per mammam*, inquit, *Eccleſiæ Mariam, quæ terra paradiſiaca eſt, aquæ diuinitatis nobis dulciores factæ ſunt.* Huiuſmodi dulcedinem deguſtarunt plerique ex ijs, qui piè magis erga Deiparam affecti fuere, inter quos Bernardus ſerm. 15. in Cantica: *Nomen*, inquit, *Ieſu mel in ore, melos in aure, iubilum in corde.* Sed

Ad Philippenſes. — Rupertus. — Bernardus.

Quæres: ſi conueniebat Virgini ex tot capitibus imponere hoc nomen Ieſu, cur etiam in conſortium huius impoſitionis fuit vocatus S. Ioſeph, vt colligitur ex Matth. 1. *Vocabis nomen eius Ieſum, ipſe enim ſaluum faciet populum ſuum a peccatis eorum.* Vndè D. Chryſoſt. homil. 4. in Matthæum introducit Angelum ſic Ioſeph alloquentem: *Non quia ex Spiritu Sancto eſt, idcircò te a miniſterio tantæ exiſtimo diſpenſationis extraneum: nam, etſi nihil habeas in hac generatione commune, tamen quod eſt proprium patris, quodq; nihil lædit Virginis dignitatem, hoc tibi facilè concedo, vt, ſcilicet, nato nomen imponas: quamquã enim non ſit filius tuus, tu tamen curam erga illum, & ſollicitudinem oſtendes parentis; & propterea te illi ab ipſa ſtatim nominis impoſitione approprio, familiaremq; facio.*

Quæſtiuncula. — Matth. — D.Chryſoſt.

Reſpondeo, primariò conueniſſe Mariæ veluti iure materno hanc nominis impoſitionem, quæ ad parentes primariò ſolet ſpectare. Cùm enim Virgo ſola vera parens fuerit Chriſti, verè illi primariò hoc conueniebat. Adde etiam rationes ſupra adductas. Secundariò verò etiam Sancto Ioſeph fuit conceſſum hoc priuilegium propter Mariam. Sicut enim Chriſtus voluit ſe ſubijcere in exemplum humilitatis, & obedientiæ Mariæ primariò, & propter eam Ioſepho, vt rectè admonet S. Bernardus homil. 1. ſuper *Miſſus eſt*, vbi ait: *Ille, cui Angeli ſubditi ſunt, cui Principatus, & Poteſtates obediunt, ſubditus erat Mariæ; nec tantùm Mariæ, ſed etiam Ioſepho propter Mariam:* ita voluit nomen Ieſu accipere à Maria primariò, & propter eam à Ioſepho: ſciebat enim Deus, gratiſſimum eſſe Virgini Matri, vt Ioſeph eius dilectiſſimus ſponſus tali honorifica auctoritate dignaretur.

Solutio. — D.Bernard.

QVAESTIO VI.

Quamdiù Beata Virgo aſſeruauerit præputium Chriſti circumciſi.

SVPPONO ex dictis ſupra, à B. Virgine Chriſti præputium fuiſſe aſſeruatum. Quo ſuppoſito, reſtat difficultas, quanto tempore aſſeruauerit: ad cuius enodationem videndum eſt, an Chriſtus rediuiuus reaſſumpſerit idem præputium in circumciſione abſciſſum.

An Chriſtus rediuiuus reaſſumpſerit idem præputium in circumciſione abſciſſum.

Aliqui affirmant, inter quos eſt Titus Boſtrenſis hæc dicens: *Illos, qui de circumciſo præputio quæſtionem mouent, anxiéq; & curioſe quid de eo factum ſit diſputant, veluti qui circa incerta, planéq; inacceſſa occupantur, miſſos hic faciemus, ſiquidem ſacris litteris nihil ea de re proditum extat. Qui diceret, vt crucis tempore immaculatus illius ſanguis vna cum aqua in terram defluens, terram, in quam emanabat, ſanctificauit; ita præputium per circumciſionem ablatum terram, in quam ferebatur, contactu ſuo ſanctificaſſe; is meo iudicio a veritatis ſcopo haud procul aberraret. Vtcumq; res habet, certum eſt, qui ſponte ſe circumcidi paſſus eſt, eum modis, & rationibus, quas ipſe compertas habet, totum illud, quod* per

Titus Boſtrẽſis.

Per circumciſionem à corpore deceſſerat, ita conſeruaſſe, vt reſurrectionis tempore nihil eorum omnium, quæ ad perfecti corporis conſtitutionem depoſcuntur, omninò deſideratum fuerit; adeoq; vt integer, omnisq; prorſus vitij, etiam quò ad hanc partem attinet, expers à mortuis in vitam redierit. Nam & nos quoque communis reſurrectionis momento corpus noſtrum integrum, omniq; ex parte perfectum, &c.

Supplementum Gabr.

Et ſupplementum Gabrielis in 4. diſt. 44. quæſt. 1. tradit, illam præputij particulam in circumciſione deciſam, probabile eſſe, ex peculiari miraculo ſimul manere in terra, & in corpore Chriſti: in terra quidem anima, & vita carere, in corpore verò Chriſti inſtar aliarum partium corporis anima rationali informari, & viuere.

Turrecrem. Syluester.

Alij tamquam rem dubiam relinquunt, an Chriſtus reſurgens reaſſumpſerit præputium. Ita Turrecremata in cap. *inuitat* de conſecratione diſtinct. 2. & Syluester in roſa aurea.

Suar.

Alij opinantur, à Chriſto reaſſumptum quidem fuiſſe præputium, ſed non idem numero, quod in circumciſione fuerat præciſum. Ita Suar. tom. 2. in 3. par. diſp. 47. ſect. 1.

Concl. prim. D.Thom.

Dico primò, Chriſtum reſurgentem reaſſumpſiſſe præputium. Probatur ex doctrina D. Thomæ 3 par. quæſt. 54. ar. 2. in corpore, vbi dicit: *Omnia iſta in corpore Chriſti reſurgentis fuerunt, & etiam integraliter abſque omni diminutione.* Loquitur autem Sanctus Doctor de partibus, vt carne, oſſibus, & ſanguine: ſed præputium erat particula quædam carnis; ergo, ſi ſine ea reſurrexiſſet, non omnes partes fuiſſent in Chriſto reſurgente abſque diminutione.

Concl. ſec. Reuel. S. Brigittæ.

Dico ſecundò, præputium Chriſti in circumciſione abſciſſum fuiſſe aſſeruatum à Beata Virgine vſque ad ſui obitum, illudq; ab ipſa tunc Ioanni fuiſſe traditum; & modò in terris reperiri. Prima pars probatur ex Reuelatione S. Brigittæ, quæ habetur lib. 6. capite 112. vbi Maria ait: *Cùm Filius meus circumcideretur, ego membranam illam in maximo honore ſeruabam quoquò ibam: quomodò enim ego illam traderem terræ, quæ de me ſine peccato fuerat generata? Cùm tempus vocationis meæ de hoc mundo inſtaret, ipſam commendaui S. Ioanni cuſtodi meo cum ſanguine illo benedicto, qui remanſit in vulneribus eius, quandò depoſuimus eum de cruce.* Hæc Reuelatio magni facièda eſt; reperitur enim inter eas, quæ fuerunt diligenter recognitæ, & Bonifacij IX. Martini V. & Conciliorum Conſtantienſis, & Baſilienſis calculo approbatæ, non quidem vt res certæ de fide, ſed vt piæ reuelationes, & catholicæ fidei ſinceritati congruentes, & plurimi faciendæ, vt videre eſt in principio voluminis ipſarum reuelationum Romæ nouiſſimè impreſſi.

Innoc. III.

Secunda pars, quòd, ſcilicet, in terris reperiatur idem præputium, probatur teſtimonio Innocentij III. in lib. de myſterijs miſſæ, vbi refert, hoc præputium ab Angelo fuiſſe delatum ad Carolum Magnum, qui illud Aquiſgrani in templo collocauit; & hinc ſub Carolo Caluo Romam ad Lateranenſem Eccleſiam tranſlatum, poſitumq; in loco, qui ob multas, & inſignes reliquias Sancta Sanctorum appellatur.

Toletus.

Cardinalis autem Toletus in commentario ſuper Lucam cap. 2. annot. 31. recenſet hiſtoriam, ex qua colligitur, modò dictum præputium eſſe Calcatæ (quæ eſt pagus viginti milliarijs Roma diſtans) in Eccleſia Sanctorum Cornelij, & Cypriani.

Concl. tert.

Dico tertiò, vna ex duabus vijs mox adducendis poſſe ſaluari, Chriſtum reſurgentem reaſſumpſiſſe præputium, atque illud idem fuiſſe aſſeruatum à Virgine vſque ad mortem, & adhuc in terris reperiri.

Suar.

Prima via eſt, quam ſupra ex ſupplemēto Gabrielis innuimus, ſcilicet, idem numero præputium in circumciſione abſciſſum fuiſſe reaſſumptum à Chriſto reſurgente, & nunc in corpore Chriſti, ſicut & cæteræ eius partes corporeæ, anima rationali informari, & viuere; in terris verò non informari anima rationali, nec viuere. In hac via nullam agnoſcit repugnantiam Suarez ſupracit. quod ſic probari poteſt. Non implicat, idem corpus eſſe in pluribus locis circumſcriptiuè; ergo non implicat, eamdem particulam carnis in circumciſione Chriſti abſciſſam, & eſſe nunc in corpore Chriſti, & etiam in terris.

Alenſis, Scotus, Mayronus, Maior, Richardus, Marſil. Angelus, Bellarmin. Albertinus.

Pro antecedenti videri poſſunt Alenſis 4. par. q. 2. memb. 2. art. 1. §. 7. Scot. in 4. diſtinct. 10. quæſt. 2. §. *Duo ergo*, Mayronus diſtinct. 21. quæſt. 1. & 2. Maior diſt. 10. quæſt. 2. Richardus art. 2. quæſt. 2. Marſilius quæſt. 7. art. 3. Angelus diſt. 23. art. 2. & alij Scotiſtæ: Bellarm. lib. 3. de Euchariſtia cap. 3. Albertinus in prædicamentum vbi coroll. 1. dub. 2. Præcipuum autem fundamentum prædicti antecedentis eſt hoc. Non implicat, Chriſti corpus definitiuè replicari in pluribus Sacramentis; ergo neque in pluribus locis circumſcriptiuè. Conſequentia probatur, quia replicatio ſacramentalis definitiua includit quidquid in circumſcriptiua replicatione includitur, & inſuper addit modum naturaliter oppoſitum corpori: ergo, ſi non implicat, corpus Chriſti ſacramentaliter

replicari, à fortiori non repugnabit replicari circumſcriptiuè. Conſequentia ſatis nota eſt, quia, ſi replicatio ſacramentalis includit quicquid in replicatione circumſcriptiua includitur, ſanè nulla apparet repugnantia in vna, quæ non ſit in alis. Antecedens probatur; duplex enim implicantia principalis aſſignari poteſt. Prima quia per circumſcriptiuam replicationẽ corpus ipſum extenſiuè multiplicatur, ac propterea diuiditur, atque à ſe ipſo ſeparatur, quod rationem indiuidui deſtruere videtur: ſed totum etiam hoc reperitur in replicatione ſacramentali, nam etiam per hanc corpus Chriſti à ſe ipſo fit diſtans, atque præſentialiter diuiſum, prout enim eſt in ſacramento, diſtat à ſe ipſo, quod eſt in cælo, vel in alio ſacramento, quia prout eſt in ſacramento non continuatur præſentialiter ſe ipſo, vt eſt in cælo, vel in alio ſacramento, & præterea addit præſentiam indiuiſibilem, quæ naturaliter repugnat corpori. Secunda implicantia quia ratione circumſcriptiuæ præſentiæ corpus à loco adæquatè comprænhenditur, quia circumſcribi loco eſt comprænhendi à loco, comprænhendi autem à loco eſt ita eſſe in loco, vt nihil locati ſit extra ipſum locum; ergo ponere corpus in pluribus locis circumſcriptiuè videtur implicantia. Sed non minùs ratione ſacramentalis præſentiæ corpus Chriſti definitur ſpatio vnius hoſtiæ; ſed per hoc non tollitur, quin adhuc poſſit ratione alterius præſentiæ conſtitui in ſpatio alterius hoſtiæ: ergo ſimiliter non per hoc tolletur, quòd ratione vnius præſentiæ naturalis Chriſti corpus circũſcribatur, & comprænhendatur vno loco, quin adhuc ratione alterius præſentiæ cõſtitui poſſit in alio; vel certè, ſi non poteſt habere plures præſentias naturales, aſſignanda erit ratio, cur habere poſſit plures ſacramentales. Secundum fundamentum eſſe poteſt quia non implicat, animam rationalem replicari in duplici corpore; ergo nec repugnabit, corpus replicari in duplici ſpatio. Conſequentia ſatis liquet, quia non minùs anima per ſuam potentiam ſpiritualem definitur loco, quàm corpus per ſuam potentiam corpoream circumſcribatur ſpatio. Antecedens probatur, quia nulla eſt repugnantia, quòd eadem forma replicetur in duplici ſubiecto, ſicut nec quod idem ſubiectum in duplici forma, vt de facto corpus Chriſti replicatur in pluribus præſentijs ſacramentalibus, vel hoſtijs conſecratis; nam eadem eſt ratio de ſubiecto ſub duplici forma, ac de forma in duplici ſubiecto. Sed repugnat, formam replicari in duplici

A ſubiecto, niſi per duplicem præſentiam, quia informatio eſſentialiter nunc ſupponit præſentiam: ergo, ſi poteſt replicari forma in duplici ſubiecto, etiam in duplici loco replicari poteſt. Adde quòd poſſet Deus conſeruare eamdem animam rationalẽ in capite, & reliquo corpore à ſe diuiſis (vt ferunt hiſtoriæ de S. Dionyſio); ergo poſſet illam conſeruare in diſtinctis locis. Antecedens probatur, quia poteſt Deus conſeruare eamdem animam in capite, & manu, non conſeruata in brachio intermedio; ergo in capite, & manu ſeparata, cùm talis continuatio ſit per accidens. Tertium fundamentum eſt à priori. Corpus fit circumſcriptiuè in loco formaliter
B per extenſionem formalem; nam, ea tantùm ſublata, tollitur circumſcriptiua præſentia, eaq; tantùm poſita, ponitur; ſed extenſio localis poteſt in eodem corpore multiplicari, ergo poteſt in eodem multiplicari circumſcriptiua præſentia. Conſequentia ſatis liquet, multiplicata enim forma in ſubiecto apto, eius effectus formalis neceſſariò multiplicatur; ergo in eodem corpore, multiplicata locali extenſione, præſentia circumſcriptiua, quæ eſt effectus formalis ipſius, neceſſariò multiplicatur. Minor probatur: extenſio localis eſt modus à parte rei diſtinctus à corpore; ergo poteſt multiplicari, non multiplicato corpore: omne enim poſte-
C rius diſtinctum multiplicari poteſt, non multiplicato priore, quoniam, ſicut habet diſtinctam entitatem, ita ſecundùm illam multiplicari poteſt, non multiplicato ſubiecto. Sed

Obijcies primò: implicat, quòd aliquid ſit extra terminos ſuæ entitatis: ſed, ſi idem corpus eſſe poſſet in pluribus locis circumſcriptiuè, ſequeretur, quòd aliquid poſſet eſſe extra terminos ſuæ entitatis. Sequela probatur, quia termini locati, & loci ſunt ſimul; nam ſuperficies conuexa locati, & concaua locantis ſunt ſimul: ergo, ſi corpus poſſet eſſe extra terminos ſui loci, poſſet eſſe extra terminos ſuæ entitatis. Obiectio prima.

D Reſpondeo negando ſequelam: conſtat enim, Chriſti corpus circumſcriptiuè exiſtere in cælo, & adhuc poſſe per ſuam ſubſtantiam ſacramentaliter eſſe extra cælũ. Et ratio eſt quia corpus in duobus locis conſtitutum in neutro adequatè exiſtit: vnde ex eo, quòd poteſt eſſe extra terminum vnius loci, non ſequitur quòd poſſit eſſe extra terminos ſuæ entitatis, quia multiplicatio locorum non infert multiplicationem locatorum. Reſponſio.

Obijcies ſecundò: corpus occupat locum formaliter per quantitatem: ſed im- Obiectio ſecunda.

plicat,

plicat, augeri effectum formalem, non aucta forma; ergo implicat, corpus occupare plura loca per eamdem quantitatem inuariatam.

Inſtringitur. Reſpondeo negando maiorem, ſi intelligatur de occupatione formali, & proxima, quæ non eſt quantitas, ſed extenſio localis, quæ in replicatione augetur, quia multiplicatur per multiplicationem locorum.

Obiectio tertia. Obijcies tertiò: non poteſt res per ſuā naturam eſſe, niſi in vna tantùm ſpecie; ergo nec corpus per ſuam quantitatem, niſi in vno tantùm loco.

Conſutatur. Reſpondeo negando conſequentiam, quia natura eſt in ſpecie per identitatem, corpus autem eſt in loco per modum diſtinctum.

Obiectio quarta. Obijcies quartò: repugnat, poni effectum ſecundarium alicuius formæ abſque primario eiuſdem, ergo implicat, poni corpus circumſcriptiuè in pluribus locis. Antecedens patet, quia effectus ſecundarius eſſentialiter pendet à primario. Cōſequentia probatur, quia tale corpus habet extenſionem localem, vt duo, quantitatem verò, quæ eſt effectus primarius, non niſi vt vnum.

Diluitur. Reſpondeo negando conſequentiam: non enim verum eſt, per replicationem corporis poni effectum ſecundarium ſine primario; nam numquam ponitur extenſio localis ſine quantitate, ſed potiùs multiplicatur effectus ſecundarius, non multiplicato primario, quia multiplicatur extenſio localis, non multiplicata quantitate, quod nullam inuoluit repugnantiam, ſicut nec inuoluit repugnantiam, quòd in Chriſto multiplicetur præſentia ſacramētalis, non multiplicata ſubſtantia.

Obiectio vltima. Obijcies vltimò: ſi idem corpus poſſet eſſe in diuerſis locis circumſcriptiuè, ſequeretur, idem corpus naturali virtute producere ſibi duplex vbi: ponatur enim idem lapis ſuper duplicem trabem, ſubtracta vtraque trabe, duplici motu ab intrinſeco moueretur ad centrum.

Solutio. Reſpondeo, poſita duplici locabilitate in corpore, nullum eſſe abſurdum, idem ab intrinſeco moueri duplici motu, ſiue quieſcere in vno, & moueri in alio, quoniam hæc proximè ſequuntur ad præſentiam localem.

Poſito autem, quòd, nulla obſtante implicantia, vt vidimus, idem corpus eſſe poſſit in duplici loco, ſequitur, idem præputium poſſe eſſe abſque vlla repugnantia, & in corpore Chriſti in cælis glorioſo, & in terris. Sed

Explicatur quomodò præputium Supereſt, vt explicemus, quomodò in terris poſſit eſſe præputium inanime, in

A corpore verò Chriſti informatum anima rationali viuere. Hoc autem oſtenditur adhærendo opinioni, quam puto veriorem, aſſerenti, poſſe replicari ſubiectum, non replicata forma. Cuius fundamentum eſt quia nulla res poteſt replicari, niſi in ea ponatur noua extenſio localis, aut formalis, vt in rebus corporeis, aut virtualis, vt in rebus ſpiritualibus: ſed poteſt hæc extenſio poni in ſubiecto, & non in forma; ergo poteſt replicari ſubiectum, non replicata forma; & conſequenter in re noſtra potuit replicari caro præputij, non replicata forma, idest anima Chriſti. Maior patet ex ante dictis. Minor probatur, quia, ſicut extenſio dicta poni poteſt B in forma, & non in ſubiecto, ſi, nimirum, replicetur forma, non multiplicato ſubiecto; ita poni poteſt in ſubiecto, & non in forma. Confirmatur primò, quia ſola locabilitas ſubiecti non eſt ſufficiens ad locanda omnia, quæ ſunt in ſubiecto, ſed requiritur locabilitas propria cuiuſcumque rei: nam, ſicut vnaquæque res habet propriam entitatem à ſubiecto diſtinctam, ita & propriam locabilitatem, quæ eſt paſſio conſequens ad propriam entitatem. Confirmatur ſecundò: ſi replicatio fieret per reproductionem ſubſtantialem, non ſufficeret ad replicanda omnia, quæ ſunt in ſubiecto, reproductio ſolius ſubiecti; ſed neceſſaria foret productio vniuſ- C cuiuſque formæ diſtinctæ à ſubiecto; ergo, poſito, vt nos aſſerimus, quòd replicatio fiat per productionem præſentiæ localis, non ſufficit præſentia ſubiecti ad replicandam formam, quæ eſt in ſubiecto, ſed requiritur diuerſa præſentia in forma à ſubiecto diſtincta, quia, ſicut vnaquæque forma habet propriam entitatem, ita, vt replicetur, exigit propriam locationem.

Christi in terris poſſit eſſe inanime, in cælo verò anima informatum.

Obiectio prima. Obijcies primò: quæ conueniunt ſubiecto independenter à loco, vt ſint in ſubiecto, non requirunt niſi entitatem præſentem, quia, vt ſint in illo, non pendent ab aliqua præſentia ad locum, cùm priùs natura ſint in illo, quàm ſubſtantia con- D ſtituatur in loco. Confirmatur, nam eodem vbi, quo vbificatur ſubſtantia, vbificātur coniuncta ſubiecto; ergo implicat, replicari ſubiectum, & ſimul cum eo non replicari coniuncta ſubiecto, & cōſequenter ad replicationem ſubiecti non replicari formam eius.

Reſpōdetur. Reſpondeo negando antecedens: nam, licèt proprietates abſolutæ abſoluant à præſentia primaria ad locum, quia non reſpiciunt primariò locum, ſicut reſpiciunt proprietates reſpectiuè locales; non tamen abſoluunt à præſentia ſecundaria

ad locum; neque enim vniri poſſunt ſubiecto, quin fiant illi præſentes; per huiuſmodi autem præſentiam non modò forma fit præſens, & indiſtans à ſubiecto, ſed, eo mediante, ſpatio, vt conſtat de anima rationali, & qualibet forma, quæ per eamdem præſentiam fit præſens corpori, & ſpatio, mediante corpore. Cùm igitur hæc præſentia ſecundaria ad nouum locũ ſit neceſſaria formæ ad hoc, vt informet ſubiectum in eo loco conſtitutum, hæc verò præſentia formæ non ponatur per ſolã ſubiecti replicationem, quia eſt nouus effectus à ſubiecto diſtinctus, vt diximus, liquet, quòd non neceſſariò ad replicationem ſubiecti replicatur forma.

A

Inſtatur. Inſtabis: forma per vnam numero vnionem vnitur ſubiecto in duplici loco conſtituto; ergo per vnam numero præſentiam ſit præſens ſubiecto in duplici loco poſito.

B

Occurritur. Reſpondeo negando conſequentiam, & aſſignando rationem diſparitatis, quia vnio reſpicit partes vt vnibiles, &, quia hæ per replicationem non variantur, nec variatur in ipſo loco vnio: at verò præſentia reſpicit partes, vt locabiles, &, quia in ratione locabilitatis variantur, variatur quoque præſentia formæ ad illas.

Carthagena, Suar. Atque hæc dicta ſint pro hac prima via, quam etiam ponit Carthagena tom. 1. lib. 4. homil. 8. nec improbat. Suarius verò loco ſupracit. refert, at non approbat; ait enim, poſt quàm illam retulit: *Mihi non videtur hoc credibile, non quòd exiſtimem, implicare contradictionem, ſed quia nulla eſt cauſa tanti miraculi, nec probabile fundamentum, vt illud credatur.* Cæterùm in hac via optimè ſaluari poſſet auctoritas nonnullorum ex antiquis Patribus aſſerentibus, præputium in circumciſione abſciſſum reaſſumptum eſſe à Chriſto reſurgente (inter quos eſt Titus Boſtrenſis ſupra relatus) & ſimul ſaluaretur veritas reuelationis ſupra recenſitæ, & hiſtoriæ præexpoſitæ. Nonnullæ prætereà rationes occurrunt, quæ prædictam viam, ſuppoſitis duabus primis concluſionibus, ſuadere videntur. Quarum prima eſt quia congruum maximè videbatur, vt innocentiſſima illa Chriſti caro, quæ in circumciſione abſciſſa, caro peccatoris viſa fuerat, per reaſſumptionem in corpus Chriſti glorioſum exaltata redignificaretur. Secunda, ſicut efficax argumentum eſt ad probandam reſurrectionem, æquum eſſe, vt corpus, quòd veluti inſtrumentum animæ ad virtutes exercendas inſeruijt, particeps fiat beatitudinis eiuſdem animæ; ita in re noſtra argumentari poſſumus, congruum fuiſſe, vt pars illa carnis, quæ, acerbiſſimum circumciſionis ictum ſuſtinẽdo, inſtrumentum fuit inſeruiens animæ Chriſti ad opus patientiæ, quod tunc exercuit, ita particeps fieret beatitudinis glorioſæ reſurrectionis. Tertia quia, cùm portiuncula illa carnis tota conſtaret ex B. Virginis ſubſtantia, par erat, illam à Chriſto reaſſumi in reſurrectione, vt ſic amplior ex omni parte fieret honor, & gloria à Filio Matri impenſa. Quarta quia ſic perfectior ſaluatur Chriſti reſurrectio. Licèt enim ad ſaluandam veritatem reſurrectionis non ſit neceſſaria identitas materiæ in omnibus partibus, negari tamen non poteſt, quin, ſeruata non ſolùm in toto, ſed etiam in partibus, quantum fieri poteſt, identitate materiæ, perfectior ſit reſurrectio. Quinta quia vniuerſaliùs ſic ſaluatur illud axioma: *Quod ſemel aſſumpſit, numquam dimiſit.* Si enim aſſeratur, reaſſumptum fuiſſe à Chriſto reſurgente idẽ præputium in circumciſione abſciſſum, conſequenter affirmatur, illud numquam à Verbo fuiſſe dimiſſum; licèt enim eſſet ſeparatum à Chriſti corpore per circumciſionem, non tamen vnione hypoſtatica ſolutum, quia erat reaſſumendum in reſurrectione; ſicut & ille ſanguis effuſus in paſſione, quia erat reaſſumendus à Chriſto reſurgente, ſemper hypoſtaticè vnitus remanſit. Sexta quia in hac via non relinquitur locus dubitandi, quid futurum ſit de hoc præputio poſt diem iudicij: iuxta enim hanc opinionem ſufficit dicere, quòd ceſſabit replicatio præputij apud nos exiſtentis.

C

D

Secunda via eſt, quam affert & approbat Suarius, ſuppoſita doctrina Auguſtini in Enchirid. & lib. 22. de Ciuit. Dei, & D. Thomæ, imò & Anſelmi ſuper cap. 4. Epiſtolæ ad Epheſios. Doctrina autem hæc eſt, ad veram reſurrectionem eiuſdẽ corporis non eſſe ſimpliciter neceſſarium, vt omnes partes materiales corporis ex eiſdem numero partibus materiæ conſtent, ex quibus anteà conſtabant. Siquidem variatio vnius, vel alterius particulæ non efficit, vt corpus reſurgens, & eius præcipuæ partes quò ad ſubſtantiam varientur, aut mutentur. Sufficit ergo, vt totum corpus reſurgens conſtet ex eadem materia tota; & ad maiorem perfectionẽ etiam ſufficit, vt principales partes, ſed organicæ omninò ſint eædem, & ex eadem materia. Hac doctrina ſuppoſita, dici poteſt, corpus Chriſti reſurgens habuiſſe præputium formatũ ex aliqua parte materiæ illius, quæ aliquandò fuit in corpore Chriſti, & per continuam nutritionẽ reſoluta fuerat, præputium verò in circumciſione abſciſſum in terris eſſe relictũ. Suar. Auguſtin. D. Thom. Anſelm.

Et

Et in hac via dici etiam poteſt, præputiū à Chriſto reſurgente aſſumptum fuiſſe ex partibus illis acceptis à Deipara, quæ actione caloris naturalis poſtea euaporarunt. Addit Suarez: *In hac via nulla apparet, vel difficultas, vel inconueniens; nam etiā illa met particula tempore infantiæ abſciſſa non conſtabat ex tota materia neceſſaria, vt reſtitueretur in ea quantitate, quam corpus perfectæ magnitudinis requirit. Oportebit ergo ad ere aliquid materiæ, id, ſcilicet, quod in vitæ progreſſu acquiſitum eſſet per nutritionem. Rurſus illamet particula materiæ, qua conſtabat præputium in infantia, fortaſſè, ſi tunc non fuiſſet abſciſſa, per continuam vitæ nutritionem fuiſſet reſoluta, ſicut de materia aliarum partium eſt veriſimile; ergo non oportuit aſſumere præputium ex illa met materia.* Hæc Suarez.

Verùm quænam ex ijs duabus vijs vt certa ſit ſequenda, licèt animus magis in primam propendeat, non definio. Tantùm dico, mihi non placere, quod vltimò ſubiecit Suar. ſcilicet, carnem illam, in circumciſione abſciſſam per continuam vitæ nutritionem fuiſſe reſoluendam: puto enim omninò veriſimile, ferè integram ad mortem vſque aſſeruatā fuiſſe in Chriſto carnem, quæ ex ſubſtantia Virgineorum viſcerum traxerat originem. Fauent enim huic parti grauiſſimi Auctores, aſſerentes, carnem in prima generatione acceptam numquam in viuente deſtrui, ſed perſeuerare integram vſque ad extremum vitæ. Vide Alexandrum Aphrodiſæum apud Auerroem in 1. de generat. c. 5. commento 38. Hugonem de S. Victore p. 6. de Sacramentis cap. vltimo, Magiſtrum ſententiarum in 2. diſt. 30. cap. vltimo, & penultimo, Auctorem hiſtoriæ ſcholaſticæ lib. 19. cap. 78. Abulenſem in 22. cap. Matthæi q. 243. vbi ait, fieri non poſſe, vt in homine ad extremam ſenectutem redacto reſolutæ ſint partes, quas mater in conceptione ſuppeditauit. Porrò quòd caro Chriſti deſumpta à Virgine in eo ſemper perſeuerauerit, innuit D. Auguſt. ſerm. de Aſſumpt. Virginis cap. 5. his verbis: *Caro Chriſti, quamuis gloria reſurrectionis fuerit magnificata, eadem tamen manſit, quæ ſuſcepta eſt:* & ſuper pſalmum 98. *De carne*, inquit, *Mariæ carnem accepit, & ipſam carnem nobis manducandam ad ſalutem dedit.* Sanctus verò Bernardinus ſerm. 1. de laudibus Mariæ ſic loquitur: *Virgo fuit viciniſſima Filio Dei per carnis identitatē, quia eadem caro, quæ fuit Virginis Matris, fuit caro Filij Dei.* Similia habet Petrus Damianus ſerm. de Natiuitate Virginis. Adde ipſum met Suar. tom. 2. in 3. p. diſp. 2. ſect. 2. hæc habentem: *Facilè credi poteſt, illam ſubſtantiam carnis, quam Chriſtus aſſumpſit ex Virgine, numquam fuiſſe omninò dimiſſam, aut continua caloris naturalis actione reſolutam; ſed eamdem omninò fuiſſe ſemper conſeruatam, & Verbo Dei vnitam:* vide ipſum ratione phyſica, & probabili coniectura rem hanc confirmantem.

Alexand. Aphrodiſæus, Hugo de S. Vict. Magiſt. ſent. Auctor hiſt. ſchol. Abulenſis. D. Auguſtin. D. Bernardinus. Petr. Dam. Suar.

Quæres, quibus de cauſis voluerit Deus, ſuum præputium in terris remanere.

Cùr voluit Chriſtus, ſuū præputiū in terris remanere.

Reſpondeo, ad deuotionem fidelium fouendam, & ad firmiùs humanis mentibus imprimendas rationes ſuperallatas, propter quas voluit Chriſtus circumcidi, & Mater eius tali circumciſioni cooperari. Præcipuè verò inter alia Chriſtum id feciſſe dixerim, vt inſigne apud nos relinqueret inauditæ humilitatis, quam ipſe exercuit, monumentum.

QVAESTIO VII.

Quamdiù Beata Virgo aſſeruarit effuſum Chriſti ſanguinem in circumciſione.

SVPPONO, vt ſupra diximus, à Virgine fuiſſe Chriſti ſanguinem reuerenter cuſtoditum.

Notandum iuxta probabiliorem ſententiā Durandi in 4. diſt. 44. q. 2. Supplemēti Gabrielis eadem diſt. quæſt. 1. ar. 3 dub. 6. Suarij to. 2. in 3. p. diſp. 47 ſect. 3. nihil ſanguinis Chriſti effuſi tempore paſſionis fuiſſe corruptum iuxta illud Pſalm. 15. *Non dabis, Sanctum tuum videre corruptionem*; quod intelligitur de Chriſto, & qualibet eius parte. Et conſtat ratione, quia non requirebatur vlla corruptio, niſi quæ erat neceſſaria ad veram mortem Chriſti: vndè nulla corruptio ſaguinis ſequi debebat: licèt enim ſanguis ipſe aliquandò debuiſſet corrumpi, tamen, ſicut corruptio corporis inhibita eſt, quia hoc debebatur ratione vnionis hypoſtaticæ; ita de ſanguine dicendum eſt. Ex quo patet, ſuſtineri poſſe, miraculosè ſanguinem Chriſti in circumciſione effuſum à corruptione illæſum fuiſſe cuſtoditum.

Durandus, Supplementum Gabr. Suar. Pſal.

Dico, veriſimile eſſe, à B. Virgine fuiſſe aſſeruatum Chriſti ſanguinem in circūciſione effuſum vſque ad tempus reſurrectionis eiuſdem Chriſti, quo illum reaſſumpſiſſe probabiliter credi poteſt. Fauet nobis Suarius tom. 2. in 3. p. diſp. 47. ſect. 3. quatenus ait: *Eſt ergo veriſimile, plus ſanguinis*

Concluſio. Suar.

guinis eſſe in corpore Chriſti glorioſo, quàm ſimul aliquandiu fuerat in corpore mortali, & conſequenter plus ſanguinis aſſumpſiſſe in reſurrectione, quàm in paſſione profudit: hinc enim fieri potuit, vt aſſumeret ſanguinem in circumciſione effuſum; quamquam id neceſſarium non ſit; potuit enim facilè ex alia materia adiungi. Hæc Suar. Quibus innuitur, non fuiſſe quidem neceſſarium, eſſe autem probabile, ſanguinem illum à Chriſto fuiſſe reaſſumptum. Ducor primò ſupra adducta Reuelatione S. Brigittæ lib. 6. cap. 112. Nam in ea Beata Virgo, cùm agat de reliquijs corporis Chriſti, quas in morte reliquit, & commendauit Ioanni, mentionem tantùm facit de Chriſti præputio, & ſanguine ex eiuſdem Chriſti vulneribus in paſſione inflictis collecto: ex quo probabiliter inferri poteſt, ſanguinem, quem in circumciſione collegerat B. Virgo, tempore mortis ipſius Virginis non ampliùs fuiſſe

Reuel. S. Brigittæ.

A apud ipſam, & conſequenter veriſimile eſſe, illum à Chriſto in reſurrectione reaſſumptum, cùm, ſpecificatis alijs reliquiis, nullam Virgo de illo faciat mentionem. Secundò quia, cùm extet hiſtoria fide digna de Chriſti præputio in terris aſſeruato, nulla autem de illo ſanguine, probabiliter poteſt aſſeri, à Chriſto illum fuiſſe reaſſumptum. Tertiò quia, cùm ſanguis ille à ſola Virginis ſubſtantia traxiſſet originem, poſito, quòd corpus, vt inquit Suar. plus ſanguinis in reſurrectione eſſet aſſumpturum, quàm in paſſione profuderat, congruentius erat, hunc potiùs aſſumi, quàm quemlibet alium.

B Hæc dicta ſufficiant in re adeo obſcura, ad quam magis elucidandam eos inuito, quibus felicior mens eſt, & fæcundior calamus.

CAPVT

CAPVT DECIMVMTERTIVM.

DE VIRGINE TRES MAGOS CHRISTI adoratores excipiente.

QVAESTIO PRIMA.

Quo tempore, & quo in loco Deipara Magos exceperit.

Tempus. D.Epiphan.

QVO ad tempus, S. Epiphanius hæreſ. 51. opinatur, poſt biennium ab ortu Chriſti veniſſe Magos: quam etiam ſententiã ſequitur Auctor imperfecti. Fundamentum præcipuum eſt, quia Herodes iuſſit, occidi infantes *à bimatu, & infra, ſecundum tempus, quod exquiſierat à Magis*: ergo Herodes collegerat ex Magorum relatione Chriſtum tunc biennium agere. Præterea Magi ab Oriente venerunt; ergo exiguo tempore iter illud compleri non potuit.

Author op. imperf.

Matth.

Baronius.

Baronius in ſuis annalibus anno Chriſti primo num. 3 1. putat, die à Chriſti Natiuitate decimatertia Magos in Bethleem perueniſſe. Eandem ſententiam tenent alij, quos refert, & ſequitur Barradius tom. 1. lib. 9. cap. 8.

Barradius. Concl. p. i.

Dico primò, ante quadrageſimum diem ab ortu Chriſti à Deipara exceptos fuiſſe Magos, ſatis conſtare. Nam ex Matthæi 2. Magi in Bethleem adoratum venerunt, (ſic enim habetur: *Herodes mittens illos in Bethleem dixit; Ite, & interrogate diligenter de puero*). Quo poſito, Lucæ 2. refertur, quòd, expleta Purificatione, & Præſentatione, quæ poſt quadraginta dies fiebat, Nazareth Virgo, & S. Ioſeph redierunt: *Et vt perfecerunt omnia ſecundum legem Domini, reuerſi ſunt in Galilæã in ciuitatem ſuam Nazareth.* Sed nullum habemus teſtimonium, aut congruentiam

Matth.

Luc.

A affirmandi, quòd Deipara poſteà in Bethleem cum S. Ioſeph ad ibi permanendum redierit: ergo conſtat, ante diem à Natali quadrageſimum à Virgine exceptos fuiſſe Magos.

Concl. ſec.

Dico ſecundò, probabiliſſimum videri, quòd Beata Virgo die à ſuo partu decimatertia Magos exceperit. Probatur primò auctoritate Ammonij Alexandrini in harmonia, Baronij, Barradij, & aliorum Patrũ: & hanc opinionem veriorem, & veriſimiliorem putat Suar. to. 2. in 3. p. diſp. 3. ſect. 4. Probatur ſecundò, quia videtur talis eſſe Eccleſiæ ſenſus, dum feſtum Epi-B phaniæ die ab ortu Chriſti decimatertia celebrat. Et Lucidus Mathematicus lib. 7. cap. 2. relatus à Barradio dicit, diem, qua in Bethleem peruenerunt Magi, fuiſſe feriam ſextam; Chriſti verò ortus fuit die Dominico, vt affirmat ſexta Synodus c. 8. & tradit Nicephorus lib. 1. hiſtoriæ c. 12. Sophronius oratione de Natali Chriſti, D. Antoninus 1. p. hiſtoriæ tit. 5. c. 1. §. 2. Euſebius lib. 1. hiſtor. c. 5. Gulielmus Durandus lib. 6. rationalis c. 13. Dadræus in lib. de emendatione temporum, & in ſcholio ſuper Euſebium lib. 1. hiſtor. c. 5. vnde probabile fit, Chriſtum à Magis C fuiſſe adoratum die à Natali 13.

Ammonius Alexand. Baron. Barrad. Suar.

Lucidus Mathem at.

Sexta Synod. Nicephor. Sophron. D.Antonin. Euſeb. Gulielm. Durand. Dadræus.

Ad rationes adductas à S. Epiphanio reſpõdet Baronius cum Chryſoſtomo homilia 6. in Matthæum, quòd *Herodes ad maiorem cautelam iuſſit interimi infantes à bimatu, & infra, ne vllus effugeret: furor enim Tyranni ob timorem amittendi regni veluti equus effrænis vagatur, & furit, neque intra terminos rationis poteſt contineri.*

Reſpondetur rationibus pro aduerſa opinione adductis. Baron. D. Chryſoſt.

Aliam

Aliam etiam reſponſionem affert idem Baronius, quam ſe poſteà apud Ianſenium reperiſſe affirmat, quæ videri poteſt apud ipſum loco ſupra cit. num. 33. Adde, idcirco fortè etiam Herodem iniunxiſſe militibus, vt occiderent pueros à bimatu, & infra, ne, cùm difficile ſit nonnunquàm prima fronte in pueris ætatem dignoſcere, aliquis eorum euaderet: & ſic putauit, negotium fore ſecurius. Alias quaſdã
Suar.
reſponſiones vide apud Suar. tom. 2. in 3. par. diſput. 13. ſect. 4. à §. *ad fundamentum Epiphanij* vſque ad finem ferè ſectionis.

Barrad.
Ad aliam rationem reſpondet Barradius, potuiſſe illud iter tredecim diebus
Suar.
perfici, & Suarius dicta ſectione notat, quòd Arabia, ex qua venerunt Magi, diſtat à Bethleem trecentis ad ſummũ leucis, quod erat iter decem dierum. Adde,
Iſai.
quòd, cùm Magi, vt indicat Iſaias 60. dromedarios, ideſt camelos, in dicto itinere eſſent adhibituri, qui vno die quadraginta leucas conficiunt, vt notat Philoſtratus in vita Appollonij, ſeptem circiter dierum ſpatio potuerũt ex Arabia Bethleem peruenire.

Locus.
Epiphan.
Quò ad locum, in quo Beata Virgo excepit Magos, Epiphanius lib. 2. contra hæreſes hæreſi 51. exiſtimat, fuiſſe domum quamdam, non autem ſpeluncam, ſeu præſepe: ait enim: *Ingreſſi* (ſcilicet Magi) *in domum inuenerunt Puerum cum Maria non ampliùs in præſepi, non ampliùs in ſpelunca, ſed in domo.*

Communis ſententia affirmat, Chriſtũ adoratum fuiſſe à Magis in præſepi, in quo natus fuerat.

Concluſio.
Dico, hanc communem ſententiam eſſe tenendam. Probatur primò ex Reuel.
Reuel. S. Brigittæ.
S. Brigittæ lib. 7. cap. 24. vbi hæc ait ipſa Brigitta: *Dixit etiam mihi eadem Mater Domini: filia mea, ſcias, quòd, quandò tres Magi venerunt in ſtabulum ad adorandum Filium meum, benè ego anteà præſciebam eorum aduentum, & quandò intrauerunt, & adorauerunt eum; exultauit tunc Filius meus, & præ gaudio habebat tunc faciem hilariorem. Ego etiam nimis gaudebam, & lætabar mirabili gaudio exultationis in mente mea attendens ad verba eorum, & actus, conſeruans ea, & conferens in corde meo.* Probatur ſecundò auctoritate Patrum.
Auguſtin.
Auguſtin. ſerm. 2. de Epiphania dicentis: *In præſepe tunc iacebat, & Magos ab oriente ducebat: abſcõdebatur in ſtabulo, & agnoſcebatur in cælo vt agnitus in cælo manifeſtaretur in ſtabulo.* Cypriani, qui de ſtella, &
Cyprianus.
Magis: *In loco*, inquit, *humili, & ſupellectile vili Rex Regum, & Dominus Dominantium inuenitur, cognoſcitur, adoratur.*
Suar.
Alios Patres citat, & ſequitur Suarez

A tom. 2. in 3. par. diſput. 13. ſect. 4. Probatur tertiò rationibus. Et primò maximè conueniebat, vt Chriſtus in eo præſepio, in quo per reclinationem à Matre ſtatim natus fuerat humiliatus, à Magis adoraretur, vt nos ex eodem loco, tamquam ex magiſtrali cathedra edoceret, veræ humilitatis germanam eſſe gloriæ ſublimitatem. Vnde paruulus exemplo cœpit edocere, quod grandior factus exemplo, & verbis erat demonſtraturus: *Qui ſe humiliat, exaltabitur.* Secundò illud præſepe erat locus communis, vt notat Caietanus ſuper illa verba Lucæ 2. *Et hoc* Caietan.
vobis ſignum; inuenietis infantem pannis inuolutum, & poſitum in præſepio: Hinc
B *inſinuatur*, inquit Caietanus, *quòd præſepe illud notorium erat, vnicum, & commune, alioquin Angelus aliquam particularem conditionem addidiſſet ad diſtinguendum illud præſepe ab alijs: & hoc atteſtatur, quòd velut per antonomaſiam appellatur præſepe.* Quo poſito, conuenienter Filius Dei homo factus in loco omnibus communi erat digndſcendus, & adorandus, vt ſic communi illo aditu omnes ad ſe alliceret, pro quorum omnium communi ſalute, humana carne aſſumpta, vagiebat in ſtabulo moriturus in ligno. Quin etiam decebat, in loco illo communi à Virgine Magos excipi, vt ſic Virgo ipſa ſignificaret, ſe ad omnes indifferenter ad Deum
C introducendos eſſe paratiſſimam: vnde meritò *Propitiatorium vniuerſæ terræ* à D. Bernardo ſerm. 1. de Aſſumptione appellatur. Habemus in 1. Paralipom. 13. D. Bernard. Paralipom.
quòd Dauid in tranſlatione Arcæ conuocauit homines ex vniuerſis regionibus Iſrael, cùm videretur ſufficere ad talem tranſlationem cõuocatio eorum tantùm, qui ex domo, vel regia eius erant: *Mittamus ad fratres noſtros reliquos in vniuerſas regiones Iſrael, & ad Sacerdotes, & Leuitas, vt congregentur ad nos, & reducamus arcam Dei.* Conuocauit ergo Dauid, diuino ſpiritu ſic edocente, omnes ad Arcæ tranſlationem, vt omnibus conſtaret, Virginem in Arca præfiguratam ſpectare ad
D omnes, eſſe omnium mediatricem, commune omnium profugium. *Omnibus*, inquit Bernardus ſerm. de B. Virgine, *ſe præbet clementiſſimam, omnibus exorabilem, omnium neceſſitatis ampliſſimo miſeretur affectu.*

Collige primò, quàm ingens in huiuſmodi adoratione fuerit gaudium B. Virginis, cùm videret ante Filij ſui pedes, abiectis ſceptris, ac proiecto regali diademate, procumbere nudata regum capita; & à remotis exterarum nationum gentibus dilectum adorari infantulum, Virginis gaudium ex Magorum adoratione.

quem

Digitized by Google

quem ipſa Virgo, vtpotè, & Dei honoris, & humanæ ſalutis cupidiſſima, ab omnibus cognoſci, ſummoperè deſiderabat.

Collige ſecundò quantum ex eo creuerit Virginis gaudium, qualeſque, ac quantas Deo gratias ipſa egerit, quòd animaduerterit, omnem Chriſti corpoream ſubſtantiam, quæ à ſuis viſceribus, ſimul & vberibus originem traxerat, maximo latriæ cultu à Magis adorari.

Collige tertiò, licèt verè Magi eſſent reges, vt patet, tum ex Reuelatione citatum ex communi Patrum ſententia, tacitùs tamen ab Euangeliſta regis nomen prætereri, quia ante ſupremum Regem, & Dominum dominantium tituli omnes, & inferioris regiæ maieſtatis inſignia, tāquam ante ſolem ſydera, maiore fulgore victa deliteſcunt. Sed dices, cur non etiā ante Filium Dei, æternam æterni Patris Sapientiam, Magi, hoc eſt ſapientis, nomen ſupprimitur? O myſterium! tam ſapienter agitur, dum humiliter cum Maria Ieſus exquiritur, vt etiam ante æternæ Sapientiæ conſpectum nomen ſapientis retineat, qui ſic ſapit exquirere.

Sapiens, qui cum Maria Ieſum exquirit.

Collige quartò ex eo, quòd Virgo, vt vidimus in præaddućta Reuelatione S. Brigittæ, in mente ſua attenderet ad verba Magorum, conſeruans ea, & conferens in corde ſuo, fuiſſe ipſi Virgini conceſſam gratiam linguarum: neque enim fuiſſet, cùr mente ad eorum verba attenderet, ſi eorum idiomata non intellexiſſet. Quod, cùm de donis B. Virginis ſecundo tomo agemus, latiùs proſequemur.

B. V. linguarū gratia donata.

QVAESTIO II.

Quid myſterij inſinuet Euangeliſta Matthæus 2. dum ait; *Inuenerunt Puerum cum Maria matre eius, & procidentes adorauerunt eum, & apertis theſauris ſuis, obtulerunt ei munera, aurum, thus, & myrrham.*

Matth.

NOTANDVM, quòd, vt referunt Chryſoſtomus, Theophylatus, & Euthymius, ſtatim atque Magi ingreſſi fuerunt ad infantulum Chriſtum adorandum, illum Beata Virgo in gremio ſuo collocauit, vt meliùs à Magis conſpiceretur.

Chryſoſt. Theophilat. Euthym.

Dico primò, per illa verba; *Inuenerunt*

A *Puerum cum Maria matre eius, & procidentes*, indicari, optimum, & efficaciſſimum fuiſſe medium ad hoc, vt ſtatim ad Chriſti pedes adorabundi procumberent Reges, videre Mariam quodam diuinitatis fulgore irradiantem. Si enim ex ſtellæ ſplendore Chriſti diuinitatem autumarūt, quantò certiùs eamdem diuinitatem dignoſcere poterant ex Matris præſentia, diuino, & nobiliori certè, quàm ſtella, fulgore rutilantis? Vndè S. Epiphanius ſerm. de laudibus Mariæ: *Aue*, inquit, *gratia plena, qua Cherubicum thronum diuinitatis fulgore ſuperas*. Et Andreas Hieroſolymitanus in ſalutatione Angelica, *Templum diuinæ gloriæ ornatiſſimum, & cælum,* B *in quo diuina gloria ſplendet*, Virginem appellauit; S. verò Ildephonſus ſerm. 7. de Aſſumpt. *Tabernaculum gloriæ Dei*. Adde quòd ipſa *Thronus Dei* appellatur à D. Auguſt. in præfat. lib. 1. de Aſſumpt. to. 9. & à D. Bonau. in ſpec. c. 11. *Ipſa*, inquit, *thronus ille ſapphirinus*; (Aſſimilatur aptè B. Virgo ſapphiro, qui teſte Plinio lib. 37. c. 9. cæleſtem colorem refert, punctiſq; aureis ornatur: nā & in Maria mores verè cæleſtes, admirabileſq; diuinitatis notæ conſpiciebantur) & à Ierem. 17. *Solium gloriæ altitudinis*. Vndè videntes Magi aſſumptū Ieſum ſuper thronum tam glorioſum, ſtatim procidentes adorauerunt. Fauet nobis S. Athanaſius, qui, vt refert Surius C die 25. Decembris tom. 6. dum de myſteriis loci, in quo Maria Chriſtum peperit, agit, hæc habet: *Parua illa domus*, ideſt ſtabulum, *Eccleſiæ figuram continebat; præſepe verò altaris. Ieſus Pontificis formam in ſe gerebat; thronus autem Dei per Virginem Mariam figurabatur*. Innuere etiā videtur, quod diximus, oraculum illud Iſaiæ 16. *Præparabitur in miſericordia ſolium Agno dominatori terræ, & ſedebit ſuper illud in veritate*. Per hoc enim ſolium in miſericordia præparatum intelligitur Beata Virgo, per diuinam miſericordiam ab omni, vel originali, vel actuali macula præſeruata, & innumeris alijs priuilegijs diuinitùs inſignita: dum verò Reges Chri- D ſtum in ſinu, vel vlnis Deiparæ, vt credibile eſt, adorarunt, fuit Filius Dei agnitus vt Dominator terræ: in veritate autem ſedit, quia veriſſimo latriæ cultu fuit adoratus. Confirmatur: ſi enim Dionyſius Areopagita, vt ipſe teſtatur in epiſtola ad Diuum Paulum, quam mox ſubijciam, intuitus Virginem, tantum in ea diuinitatis agnouit, vt, niſi ex catholica fide ſciuiſſet, illam non eſſe Deum, tamquam Deum adoraſſet; quare non etiam dicemus, Magos ex aſpectu Virgineo, in quo tantum diuinitatis elucebat, inductos

B. V. præſentia efficaciſſimus Magis ſtimulus ad ſtatim ante infantem Ieſum procidendum.

S. Epiphan. And. Hieroſ. S. Ildephonſ. D. Auguſtin. D. Bonau. Plinius. Ierem. S. Athanaſ. Surius. Iſai. *

fuiſſe ad Filij adorationem, vtpotè qui, cùm talibus, ac tantis diuinitatis inſignibus ornatam haberet Matrem, non poſſet non verus eſſe Dei Filius. Epiſtola autem Dionyſij, quam ex probatis Auctoribus refert Ferreolus de Maria Auguſta, hæc eſt. A

Ferreolus. Epiſtola Dionyſij ad Paulum.

Seruus, & nouiſſimus vinctus Dionyſius electiſſimo vaſi cælico Paulo præceptori, & Principi S.

Confiteor coram Deo, Princeps mi, ab hominibus non poſſe percipi, quam ego oculis non tantùm mentis, ſed corporis vidi, proſpexi, atque proprijs oculis intuitus ſum, Deiformem, atque ſuprà omnes cælicos ſpiritus ſanctiſſimam Matrē Chriſti Ieſu Domini Noſtri, quam mihi benignitas Dei, & clementia Saluatoris oſtendere dignata eſt. Quoniam, cùm à Ioanne vertice Euangelij, & Prophetarum, qui in terris corpore habitans, quaſi ſol fulget in cælo, ductus fui ad Deiformem præſentiam altiſſimæ Virginis, tantus me immenſus diuinus ſplendor circumfulſit exteriùs, & pleniùs irradiauit interiùs, tanta etiam in me omnium odoramentorū ſuperabundauit fragrantia, vt nec corpus infelix, nec ſpiritus poſſet totius, ac tantæ felicitatis inſignia ſuſtinere. Defecit cor meum, defecit ſpiritus meus tantæ gloriæ maieſtate oppreſſus. Teſtor, qui aderat in Virgine, Deum, ſi tua doctrina non me docuiſſet, hanc verum Deū eſſe credidiſſem, quoniam nulla videri poſſet maior gloria Beatorum, quam felicitas illa, quam ego infelix nunc, tunc verò feliciſſimus deguſtaui.

B. V. forma Dei. — Auguſtin.

Perpende epithetum illud *Deiformis*: hinc enim infertur, B. Virginem fuiſſe velut quoddam Dei ſimulacrum, quo viſo, Magi ad Filij adorationem, nulla interpoſita mora, procubuerunt. Quarè appoſitè eadem Virgo appellatur ab Auguſtino *Forma Dei*; ait enim: *Si formam Dei te appellem, digna exiſtis*. Sed ...

Obiectio.

Obijcies, diuinitatem Chriſti à Magis fuiſſe cognitam ab aſpectu diuini Infantis, cuius facies diuinitatis radios, & ſupremæ maieſtatis ſplendorem tunc emiſiſſe, maximè veriſimile eſt. Vndè quòd Matthæus reliquerit* ſtatim telonium, vt Chriſtum ſequeretur, tribuunt aliqui aſpectui ipſius Chriſti, multum ſupremi Numinis, & cælicæ virtutis iaculanti; ex quo illectus Matthæus, & ſuaui quodam impulſu coactus, Chriſti ſtatim aſſecla factus ſit. Ait enim S. Hieronymus in cap. 9. Matthæi: *Certè fulgor ipſe, & maieſtas diuinitatis occultæ, quæ etiam in humana Saluatoris facie relucebat, ex primo ad ſe videntes trahere poterat aſpectu*: & tom. 3. in epiſtola ad principium declarans illud Pſalm. 44. *Specioſus forma præ filijs hominum*: *Niſi habuiſſet*, inquit, *& in vultu quoddam ſydereum, numquam eum ſtatim ſequuti fuiſſent Apoſtoli, nec qui ad compræhendendum venerant, corruiſſent*.

D. Hieron.

Reſponſio.

Reſpondeo, nos non negare, imò certò aſſerere, ex aſpectu potiſſimùm diuini Infantis diuinitatem ipſius Magis innotuiſſe: ſed ſimul aſſerimus, ad eam diuinitatem copioſiùs, & certiùs quodammodò indicandam plurimum contuliſſe Virginis præſentiam, vtpote quæ veluti iubar diuinitatis effulgebat. Vndè rurſus S. Bonauentura in ſpeculo cap. 7. *Plena*, inquit, *eſt tota Maria relucente in ſe pleniſſimè diuina gloria*. B

D. Bonau.

Concl. ſec. B. V. cooperatrix, & mediatrix conuerſionis omnium gentiū. Cyrill. Alex.

*Dico ſecundò, dum Magi, qui erant typus gentium, Virgine interueniente, adduci dicuntur ab Euangeliſta ad verum Dei cultum, declarari, Virginem eſſe cooperatricem, & mediatricem conuerſionis omnium gentium. Fauet nobis Cyrill. Alex. homil. 5. in Neſtoriū, vbi talibus affatur Deiparā: *Per te omnis creatura idolorum errore detenta conuerſa eſt ad agnitionem veritatis, & fideles omnes ad ſanctum Baptiſma peruenerunt, atque in toto terrarum orbe conſtructæ ſunt Eccleſiæ; te adiutrice, gentes veniunt ad pœnitentiā*. Et S. Methodius in Hypopante: *Mariæ*, inquit, *virtute, & precibus penè innumeræ peccatorum conuerſiones fiunt*. Quibus adde eos Patres, qui illam tum Mediatricem ſalutis, vt D. Bernardus epiſt. 178. tum Mediatricem noſtram, vt D. Epiphanius homil. de laudibus Virginis, appellant. C

S. Method. — D. Bernard. — D. Epiphan.

Concl. tert. Quicqd Deo bonorū operi donamus, per manus Virginis offerendum.

Dico tertiò, ex eo, quòd Magi Infantulo Ieſu, Virgine interueniente, obtulerunt munera, nobis innui, per manus Mariæ eſſe offerendùm quidquid eleemoſynę, aut aliorum operū Deo donare volumus. Probatur: quòd enim, interueniente Matre, Chriſto oblata fuerint munera, patet, quia tunc ipſe Chriſtus, cùm in omnibus puerorum more ſe gereret, non poterat niſi per Virginem illa recipere: vt enim ait S. Leo ſerm. 4. de Epiphania: *Viderunt, & adorauerunt Puerum quantitate paruulum, alienæ opis indigum, fandi impotentem, & in nullo ab humanæ infantiæ generalitate diſſimilem*. Quòd verò ex hoc nobis innuatur, quod ſupra diximus, liquet, quia quæcumque de Chriſto, & Maria colliguntur ex ſacris paginis, noſtræ inſtructioni inſeruiunt. Hoc idem documentum tradit D. Bernardus ſerm. de aquæ ductu, vbi ait: *Quidquid illud eſt, quod offerre Deo paras, Mariæ commendare memento, vt eodem alueo ad largitorem gratiæ* D

S. Leo. — D. Bernard.

gratiæ gratia redeat, quo fluxit. Neque enim impotens erat Deus, & ſine hoc aquæ ductu infundere gratiam prout vellet: ſed ſibi vehiculum voluit prouidere: fortè enim manus tuæ, aut ſanguine plenæ, aut infectæ muneribus, quod non eas ab omni munere excuſſiſti. Ideoq; modicum illud, quod offerre deſideras, gratioſiſſimis illis omni acceptione digniſſimis Mariæ manibus offerendum tradere cura, ſi non vis ſuſtinere repulſam. Facit ad rem noſtram, quòd Virgo ſignificatur per illud thuribulum aureum, de quo in cap. Apocalypſis 8. *Stetit Angelus ante altare habens thuribulum aureum in manu ſua: & data ſunt ei incenſa multa, quæ ſunt orationes Sanctorum:* ſi ergo *incenſa*, id eſt orationes Sanctorum per thuribulum hoc aureum, ſcilicet per Virginem, Deo offeruntur, ſanè & quæcumque opera bona per eamdem Virginem ſunt offerenda. Et quòd Virgo dicatur thuribulum aureum, notat S. Ephrem ſerm. de laudibus Virginis, & Gregorius Nicomedienſis. Adde pro eodem argumento, quòd B. Virgo eſt liber vitæ, vt adnotat Hugo ſuper pſal. 39. his verbis: *Liber vitæ Beata Virgo, Eccleſiaſtici 24. Ego quaſi vitis fructificaui; & poſt hæc addit: Hæc omnia liber vitæ.* Liber etiam nuncupatur Virgo à S. Antonino p. 4. tit. 15. cap 5. *Dicitur*, inquit, *Beata Virgo Maria liber, quia continuit in ſe diuinam Sapientiam, id eſt Filium Dei, de quo libro dicitur Iſaiæ 8. Sume tibi librum grandem, & ſcribe in eo ſtylo hominis. Liber iſte grandis fuit B. Maria: fuit grandis, quia continuit diuinam Sapientiam, cuius non eſt numerus. Scriptor huius libri fuit optimus, quoniam Spiritus Sanctus, qui omnium eſt artifex, habens omnem ſcientiam.* Eodem modo loquitur Epiphanius 1. contra hæreſes ſerm. 2. Hoc poſito, ſcribamus nos opera noſtra in hoc libro vitæ: etenim huic libro inſcripta gratiora fient Deo, qui hunc librum, in quo ipſe ſtylo hominis fuit inſcriptus, beneuolo ſemper vultu intuetur. Quòd ſi verum eſt, litteras, licèt aureas, chartis, membraniſq; cedere, vt tradunt Iuriſperiti, Inſtitut. de rerum diuiſione §. *littera*, vbi dicitur: *Litteræ quoque, licèt aureæ ſint, perinde chartis, membraniſq; cedunt, ac ſolo cedere ſolent ea, quæ inædificantur;* (quod eò magis militat, quò charta pretioſior eſt, quàm ſcriptura, vt notat Iacobus Myſingerus in citatum locum Inſtitutæ) certè, dum opera noſtra in hoc pretioſiſſimo libro vitæ, & in hac charta diuiniſſima (ita enim appellatur Virgo à S. Ephrem orat. de laudibus Mariæ) inſcripta fuerint, fient quodammodò ipſius Virginis: vnde ſic digni-

Apocal.

G. Ariſſa.

S. Ephrem.
Greg. Nicomed.
Hugo.

D. Antonin.

D. Epiphan.

Inſtituta.

Iacobus Myſingerus.

S. Ephrem.

A ficata quomodo illa Deus non magnificiet? Imò exultet, qui opera ſua tali in libro conſcripſit: ex hoc enim quamdam ſibi prædeſtinationis arrham polliceri poteſt. Sicut enim neminem ſolet Deus delere de libro vitæ, cùm nihil aliud ſit liber vitæ, quàm præordinatio electorum ad gloriam in mente Dei; quæ numquam poteſt eſſe irrita: ita, cùm voluerit ipſe Deus, Virginem per ſuos Sanctos appellari librum vitæ, dicere poſſumus, quòd nihil in huiuſmodi libro conſcriptum ſit Deus ipſe deleturus. Quòd verò deuotio erga B. Virginem ſit ſignum prædeſtinationis, latiùs proſequemur tom. 2.

Collige primò ex eo, quòd Beata Vir-
B go, vt diximus in ſecunda concluſione, altiſſimum munus Mediatricis inter Deū, & homines in humili ſtabillo exercuit, admirabilem ipſius humilitatem, & perfectum animi cum Filio conformitatem. Ex quo nos pia perfectionis Magiſtra voluit edocere, numquam, licèt in ſtatu quantumcumque excelſo, ab humilitate eſſe recedendum, & ſingulas noſtras actiones diuinæ voluntati, tamquam primæ regulæ, conformandas.

Humilitas Virginis admirabilis, & perfecta animi cum Filio conformitas.

Collige ſecundò, ratione muneris Mediatricis, quod ex diuina præordinatione in Magorum aduentu exercuit Deipara, immunitatem à peccato originali illi maximè conueniſſe. Sicut enim Chriſtus,
C quia fuit Mediator noſter, debuit eſſe omninò *Sanctus, innocens, impollutus, & ſegregatus à peccatoribus*, vt ait Apoſtolus ad Hebr. 7. ita Virgo, quæ in huiuſmodi mediationis conſortium ex priuilegio fuit aſſumpta, debuit, quantum fieri poſſet, ſimillima eſſe Chriſto Filio Mediatori, & conſequenter Sancta per gratiam ſanctificantem, excludentem omne peccatum mortale; innocens, id eſt aliena ab omni vel leuiſſimo veniali piaculo; impolluta, & à peccatoribus ſegregata, id eſt non incluſa in communi illa, & infecta humanæ propaginis maſſa. Cuius ſimilitudinis inter Chriſtum, & Matrem, typum habemus Geneſ. 2. vbi Deus, creato
D Adamo, pergens ad creationem Euæ dixit: *Faciamus ei adiutorium ſimile ſibi:* ſicut enim in primo Adamo figuratus fuit Chriſtus, vt docent Patres, ita in Eua adumbrata eſt Deipara: *Faciamus ergo adiutorium ſimile ſibi*, hoc eſt Virginem in mediationis inter Deum, & homines adiutorium demus Chriſto, ſed & ex ſingulari priuilegio *ſimile ſibi*, vt ſupra diximus.

B.V. ab originario lapſu probatur immunis.

Ad Hebr.

Geneſ.

QVAESTIO III.

Vtrùm Beata Virgo in myſterijs Fidei inſtruxerit Magos.

NOTANDVM, omninò credibile eſſe, Magos cũ Deipara habuiſſe colloquia, illi enarrantes, tùm de ſtella, quam viderant, tum de his, quæ ſibi Hieroſolymæ acciderant, & cæteris eiuſmodi.

Notandum ſecundò, myſterium Incarnationis non poſſe completè cognoſci, niſi cognito myſterio Trinitatis. Cùm enim Filius Dei incarnatus ſit, non poteſt hic cognoſci, niſi cognoſcatur Pater, à quo eſt genitus. Rurſùs, cùm Filius Dei humanam carnem ex Virgine Spiritus Sancti ope ſumpſerit, patet, quòd completè Chriſti Incarnatio cognoſci nequit, niſi ſimul Spiritus Sanctus cognoſcatur. Dico completè, nam, ſi aliquis cognoſceret, Chriſtum fuiſſe conceptum, & natum ex Virgine ſine opera viri, cooperante Deo, cognoſceret quidem quod per ſe attinet ad Incarnationem Filij, non tamen completè cognoſceret quò ad illam circumſtantiam, quòd, ſcilicet, fuerit conceptus ex Spiritu Sancto.

Concl. prim. affirmatiua.

Dico primò, veriſimilimum eſſe, Magos completè de Chriſti Incarnatione, atque adeò de myſterio Sanctiſſimæ Trinitatis à Deipara fuiſſe inſtructos. Probatur primò auctoritate eorũ Patrum, qui aiunt, per Virginem innotuiſſe Sanctiſſimã Trinitatem. Greg. Thaumat. Ita enim Gregor. Thaumaturg. orat. dè S. Annunciatione his verbis: *Per te, ò B. Virgo Deipara, ſubſtantialis Trinitas mundo innotuit*: Cyrill. Alex. & S. Cyrillus Alexand. homil. contra Neſtorium: *Per te, ò Maria, tota Trinitas ſanctificatur*. Inter alios .n. ſenſus harum ſententiarum hic habere poteſt locum, quòd, nimirum, ipſa Virgo Magis, qui fuerunt credentium primitiæ, in completa Verbi incarnati explicatione Sanctiſſ. Trinitatem indicauerit. Probatur ſecundò ratione; maximè decebat, vt ſic inſtruerentur Magi: ſed, ſpectato diuinæ prouidentiæ ordine, per Virginẽ Deiparam appoſitè talem inſtructionem aſſequi poterant; ergo iure optimo aſſerimus, ſic fuiſſe inſtructos. Maior probatur: facienti quod in ſe eſt ex auxilio gratiæ Deus non denegat gratiam, vt communiter aſſerunt Theologi: ſed Magi quantum A in ſe fuit ex auxilio gratiæ fecerunt, vt Chriſti incarnati cognitionem completã aſſequerentur (diuinæ enim inſpirationi, & ſtellæ ductrici obtemperantes, longiſſimo, & laborioſiſſimo arrepto itinere, non quieuerunt, etiam cum capitis ſui periculo illum Hieroſolymæ exquirentes, donec inuenerunt); ergo maximè conueniebat, vt de tali Incarnatione, & cõſequenter de myſterio Sanctiſſimæ Trinitatis inſtruerentur. Adde quòd, cùm Magi eſſent ſapientes, illis maximè congruebat completa notitia Chriſti incarnati, vt, quoties occaſio ſe obtuliſſet, in aliorum vtilitatẽ ſapienter id promulgarent. Probatur minor, quòd, ſcilicet, Magi potuerunt B appoſitè inſtrui à Virgine de ſupradictis, quia ipſa erat electa ad hoc, vt eſſet Illuminatrix, & Magiſtra, vt patet ex ipſo nomine Mariæ. Vndè D. Anſelmus lib. de Excellentia Virginis cap. 7. (D. Anſelm.) *Licèt*, inquit, *ipſi Apoſtoli per reuelationem Spiritus Sancti edocti fuerint in omnem veritatem, incomparabiliter tamen eminentiùs, & manifeſtiùs ipſa* (ſcilicet Maria) *per eum Spiritum veritatis illius profunditatem intelligebat: & per hoc multa eis per hanc reuelabantur*: & Rupertus Abbas in Cantic. (Rupertus.) cap. 1. *Horum diſcernendorum vtique magiſtram te eſſe oportebit, ò Beata Virgo, & Magiſtram magiſtrorum, ideſt Apoſtolorum, iuxta illud: Fons hortorum, puteus aquarum* C *viuentium, quæ fluunt impetu de Libano. An, quia Spiritus Sanctus illos docuit, idcircò tuæ vocis magiſterio non illis opus fuit? Imò vox tua vox illis fuit Spiritus Sancti. Quidquid ſupplementi opus erat eiſdem mortalibus, vel teſtimonij ad confirmandum ſingulorum ſenſus, quos acceperant ab eodem Spiritu diuidente ſingulis prout vult, ex religioſo ore tuo perceperunt inſtructo ad loquendum*. Si ergo Deipara quandoquè Apoſtolos veluti ex officio magiſtræ inſtruebat, cur non etiam dicemus, appoſitè etiam ab ea iuxta diuinæ prouidentiæ ordinem potuiſſe inſtrui Magos, vtpotè qui primitiæ erant fidelium? Hinc à Cyrillo Alexandrino (Cyrill. Alex.) D homil. 6. contra Neſtorium ritè appellatur ipſa Virgo *Eccleſiæ fundatrix*; (B.V. Eccleſiæ fundatrix.) & à Ruperto lib. de operibus Spiritus Sancti *ſanctæ religionis Magiſtra*. (Rupertus.)

Concl. ſec.

Dico ſecundò, etiam credibile eſſe, à Beata Virgine inſtructos fuiſſe Magos de alijs myſterijs, vt de Chriſti morte futura, de triumphali Reſurrectione, Aſcenſione, &c. Probatur, quia, cùm ipſa optimè nouiſſet diuino inſtructa lumine omnia, quæ de Chriſto ex diuina præordinatione futura erant, veriſimile eſt, de ſupradictis docuiſſe Magos. An-

tecedens

tecedens probatur auctoritate Patrum;
D. Auguſtin. Auguſtini ſerm. de Natiuitate, vbi: *Re-
cole*, inquit, *Maria*, *propheticam lectio-
nem; nec enim te ſcientia poteſt diuino-
rum præterire librorum, quæ ipſam ple-
nitudinem paritura es Prophetarum*. Et
D. Bernard. Diui Bernardi homil. 4. ſuper *Miſſus eſt*:
*Decuit, vt ab Angelo potiùs, quam ab ho-
mine myſterium diſceret, nè Mater a con-
ſilijs Filij aliena videretur, & vt ipſa re-
rum tempus, & ordinem meliùs tenens
ſcriptoribus, & prædicatoribus Euangelij
reſeraret veritatem, quæ & plenè de om-
nibus a principio cælitùs fuerat inſtructa
myſterijs*. (Plura de hoc argumento di-
ximus ſupra in cap. de Annunciatione.)
Conſequentia probatur, quia, cùm illa
eſſent annexa dominicæ Incarnationi, &
ad exaltationem Filij Dei plurimum con-
ferentia, ex quorum cognitione Magi in
fide roborabantur, & plurimum mereri
poterant, poſtulare videbatur charitas
Beatæ Virginis, tum erga Deum, tum
erga proximum, quæ in vtrumque erat
eminentiſſima, vt quod, & ad Filij glo-
riam, & Magorum vtilitatem maximè
conduceret, non ſubtraheret.

Quàm nobile populos ſacræ Fidei rudimentis imbuere.
Collige quàm nobile opus ſit populos
ſacræ Fidei rudimentis imbuere, quod
Beata Virgo prima in Magis voluit exer-
cere: vnde iuſtè gloriari poſſunt ij, quo-
rum inſtitutum hoc tam ſublime reſpicit
magiſterium.

QVAESTIO IV.

Vtrùm Beata Virgo pauperibus diſtribuerit munera à Magis oblata.

Affirmatur.
DICO, probabiliſſimum
eſſe, Beatam Virginem
in pauperes diſtribuiſſe
munera Chriſto à Magis
D. Bonauent. Abulenſ. Pelbartus.
oblata. Ita Diuus Bona-
uentura de vita Chriſti
cap. 9. Abulenſis ſuper Matth. 2. quæſt.
47. Pelbartus in ſuo ſtellario lib. 3. 1. par.
art. 2. vbi ſic loquitur: *Omnia illa a Ma-
gis oblata regia munera pauperibus iam
erogauerat* (ſcilicet Maria) *ante iſtud
tempus purificationis*. Idem alij. Probari
poteſt primò, quia decebat, vt ea, quæ
orbi in typum perfectionis proponeba-
tur, ſuo exemplo eleemoſynam com-
mendaret. Probatur ſecundò, quia non
eſt exiſtimandum, Beatam Virginem re-
A gia apud ſe munera voluiſſe detinere,
cui pretioſior erat diuitijs omnibus pau-
pertas. Vndè in ipſo etiam Magorum
aduentu, vt in alijs, voluit reperiri pau-
perrima, vt ait Diuus Chryſoſtomus, ſeu D. Chryſoſt.
Auctor imperfecti in cap. 2. Matth. *Ma-
trem eius* (ideſt Deiparam) *vix tunicam
vnam habentem, non ad ornatum corporis,
ſed ad tegumentum nuditatis, inuenerunt
Magi*. Sed

Obijcies primò: eleemoſyna non fie- Pri. Obiectio.
ri debet de alienis iuxta illud Prouerb. 3. Prouerb.
Honora Deum de tua ſubſtantia. Et ra-
tio eſt quia fit iniuria proprio domino
(cuius proprium eſt ſua diſpenſare) ſi
eleemoſyna de alienis erogetur: ſed Chri-
B ſto, & non Matri oblata fuerant munera,
vt patet ex Euangelio; ergo, &c.

Reſpondeo, omnia Chriſti Filij ex eius Reſponſio.
conſenſu fuiſſe communia cum Matre,
vt patet ex ijs, quæ ſupra diximus in
cap. de Annunciatione, & rursùs in cap.
de Virgine Chriſtum parturiente. Adde
quòd Beata Virgo ſciebat, Chriſtum in
mundum veniſſe, vt ſuo exemplo ad ter-
renarum diuitiarum contemptum homi-
nes excitaret: &, cùm eadem Virgo noſ-
ſet, Filium ſuum eſſe paupertatis amantiſ-
ſimum, putauit rem acceptiſſimam fore
Filio, ſi illa, quæ à Magis acceperat,
non retineret, ſed in pauperes potiùs
erogaret. Dici etiam poteſt, quòd Bea-
C ta Virgo diuino afflata Spiritu, cùm op-
timè præuideret, quòd Chriſtus dicturus
erat in Euangelio Matth. 25. *Quamdiù* Matth.
*feciſtis vni ex his fratribus meis minimis,
mihi feciſtis*, non exiſtimauerit, ſe ali-
quid auferre Chriſto, quod pauperibus
largiretur.

Obijcies ſecundò: Beata Virgo indi- Obiectio ſecunda.
guit dictis muneribus, tùm ad ea coe-
menda, quæ die Purificationis templo
offerenda erant, & ſiclos pro Filij re-
demptione, prout moris erat, perſol-
uendos; tum etiam ad iter in Aegyptum,
cuius præſcia erat, vt infra dicemus, ſu-
ſcipiendum, & ad congruentem ſuſtenta-
tionem, quamdiù in Aegypto erat com-
D morandum: ergo, cùm in omnibus pru-
dentiſſimè ſe gereret, debuit ſibi illa re-
tinere.

Reſpondeo, dicta munera magni fuiſ- Solutio.
ſe momenti, vt innuit Euangeliſta: *Aper-
tis theſauris, &c.* vtque poſtulaſſe vide-
tur tum regia Magorum liberalitas, tum
dignitas Regum Regis, cui offerenda
erant. Quare, ſi aliquo Virgo indiguit,
quod à S. Ioſeph commodè ſubminiſtrari
non poſſet, veriſimile eſt, aliquam eo-
rum munerum portiunculam ab ipſa id-
circò fuiſſe retentam.

Collige

B.V. prima, quæ docuit, pauperes loco Chriſti eſſe ſubſtitutos.

Collige primò, Virginem primam fuiſſe, quæ nos edocuerit, pauperes loco Chriſti eſſe ſubſtitutos, dum eadem, quæ Chriſto oblata fuerant, in pauperes erogauit.

Arguũtur diuites eleemoſynas de ſuperfluis erogare renuentes.

Collige ſecundò, quantùm erubeſcere debeant diuites, qui de ſuperfluis renuunt eleemoſynam pauperibus elargiri; dum cernunt Deiparam nihil apud ſe de oblatis Chriſto muneribus præter ea fortaſsè, quibus maximè indigebat, retinentem. Adde obiter, quòd ijdem diuites, vt communiter docent Theologi, tenentur, non ſolùm quando indigens laborat extrema neceſſitate, ſed etiam in ordinarijs neceſſitatibus pauperum, dare eleemoſynam, ſi habent ſuperflua; primò quia præceptum eleemoſynæ directè eſt de ſuperfluis, Lucæ 7. *Qui habet duas tunicas, &c. & qui eſcas habet, ſimiliter faciat*. Vide Hieronymum in epiſt. ad Helidiam ſuper illud Lucæ 11. Luc.

A *Quod ſupereſt date eleemoſynam*. Secundæ ad Timotheum vltimo: *Diuitibus huius ſæculi præcipe facilè tribuere*, ſcilicet quæ ſuperant. Item Scriptura indicat, ſubueniendum proximo indigenti extra neceſſitatem extremam, Exod. 23. Et diues ille, Lucæ 11. habens multa repoſita caſtigatus eſt proxima nocte, &c. Secundò quia, cùm eſſent primitùs hæc bona communia, malè facta eſſet diuiſio, & nimiùm detrimentoſa, ſi non eſſent hæc mutua officia charitatis, & futurum erat, vt aliqui egerent neceſſarijs. Prætereà læditur charitas, & amicitia, contemnendo neceſſitatem proximi, licèt non extremam. Ad Timot. Exod. Luc. B

CAPVT

CAPVT DECIMVMQVARTVM.

DE VIRGINE PRO PVRIFICATIONIS, & Præſentationis legibus adimplendis ad Templum Hieroſolymitanum accedente.

QVAESTIO PRIMA.

Vtrùm Beata Virgo teneretur legem purificationis ſeruare.

Abulenſis, Oleaſter, Ianſenius, Caietanus.

ABVLENSIS exiſtimat, B. Virginẽ fuiſſe compræhenſam in lege Purificationis lata Leuitic. 12. quam infra referemus. Sequũtur Oleaſter in Leuit. & Ianſen. c. 10. concordiæ; & inclinat etiam Caiet. ſuper Leuit. Rationes autem, quibus innititur Abulenſis in cit. locum Leuitici, hæ ſunt. Primò quia ſupponit, quòd Virgini excurreret ſanguinis fluxus, ex quo capite remanebant fœminæ immundæ, & purificationis indigæ, vt patet ex c. 15. Leuit. Secundò dicit, quòd Virgo non poterat probare, ſe concepiſſe de Spiritu Sancto, quia fœminæ naturaliter concipiunt, ſuſcepto ſemine. Tertiò, ſi particula illa legis, *mulier, ſi ſuſcepto ſemine*, poſita fuiſſet ad Virginem excipiendam, ipſa tentaſſet immunis eſſe à lege purificationis: ſed non tentauit; ergo, &c. Alioquin remanſiſſet inutilis iſta exemptio: *Neque dicas*, inquit, *ideo non ceſſaſſe Virginem, quia non potuiſſet probare ſe concepiſſe ex Spiritu Sancto; nam Deus in teſtimonium huius rei aliquod miraculum feciſſet, ſicut etiam in alijs rebus minoris momenti. Quartò, ſi Beata Virgo eximenda eſſet ab hac lege communi, hoc eſſet, quia illa lex eſſet lex alicuius peccati, ſicut illa lex, quòd omnes, qui naſcantur ex propagine ſeminis, naſcantur cum peccato originali; aut eſſet lex aliqua, quæ præſuppone-* A *ret peccatum, ſicut, ſi in aliqua lege induceretur aliqua pœna propter aliquod peccatum, ab illa conueniens eſſet B. Virginem liberari: ſed iſta lex, quæ eſt de purificatione poſt partum, continet actum virtutis, ſcilicet latriæ, & non præſupponit aliquod peccatum, quia ex eo, quòd aliqua mulier concepit, & purificatur, non peccat; ideò non oportebat, vt ab hac lege Virgo benedicta eximeretur.* Præterea contendit, illam particulam, *ſi ſuſcepto ſemine*, non fuiſſe poſitam ad aliquid ſignificandum, ſed ex ſuperabundantia per figuram, quæ pleo- B naſmus appellatur, ſicut dicitur, locutus eſt ore, oculis vidit, &c.

Notandum primò in cap. 12. Leuit. hæc haberi: *Mulier, ſi, ſuſcepto ſemine, pepererit maſculum, immunda erit ſeptem diebus, iuxta dies ſeparationis menſtruæ; & die octauo circũcidetur infantulus: ipſa verò triginta tribus diebus manebit in ſanguine purificationis ſuæ*: & infra: *Cùmq; expleti fuerint dies purificationis ſuæ, pro filio, ſiuè pro filia, deferet agnũ anniculum in holocauſtum, & pullum columbæ, ſiue turturem pro peccato*: & in eodem etiam cap. ſubditur: C *Quòd ſi non inuenerit manus eius, nec potuerit offerre agnum, ſumet duos turtures, vel duos pullos columbarum, vnum in holocauſtum, & alterum pro peccato, orabitq; pro ea Sacerdos, & ſic mundabitur.* Leuit.

Notandum ſecundò ex Eſychio, & Procopio, quòd tanto temporis ſpatio impura cenſebatur mulier, quanto in aluo materno formatur embrio, & animatur; qua- Eſychius. Procopius.

quadrageſimo autem die maſculinus fœtus anima informatur, fœmineus verò octoageſimo: eo verò momento, quo anima à Deo creata fœtui infunditur, macula originali inficitur. Quarè videtur quodammodò mater cooperari peccato originali, quatenus diſponit materiam, & organizationem, qua peracta, anima creatur, & tunc peccatum originale contrahitur. Tam ingens ergo malum eſt hoc peccatum originale, vt mulier ipſa, quæ etiam remotè, per accidens, & naturaliter illius contractioni cooperatur, ob talem tantùm cooperationem cêſeatur impura, atque adeò indiga purificationis.

D. Auguſt.

Quo in ſenſu explicari poteſt D. Auguſtin. q. 40. ſuper Leuit. vbi dicit, purificationis legem latam eſſe ob originale, quod ab infante in vtero materno contrahitur.

Origenes.

Innuit hoc idem Origen. in Leuit. homil. 8. his verbis: *Vnde & pro purificatione ſua iubetur offerre pullos columbinos, aut turtures pro peccato ad oſtium tabernaculi teſtimonij, vt repropitiet pro ipſa Sacerdos, quaſi quæ repropitiationē debeat, & purificationem peccati pro eo, quòd naſcenti in hoc mūdo homini miniſterium præbuit.* Quibus notatis,

Concluſ. negatiua.

Dico cum communi, & vera ſententia, Deiparam non fuiſſe obnoxiam præallatæ legi Purificationis. Inſinuauit hoc Spiritus Sanctus, dum ipſam Virginem laudans in

Cantic.

Cant. dixit: *Quam pulchri ſunt greſſus tui in calceamentis, Filia Principis!* Calceamenta enim ſigna ſunt libertatis; vndè Deus mandauit Hebræis, vt cum calceamentis in pedibus, tamquam libertatis indicibus, feſtum Paſchatis celebrarent in memoriam libertatis, qua donati fuerunt in eductione ab Aegypto (de qua ſignificatione vide Pratum in Ezechiel. cap. 16.) Laudauit ergo Virginem Spiritus Sanctus prædictis verbis eo, quòd liberè, & ſpontè, nullaq; obſtricta lege ad Templū, quod lex præcipiebat executura, progrederetur. Probatur primò auctoritate Patrum dicentium, B. Virginem ex vi verborum legis Leuitici: *Mulier, ſi, ſuſcepto ſemine, &c.* fuiſſe exceptā à dicta lege.

Theophilat.

Theophilatus Lucæ 2. *Benè,* ait, *dixit, ſecundum legem Moyſi: nam ſecundùm veritatē nulla neceſſitate adſtringebatur.*

Bernard.

Bernardus ſer. 3. de Purificat. *Quis,* inquit, *non aduertat, ipſo huius ſententiæ initio Matrem Domini liberam ab hoc præcepto? Putas enim, quia dicens Moyſes, mulierem, quæ peperiſſet filium, immundam eſſe, non timuerit ſuper Matre Domini blaſphemiæ crimen incurrere, & idcircò præmiſerit, ſi ſuſcepto ſemine? Alioquin, niſi parituram præuidiſſet ſine ſemine Virginem, quæ neceſſitas erat de ſuſcepto ſemine fieri mentionem?*

Cyrill. Alex.

Cyrillus Alexandrinus ſuper Leuit. lib. 8. *Conſideremus,* ait, *ſecundum hiſtoriam, ſi non videtur quaſi ex ſuperfluo additum: Mulier, quæ ſuſcepit ſemen, & peperit maſculum. Sed non ex ſuperfluo additur: ad diſcretionē namq; illius, quæ ſine ſemine concepit, & peperit, iſtum ſermonem pro cæteris mulieribus Legiſlator adiecit.*

Euſeb. Emiſſ.

Euſebius Emiſſenus de Purificatione Mariæ: *Scriptum eſt in lege Moyſi, quòd Mulier, quæ, ſuſcepto ſemine, peperit maſculum, immunda erit. Hac lege Beata Virgo non tenetur, quæ, nullo ſuſcepto ſemine, Virgo concepit, Virgo peperit; ad cuius diſtinctionem Moyſes non dixit: Mulier, quæ pepererit maſculum, ſed cum additamento, quæ, ſuſcepto ſemine.*

Origenes.

Origenes homil. 4. in Leuit. *Non de ſuperfluo addit Legiſlator, mulier, ſi conceperit ſemen, & pepererit filium; ſed exceptionem poſuit, quæ ſolam illam mulierem à reliquis mulieribus ſegregaret, cuius partus non ex ceptione ſeminis, ſed ex præſentia Spiritus Sancti, & virtute Altiſſimi fuerit.*

Ildephonſus. Chryſoſt. Euthymius, Titus, Aymon, Laur. Iuſtin. Paulus Burgenſ. Lyranus, Hugo, Raban.

Ita ſentiunt etiam S. Ildephonſus ſerm. de Purificatione Mariæ, D. Chryſoſtomus orat. de occurſu Domini, Euthymius ſuper Lucam cap. 2. Titus, & Aymon ibidem, Laurentius Iuſtinianus in feſto Purificationis, Paulus Burgenſ. ſuper c. 12. Leuit. Lyranus, & Card. Hugo ibidem, Raban. de Cleric. inſtitutione c. 3. Confirmatur ex doctrina communi, quòd verba in lege ſunt perpendenda, & accipienda in ſua propria ſignificatione, & non eſt facienda extenſio vltra proprietatem verborum, niſi hoc manifeſtè colligatur ex mente Legiſlatoris,

L. aliter de legatis.

l. *aliter* ff. de legatis vbi dicitur: *Non aliter à ſignificatione verborum eius recedi, quàm cum manifeſtum eſt, aliud ſenſiſſe.* Quòd ſi verum hoc eſt de teſtatore, de quo lex illa loquitur, multò magis erit verum de Legiſlatoris verbis: vndè

l. prima.

in l. prima §. *ſi is, qui nauem* ff. de exercitatoria actione dicitur, in dubijs non eſſe recedendum à verbis edicti. Quo poſito, in dicta lege Leuit. 12. ſecundùm proprietatem verborum poteſt excipi B. Virgo eo, quòd, non ſuſcepto ſemine, peperit; ergo de facto excipiēda eſt.

Obiectio.

Neque dicas, in Hebræo textu eſſe vocem תזריע thazriaugh, quæ non ſolùm ſignificat ſemen ſuſcipere, ſed etiam prolem gignere, aut ſemnificare; ergo ſecundùm proprietatem verborum non excipi B. Virginem.

Reſponſio. Toletus.

Nam contra eſt primò, quòd, vt adnotat Card. Toletus, Hebræi omnes vertunt: *Quæ, effuſo ſuſcepto ſemine, conceperit.*

Septuaginta Interp.

Secundò Septuaginta, qui optimè verſati erant in lingua hebraica, verterunt ſic: *Mulier, ſi ſeminata fuerit.*

Trid.

Tertiò noſtra vulgata, quæ iuxta decretū Concil. Trid. omnibus

eſt

Digitized by Google

eſt præferenda, habet, vt ſupra diximus: *Mulier, ſi, ſuſcepto ſemine*, non autem mulier, ſi ſemen fecerit, ſeu ſemnificauerit. Quare, quicquid ſit de illa voce תזריע, certum eſt, quòd dicta lex Leuit. ſecundùm proprietatem verborum intelligi debet de muliere, quæ prolem fecerit de ſuſcepto ſemine: ergo ſecundùm proprietatem verborum Beata Virgo excipitur. Probatur ſecundò quòd Virgo non tenetur ad purificationem ex Reuel. S. Brigittæ lib. 6. cap. 57. vbi Maria ſic loquitur: *Filia mea. ſcias, quòd ego non indigebam purificatione, ſicut aliæ fœminæ, quia Filius meus, qui natus eſt ex me, ipſe mundauit me, nec ego aliquam quantumcumque minimam maculam contraxi*. Probatur tertiò auctoritate Patrum & communi recentiorũ Theologorũ conſenſu ſequentium D. Thomam 3. p. q. 37. art. 4. & abſolutè dicentiũ, B. Virginem non tentam fuiſſe ad purificationem. Guaricus Abbas ſerm. 1. de Purificat. *Quid*, inquit, *in ea purificandum eſſe potuit, quæ Virgo concepit, Virgo peperit, Virgo permanſit; imò quæ ipſo conceptu plenè purificata fuit? Quid, inquam, mundandum habebat conceptus ille, qui ſolus facere poteſt mundum de immundo conceptum ſemine? qui fontem, quo immundus purificatur, edidit, fontem domus Dauid, qui hodie patet indefeſſèq; ſcatet in ablutionem peccatoris, & menſtruatæ?* Omitto cæteros breuitatis cauſa. Probatur quartò rationibus. Et primò, ſi lex illa purificationis lata erat, vt ſupra vidimus ex Diuo Auguſtino, ob originale peccatum, quid clarius eſſe poteſt, quàm Virginem, quæ & concepta fuerat, & conceperat abſque vlla labe originaria, tali purificationis lege non fuiſſe obſtrictam? imò, ſi, vt ſupra vidimus, mulier tenebatur ad purificationem eò, quòd, cùm in vtero ſuo embrionẽ diſponeret tendentem ad contractionem peccati originalis in fœtu, ipſa etiam aliquo modo per ipſius peccati transfuſionẽ coinquinabatur; B. Virgo debebat ab omni purificatione eximi, quæ, cùm fœtum puritatis fontem concepiſſet, per puritatis transfuſionem purior, quàm anteà, facta fuerat. Secundò in ea lege dicitur: *Omne ſanctum non tanget*: ſed Virgo realiter Sanctum ſanctorum tangebat, dum Chriſtum pannis inuoluebat, & lacte nutriebat (vndè egregiè Euſebius Emiſſenus: *Non enim*, inquit, *de ea dictum fuerat: Omne ſanctum non tanget; quæ ipſum Sanctum Sanctorum in gremio tenebat, ſinu fouebat, & virgineo lacte nutriebat*); ergo, &c. Adde quòd non ſolùm Virgo tangebat Sanctum ſanctorum, ſed idem aliquo modo erat cum eo ratione maternitatis: nam, vt Ariſt. 8. Ethic. *Filij à parentibus ſunt veluti alteri ipſi inſeparati*: & in iure eadem patris, ac filij vox eſt, l. finali C. impub. Vnum inſuper corpus, & vna caro cenſentur filij, ac parentes §. *ſi verò* de inutilibus ſtipulationibus. Tertiò lex purificationis dirigebatur ad expiandas ſordes puerperij, vt patet ex illis verbis textus: *Orabitq; pro ea Sacerdos, & ſic mundabitur à profluuio ſanguinis*: ſed Beata Virgo Chriſtum peperit abſque vllis huiuſmodi ſordibus, vt ſupra videre eſt in cap. de Virgine Chriſtum parturiente; ergo, &c. Quartò, ſi idcircò mulier, quadraginta diebus exactis, obligabatur ad purificationem, quia quadraginta diebus embrionem diſpoſuerat ad fœtus animationem, in qua contrahebatur peccatum originale, vt ſupra diximus, quomodò in B. Virgine habere poterat locum huiuſmodi obligatio, quæ Chriſtum momento conceperat?

Margin: Reuel. S. Brigittæ. — Guaricus Abb. — Euſeb. Emiſſ. — Ariſtot. — l. finalis C. impub.

Supereſt, vt reſpondeamus rationibus Abulenſis à tuta Patrum via declinantis.

Margin: Reſpondetur rationibus Abulenſis.

Ad primam igitur patet reſponſio ex dictis in c. de Virgine Chriſtum parturiẽte: nullo enim excrementitio ſanguine Virginem in partu fuiſſe maculatam, ibi probauimus. Vndè egregiè D. Auguſt. lib. de quinque legibus cap. 5. *Stulte*, ait, *vnde ſordes in Virgine Matre, vbi non eſt concubitus cum homine patre? Vnde ſordes in ea, quæ, nec concipiendo libidinem, nec pariendo eſt perpeſſa dolorem? Vnde ſordes in domo, ad quam nullus hoſpes acceſſerit?* S. Eligius de Purificatione B. Virginis: *Nequaquam*, inquit, *immunda iudicatur, quæ, Sancto Spiritu obumbrante, totius munditiæ, & ſanctitatis Auctorem genuiſſe probatur*. Et S. Ildephonſus lib. de virginitate Mariæ: *Et hæc eſt completio dierum ſecundùm conſuetudinem legis, & non ſecundùm neceſſitatem purificationis, quia Virgo Beata, & intemerata Virginitas, immaculata, & incorrupta permanſit, nullis coinquinata ſordibus*: & paulò poſt ſubdit: *Et ideo alia erit expurgatio illa fœminarum, in qua purgabantur non minùs delicta animarum, quàm vitia corporum; & alia purgatio Mariæ, in qua non eſt aliud, quàm pro myſterio conſuetudo legis, quia nullis egebat purgamentis, quæ Dominum de ſe omnium purificatorem genuit incarnatum*.

Margin: D. Auguſtin. — D. Eligius. — D. Ildephon.

Ad ſecundam reſpondeo, negandum eſſe, Beatam Virginem non potuiſſe probare ſe ope Spiritus Sancti concepiſſe. Hoc enim facere poterat per explicationem Prophetarum, per teſtimonium Ioſeph, per publicum Magorum aduentum, & cætera, quæ apparuerant, miracula; per impetrationem à Deo noui miraculi in confirmationem huius veritatis, & alijs

modis. Adde quòd, dato, & non conceſſo, A quòd Beata Virgo hoc non potuiſſet probare, nihil aliud inferri poteſt, quàm Virginem per accidens tantùm ad euitandum ſcandalum, non autem ex vi legis, debuiſſe ad Templum pro purificatione accedere.

Ad tertiam dico, ideò Beatam Virginem non tentaſſe immunem eſſe à purificatione, non quia teneretur, ſed vt humilitatem in eo actu, aliosq; virtutis actus exerceret, ſicut & Chriſtus voluit circuncidi, licèt non teneretur. Quod ipſa Virgo agens de immunitate ſua à purificatione reuelauit S. Brigittæ lib. 6. c. 57. his verbis: *Totum, quod erat humilitatis, diligebam*. Alias rationes, ob quas accedere B voluit Virgo ad purificationem, ſubijciemus quæſt. ſequenti.

Ad quartam, negandum eſt, legem purificationis non ſupponere peccatum, vt patet ex ſecundo notando: lege quæ ibi diximus.

Ad quintam reſpondeo, eiuſmodi pleonaſmos non habere locum in legibus, vtpotè quæ debeant eſſe breues, atque adeo nō redundare ſuperabundantibus verbis. Quod multò magis dicendum eſt in hac lege, quæ æternam, & infinitam Dei Sapientiam habuit legiſlatricem. Sanè, ſi ſcribere licet, quod ſentio, miror eorum licentiam, qui id, quod Patres diuino illuſtrati lumine Prophetiam vnanimi con- C ſenſu agnouerunt, auſi ſunt dicere pleonaſmum. Sed

Digna ne ſit aliqua nota opinio aduerſa.

Quæres, vtrùm ſit digna aliqua nota opinio, quæ affirmat, B. Virginem verbis legis de purificatione fuiſſe comprehenſam.

Cenſeri poſſet ab aliquo temeraria, quia, cùm Patres vniformi ſententia particulam illam in lege Leuit. *Mulier, ſi, ſuſcepto ſemine, &c.* ad excipiendam Virginem poſitam intelligant, & Concil. Trid. ſeſſ. 4. expreſsè prohibeat, ne aliquis contra vnanimem conſenſum Patrum ſacram Scripturam interpretetur, videtur tranſilire limites à Concilio præſcriptos. Verùm rem hanc libenter altiori iudicio de- D cernendam relinquo. Vnum moneo, in concionibus talem opinionem non eſſe euulgandam, vtpotè quæ præter alia nihil ad deuotionem erga Deiparam fouendam conferat, ſed potiùs officiat.

Tridentin.

QVAESTIO II.

Cùr Beata Virgo voluit purificari, cùm purificationis legi non eſſet obnoxia.

Afferuntur cauſæ.

DICO, plures ob cauſas. Et primò vt obuiaret ſcādalo, quod ſaltèm in puſillis oriri poterat, ſi id, ad quod ex præſcripto legis teneri videbatur, non adimpleſſet. Secundò ob humilitatem; magna enim erat ſubmiſſio, eam, quæ puritate Angelos antecellebat, ad Templum accedere quaſi purificationis indigam, ſicut conſueuerant cæteræ mulieres ſordidæ ob emiſſum partum. Ita habetur in ſupra adducta Reuelatione lib. 6. c. 57. Hoc benè perpendit Beda homil. de Purificat. *Sicut Dominus, ac Saluator noſter, qui diuinitate legem dedit, apparens in homine voluit fieri ſub lege, vt eos, qui ſub lege erant, redimeret, vt adoptionem filiorum reciperemus: ita etiam Beata ipſius Genitrix, quæ ſingulari priuilegio ſupra legem fuit, pro oſtendendo tantum humilitatis exemplo legalibus ſubdi non refugit inſtitutis*. Tertiò vt comprobaret legem datā per Moyſem, tamquam bonam. Audiendus eſt hic D. Ambroſius de Purificatione: *Nec mirum*, inquit, *ſi Mater obſeruat legem, quam eius Filius non venerat ſoluere, ſed adimplere: ſciebat enim, quo ordine conceperat, quo vſu pepererat, & quis eſſet, quem genuerat; ſed legem communem obſeruans expectauit purgationis diem*. Quartò vt obedientiam exerceret eminentiſſimam, ita, vt ſe ſpontè legi ſubijceret, à qua fuerat exempta. Quintò ad diabolum confundendum, vt, ſcilicet, illi non innoteſceret Verbi Incarnatio, vt notat Pelbartus in ſuo ſtellario lib. 3. 1. p. art. 1. vbi ſic loquitur: *Nouerat Beata Virgo, quòd hoc deceret facere, vt ad purificationis legem accederet propter confuſionem diaboli pro eo, quòd ſic Chriſti diuinitas, & Beatæ Mariæ Virginitas celabatur diabolo, ne redemptio humana impediretur à diabolo*. Vide ipſum hoc latiùs proſequentem. Sextò vt ſe perfectam Chriſti imitatricem oſtēderet, qui & priùs ſine vlla legis obligatione circumciſionis ictum voluit ſuſtinere. Quam rationem adnotat D. Bernardus ſerm. de Purificatione: *O B. Virgo Maria, verè tu non habes cauſam, nec tibi opus eſt purificatione, ſed numquid Filio tuo opus erat circūciſione? Eſto tamen inter mulieres tamquam*

Reuel. S. Brigittæ.

Beda.

D. Ambroſ.

Pelbartus.

D. Bernard.

vna

Digitized by Google

vna earum; nam & Filius tuus ſic extitit in medio puerorum. Et ſanè, ſi Chriſtus non recuſauit homo communis haberi, dum voluit circumcidi non obnoxius circumciſioni, non ne decens erat, vt & ipſa Virgo non curaret, quòd ab humano iudicio exiſtimaretur mulier cōmunis, non ſolùm ſordibus puerperij maculata, ſed etiam mater effecta modo conſueto, dum inſtar aliarum parturientium quaſi purificationis indiga ad Templū accedebat? Septimò vt, quemadmodùm Virgini Deus tot gratias, & priuilegia gratis concesſerat, ipſa etiam gratitudinis quodammodò legi ſatisfaceret, voluntaria etiam Deo obſequia ſupererogatiuè offerens. Octauò cauſa huius fuit amor puritatis, vt aduertit D. Tho. ſer. de Purificat. his verbis: *Secundò amor puritatis in ſuperabundanti purificatione.* (An verò B. Virgo ex eo, quòd voluit purificari, nouum re vera puritatis gradum fuerit aſſequuta, examinabimus quæſtione ſequenti.) Nonò vt nobis puritatis amorem ſuaderet, & per pœnitentiam, cuius ſymbolum erat purificatio, animam à peccatorum ſordibus eſſe emundandam: ita D. Bernardus ſerm. 6. in paruis: *Quid eſt autem, quod dicimus, B. Virginem purificari? Quid verò, quòd ipſum Ieſum dicimus circumcidi? Illa enimuerò tam non indiguit purificatione, quam neque ille circumciſione. Nobis ergo, & hic circumciditur, & illa purificatur, præbentes exemplum pœnitentibus, vt à vitijs continentes primum per ipſam continentiam circumcidantur, deinde à commiſſis per pœnitentiam purificentur.* Occurrunt etiam hic verba Guarici Abbatis ſerm. 4. de Purificatione aureis, fuò notis digna: *Scriptura redemptionis noſtræ narrans myſteria, ſic refert quæ pro nobis hiſtorialiter ſunt geſta, vt ſignificet quæ moraliter a nobis ſunt gerenda. Cùm enim hodie Purificatio B. Mariæ recenſetur, manifeſtè de noſtra ipſorum purificatione admonemur. Quem verò tanti non moueat auctoritas exempli, cum videamus, ſcilicet, quia illa Sanctorum Sanctiſſima, quæ nihil purgandum habuit, purgationis tamen legalis implere mãdatum non renuit? O Mater immaculata, Mater intacta, nonne tuæ tibi conſcia es puritatis, quia, ſcilicet, integritatem tuā, nec conceptus, nec partus violauit, ſed ſacrauit? Quare ergo, tamquam ſi muliebre aliquid in concipiendo, vel pariendo ſis paſſa, ſic mundationis, quæ mulieri permiſſa eſt, infirmitatis quæris remedia? Sic, inquit, decet nos omnem implere iuſtitiam, vt, quæ ſumma Mater electa ſum iuſtitiæ, ſpeculum quoque ſim totius, & exẽplar iuſtitiæ. Noui ego ſuperbiam filiorum Euæ, quæ promptior eſt ad excuſandū, quam*

D. Thom.

D. Bernard.

Guaricus Abbas.

A *ad expurgandum commiſſa. Neceſſarium arbitror, vt vitijs originis antiquæ ſtatim in initijs omnia nouæ generationis occurrant exempla. Mater præuaricationis peccauit, & excuſauit procaciter: Mater redemptionis non peccat, & ſatisfacit humiliter, vt filij hominum, qui de matre vetuſtatis trahunt neceſſitatem peccandi, de Matre ſaltèm nouitatis trahant humilitatem purgandi. O filij hominum, tempus purgationis aduenit, quandò Mater ſummæ puritatis, de cuius purgatione dies feſtus eſt nobis, pariter & fontem edidit, & exemplum nobis dedit, quo debeamus purgari.*

Collige primò, quàm appoſitè B. Virgo in Cant. 6. Lunæ aſſimilatur à Spiritu Sancto: *Pulchra vt luna.* Sicut enim luna, licèt maculas quaſdā ſe aſpicientibus habere videatur, re vera tamen nullam in ſe habet maculam, vt tradunt Philoſophi: ita B. Virgo, licèt accedens ad purificationem maculam quandam purgandam habere hominibus viſa fuerit, re vera tamen pulcherrima, prorſusq; immaculata ſemper extitit. *Tota pulchra es, amica mea, & macula non eſt in te.*

Cantic.

B

Cant. 4.

Collige ſecundò, humilitatem, quam in purificatione exercuit Beata Virgo, adeò eminentem fuiſſe, vt infinitatis aliquid nō ſecundùm entitatem, ſed ſecundùm affectum præſetulerit. Quod ex duplici capite probari poteſt. Et primò: *Decuit B. Virginem ea puritate nitere, qua maior ſub Deo nequit intelligi,* ait D. Anſelmus: ex quo infertur: B. Virgo creatos omnes, & creabiles angelos, qui in infinitum puriores ſemper, & puriores creari poſſunt (cùm, quocumque puro Angelo creato, purior alius creari poſſit) puritate exuperat: ergo hæc Virginis puritas neſcio quid infinitatis habet. Vnde, ſi eadem Virgo pro actu illo humilitatis, quem in purificatione oſtendit in ſe ipſa, talem puritatem infinitam à conceptu hominum abſcondit, dicendum erit, eam humilitatem neſcio quid infinitatis habuiſſe. Secundò dignitas Maternitatis Dei eſt infinita ex Diuo Thoma: ſed B. Virgo per actum illum humilitatis, quem in purificatione exercuit, talem maternitatem quodammodò occultauit (neque enim Mater Dei haberi poterat ab iis, qui ſpeciali lumine illuſtrati non erant, dum ſe indigā purificationis oſtendebat); ergo actus ille humilitatis, infinitæ dignitati præpoſitus infinitatis aliquid habebit.

Humilitas, quam in Purificatione exercuit B. Virgo, infinitatis aliquid quodāmodò præſetulit.

C

D. Anſelm.

D. Thom.

D

QVAESTIO III.

Vtrùm Beata Virgo nouos puritatis gradus adepta ſit in Purificatione.

Albert. Mag apud D. Antoninum.

NOTANDVM ex Alberto Magno apud D. Antoninum 4. p. tit. 15. c. 20. §. 7. puritatem in rebus corporeis eò magis augeri, quò magis aliqua corporea ſubſtantia alteri ſummè puræ, ideſt luci, propior ſit. Hinc eſt, quòd aqua
B puritate ſuperat terram, aer aquam, ignis aerem, quia hic proximè accedit ad magis luminoſam ſubſtantiam, ſcilicet ſolem. Quo poſito, ſimili modo de puritate in rebus ſpiritualibus diſcurrendum erit; atque adeò ſpiritualis puritas eò magis augebitur, quò maiori propinquitate increatam lucem participabit, ſcilicet Deum. Hoc notato,

Concluſ. affirmatiua.

Dico primò, Beatam Virginem, legem purificationis adimplendo, nouos puritatis gradus aſſequutam eſſe. Probatur, & explicatur. Exercuit tunc Virgo perfectiſſimam humilitatem, vt diximus: ſed per hanc Deus, qui eſt fons puritatis, magis participatur à creatura (vt enim in-
C quit Auguſtinus ſerm. 157. de tempore:

D. Auguſtin.

Altus eſt Deus: erigis te, & fugit a te: humilias te, & deſcendit ad te); ergo per actum, quem B. Virgo in purificatione exercuit, nouum puritatis gradum adepta eſt. Secundò B. Virgo per hanc legis adimpletionem Deo nouo actu per amorem ſe ſubiecit: ergo ex hoc capite nouum puritatis gradum acquiſiuit. Conſequentia probatur ex doctrina tradita à D. Thoma 2. 2. q. 7. art. 2. vbi dicit, quòd impuritas conſiſtit in hoc, quòd res aliqua vilioribus immiſcetur: non enim dicitur argentum eſſe impurum ex permixtione auri, per quod melius redditur, ſed ex permixtione plum-
D bi, vel ſtamni: & paulò poſt ſubdit: *Manifeſtum eſt, quòd rationalis creatura dignior eſt omnibus temporalibus creaturis, & ideo impura redditur ex hoc, quòd temporalibus ſubijcitur per amorem.* A contrario ergo ſic valebit arguere: creatura rationalis, dum per amorem ſubijcitur rei ſe puriori, fit purior: ſed B. Virgo, adimplēdo legem purificationis, ſe ſubiecit rei ſe puriori, ſcilicet Deo; ergo ex hoc nouum puritatis gradum acquiſiuit. Similis diſcurſus fieri poteſt de cæteris virtutibus, quas B. Virgo exercuit in Purifica-

D. Thom.

A tione, & præcipuè de religione, quæ Deum immediatiùs reſpicit.

Concl. ſec.

Dico ſecundò, Beatam Virginem, adimplendo legem purificationis, non tantùm in ſe nouum puritatis gradum eſſe aſſequutam, ſed etiam in humano conceptu. Probatur: Virgo, quia iuit ad Templum legem adimpletura, acclamata, & cæteris in templo exiſtentibus prædicata eſt à Simeone, & Anna Propheteſſa Mater Dei, & conſequenter puriſſima: ergo per illam legis adimpletionem nouū puritatis gradum acquiſiuit in humano conceptu: hoc enim ipſo, quòd fuit cognita Mater Dei, fuit & cognita tali puritate nitens, qualis tantæ dignitati congruebat.

Explicatur textus.

B Collige primò in quo ſenſu intelligi debeant illa verba Euangeliſtæ: *Poſtquam impleti ſunt dies purgationis eius.* Non enim aliud intellexit Euangeliſta per verbum illud *purgationis*, niſi eam purificationem, quam ſupra monſtrauimus.

Priuilegium humilitatis admirabile.

Collige ſecundò admirabile humilitatis priuilegium: media enim, quibus vtitur aliquis ad ſui humiliationem, eadem à diuina Sapientia diriguntut ad ipſius exaltationem. Sie accidit B. Virgini, quæ, dum in ſui humiliationem velut indiga purificationis ad Templum acceſſit, in eodem actu, ſic Deo diſponente, laude maternitatis Dei prophetico ore publicè fuit celebrata.

C

QVAESTIO IV.

Cùr B. Virgo non obtulit agnum potiùs, quàm par turturum, aut duos pullos columbarum.

EXISTIMANT aliqui, Virginem paupertate cōpulſam nō obtuliſſe agnū, quem diuites ſolebant offerre. Ita Pelbartus in ſuo ſtellario lib. 2. 1. p. art. 2. &
D alij ab ipſo ibidem citati.

Pelbartus.

Alij, agnum non obtuliſſe, aiunt, non quia egeſtate ita opprimeretur, ſed ob paupertatis amorem. Ita Abulenſis in Leuit. c. 22. q. 25. & alij.

Abulenſis.

Alij idcircò volunt, Virginem non obtuliſſe agnum, quia agnus ille, qui præcipiebatur à lege, typus erat Chriſti, qui tūc re vera Aeterno Patri offerebatur: oblato enim vero agno, non erat cur offerretur figuratiuus.

Notandum, ita in hac materia eſſe diſcurrendum, vt ſaluemus, Virginem obſeruaſſe

ſeruaſſe ea, quæ præſcripta erant in lege purificationis. In qua lege præcipiebatur, vt diuites agnum, pauperes autem par turturum offerrent, aut duos pullos columbarum.

Concl. cauſam aſſeres. Dico, Beatam Virginem agnum non obtuliſſe, ſed potiùs par turturum, aut duos pullos columbarum, non quia ita paupertate aſtringeretur, vt non haberet vnde agnum emeret, ſed quia, ſpectato ſtatu paupertatis, quem profitebatur, cōmodè non poterat emere agnum. Fauet nobis Suar. tom. 2. in 3. par. diſp. 17. ſect. 1. *Suar.* Hæc concluſio ſatis conſtat ex eo, quòd ſic optimè ſaluatur, & Virginem paupertatis, & humilitatis amantiſſimam has virtutes exercuiſſe in tali oblatione, & ſimul adimpleuiſſe legem purificationis, in qua dicebatur: *Leuit.* *Quòd ſi non inuenerit manus eius, nec potuerit offerre agnum, ſumet duos turtures, aut duos pullos columbarū, &c.* illud enim *potuerit* intelligitur moraliter, quia id poſſumus, quod commodè poſſumus. Cùm igitur B. Virgo, habita ratione ſtatus paupertatis, quam profitebatur, non poſſet commodè agnum offerre, legem ſeruauit offerendo duos turtures, vel duos pullos columbarum. Sed

Cùr non exprimit Euangeliſta, turtures ne, an colūbas Deipara obtulerit. Quæres: cùm B. Virgo, aut par turturum, aut columbas obtulerit, cur Euangeliſta non declarauit determinatè, quid ex iis duobus obtulerit?

Beda. Reſpondeo primò cum Beda lib. 1. in Lucam, qui hanc rationem aſſignat: *Columba*, inquit, *quæ aggregale animal eſt, turtur verò ſolitarium, vitam communitatis, & ſolitudinis ſeu ſolitarium denotant: &, quia vtraque conditori accepta eſt hoſtia, conſultò Lucas, vtrum turtures, aut pulli columbarū ſint oblati, non dixit, ne vnum alteri viuendi ordinem præferret; ſed vtrumque ſequendum, vtrumque diuinis cultibus docet offerendum.* Hæc Beda. Verùm, attentis variis huius ſignificationibus à SS. Patribus adductis, ſimiles quaſdam rationes afferre poſſumus. Et primò, cùm tam columba, quàm turtur pro cantu gemitum habeat, ſpiritualis autem gemitus tam in iis, qui contemplatiuæ, quàm qui actiuæ vitæ vacant, æquè Deo placeat, ideò quid ex iis duobus fuerit oblatum tacitus præteriit Euangeliſta. *D. Bonau.* Audiendus eſt hîc D. Bonauentura ſuper cap. 2. Lucæ: *Quantum*, ait, *ad ſignificationem oblationis, nota, quòd oblatio indeterminatè intelligitur de turture, & columba: vtraque enim auis gemitum habet pro cantu; ſed gemitus turturis competit contemplatiuis, & hic geminatur, vndè dicitur, par turturum. Primus eſt amoris: Nos ipſi primitias ſpiritus habentes, & ipſi intra nos gemimus adoptionem filiorum Dei* A *expectantes, redemptionem corporis noſtri. Secundus eſt deuotionis; nam quod oremus ſicut oportet, neſcimus, ſed ipſe ſpiritus poſtulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Vox turturis audita eſt in terra noſtra. Gemitus autem columbæ competit actiuis; & hic etiam eſt duplex. Vnus pro peccatis propriis: Afflictus, & humiliatus ſum nimis; rugiebam à gemitu cordis mei. Iſaias: Rugiemus quaſi vrſi omnes, & quaſi columbæ meditantes gememus. Secundus gemitus eſt pro peccatis alienis: Omnes portæ eius deſtructæ, Sacerdotes eius gementes, Virgines eius ſqualidæ, & ipſa oppreſſa amaritudine. Nahum: Miles captiuus adductus eſt, & ancillæ eius minabantur gementes, vt columbæ,* B *murmurantes in cordibus ſuis.* Ita Bonauentura. Secundò, cùm caſtitatis, & mortificationis turtur; ſimplicitatis, & charitatis columba ſit ſymbolum, noluit in his Euangeliſta ſpecificare, vt innueret, gratiſſimum fore Deo illud ſacrificium, quod iis omnibus virtutibus ſimul collectis conſtaret.

Reſpondeo ſecundò cum Suario tom. 2. *Suar.* in 3. p. diſput. 17. ſect. 1. Euangeliſtam non definitè retuliſſe, ſed ſub diſiunctione, oblationem factam à Deipara, quia ſolùm voluit ſignificare Virginis paupertatem: oblatio enim turturum, aut columbarum erat ſacrificium pauperum.

Reſpondeo tertiò, probabile videri, C non definiuiſſe Euangeliſtam, turtures ne, an columbas Virgo obtulerit, vt innueret, virtutes per tales aues adumbratas ita pares fuiſſe in Virgine, vt non poſſit, quænam cæteris præſtarit, facilè definiri, cùm vnaquæque, ſpectata ſua formalitate, ſummum perfectionis attigerit. Et quidem turturem Mariæ caſtitatem ſignificare, optimè adnotat Apponius lib. 4. in *Apponius.* Cant. vbi ſic loquitur: *Vox turturis audita eſt in terra noſtra; nam turtur, quia eſt auis caſtiſſima, typum gerit caſtiſſimæ Mariæ, cuius inſtar turturis vox emittens virginitatis votum audita eſt in terra noſtra, qualis à ſæculo nuſquam perſonuerat.* Turtur etiā Mariæ mortificationem adumbrat, D ſicut columba eiuſdem Mariæ charitatem, & ſimplicitatem. Accedit inſuper quod, cùm columba hieroglyphicum ſit fœcunditatis, turtur verò, vt diximus, caſtitatis, dicere poſſumus, quòd forſan non definierit Euāgeliſta, quid potiſſimùm ex duobus fuerit oblatum, eo quòd pari paſſu in Virgine inceſſerit caſtitas cum fœcunditate, & cū caſtitate fœcunditas: vtraque enim in illa fuerunt eminentiſſima, & ita, vt admiranda ſint potiùs, quàm ab humano iudicio vna alteri præferenda.

Reſpondeo quartò, Spiritus Sancti impulſu

In ſacræ Scripturæ arcanis inueſtigandis noſtrum ſæpiùs ſubijciendũ iudicium.

pulſu Euangeliſtam non definitè retuliſſe, quid Virgo obtulerit, vt intelligeremus, diuinum eſſe beneplacitum, vt in ſacræ Scripturæ arcanis inueſtigandis noſtrum ſæpe potiùs iudicium mortificemus, quàm curioſè nimis diſquirere velimus; cùm Deus iuſto iudicio multa nobis occulta eſſe voluerit. Quam rationem ex præcipuis, quæ adduci poſſint, eſſe opinor. An verò B. Virgo pro ſe tantùm, vel etiam pro Filio dictas aues obtulerit, vide Suar. tom 2. in 3. p. diſp. 17. ſect. 1. (Suar.)

QVAESTIO V.

Vtrùm Beata Virgo teneretur ex vi Moſaicæ legis Filium præſentare in Templo.

SVPPONENDVM, legem Exodi 13. latam, in qua dicitur: *Sanctifica mihi omnẽ primogenitũ, quod aperit vuluã in filijs Iſrael:* & infra: *Cùmque introduxerit te Dominus in terram Chananæi, ſicut iurauit tibi, & patribus tuis, & dederit tibi eam, ſeparabis omne, quod aperit vuluam, Domino:* & rurſus: *Omne primogenitum hominis de filijs tuis pretio redimes.* Supponendum, inquam, hanc legem directam fuiſſe primariò in filios, ſecundariò autem in parentes, quorum conſenſu, & miniſterio filius erat offerendus. Condita autem erat hæc lex in memoriam illius beneficij; quo Deus populum ſuum reduxit de Aegypto percutiens omne primogenitum in terra Aegypti. (Exod.)

Supponendum ſecundò, ſanctificationem primogeniti, quæ fiebat in oblatione, fuiſſe quamdam dedicationem, quâ ſpeciali ritu primogenitus omnis Deo conſecrabatur. Quibus ſuppoſitis,

Aliqui Patres exiſtimant, Chriſtum Dominum in verbis dictæ legis Exodi 13. fuiſſe comprehenſum; imò addunt, ad indicandum ipſum Chriſtum poſita fuiſſe illa verba: *Omne, quod aperit vuluam.* De hac re videri poteſt Orig. homil. 14. in Lucam, D. Hieronymus lib. 2. contra Iouinianum, Chryſoſt. homil. de occurſu Chriſti, Gregorius Nyſſenus homil. de occurſu Domini, D. Damaſcenus de Purif. B. Virginis, Euthymius in c. 2. Lucæ. Quorum Patrum doctrinam ſecutus Amphilochius homil. de Purif. ſic ait: *Quando Scriptura dicit: Omne maſculinũ, adaperiens vuluã, ſanctum Domino vocabitur, ad ſolum Dominum Ieſum refertur, non ad alium quempiam, licèt communiter dictum ſit: talis enim eſt vniuſcuiuſque Virginis natura, vt primùm viri congreſſu aperiatur vulua ipſa, deinde pariat: ſed in Saluatoris noſtri ortu non ita factum eſt; nam, nulla præeunte viri cognitione in Virgine Matre, ipſe ſine virginitatis illius corruptione natus eſt. Itaq; dictum illud: Omne maſculinum, adaperiens vuluam, ſanctum Domino vocabitur, verè, ac propriè ad Dominum referebatur:* & paulò poſt ſibi ſic obijcit, & reſpondet: *Sunt autem, qui noſtris dictis aduerſantes hæc nobis obijciunt. Si Scripturæ locus ille: Omne maſculinum, adaperiens vuluam, ſanctum Domino vocabitur, ad Ieſum ſolum referretur, non igitur Virgo ipſa remanſit Virgo, cùm Scriptura dicat: Omne maſculinũ adaperiens vuluam. Animaduerte, & prudenter intellige, quicumque de Virginea illa natura verba facis, quòd, ſcilicet, nullo modo Virginalis illa porta patefacta ſit, eius prouidentia, & voluntate, qui antea in ipſa cõceptus eſt; hoc enim futurum prædixit Spiritus Sanctus, cùm per Prophetã dixit: Hæc porta clauſa erit, & non aperietur, & vir non tranſibit per eam, quoniam Dominus Deus Iſrael ingredietur & egredietur per eam, & porta ipſa erit clauſa Principi. Quantum igitur pertinet ad virgineam naturam Virginis, clauſtra nullo modo aperta ſunt: quod verò pertinet ad potentiam genitis Domini, nihil clauſum, omnia aperta, nihil, quod impedimentum afferre potuerit, cùm omnia ipſi Domino ſint reſerata.* Hæc Amphilochius. Ratio ergo fundamentalis horum Patrum eſt, quòd, cùm cæteri primogeniti non aperiant vuluam, ſed illam ex viri concubitu apertam reperiant, ſolus Chriſtus ſine virili congreſſu conceptus clauſam reperijt, atque adeo dicitur illã aperuiſſe, quatenùs, nullo interpoſito impedimento, egreſſus eſt, ſecluſa tamen omni phyſica apertione. Addunt alij, quòd per aperire vuluam intelligatur conferre fœcunditatem, ſicut claudere vuluam adnotat infœcunditatem (de qua ſignificatione vide Suar. tom. 2. in 3. p. diſput. 5. ſect. 2.), & ſic ſecundùm hunc ſenſum putant, Chriſtum in verbis legis comprehenſum, quia naſcens fœcunditatem contulit Virgini Matri. (Orig. Hieron. Chryſoſt. Greg. Nyſſ. Damaſcen. Euthym. Amphiloch. Suar.)

Alij opinantur, ipſa verba legis: *Quod aperit vuluam,* ideo à Spiritu Sancto addita fuiſſe, vt innueretur Chriſtus excluſus à tali lege. Ita S. Cyrillus Hieroſolymitan. homil. de occurſu Domini dicens: *Samuel quidem, & Iſaac, ſimul & Iacob, & Ioſeph, & alij multi, qui nati ſunt ex ſterilibus, & aperuerunt infertiles vuluas matrum, ſancti Domino vocati ſunt, Chriſtus autem ſolus, ex ſolo vnigenitus, cùm virginales portas non* (S. Cyrillus.)

non aperuiſſet, non eſt ſanctus Domino, ſed Sanctus Sanctorum, & Dominus dominorũ, & Deus deorum, & Primogenitus primogenitorum, & Rex regnantium, & vocabitur, & credetur, & nunc in templo à Simeone prædicabitur. Ita & Card. Toletus in c. 2. Lucæ annotatione 16., & ſequũtur Recentiores. Quam etiam expoſitionem Suar. tom. 2. in 3. p. diſp. 17. ſect. 2. ſimpliciorem, & altiorem, & proprietati litteræ magis conſentaneam exiſtimat.

Tolet.

Suar.

Dico primò, Chriſtum non fuiſſe obnoxium Moſaicæ legi, quia etiam Deus erat, &, vt homo, virtute Spiritus Sancti fuerat conceptus; & conſequenter ſanctiſſimam eius Matrem exemptam fuiſſe ex vi legis ab illo offerendo: ceſſante enim obligatione in principali, hoc eſt Chriſto, ceſſabat obligatio & in Virgine parente, vt acceſſorio.

Concl. pri. negatiua.

Dico ſecundò, verba illa: *Omne primogenitum, quod aperit vuluam*, non fuiſſe poſita ad includendum, ſed excludendum Chriſtum, & conſequenter Virginem neque ex vi illorum verborum obſtrictam fuiſſe ad offerendum Chriſtum in Templo. Hæc ſecunda pars patet ex dictis præcedenti cõcluſione; ablata .n. obligatione in principali, ceſſat obligatio in acceſſorio. Prima pars probatur primò teſtimonio ſupracitatorum Auctorum. Probatur ſecundò: verba ſacræ Scripturæ in proprio ſenſu ſunt accipienda, quotieſcumque nihil inconueniens infertur: ſed illud aperire vuluã in proprio ſenſu ſignificat meatus naturalis clauſtri ſic dilatare, vt aditus pateat puero naſcenti, & nihil ex hoc infertur inconueniens; ergo ita ſunt accipienda verba illa, & verè excludunt Chriſtum, qui natus eſt, obſignato Virgineo clauſtro, vt ſupra probauimus c. de Virgine Chriſtum parturiente. Confirmatur; ſi in legibus humanis à proprietate verborum non eſt recedendum, vt ſupra innuimus q. 1. huius capitis, & fuſiùs tradunt Iuriſperiti; ergo multò magis hoc ſeruandũ erit in legibus à diuina Sapientia latis. Probatur tertiò: nihil fruſtraneum eſt admittendum in humanis, & multò minùs in diuinis legibus: ſed, ſi illa verba: *Omne primogenitum, quod aperit vuluam, &c.* fuiſſent poſita ad includendũ Chriſtum, fruſtra fuiſſent poſita; ergo. Minor probatur: Chriſtus, vt diximus in prima concluſione, omninò à lege Moyſis erat exemptus; ergo fruſtra ad includendum illum fuiſſent poſita dicta verba. Probatur quartò: lex illa pro omnibus primogenitis lata erat, vt patet ex illa formula: *Omne primogenitum, &c.* ergo dici non poteſt, quòd ad ſolum Chriſtum comprehendendum eſſet directa. Probatur quintò: illa lex præcipiebat, vt ſanctificaretur omne primogenitum, hoc eſt peculiari ritu Deo dicaretur: ſed Chriſtus, cùm eſſet Sanctus Sanctorum, &, vt homo, Deo hypoſtatico vinculo vnitus, non erat cur peculiari ritu Deo dicaretur; ergo non fuit comprehenſus in illis verbis. Et ex ijs patet reſponſio ad rationem fundamentalem aduerſæ opinionis. Sed adhuc

Concl. ſec.

Obiicies verba Euangeliſtæ: *Tulerunt eum in Hieruſalem, vt ſiſterent illum Domino, ſicut ſcriptum eſt in lege Domini, quia omne maſculinum adaperiens vuluam, ſanctum Domino vocabitur*: ergo Chriſtus fuit ex primogenitis, de quibus dicta lex loquebatur.

Obiectio. Luc.

Reſpondeo cum Suario loco ſupracit. dicta verba ſolùm ſignificare, quòd Chriſtus fuerit oblatus in Templo, vt in eo ſeruaretur lex de offerendis primogenitis, quamuis ad eam non teneretur. Rationes autem, ob quas in Templo Chriſtus à Virgine Matre fuit præſentatus, videbimus quæſt. ſequenti. Sit ergo

Reſponſio. Suar.

QVAESTIO VI.

Quibus de cauſis Beata Virgo infantulum Ieſum præſentauit in Templo.

DICO, plures cauſas aſſignari poſſe. Prima ſit quia ſciebat B. Virgo diuino afflata numine, Prophetias de hac re eſſe adimplendas, Aggæi 2. vbi, dum ſermo habetur de Tẽplo à Zorobabel reædificato, dicitur: *Factum eſt verbum Domini ad Aggæum Prophetam, & dixit. Quis in vobis relictus eſt, qui vidit domum iſtam in gloria ſua prima? Adhuc modicum, & veniet deſideratus cunctis gentibus, & implebo domum iſtam gloria, dicit Dominus. Magna erit gloria iſtius nouiſſimæ plus quã primæ.* Dauid pſal. 11. *Dominus in Templo ſancto ſuo veniet.* Malachiæ 3. *Statim veniet ad Tẽplum ſanctum ſuum Dominator, quem vos quæritis, & Angelus teſtamenti, quem vos vultis.* Secunda, vt oblatione hac Chriſti in Templo nobis Virgo præſignaret futuram eiuſdem in cruce, & primã illam humano generi quodammodò futuræ huius obſidem conſtitueret. Quod innuere voluit D. Bernardus ſerm. de Purif. dum ait: *Veniet, quando non in Templo offeretur, non inter brachia Simeonis, ſed extra ciuitatem intra brachia Crucis.* Imò hoc idem

Afferuntur cauſæ.

Aggæi.

Pſalm. Malachiæ.

D. Bernard.

Digitized by Google

QVAESTIO III.

Vtrùm Beata Virgo nouos puritatis gradus adepta ſit in Purificatione.

Albert. Mag apud D. Antoninum.

NOTANDVM ex Alberto Magno apud D. Antoninum 4. p. tit. 15. c. 20. §. 7. puritatem in rebus corporeis eò magis augeri, quò magis aliqua corporea ſubſtantia alteri ſummè puræ, idest luci, propior ſit. Hinc eſt, quòd aqua puritate ſuperat terram, aer aquam, ignis aerem, quia hic proximè accedit ad magis luminoſam ſubſtantiam, ſcilicet ſolem. Quo poſito, ſimili modo de puritate in rebus ſpiritualibus diſcurrendum erit; atque adeò ſpiritualis puritas eò magis augebitur, quò maiori propinquitate increatam lucem participabit, ſcilicet Deum. Hoc notato,

Concluſ. affirmatiua.

Dico primò, Beatam Virginem, legem purificationis adimplendo, nouos puritatis gradus aſſequutam eſſe. Probatur, & explicatur. Exercuit tunc Virgo perfectiſſimam humilitatem, vt diximus: ſed per hanc Deus, qui eſt fons puritatis, magis participatur à creatura (vt enim inquit Auguſtinus ſerm. 157. de tempore: *Altus eſt Deus: erigis te, & fugit a te: humilias te, & deſcendit ad te*); ergo per actum, quem B. Virgo in purificatione exercuit, nouum puritatis gradum adepta eſt. Secundò B. Virgo per hanc legis adimpletionem Deo nouo actu per amorem ſe ſubiecit: ergo ex hoc capite nouum puritatis gradum acquiſiuit. Conſequentia probatur ex doctrina tradita à D. Thoma 2. 2. q. 7. art. 2. vbi dicit, quòd impuritas conſiſtit in hoc, quòd res aliqua vilioribus immiſcetur: non enim dicitur argentum eſſe impurum ex permixtione auri, per quod melius redditur, ſed ex permixtione plumbi, vel ſtamni: & paulò poſt ſubdit: *Manifeſtum eſt, quòd rationalis creatura dignior eſt omnibus temporalibus creaturis, & ideo impura redditur ex hoc, quòd temporalibus ſubijcitur per amorem.* A contrario ergo ſic valebit arguere: creatura rationalis, dum per amorem ſubijcitur rei ſe puriori, fit purior: ſed B. Virgo, adimplẽdo legem purificationis, ſe ſubiecit rei ſe puriori, ſcilicet Deo; ergo ex hoc nouum puritatis gradum acquiſiuit. Similis diſcurſus fieri poteſt de cæteris virtutibus, quas B. Virgo exercuit in Purifica-

D. Auguſtin.

C

D. Thom.

D

A tione, & præcipuè de religione, quæ Deum immediatiùs reſpicit.

Concl. ſec.

Dico ſecundò, Beatam Virginem, adimplendo legem purificationis, non tantùm in ſe nouum puritatis gradum eſſe aſſequutam, ſed etiam in humano conceptu. Probatur: Virgo, quia iuit ad Templum legem adimpletura, acclamata, & cæteris in templo exiſtentibus prædicata eſt à Simeone, & Anna Propheteſſa Mater Dei, & conſequenter puriſſima: ergo per illam legis adimpletionem nouũ puritatis gradum acquiſiuit in humano conceptu: hoc enim ipſo, quòd fuit cognita Mater Dei, fuit & cognita tali puritate nitens, qualis tantæ dignitati congruebat.

B Collige primò in quo ſenſu intelligi debeant illa verba Euangeliſtæ: *Poſtquam impleti ſunt dies purgationis eius.* Non enim aliud intellexit Euangeliſta per verbum illud *purgationis*, niſi eam purificationem, quam ſupra monſtrauimus.

Explicatur textus.

Collige ſecundò admirabile humilitatis priuilegium: media enim, quibus vtitur aliquis ad ſui humiliationem, eadem à diuina Sapientia diriguntur ad ipſius exaltationem. Sic accidit B. Virgini, quæ, dum in ſui humiliationem veluti indiga purificationis ad Templum acceſſit, in eodem actu, ſic Deo diſponente, laude maternitatis Dei prophetico ore publicè fuit celebrata.

Priuilegium humilitatis admirabile.

QVAESTIO IV.

Cùr B. Virgo non obtulit agnum potiùs, quàm par turturum, aut duos pullos columbarum.

EXISTIMANT aliqui, Virginem paupertate cõpulſam nõ obtuliſſe agnũ, quem diuites ſolebant offerre. Ita Pelbartus in ſuo ſtellario lib. 2. 1. p. art. 2. & alij ab ipſo ibidem citati.

Pelbartus.

Alij, agnum non obtuliſſe, aiunt, non quia egeſtate ita opprimeretur, ſed ob paupertatis amorem. Ita Abulenſis in Leuit. c. 12. q. 25. & alij.

Abulenſis.

Alij idcircò volunt, Virginem non obtuliſſe agnum, quia agnus ille, qui præcipiebatur à lege, typus erat Chriſti, qui tũc re vera Aeterno Patri offerebatur: oblato enim vero agno, non erat cur offerretur figuratiuus.

Notandum, ita in hac materia eſſe diſcurrendum, vt ſaluemus, Virginem obſeruaſſe

ſeruaſſe ea, quæ præſcripta erant in lege purificationis. In qua lege præcipiebatur, vt diuites agnum, pauperes autem par turturum offerrent, aut duos pullos columbarum.

Concl. cauſam afferes. Dico, Beatam Virginem agnum non obtuliſſe, ſed potiùs par turturum, aut duos pullos columbarum, non quia ita paupertate aſtringeretur, vt non haberet vnde agnum emeret, ſed quia, ſpectato ſtatu paupertatis, quem profitebatur, cōmodè non poterat emere agnum. Fauet nobis Suar. tom 2. in 3. par. diſp. 17. ſect. 1. *Suar.* Hæc concluſio ſatis conſtat ex eo, quòd ſic optimè ſaluatur, & Virginem paupertatis, & humilitatis amantiſſimam has virtutes exercuiſſe in tali oblatione, & ſimul adimpleuiſſe legem purificationis, in qua dicebatur: *Quod ſi non inuenerit manus eius, nec potuerit offerre agnum, ſumet duos turtures, aut duos pullos columbarū, &c.* *Leuit.* illud enim *potuerit* intelligitur moraliter, quia id poſſumus, quod commodè poſſumus. Cùm igitur B. Virgo, habita ratione ſtatus paupertatis, quam profitebatur, non poſſet commodè agnum offerre, legem ſeruauit offerendo duos turtures, vel duos pullos columbarum. Sed

Cùr non exprimit Euangeliſta, turtures ne, an colūbas Deipara obtulerit. Quæres: cùm B. Virgo, aut par turturum, aut columbas obtulerit, cur Euangeliſta non declarauit determinatè, quid ex iis duobus obtulerit?

Beda. Reſpondeo primò cum Beda lib. 1. in Lucam, qui hanc rationem aſſignat: *Columba*, inquit, *quæ aggregale animal eſt, turtur verò ſolitarium, vitam communitatis, & ſolitudinis ſeu ſolitarium denotant: & quia vtraque conditori accepta eſt hoſtia, conſultò Lucas, vtrum turtures, aut pulli columbarū ſint oblati, non dixit, ne vnum alteri viuendi ordinem præferret; ſed vtrumque ſequendum, vtrumque diuinis cultibus docet offerendum.* Hæc Beda. Verùm, attentis variis huius ſignificationibus à SS. Patribus adductis, ſimiles quaſdam rationes afferre poſſumus. Et primò, cùm tam columba, quàm turtur pro cantu gemitum habeat, ſpiritualis autem gemitus tam in iis, qui contemplatiuæ, quàm qui actiuæ vitæ vacant, æquè Deo placeat, ideò quid ex iis duobus fuerit oblatum tacitus prætetijt Euangeliſta. *D. Bonau.* Audiendus eſt hic D. Bonauentura ſuper cap. 2. Lucæ: *Quantum*, ait, *ad ſignificationem oblationis, nota, quòd oblatio indeterminatè intelligitur de turture, & columba: vtraque enim auis gemitum habet pro cantu; ſed gemitus turturis competit contemplatiuis, & hic geminatur, vnde dicitur, par turturum. Primus eſt amoris: Nos ipſi primitias ſpiritus habentes, & ipſi intra nos gemimus adoptionem filiorum Dei* A *expectantes, redemptionem corporis noſtri. Secundus eſt deuotionis; nam quod oremus ſicut oportet, neſcimus, ſed ipſe ſpiritus poſtulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Vox turturis audita eſt in terra noſtra. Gemitus autem columbæ competit actiuis; & hic etiam eſt duplex. Vnus pro peccatis propriis: Afflictus, & humiliatus ſum nimis; rugiebam à gemitu cordis mei. Iſaias: Rugiemus quaſi vrſi omnes, & quaſi columbæ meditantes gememus. Secundus gemitus eſt pro peccatis alienis: Omnes portæ eius deſtructæ, Sacerdotes eius gementes, Virgines eius ſqualidæ, & ipſa oppreſſa amaritudine. Nahum: Miles captiuus adductus eſt, & ancillæ eius minabantur gementes, vt columbæ,* B *murmurantes in cordibus ſuis.* Ita Bonauentura. Secundò, cùm caſtitatis, & mortificationis turtur; ſimplicitatis, & charitatis columba ſit ſymbolum, noluit in his Euangeliſta ſpecificare, vt innueret, gratiſſimum fore Deo illud ſacrificium, quod iis omnibus virtutibus ſimul collectis conſtaret.

Reſpondeo ſecundò cum Suario tom. 2. in 3. p. diſput. 17. ſect. 1. Euangeliſtam non definitè retuliſſe, ſed ſub diſiunctione, oblationem factam à Deipara, quia ſolùm voluit ſignificare Virginis paupertatem: oblatio enim turturum, aut columbarum erat ſacrificium pauperum. *Suar.*

Reſpondeo tertiò, probabile videri, C non definiuiſſe Euangeliſtam, turtures ne, an columbas Virgo obtulerit, vt innueret, virtutes per tales aues adumbratas ita pares fuiſſe in Virgine, vt non poſſit, quænam cæteris præſtarit, facilè definiri, cùm vnaquæque, ſpectata ſua formalitate, ſummum perfectionis attigerit. Et quidem turturem Mariæ caſtitatem ſignificare, optimè adnotat Apponius lib. 4. in Cant. vbi ſic loquitur: *Apponius.* *Vox turturis audita eſt in terra noſtra; nam turtur, quia eſt auis caſtiſſima, typum gerit caſtiſſimæ Mariæ, cuius inſtar turturis vox emittens virginitatis votum audita eſt in terra noſtra, qualis à ſæculo nuſquam perſonuerat.* Turtur etiā Mariæ mortificationem adumbrat, D ſicut colūba eiuſdem Mariæ charitatem, & ſimplicitatem. Accedit inſuper quod, cùm columba hieroglyphicum ſit fœcunditatis, turtur verò, vt diximus, caſtitatis, dicere poſſumus, quòd forſan non definierit Euāgeliſta, quid potiſſimum ex duobus fuerit oblatum; eo quod pari paſſu in Virgine inceſſerit caſtitas cum fœcunditate, & cū caſtitate fœcunditas: vtraque enim in illa fuerunt eminentiſſima, & ita, vt admiranda ſint potiùs, quàm ab humano iudicio vna alteri præferenda.

Reſpondeo quartò, Spiritus Sancti impulſu

In ſacræ Scripturæ arcanis inueſtigandis noſtrum ſæpiùs ſubijciendū iudicium.

pulſu Euangeliſtam non definitè retuliſſe, quid Virgo obtulerit, vt intelligeremus, diuinum eſſe beneplacitum, vt in ſacræ Scripturæ arcanis inueſtigandis noſtrum ſæpe potiùs iudicium mortificemus, quàm curioſè nimis diſquirere velimus; cùm Deus iuſto iudicio multa nobis occulta eſſe voluerit. Quam rationem ex præcipuis, quæ adduci poſſint, eſſe opinor. An verò B. Virgo pro ſe tantùm, vel etiam pro Filio dictas aues obtulerit, vide Suar. tom 2. in 3. p. diſp. 17. ſect. 1. Suar.

QVAESTIO V.

Vtrùm Beata Virgo teneretur ex vi Moſaicæ legis Filium præſentare in Templo.

SVPPONENDVM, legem Exodi 13. latam, in qua dicitur: *Sanctifica mihi omne primogenitū, quod aperit vuluā in filijs Iſrael:* & infra: *Cùmque introduxerit te Dominus in terram Chananæi, ſicut iurauit tibi, & patribus tuis, & dederit tibi eam, ſeparabis omne, quod aperit vuluam, Domino:* & rurſus: *Omne primogenitum hominis de filijs tuis pretio redimes.* Supponendum, inquam, hanc legem directam fuiſſe primariò in filios, ſecundariò autem in parentes, quorum conſenſu, & miniſterio filius erat offerendus. Condita autem erat hæc lex in memoriam illius beneficij, quo Deus populum ſuum reduxit de Aegypto percutiens omne primogenitum in terra Aegypti. Exod.

Supponendum ſecundò, ſanctificationem primogeniti, quæ fiebat in oblatione, fuiſſe quamdam dedicationem, qua ſpeciali ritu primogenitus omnis Deo cōſecrabatur. Quibus ſuppoſitis,

Aliqui Patres exiſtimant, Chriſtum Dominum in verbis dictæ legis Exodi 13. fuiſſe comprehenſum; imò addunt, ad indicandum ipſum Chriſtum poſita fuiſſe illa verba: *Omne, quod aperit vuluam.* De hac re videri poteſt Orig. homil. 14. in Lucam, D. Hieronymus lib. 2. contra Iouinianum, Chryſoſt. homil. de occurſu Chriſti, Gregorius Nyſſenus homil. de occurſu Domini, D. Damaſcenus de Purif. B. Virginis, Euthymius in c. 2. Lucæ. Quorum Patrum doctrinam ſequutus Amphilochius homil. de Purif. ſic ait: *Quando Scriptura dicit: Omne maſculinū, adaperiens vuluā, ſanctum Domino vocabitur, ad ſolum Dominum Ieſum refertur, non ad alium quempiam, licèt communiter dictum ſit: talis enim eſt vniuſcuiuſque Virginis natura, vt primùm viri congreſſu aperiatur vulua ipſa, deinde pariat: ſed in Saluatoris noſtri ortu non ita factum eſt; nam, nulla præeunte viri cognitione in Virgine Matre, ipſe ſine virginitatis illius corruptione natus eſt. Itaq; dictum illud: Omne maſculinum, adaperiens vuluam, ſanctum Domino vocabitur, verè, ac propriè ad Dominum referebatur:* & paulò poſt ſibi ſic obijcit, & reſpondet: *Sunt autem, qui noſtris dictis aduerſantes hæc nobis obijciunt. Si Scriptura locus ille: Omne maſculinum, adaperiens vuluam, ſanctum Domino vocabitur, ad Ieſum ſolum referretur, non igitur Virgo ipſa remanſit Virgo, cùm Scriptura dicat: Omne maſculinū adaperiens vuluam. Animaduerte, & prudenter intellige, quicumque de Virginea illa natura verba facis, quòd, ſcilicet, nullo modo Virginalis illa porta patefacta ſit, eius prouidentia, & voluntate, qui antea in ipſa cōceptus eſt; hoc enim futurum prædixit Spiritus Sanctus, cùm per Prophetā dixit: Hæc porta clauſa erit, & non aperietur, & vir non tranſibit per eam, quoniam Dominus Deus Iſrael ingredietur & egredietur per eam, & porta ipſa erit clauſa Principi. Quātùm igitur pertinet ad virgineam naturam Virginis, clauſtra nullo modo aperta ſunt: quod verò pertinet ad potentiam geniti Domini, nihil clauſum, omnia aperta, nihil, quod impedimentum afferre potuerit, cùm omnia ipſi Domino ſint reſerata.* Hæc Amphilochius. Ratio ergo fundamentalis horum Patrum eſt, quòd, cùm cæteri primogeniti non aperiant vuluam, ſed illam ex viri concubitu apertam reperiant, ſolus Chriſtus ſine virili congreſſu conceptus clauſam reperijt, atque adeo dicitur illā aperuiſſe, quatenus, nullo interpoſito impedimento, egreſſus eſt, ſecluſa tamen omni phyſica apertione. Addunt alij, quòd per aperire vuluam intelligatur conferre fœcunditatem, ſicut claudere vuluam adnotat infœcunditatem (de qua ſignificatione vide Suar. tom. 2. in 3. p. diſput. 5. ſect. 2.), & ſic ſecundùm hunc ſenſum putant, Chriſtum in verbis legis comprehenſum, quia naſcens fœcunditatem contulit Virgini Matri.

Orig. Hieron. Chryſoſt. Greg. Nyſſ. Damaſcen. Euthym. Amphiloch. Suar.

Alij opinantur, ipſa verba legis: *Quod aperit vuluam,* ideò à Spiritu Sancto addita fuiſſe, vt innueretur Chriſtus excluſus à tali lege. Ita S. Cyrillus Hieroſolymitan. homil. de occurſu Domini dicens: *Samuel quidem, & Iſaac, ſimul & Iacob, & Ioſeph, & alij multi, qui nati ſunt ex ſterilibus, & aperuerunt infertiles vuluas matrum, ſancti Domino vocati ſunt, Chriſtus autem ſolus, ex ſolo vnigenitus, cùm virginales portas* S. Cyrillus.

non

non aperuiſſet, non eſt ſanctus Domino, ſed Sanctus Sanctorum, & Dominus dominorũ, & Deus deorum, & Primogenitus primogenitorum, & Rex regnantium, & vocabitur, & credetur, & nunc in templo à Simeone prædicabitur. Ita & Card. Toletus in c. 2. Lucæ annotatione 16., & ſequũtur Recentiores. Quam etiam expoſitionem Suar. tom. 2. in 3. p. diſp. 17. ſect. 2. ſimpliciorem, & altiorem, & proprietati litteræ magis conſentaneam exiſtimat.

Tolet.

Suar.

Concl. pri. negatiua.

Dico primò, Chriſtum non fuiſſe obnoxium Moſaicæ legi, quia etiam Deus erat, & , vt homo, virtute Spiritus Sancti fuerat conceptus; & conſequenter ſanctiſſimam eius Matrem exemptam fuiſſe ex vi legis ab illo offerendo: ceſſante enim obligatione in principali, hoc eſt Chriſto, ceſſabat obligatio & in Virgine parente, vt acceſſorio.

Concl. ſec.

Dico ſecundò, verba illa: *Omne primogenitum, quod aperit vuluam*, non fuiſſe poſita ad includendum, ſed excludendum Chriſtum, & conſequenter Virginem neque ex vi illorum verborum obſtrictam fuiſſe ad offerendum Chriſtum in Templo. Hæc ſecunda pars patet ex dictis præcedenti cõcluſione; ablata .n. obligatione in principali, ceſſat obligatio in acceſſorio. Prima pars probatur primò teſtimonio ſupracitatorum Auctorum. Probatur ſecundò: verba ſacræ Scripturæ in proprio ſenſu ſunt accipienda, quotieſcunque nihil inconueniens infertur: ſed illud aperire vuluã in proprio ſenſu ſignificat meatus naturalis clauſtri ſic dilatare, vt aditus pateat puero naſcenti, & nihil ex hoc infertur inconueniens; ergo ita ſunt accipienda verba illa, & verè excludunt Chriſtum, qui natus eſt, obſignato Virgineo clauſtro, vt ſupra probauimus c. de Virgine Chriſtum parturiente. Confirmatur, ſi in legibus humanis à proprietate verborum non eſt recedendum, vt ſupra innuimus q. 1. huius capitis, & fuſiùs tradunt Iuriſperiti; ergo multò magis hoc ſeruandũ erit in legibus à diuina Sapientia latis. Probatur tertiò: nihil fruſtraneum eſt admittendum in humanis, & multò minùs in diuinis legibus: ſed, ſi illa verba: *Omne primogenitum, quod aperit vuluam, &c.* fuiſſent poſita ad includendũ Chriſtum, fruſtra fuiſſent poſita; ergo. Minor probatur: Chriſtus, vt diximus in prima concluſione, omninò à lege Moyſis erat exemptus; ergo fruſtra ad includendum illum fuiſſent poſita dicta verba. Probatur quartò: lex illa pro omnibus primogenitis lata erat, vt patet ex illa formula: *Omne primogenitum, &c.* ergo dici non poteſt, quòd ad ſolum Chriſtum compre-

A hendendum eſſet directa. Probatur quintò: illa lex præcipiebat, vt ſanctificaretur omne primogenitum, hoc eſt peculiari ritu Deo dicaretur: ſed Chriſtus, cùm eſſet Sanctus Sanctorum, &, vt homo, Deo hypoſtatico vinculo vnitus, non erat cur peculiari ritu Deo dicaretur; ergo non fuit comprehenſus in illis verbis. Et ex ijs patet reſponſio ad rationem fundamentalem aduerſæ opinionis. Sed adhuc

Obiectio. Luc.

Obiicies verba Euangeliſtæ: *Tulerunt eum in Hieruſalem, vt ſiſterent illum Domino, ſicut ſcriptum eſt in lege Domini, quia omne maſculinum, adaperiens vuluam, ſanctum Domino vocabitur*: ergo Chriſtus fuit ex primogenitis, de quibus dicta lex lo-

B quebatur.

Reſponſio. Suar.

Reſpondeo cum Suario loco ſupracit. dicta verba ſolùm ſignificare, quòd Chriſtus fuerit oblatus in Templo, vt in eo ſeruaretur lex de offerendis primogenitis, quamuis ad eam non teneretur. Rationes autem, ob quas in Templo Chriſtus à Virgine Matre fuit præſentatus, videbimus quæſt. ſequenti. Sit ergo

QVAESTIO VI.

Quibus de cauſis Beata Virgo infantulum Ieſum præſenta-

C uit in Templo.

Afferuntur cauſæ.

DICO, plures cauſas aſſignari poſſe. Prima ſit quia ſciebat B. Virgo diuino afflata numine, Prophetias de hac re eſſe adimplendas, Aggæi 2. vbi, dum ſermo habetur de Tẽplo à Zorobabel reædificato, dicitur: *Factum eſt verbum Domini ad Aggæum Prophetam, & dixit. Quis in vobis relictus eſt, qui vidit domum iſtam in gloria ſua prima? Adhuc modicum, & veniet deſideratus cunctis gentibus, & implebo domum iſtam gloria, dicit Dominus. Magna erit gloria iſtius nouiſſimæ plus quã*

Aggæi.

Pſalm. Malachiæ.

D *primæ*. Dauid pſal. 11. *Dominus in Templo ſancto ſuo veniet*. Malachiæ 3. *Statim veniet ad Tẽplum ſanctum ſuum Dominator, quem vos quæritis, & Angelus teſtamenti, quem vos vultis*. Secunda vt oblatione hac Chriſti in Templo nobis Virgo præſignaret futuram eiuſdem in cruce, & primã illam humano generi quodammodò futuræ huius obſidem conſtitueret. Quod innuere voluit D. Bernardus ſerm. de Purif. dum ait: *Veniet, quandò non in Templo offeretur, non inter brachia Simeonis, ſed extra ciuitatem intra brachia Crucis*. Imò hoc

D. Bernard.

idem

Digitized by Google

idem colligi poteſt ex Euangelio, dum Simeon ſtatim, atque Virgo Chriſtum obtulerat, quaſi intentioni offerentis reſpondens cæpit de crucis oblatione agere: *Tuam ipſius animam doloris gladius pertranſibit*. Tertiò, cùm Virgo eſſet afflictorum conſolatrix à Deo electa, vt tali munere fungeretur, Chriſtum in Templum detulit ad ſolamen Simeonis, qui ſummoperè cupiebat eum videre, ſuiſq; amplecti vlnis. Vndè factus voti compos lætabundus cecinit:

Nunc dimittis ſeruum tuum, Domine, ſecundùm verbum tuum in pace;
Quia viderunt oculi mei ſalutare tuum.
Quod paraſti ante faciem omnium populorum:
Lumen ad reuelationem gentium, & gloriam plebis tuæ Iſrael.

Quartò ad Templum Virgo progreſſa eſt oblatura Filium, vt religionis, & diuini cultus exemplum nobis exhiberet. Quintò vt per oblationem dilecti Filij ſui ſuaderet, ea, quæ nobis chariora ſunt, Deo offerenda. Sextò vt dignas grati animi vices Deo Patri rependeret, eumdem illi offerendo Filiũ, quem ab ipſo acceperat. Fauet D. Thom. ſerm. de Purif. Mariæ, qui plures Mariæ virtutes ex Euangelio eius Purificationis colligens: *Quintò*, ait, *gratiarum actio in Filij oblatione: ibi, vt ſiſterent eum Domino, quia tibi Domine, quem dediſti, offerimus*. Septimò vt indicaret Virgo, Filium, quem genuerat, quamuis exemptum, vt diximus concluſione prima præcedentis quæſtionis, à lege Moyſis, illam tamen ſeruare voluiſſe, vt hinc exemplum proponeretur Principibus, & Legiſlatoribus ſuis legibus vi directiua obtemperandi, quamuis coactiua illis non teneantur ſe ſubijcere. Vide rationes in c. 12. adductas, propter quas decuit Beatam Virginem Chriſti circumciſioni cooperari; plures enim illarum hìc habent locum. Sed

D. Thom.

Cùr voluit Chriſtus à Virgine quinque ſicl. ſ redimi.

Quæres: cùr Chriſtus à Virgine Matre voluit quinque ſiclis redimi?

Reſpondeo primò, hoc ingenioſum, & admirabile fuiſſe amoris Chriſti inuentum erga Matrem: vt enim non ſolo iure materno, ſed etiam iure quodammodò redẽptionis ſe proprium faceret Virginis Matris, ab ipſa voluit redimi. Ex quo animaduerte obiter, eſſe quodammodò in manu Virginis de Filio ſuo ad libitum diſponere.

In manu quodãmodò Virginis eſt de Filio ſuo ad libitũ diſponere.

Reſpondeo ſecundò, vt ex hoc nobis Chriſtus indicaret quàm vehementer cupiat nobis ſe donare per manus Virginis, dum ab ipſa redimitur nobis donandus in redemptionem. Excipe ad hanc rem verba B. Thomæ à Villanoua ſerm. de Purificatione: *O Bone Ieſu, iam noſter es, & duplici iure es: te nobis Pater dedit, te nobis Mater emit: noſter es, quia datus; noſter es, quia emptus: duplici te iure poſſidemus*.

B. Thom. à Villanoua.

Collige ſublimem Virginis eminentiã, quæ aſſumpta fuit in conſortium Aeterni Patris ad Filium nobis pro redemptione donandum. Vnde & de ipſa dicere poſſumus, quod de Patre dixit Euangeliſta. Sic Virgo dilexit mundum, vt Vnigenitum ſuum daret: ipſa enim fuit, cui datum eſt Filium redimere, vt eumdem nobis donaret.

QVAESTIO VII.

Vtrùm Deiparæ à Simeone fuerit ex more benedictum.

RATIO dubitandi eſt quia minor à maiore debet benedici iuxta illam doctrinam Apoſtoli ad Hebr. 7. *Sine vlla contradictione minor benedicitur à maiore*. Non videtur autem aduertendũ, quòd B. Virgo minor fuerit S. Simeone.

Ad Heb.

Notandum primò, quòd Numer. 6. traditur formula benedictionis ſacerdotalis his verbis: *Locutuſq; eſt Dominus ad Moyſem dicens: Loquere Aaron, & filijs ſic: Benedicetis filijs Iſrael, & dicetis eis. Benedicat tibi Dominus, & cuſtodiat te: oſtendat Dominus faciem ſuam tibi, & miſereatur tui: conuertat Dominus vultum ſuum ad te, & det tibi pacem*.

Numer.

Notandum ſecundò, omninò concedendum eſſe, Simeonem Deiparæ aliquo modo benedixiſſe, cùm dicatur in ſacro textu: *Et benedixit illis Simeon*: particula enim *illis* refertur ad Ioſeph, & ad Mariam: nam ſtatim, atque textus dixit: *Et erat Pater eius, & Mater mirantes ſuper his, quæ dicebantur de illo*, immediatè ſubijcit: *Et benedixit illis Simeon*. Quare difficultas ſolùm eſſe poteſt, an benedictio, quam indicat textus, fuerit ſacerdotalis modò conſueto.

Ianſenius in concordia cap. 10. putat, Euangeliſtam non loqui de benedictione ſacerdotali, quæ Numer. 6. traditur, ſed dicit, Simeonem illis benedixiſſe, ſiue quia felicia illis precatus ſit, ſiue quia illos felices prædicauerit, qui tanti Pueri parentes eſſe meruerint.

Ianſenius.

Didacus Murillus in opere, cuius titulus eſt: *Vida, y excellentias de la Madre de Dios*, to. 2. tract. 1. diſcurſ. 6. affirmat, Deiparæ

Didac. Muril.

paræ à S. Simeone fuiſſe benedictum benedictione ſolemni, de qua Numer. 6. Fundamentum eius eſt quia in obſeruãda lege lata de purificatione, & præſentatione primogenitorum, ſacrificium, quod offerebatur, & præſentatio puerorum per Sacerdotem fiebat, qui, accepto redemptionis pretio, puerum parentibus reddebat, illiſq; benedicebat, &c.

Concluſio. Dico, admitti quidem poſſe, Deiparæ collatam fuiſſe à Simeone benedictionem ſacerdotalem, non tamen ſub conſueta formula verborum tradita Num. 6. Prima pars probatur, quia optima regula interpretandi ſacram Scripturam eſt non recedere à proprietate verborum, quotieſcumq; nullum reſultat inconueniens; ergo in propria ſignificatione accipi debent verba illa Euangeliſtæ: *Et benedixit illis*, ideſt benedictione ſacerdotali. Quòd verò nullum ex hoc inferatur inconueniens, patet ex eo, quia non obſtat in re noſtra, quòd maior videatur ille, qui benedicit, & minor, qui benedicitur. Licèt enim Deipara abſque vlla cõparatione Simeonem ſanctitate excederet, tamen, quatenus ipſa non habebat dignitatem ſacerdotalem, cuius munus erat ſolemniter benedicere, in hoc ſolùm præcisè dici poterat minor Simeone. Vndè Apoſtolus nihil aliud intendit, quando ait: *Sine vlla contradictione minor benedicitur à maiore*; niſi quòd in benedicente vt ſic eſt aliqua ſuperior auctoritas, quæ non eſt in perſona benedicta. Et de cætero ſumma virtus religionis eluxit in B. Virgine, quòd voluerit ſic ſacerdotalem dignitatem in Simeone venerari, vt benedictionem ab eo recipere non renuerit. Adde quòd,

A cùm Sacerdotes veteris legis Chriſtum ſummum Sacerdotem futurum repræſentarent; non inconueniens, imò par eſſe videbatur, vt Virgo à Simeone Sacerdote in hoc ſuperiore ſibi benedici non recuſaret. Secunda pars probatur, quia verba illa benedictionis Numer. 6. non poterant conuenire Deiparæ, præcipuè autem illa: *Dominus oſtendat faciem ſuam tibi, & miſereatur tui: conuertat Dominus vultum ſuum ad te, & det tibi pacem*. Neque enim erat neceſſe, vt talia Virgini precaretur Simeon, cùm de facto talia, & multò maiora illi à Deo conceſſa fuiſſent. Simeonem verò diuino illuſtratum lumine B non latebant Virgini conceſſæ dotes, & priuilegia, quæ precationem illam in benedictionis ſormula contentam omninò excludebant. Quare veriſimile puto, quòd ſanctus Senex gratulabundus pro benedictione dixerit Virgini. Benedicat tibi Dominus, & cuſtodiat te, quia oſtendit Dominus faciem ſuam tibi, & miſertus eſt tui, & conuertit Dominus vultum ſuum ad te, & dedit tibi pacem; vel ſimilia. Fauet nobis Pelbartus in ſuo ſtellario lib. 2. par. 2. art. 3. cap. 3. quatenus ait: *Sed quali benedictione non exprimitur: deuota tamen mens poteſt plura contemplari, vt dixerit. Benedicta tu in mulieribus, quæ vir-* C *ginum Virgo, Angelorum Domina, & omnium Regina fieri meruiſti: vel: Benedicta filia tu à Domino, quia per te fructum vitæ æternæ communicauimus.* Pelbartus.

✠

CAPVT DECIMVMQVINTVM.

DE VIRGINE CVM PVERVLO IESV in Aegyptum fugiente.

QVAESTIO PRIMA.

Cùr Ioſeph potiùs, quàm Virgo admonitus fuit ab Angelo, vt in Aegyptum fugeret.

Cõcl. cauſas ſubnectens.

DICO primò, non A tuiſſe neceſſarium B. Virginem admoneri ab Angelo de fuga in Aegyptum. Ratio eſt quia primò eminenti ſacræ ſcripturæ ſcientia illuſtrata fuerat eadem Virgo, atque adeò Prophetarum oracula perfectiſſimè intelligebat, & conſequenter illud Iſaiæ 19. *Ecce Dominus aſcendet ſuper nubem leuem, & ingredietur Aegyptum, & commouebuntur ſimulacra* (Iſai.) B *Aegypti a facie eius*; quod de Chriſti fuga in Aegyptum accipit Euſebius lib. de demonſtrat. demonſtratione 4. quem ſequũtur alij, vt Procopius in Iſaiam (Vide & Athanaſium tom. 1. lib. de Incarnatione Verbi Dei.) Et Oſee: *Ex Aegypto vocaui Filium meum*; quod in eodem ſenſu ex teſtimonio Euangeliſtæ accipitur, vt communiter notant Patres, quos refert Suarez tom. 2 in 3. p. diſp. 17. ſect. 1. Secundò ipſa Virgo, vt Propheteſſa, & Prophetarum Regina, omnia myſteria ad Chriſtum ſpectantia præſciebat. C

Euſebius, Procopius, Athanaſius, Oſee.

Suar.

Concl. ſec.

Dico ſecundò, maximè decuiſſe, Ioſepho ab Angelo reuelari in Aegyptum fugiendum eſſe. Probatur, quia diuina prouidentia, quotieſcumque eligit aliquem ad munus aliquod, media, & auxilia ad illud rectè obeundum ſolet ſuppeditare: ſed Ioſeph electus fuerat à Deo ad munus A nutritii exercendum circa Chriſtum infantem; ergo decebat, vt diuina prouidentia illam ipſi notitiam communicaret, quæ ad Chriſtum ab impio Herodis gladio liberandum erat neceſſaria. Noluit autem diuina prouidentia, huiuſmodi notitiam à Virgine Ioſepho ſuppeditari, ſed potiùs ab Angelo, ne eidem Virgini ſubtraheretur occaſio exercendi actum obedientiæ, quam ipſa tãtoperè adamabat; erat enim ſubdita Ioſepho in exteriori gubernatione, & ſic ad illius nutum promptiſſima profecta eſt in Aegyptum. Quòd ſi ipſa B fuiſſet, quæ fugam Ioſepho reuelaſſet, viſa fuiſſet imperare potiùs, quàm obtemperare.

Collige, à Beata Virgine in hoc inſtrui ſubditos, eſſe ſuperioribus, quamuis ſcientia, vel cæteris dotibus inferioribus, alacriter obtemperandum, cùm certum ſit, non eos ex ſe, ſed per eos Spiritum Sanctum imperare.

Docet B. V. Superioribus parendum, quãuis ſcientia, cæteriſve dotibus minùs præſtantibus.

*

QVAE-

QVAESTIO II.

Cur à Virgine Matre voluit Ieſus in Ægyptum transferri.

SVPPONENDVM, non fuiſſe ſimpliciter neceſſariam fugam in Aegyptum ad euitandã Herodis perſecutionem: poterat enim Deus in iuſtam vindictam Herodem de medio tollere, poterat & ſeſe occultare, & inuiſibilem reddere militibus ipſum ad necem quærentibus, aut alijs me[di]js ſeſe eruere de eripere. Hoc ſuppoſito,

Concluſio rationes afferens.

Dico, varias à Patribus aſſignari rationes, ob quas decuit Chriſtum à Virgine Matre in Aegyptum deferri. Prima eſt vt adimplerentur oracula Prophetarum, quæ partim citauimus quæſt. præcedenti, partim paulò poſt ſubijciemus ex D. Chryſoſt. Secunda vt Filij & Virginis Matris exemplo indicaretur, perſecutiones in hac vita neceſſario eſſe tolerandas. Ita Origen. homil. 17. in Numer. *Fuge*, inquit, *in Aegyptũ, vt hi, qui nomine Ieſu perſecutionem patiũtur, tribulationes tolerant, qui iniurias perferunt, fortiter ſtent, virtuten prævalentur, Eccleſiam non deſerant ſed ſemper meminerint, quia & Dominus à peccatoribus perſecutionem perpeſſus eſt, quoniam ab iniuſtis contumeliatus eſt, & ab ipſis de loco in locum fugit.* Accipe inſuper luculenta hæc de re Nazianzeni verba in orat. de Chriſti Domini Natiuitate: *Itaq; ſi in Aegyptum profugit Chriſtus, alacri animo te illius fugæ comitem adiunge: præclarum eſt cum Chriſto perſecutione preſſo fugam inire.* Et ſi, vt in apophtegmatibus refert Manutius, Dux militum Photion ductus ad mortem innocens ſocium, qui ſecum reus erat moriturus, de morte acerbitate conquerentem his verbis ſolatus eſt: *Parum tibi videtur cum Photione mori?* Dicamus nos, idcircò voluiſſe infantulum Ieſum ab Herodis manibus in exteram regionem cum Matre effugere, vt quilibet poſteà fidelis in perſecutionibus deprehenſus his ſeſe poſſet verbis animare: Parum tibi videtur cum Chriſto, & Matre fugiente fugere, cum Chriſto, & Matre perſecutionem patiente pati? Tertia vt factis confirmaret, quod verbis poſteà docuit; quandoquè, nimirum, expedire ad Tyrannorum furorem euitandum ex vna in alteram migrare ciuitatem. Ita Aymon: *Conſidera*, inquit, *obſecro, quomodò ad exemplum noſtri incipiat à tenera ætate pati perſecutiones Chriſtus Dominus: exemplo ſuo nos docet id, quod dixit Matth. c. 10. Si vos perſecuti fuerint in vna ciuitate, fugite in aliam.* Quarta vt veram à ſe humanitatem aſſumptam fuiſſe hoc etiam argumento declararet, dũ ea, quæ humanæ infirmitatis ſunt, experiebatur. Ita habetur in Reuel. S. Brigittæ lib. 5. interrog. 13. vbi Chriſtus ſic ipſam Brigittam alloquitur: *Quòd autem fugi in Aegyptum, in hoc infirmitas humanitatis meæ oſtenſa eſt.* Quod etiam optimè perpendit Chryſoſtomus ſuper cap. 2. Matthæi, vbi hæc habet: *Dignum eſſe hoc loco iudico trepidationem quamdam mentis fateri, & quaſi metuere pro Magis, pariter ac Puero. Etſi enim illi turbati non ſunt, ſed fideliter omnia ſuſceperunt, nos tamen ſcrutari dignum eſt, cur non & Magi præſentes ſaluentur & Puer; ſed illi quidem per fidem reuertantur, Puer autem cum Matre in Aegyptũ transfugiat, cum multò potius fuiſſe videatur in manus eũ Herodis incidere, nec tamen, cùm incidiſſet, latere, ſed claro prorſus diuinitatis auxilio vindicari. Verùm, hoc modo rebus impletis, creditum non fuiſſet, verè illum ſuſcepiſſe carnem, tantiq; hodie myſterij ſacramenta nutarent.* Quinta vt cum Matre doceret Chriſtus ijs maximè, qui vitæ ſuæ rationes alieno regimini piè cõmiſerũt, Superiorum nutu libentiſſimè patrium ſolum eſſe relinquendum. Qua in re nota obiter, quàm admirabilis fuerit Virginis perfectio, quæ patriam ad nutum ſolius coniugis promptiſſima, nulla interpoſita mora deſeruit; patriam, inquam, cuius tantus eſt amor, adeoq; tenax, vt cecinerit ille Poeta:

Neſcio qua natale ſolum dulcedine cũctos
Ducit, & immemores non ſinit eſſe ſui.

Vndè &, cùm voluit Deus Abraham è patria educere, tot promiſſis, atque hortationibus vſus eſt: *Egredere de terra tua; faciam te in gentem magnam, & benedicã tibi, & magnificabo nomen tuum: benedicam benedicentibus tibi, & maledicam maledicentibus tibi, atque in te benedicentur vniuerſæ cognationes terræ*, Geneſ. 12. Virgini autem nullis illectæ promiſſis ſatis fuit nutus Ioſeph ad hoc, vt, relictis cum patria omnibus, in intempeſtæ noctis ſilentio quò vocabat Deus, velox, & hilaris ſecederet. Sexta ne ſubtraheretur innocentibus paruulis martyrij occaſio. Vndè Petrus Chryſol. ſerm. 153. eleganter ait: *Si non fugiſſet Ieſus, haberet eos ſynagoga filios, non eos haberet Eccleſia martyres.* Septima amor fuit, quo tenebatur Ieſus, plura pro nobis patiendi. Audiendus eſt hic D. Fulgentius ſerm. de Epiphan. *Dignatus eſt*, inquit, *in Aegyptum fugere, vt poſtea crucem dignaretur aſcendere: fecit enim illũ mora benignitas propria, non malignitas aliena.* Cum .n.

Perſecutiones in hac vita neceſſario tolerãdæ. Origenes.

Nazianzen.

Manutius.

Aymon.

Reuel. S. Brigittæ.

Chryſoſt.

Geneſ.

Pet. Chryſol.

D. Fulgent.

prædefinitum eſſet à Deo, vt adulta ætate moreretur, quia id nobis magis expediebat, fugit ad oſtendam humano modo, non potentia virtutis, mortem in infantia ſibi imminentem. Vnde manifeſtũ eſt, amore noſtri, non Herodis timore, quem ſolo nutu cohibere potuiſſet, fugam arripuiſſe, ſed potius inſtar ſtrenui ducis ſingulari ſtratagemmate inimicum fugiendo deluſiſſe. Et hic ſimul animaduertendus eſt amor erga genus humanum eximius in Virgine, quæ hac in ratione Chriſtum in Aegyptum deferebat, vt, euangelicis traditis dogmatibus, copioſiori redemptione in cruce grandior moreretur. Octaua vt innoteſceret Virginis amor in Chriſtum eminentiſſimus. Etenim AMOR, QVI IN ARDVIS NON COMPROBATVR, SVSPICIONE NON CARET. Nona vt indicaretur, nullam eſſe regionem adeò vitijs profligatam, tenacìq; adeo ſcelerum cæno infixam, quæ, Virgine cum Ieſu occurrente, & ſuccurrente, eripi, cęlove reconciliari non poſſit. Quam rationem adnotat D. Chryſoſt. in 2. Matthæi: *Simul,* inquit, *toti orbi denunciantur optimæ ſpei in poſterum prooemia; [illegible] Babylon, & Aegyptus præ omnibus terris flamma impietatis ardebant, & ab ipſis ſtatim principijs oſtendit, quòd vtramque emendaturus eſſet, & igne potiùs fidei ſuccenſurus, ex ijs vtique perſuadens, etiam de alijs mundi partibus ſperanda eſſe meliora; nã Perſidi quidem Magos remittit, ipſe verò cum Virgine Matre in Aegyptum deſcendit.* Et ſanè ea erat ante Chriſti aduentũ Aegyptia regio, quę execrabili Idolorum ſeruituti prorſus mancipata, atque adeò vitiorum omnium officina, non lõgè abeſſet à ſaluris deſperatione. Poſtquam verò infantulum Ieſum benigniſſima Virgo attulit, quæ rerum mutatio? quæ morũ correctio? quæ vitæ reformatio? Proh Deũ immortalem! quot ibi Virginũ, quot Martyrũ, quot Anachoretarum cœtus, fugata priſtini æui nequitia, floruerunt? Vbi enim vitam in humano corpore angelicã traduxerunt Antonij, Pauli, Hilariones, Macarij, totq; alia euangelicæ perfectionis lumina, niſi in Aegyptiacis deſertis, ita, vt vitiorum illud baratrũ in virtutis, ac ſanctimoniæ theatrũ migraſſe videretur? Ad hæc reſpexit Regius Vates pſal. *Poſuit in Aegypto ſigna ſua, & prodigia ſua in campo Taneos.* Audiamus hic rursùs D. Chryſoſt. homil. 8. in Matth. ſic loquentẽ: *Si quis nunc ad Aegypti veniat ſolitudinem, paradiſo quouis omnem illam eremum inueniet digniorem, & innumeros Angelorũ cœtus in corporibus agere mortalibus, & populos Martyrum, & choros Virginum, & omnem tyrannidem diaboli dirutam, Chriſti autem*

D. Chryſoſt.

Aegypti poſt Chriſti in illam, & Virginis aduentum admirabilis reformatio.

Pſal.

D. Chryſoſt.

A *regnum coruſcans; & illud etiam oraculum Iſaiæ 19 adimpletum: In die illa erit altare Domini in medio terræ Aegypti, & titulus Domini iuxta terminum eius, & erit in ſignum, & in teſtamentum Domino exercituum in terra Aegypti: & paulò poſt: Et cognoſcetur Dominus ab Aegypto, & cognoſcet Aegyptij Dominum in die illa, & colent eum in hoſtijs, & muneribus, & vota vouebunt Domino, & ſoluent.* Idem in eadem homil. *Non ita varijs aſtrorũ choris cælum refulget, vt Aegyptus innumeris Monachorũ, ac Virginũ diſtinguitur, & illuſtratur habitaculis.*

Collige primò quid inter alia ſignificatum fuerit Ioanni, dum vidit in cælo mulierem ſtellis coronatam, ſolé amictam, &
B lunam ſub pedibus eius. Luna enim, auctore Pierio Valeriano lib. 44. hierogliph. c. 19. ſymbolum eſt Aegypti: vnde Antonius Pius in quibuſdam nummis iuſſit imprimi hominem ambabus manibus lunam apprehendentem, inſcripto nomine Alexandriæ, vt innueret, ſeſe Aegypti poſſeſſionem fuiſſe aſſecutũ. Igitur luna ſub pedibus Virginis per mulierem, vt communiter notant PP. deſignatæ ſignificat, Aegyptũ, eiusq; populos ope Virginis à nequiſſima dæmonum ſeruitute ereptos, & ſanctificatos, tamquam inſigne ſpolium, & trophæum, illius pendere ſub pedibus, gloriamq; augere triumphantis. Quod præſignaſſe videtur Spiritus Sanctus Cant. 4.
C illis verbis: *Veni, coronaberis de capite Amana, de vertice Sanir, & Hermon, de cubilibus leonum, de montibus pardorum.* Ex præcipuis enim Virginis in cælis glorioſæ coronis vna eſt, quam ex cubilibus leonũ, hoc eſt de Aegypto, peccatorũ, qui per leones indicantur, nefario cubili, reportauit.

Collige ſecundò admirabilem Virginis manſuetudinem, quæ, licèt ſibi maximè diſpliceret Herodis nequitia Filium ſuum ad mortem iniquè quęrentis, tamen voluit potiùs tot exilij incõmoda tolerare, quàm Deũ pro iuſta Herodis vindicta ſupplicare.

Collige tertiò, Virginis exemplo libenter ſuſtinendas eſſe qualcũque ærumnas, dummodo præſens adſit Chriſtus, homi-
D nemq; numquam dici poſſe exulem, ſi cum Chriſto peregrinetur, vt rectè aduertit D. Auguſtinus ſerm. de S. Cypriano: *De patria tua in alienam te arbitraris exulare, hominem Dei in Chriſto nuſquam exulem, in carne vbique peregrinum.*

Collige quarto, opus verè heroicum eſſe, Chriſtiq;, & Virginis exemplo proximum, per remotas mundi plagas pro animarum ſalute inueſtiganda excurrere; nec itinerum diſtantia, aut effera nationũ barbarie exterreri, nec inimicã cæli intemperiem, æſtuanteſve feruentis zonæ arenas,

Apocal. 12.

Pier. Valer.

Aegyptus ſub pedibus Virginis inſigne trophæum.

Cantic.

Eximia Virginis manſuetudo.

Libenter ſuſtinendæ ærumnæ, dũmodò præſens adſit Chriſtus.

D. Auguſt.

Quàm heroicum opus ſit pro animarũ ſalute in barbarorum regiones peregrinari.

aut

aut horribiles glacialis climatis niues perhorreſcere. Qua in re verè admirabi-
D. Frãciſcus Xauerius longiſſimis, ac difficilimis pro fidei ꝑpagatione confectis itineribus clarus.
lem nouimus in noſtro hoc ſæculo D. Frãciſcum Xauerium, eiusq; ſectatores nomine ſanè, & factis ſocios Ieſu, quorum laborioſis peregrinationibus in dies Euãgelica prædicatio propagatur.

QVAESTIO III.

Cur potiùs in Aegyptum, quàm in aliam regionem voluit Chriſtus à Virgine Matre transferri.

POSITO quòd Chriſtus voluerit ad euitandam ſæuientis Herodis perſecutionem è Nazareth aliò migrare, quæri poteſt, cur in Aegyptum, & non potiùs in alias regiones ſe contulit, vt ad Arabes, & Perſas, vbi beneuolè à Magis fuiſſet ſuſceptus, vel in Italiam, vbi ſtatim natus à Sybilla Auguſto Imperatori in aureo prope ſolem circulo cum Virgine matre fuerat indicatus, alijsq; prodigijs manifeſtatus.

Præter nonnulla ex allatis quæſt. præcedenti, quæ huc etiam reuocari poſſunt,

C Dico, tres præcipuè ob cauſas in Aegy-
Concluſ. cauſas ſuggerẽs.
ptum potiùs, quàm in aliam regionem Chriſtum Ieſum à Virgine voluiſſe transferri. Prima eſt vtglorioſiùs de tartareo hoſte cum Virgine inciperet triumphare. Explico. Dæmon per Herodem Chriſto bellum indixerat; Chriſtus verò, vt ſagax non minùs, quàm ſtrenuus dux, volens cum Virgine Matre (ad caput diaboli cõterendum electa) glorioſiorem reportare victoriã, aggredi illum decreuit in Aegypto, vbi regiam ſuam collocauerat, & ſuperſtitionum, Idolorumq; cateruis cinctũ, obſeſſumq; tam patens regnum ſuis nutibus tenebat aſtrictum: vnde ait S.Cyril-
D.Cyrillus.
lus in cap.1.Iſai. *Aegyptij præ alijs ſuperſtitioſiſſimi delubra paſſim, & ſimulacra infi-*
D *nita habebant: adorauerunt volatilia, & piſces, & capram, & ouem; & vitulus ab illis in honore habitus eſt*: D. Chryſoſt.hom.8.
D.Chryſoſt.
in Matth. *Aegyptum, ait, colentem porros, &*
D. Iſidor.
cepas: S.Iſidor.lib.1.epiſt.489 *Aegyptios ob crudelitatem, & morum immanitatem lex ab imperio, & præfectura arcet*: & Herodo-
Herodotus.
tus in Euterpe hæc habet: *Duodecim Deorum nomina primos Aegyptios exiſtimaſſe, atque Græcos ab illis accepiſſe, eosq; primò aras, & imagines, & templa Dijs ſuis ereꝫiſſe: omnia ferè Deorum nomina ex Aegy-*

A *pto in Græciam commigrarunt*. Quare clarior illic fuit Chriſti, & Matris de dæmone triumphus, vbi fortiores ſuperandæ erant inferorum phalanges, pluraq; quàm in alijs quibuſcũque mundi partibus, profliganda. Secunda vt ſuo, & Matris exemplo oſtenderet Chriſtus, inimicis eſſe benefaciendum: erant quippe Aegyptij non ſolùm Dei, ſed & Iudæorum omnium hoſtes infeſtiſſimi, vt notat Philo in Flaccum Philo.
dicens: *Conſtat, Aegyptios antiquo odio fuiſſe in Iudæos infenſiſſimos*. Tertia vt oſtenderet Chriſtus, ſe, poſtquam natus fuerat è Virgine, veterem iram in miſericordiã conuertiſſe; quod meliùs, vt ita dicam, oſtendere non poterat, quàm ibi miſeri-
B cordiæ tribunal ſtabiliendo, vbi iuſtitiam priùs exercuerat, & ſeueritatem. Fauet nobis D.Thom.caten.aure. in c.2.Matth. D. Thom.
vbi hæc habet: *Quare in Aegyptum? Recordatus eſt Dominus, qui non in finem iraſcitur, quanta mala fecerit ſuper Aegyptũ; ideo mittit Filium ſuum in eam, vt det illi magnæ reconciliationis ſignum, vt decẽ plagas Aegypti vna medicina ſanaret, vt populus, qui ante fuerat perſequutor populi primogeniti, cuſtos fieret Filij vnigeniti, vt qui illis violenter dominati ſunt, iſti cum deuotione ſeruirent, vt iam non irent ad mare rubrum demergendi, ſed vocarentur ad aquas baptiſmatis viuificandi*.

QVAESTIO IV.

Vtrùm nauali, vel terreſtri expeditione B. Virgo profecta ſit in Ægyptum.

SVPPONO primò, locũ, vnde Virgo cum Puero in Aegyptum migratura diſceſſit, fuiſſe Nazareth, quæ eſt in Galilæa inferiori. Colligitur ex 2. Lu- Luc.
cæ dicentis: *Et, vt perfecerũt omnia ſecundùm legem Domini, reuerſi ſunt in Galilæam, in regionem ſuam Nazareth*.

Suppono ſecundò ex geographicis deſcriptionibus, à Nazareth non multùm diſtare diuerſa maritima litora, & portus, quorum omnium proximus Ptholemais; & verſus mare Syrium, & Phænicium paulò diſtantior Syrus, Aulum, Sarepta, & Sydõ; verſus verò mare Aegyptium Dora, Micmetaih, Dioſpolis, Ioppe (qui gradatim viciniores fiebãt Hieruſalem), quò appellere poterat Deipara nauigatura in Aegyptum.

Suppono tertiò, viam etiam terreſtrem

tritam

Digitized by Google

tritam parere à Nazareth in Aegyptum, tranſeundo per Sychen, Samariam, Ramam, Marezan non multùm Hieroſolyma diſtantem, Enachain, tendendo ad vrbem Gazævnam ex quinque vrbibus terræ Philiſtinorum, per quam reuertebatur Eunuchus Candacis Reginæ Aethyopiæ proficiſcens in Aegyptum, & indè in Aethyopiam migraturus, de quo Actorum 8.

Actor.

Recentiorũ nonnullorũ ſententia.

Recentiores aliqui exiſtimant, Deiparã cum infantulo Ieſu è Nazareth terreſtri via in portum Ptholemaidis vix diei vnius itinere diſtantem, vel in alium quempiam ex ijs, quos ſupra notauimus, ſe contuliſſe, atque inde nauali itinere ad Aegyptũ eſſe profectam. His verò innituntur rationibus, primò quia in huiuſmodi portubus aderant paratæ inſtitorum naues, quibus repentè iter ſuſcipi poterat: ſecundò quia in via illa terreſtri facilis erat incurſus in manus Herodianorum militum, cùm tranſeundum eſſet per magnam Galilææ partem, per vniuerſam Samariam, Iudæam, & præcipuè per fines Bethlehem, &c. tertiò quia percurrendum erat arenoſum deſertum, atque adeò multa incommoda ſuſtinenda.

Communis opinio.

Io. Maior.

Communis opinio affirmat, Deiparam via terreſtri in Aegyptum migraſſe. Ita Ioannes Maior in 2. Matth. *Ioſeph*, inquit, *relicto mari, terreſtre iter aſſumere decreuit: eſt terra inculta intermedia; poterat Ioſeph de viatico prouidere in Berſabee.* Ioannes Gerſon in Ioſeph. diſcurſu primo:

Gerſon.

O quoties latro, quoties ſitis, algor, & ardor,
Atq; fames potuit inopes vexare viatores.

Toſtatus, Carthagena, D. Bonau.

Toſtatus in 2. Matth. q. 60. Carthag. tom. 3. lib. 9. homil. 6. D. Bonauent. & alij.

Conclus. cõmuni ſentẽtiæ conformis.

Dico, hanc ſecundam opinionem eſſe probabiliorem, primò quia plures, & antiquiores habet Aſſertores: ſecundò quia rationes ſupra adductæ pro prima ſententiâ non ſolùm non conuincunt, ſed nec multùm probant, vt videbimus; tertiò quia, vt habetur in antiqua Armenorum hiſtoria, prout refert Gratianus in vita S. Ioſeph, & Caſtro in vita Deiparæ, S. Ioſeph per locum à Bethlehem, quantùm duo ictus lapidis, diſtantem tranſiuit, vbi relicta paululùm Virgine, ingreſſus eſt Bethlehem ad aliqua pro itinere neceſſaria comparanda: interim verò Deipara in latibulum cuiuſdam cauernæ penetrauit, atque ibi, dum Puerum lactabat, eius lactis guttula ſupra petram cecidit, ad cuius contactum petra ipſa candida, & mollis effecta eſt, ex qua nunc etiam fiunt veluti placentulæ, quæ multis morbis, & lãguoribus proſunt. Hunc locum viſitare ſolent peregrini terræ ſanctæ, de dictis placentulis, quæ lac appellantur, afferentes, eaſdemq; tanquã inſignes reliquias maximo honore venerantur. Porrò ex hac hiſtoria conſtat, huiuſmodi expeditionẽ via terreſtri, ſaltèm è Nazareth vſque ad fines Bethlehemiticos, fuiſſe ſuſceptam. Vnde, cùm pericula omnia, quæ ex Herodis perſecutione poterãt timeri, iam Virgo ſubterfugiſſet, & magnã iam itineris partem exegiſſet, non eſt probabile, eam à terreſtri itinere ſuſcepto receſſiſſe, vt pro reliquo viæ ſpatio ſe mari committeret; quod ſi facere voluiſſet, facile erat, & ſine vllo periculo è Nazareth diuertere Ptholemaidem parùm illinc diſtantem, vndè, continuata nauigatione, pergere poterat in Aegyptum, non tranſeundo per fines Bethlehem, vbi occurrebant omnia pericula, quæ ex Herodis perſecutione erant extimeſcenda.

Gratianus, Caſtro.

Saxum Virginis lacte emollitum, & albefactũ.

Reſpõdetur rationib. ab Aduerſarijs adductis.

Supereſt, vt reſpondeamus rationibus pro prima ſententia adductis ab Aduerſarijs. Ad primam igitur, nõ ſemper in portu adſunt naues ad iter ſtatim ſuſcipiendũ paratæ, imò ſæpiùs turbatum eſt mare, atque adeo eſt expectandum donec quieſcat, & ſecundi inſufflent venti; quæ expectatio in re noſtra fuiſſet nimis periculoſa. Ad ſecundam, non minora fuiſſent pericula in maritimis portubus, in quibus ſolent dari nomina eorum, qui mari ſe cõmittunt, & quò plures conuenire ſolent mercatores, exactores, & alij, qui ex ſpeciali Regis, vel Principis mandato referre ſolent quæcumque ibi accidunt. Ad tertiam, licèt penetrandum eſſet arenoſum deſertum, non tamen dicendum eſt, B. Virginem, cui dulce erat pro Filio ſuo dilectiſſimo pati, labore illo fuiſſe exterritam, ſed potiùs tali patiendi occaſione exhilaratam. Adde quòd & in mari non deerant incommoda, & difficultates, vbi ſunt itinera incerta, tempeſtatibus obnoxia, & corporis valetudini ob aſſiduam agitationem inimica, in quibus, ſi ſæpe non leuiter patiuntur robuſti, & conſtantis ætatis homines, quid paſſus eſſet Ieſus delicatiſſimæ corporis habitudinis infantulus?

Confirmantur obdurati peccatores ad Virginem inuocandã.

Collige, ex prææallato Virginis lactis miraculo maximam in obduratorum peccatorum animis excitari poſſe ad Virginem confugiendi fiduciam. Etenim petra illa quid aliud quàm Chriſtum ſignificat, qui contra peccatorum ſæuitiam interdum obduratus, ſola Virginis interceſſione, vel dati lactis recordatione mollitur? Vel, ſi petram illam obſtinati cordis ſymbolum eſſe velimus, quid eam meliùs duritiem quantũuis ſaxeam poteſt emollire, quàm Virgo vel minima apud Filium interceſſione, ſub lactis illius ſtillula nobis adumbrata?

QVAE-

Digitized by Google

QVAESTIO V.

Vtrùm, Virgine cùm infantulo IESV Aegyptum ingrediente, idola corruerint.

Suarez quid ſentiat.

SVAREZ tom. 2. in 3. p. diſp. 17. ſect. 1. putat, non eſſe admodùm veriſimile, quòd in tota Aegypto ad Chriſti, & Matris eius ingreſſum omnia Idolorum corporea ſimulacra euerſa fuerint: quòd verò in aliqua ciuitate, in qua cum Chriſto Deipara habitauerit, diuina virtute corruerint Idola, non exiſtimat eſſe incredibile, quamquam in prophetia Iſaiæ 19. dicat hoc non habere fundamentum.

Iſai.

Affirmatiua ſententia.

Affirmant, manufacta Aegypti Idola, Virgine illuc cum puero IESV ingrediente, corruiſſe, grauiſſimi Patres, & complures fide digni hiſtoriographi. D. Anſelmus in c. 2. Matth. *De fuga*, inquit, *prædixit Iſaias: Ecce Dominus aſcendet nubem leuem, & ingredietur Aegyptum, & mouebuntur ſimulacra eius, quod factum eſt; nam, Domino intrante in Aegyptum, Idola templorum corruerunt*. S. Bonauentura de vita Chriſti c. 12. *Cum in Aegyptum intraret Chriſtus, Virgo, & Ioſeph, omnia Idola ipſius Prouinciæ corruerunt, ſicut per Iſaiam fuerat prophetatum*. S. Dorotheus Martyr in ſynopſi in vita Ieremiæ ſic refert: *Ieremias ſignum dedit ſacerdotibus Aegyptiacis, quòd oporteat eorum ſimulacra concuti, & decidere per Seruatorem Puerum ex Virgine naſciturum, & in præſepi iaciturum. Propterea etiam nunc Virginem in lecto, Infantem in præſepio collocant, & adorant: &, cùm cauſam olim Ptolemæus Rex percunctaretur, reſponderunt, myſterium eſſe ipſis à Maioribus traditum, quod illi à S. Propheta acceperunt*. Idem teſtantur S. Epiphanius lib. de vita, & interitu Prophetarum relatus à Didaco Murillo in ſuo Mariali tom. 2. tract. 2. diſc. 3. D. Antonin. 1. p. tit. 5. c. 1. §. 4. S. Cyrillus Hieroſolymitanus catheche. 10. S. Athanaſius de Incarnatione Verbi, Lyranus, qui ſuper Iſaiam 19. *Ingrediente*, ait, *Domino in Aegyptum, ſimulacra corruerunt, vt dicitur in ſcholaſtica hiſtoria in ſignum deſtructionis Idololatriæ per prædicationem euangelicam*: Druthmanus ſuper Matth. 2. Procopius in dictum locum Iſai. vbi: *Cùm Dominus*, inquit, *in puerili ætate in Aegyptum deductus eſt, ineffabili potentia confregit Idola*:

D. Anſelm.

D. Bonau.

D. Doroth.

D. Epiphan. relatus à Didaco Murillo, D. Antonin. D. Cyrill. D. Athanaſ. Lyranus.

Druthman. Procopius.

A Toſtatus in q. 60. in 2. c. Matth. his verbis: *In Heliopoli fuit prius Virgo cum Chriſto, quàm in alio loco Aegypti: &, cùm primò veniſſet non habens aliquem locum, in quem ingrederetur, vel ad quem diuerteret, intrauit quoddam templum, in quo erant Idola trecenta, & ſexaginta quinque iuxta numerum dierum anni, quibus ſingulis diebus diuinus exhibebatur cultus. Ad Chriſti autem, & Matris eius ingreſſum vniuerſa Idola corruerunt, quæ fortè erant omnia Idola Aegypti, ſcilicet, quòd non eſſent plura nomine differentia, licèt eſſent multa alia differentia numero ab illis; & valdè rationabile illud erat*: & paulò poſt ſubdit: *Quo facto, cùm eſſet renunciatũ Aphrodiſio Principi ſacerdotum, venit in templum cum omni exercitu ſuo, & accedens adorauit puerum Ieſum, & alloquens exercitum ait. Hic, niſi eſſet Deus deorum noſtrorum, coram eo non ſe proſternerent: nos ergo quod Deos noſtros facere videmus niſi cautè fecerimus, omnes ſicut Pharao periculum incurremus*. Idem refert Baron. anno Chriſti primo ex Brochardo in deſcriptione terræ ſanctæ par. 2. c. 4. Sequuntur Recentiores, Barradius to. 1. lib. 10. c. 8. Didac. Murillus citatus, Dionyſ. Carthuſ. in c. 19. Iſai. & alij.

Toſtatus.

Baronius, Brochardus, Barradius, Didac Muril. Dion. ſ. Carthuſ.

Concl. affirmatiua.

Dico, intrante Deipara cum Filio in Aegyptum, corporea Idola conſtrata, & diruta corruiſſe. Probatur primò ex dicto illo Iſaiæ prophetico, 19. *Ecce Dominus aſcendet ſuper nubem leuem, & ingredietur Aegyptum, & commouebuntur ſimulacra eius*: quod oraculum cùm exponi poſſit ſine vllo inconuenienti in ſenſu litterali de commotione ſenſibili Idolorum, & ſic illud exponant citati Patres, ita eſt exponendum. Fauet huic expoſitioni lectio Septuaginta: *Mouebuntur manufacta Aegypti*; & Vatablus, qui legit: *Mouebunt ſe ad aduentum eius*. Confirmatur primò, quia hoc videtur fuiſſe à Spiritu Sancto præſignatum tunc, quandò arca, per quam Chriſtus, & Deipara figurabantur, ante idolum Dagon poſita; confractum recidit idolum. Confirmatur ſecundò ex vaticinio illo Geneſ. 3. *Et ipſa conteret caput tuũ*; quod optimè etiam explicari poteſt in hoc ſenſu, quòd Virgo Dæmonem à ſimulacris Aegyptiorum, in quibus ſuperbè caput erigebat, erat expulſura. Fauet nobis Euthymius orat. de zona Deiparæ ſic loquens: *Sanctiſſima Virgo aras contriuit Idolorum, & delubra gentiuum perdidit, & comminuit*. Probatur ſecundò auctoritate præcitatorum PP. & hiſtoricorum, quibus ſatius eſt in obſcuris adhærere, quàm proprio nimis inniti diſcurſu. Probatur tertiò ratione: ſi enim Chriſtus ad Aegyptios à ſuperſtitione, & idololatria

Iſai.

Septuag. Interpr. Vatablus.

Geneſ.

Euthymius.

QVAESTIO VII.

Quot annis in Ægypto commorata ſit Deipara.

Opiniones variæ.

IN hac re variant notabiliter Auctores, quorum præcipuas ſententias breuiter referam.

D. Epiphan. Epiphanius lib. 1. panarij tom. 1. in fine poſt hæreſim 20 & lib. 3. hæreſ. 78. exiſtimat, duobus annis tantùm Deiparam cum Ieſu in Aegypto permanſiſſe: opinatur enim, Chriſtum, expleto à natiuitate biennio, à Magis fuiſſe adoratum, ſtatimque in Aegyptum profugiſſe, atque, exactis in Aegypto annis duobus, rediJſſe.

Niceph. Druthamanus. Nicephorus lib. 1. cap. 14. & Druthamanus in Matth. 2. putant, B. Virginem Aegypti incolam fuiſſe tribus annis.

Barradius. Barradius tom. 1. lib. 10. cap. 9. circa quinquennium, vel ſexennium, cenſet, Deiparam habitaſſe in Aegypto; ſic enim ſupputat. Chriſtus natus eſt anno 32. Herodis, eodemq; anno in Aegyptum profectus eſt, & ex Aegypto teſte Matth. poſt obitum Herodis reuerſus eſt. Tot ergo annos cum Chriſto fuit Deipara in Aegypto, quot inter annum Herodis 32. & eius obitum interfuerunt. Herodes verò anno 37. regni ſui migrauit è vita, vt ex Euſebij Chronico, & ex Ioſepho antiq. lib. 14. cap. 15. in fine, & alibi conſtat; ergo ſequitur, quinquennio, vel ſexennio Deiparam in Aegypti habitatione perſeueraſſe. Ab hac ſententia non diſcrepant alij, quos refert Maldonatus loco infra citando.

Euſebius, Ioſeph.

Alij volunt, Beatam Virginem cum infantulo Ieſu in Aegypto ſeptennium exegiſſe. Ita Ammonius Alexandrin. in harmon. Euangeliorum, Diuus Bonauent. de vita Chriſti cap. 13. Magiſter hiſtor. cap. 23. D. Antonin. 1. p. tit. 5. cap. 1. §. 4. Didacus Murillus in ſuo Mariali tom. 2. tract. 2. diſc. 3. & alij recentiores.

Ammonius, D. Bonau. Magiſt. hiſt. D. Antonin. Didac. Murill.

Maldonatus. Maldonatus in 2. Matth. pluribus relatis, concludit, hoc tantùm certum eſſe, neque plures ſeptem, neque pauciores quatuor in Aegypto annos Deiparam commorari potuiſſe.

Baronius. Baronius in annal. anno Chriſti octauo colligit, Deiparam ex Aegypto rediJſſe, cùm Chriſtus annum ageret nonum, ſupponens, Chriſtum primo ætatis ſuæ anno à Virgine illuc fuiſſe tranſlatum. Fundamenta verò, quibus innititur, breuitatis

A cauſa omitto: videri poſſunt apud ipſum, & ea refert Suar. tom. 2. in 3. par. diſp. 17. ſect. 2. qui, licèt putet in hac re nihil certi, ac firmi definiri poſſe, quia pendet ex re valde incerta, vnde, ſcilicet, ſit ſumendum initium regni Herodis, & referat, Benedictum Pererium, virum alioquin in his chronologijs valde verſatum, rem hanc inſolutam reliquiſſe lib. 11. in Daniel. quæſt. 5. tamen ait, ſi coniectura vtendum eſt, ſibi non diſplicere diligentem Baronij obſeruationem. Nonnullæ aliæ ſententiæ videri poſſunt apud citat. Auctores, & præcipuè apud Baronium, & Suarez. Suar.

B Notandum, Chriſti fugam in Aegyptum eodem anno contigiſſe, quo puer à Magis fuit adoratus, & quidem non multò poſt adorationem, vt innuunt illa Euangelij verba: *Tunc Herodes videns, quòd illuſus eſſet à Magis:* & hæc: *Qui cum receſſiſſent, ecce Angelus Domini apparuit in ſomnis:* particula enim *Ecce*, etſi non denotet repentinam apparitionem, ſignificat tamen non multùm diſtantem à Magorum diſceſſu. Interfuerunt autem ſaltem dies purificationis; non enim ante purificationem, vt conſtat ex euangelico textu, Virgo abijt in Aegyptum. Matth. 2.

C Notandùm ſecundò, eodem anno, quo mortuus eſt Herodes, vel non multò poſt, Deiparam ex Aegypto rediJſſe. Colligitur ex illis Euangelij verbis: *Defuncto autem Herode, ecce Angelus Domini apparuit in ſomnis Ioſeph dicens: Surge, & accipe Puerum, & Matrem eius, & vade in terram Iſrael.* Dixi, vel non multò poſt, quia ſecundùm Martyrologium Romanum, & alios grauiſſimos Auctores, vt notat Baronius anno Chriſti 8. nu. 13 in fine, reditus Deiparæ ex Aegypto fuit ſeptima die Ianuarij; Herodes autem obijt circa tempus paſchale, vt notat idem Baron anno cit. num. 1. ergo ſecundùm hanc hiſtoriam infertur, quòd initio ſequentis anni Virgo ex Aegypto ſit reuerſa. His notatis, Baron.

D Dico, Deiparam cum infantulo Ieſu manſiſſe in Aegypto non plus quinquennio. Probatur: anno ætatis Ieſu 15. Octauianus Auguſtus obijt, vt probauimus cap. 4. de Natiuit. B. Virginis quæſt. 1. ſed in hoc quindecim annorum ſpatio, quo vixit Chriſtus, & Octauianus continuauit imperium ſuum, non plus, quàm quinque annos regnare potuit Herodes; ergo cum Chriſto Deipara non plus quinquennio permanſit in Aegypto, quia tamdiù permanſit, vt diximus, quamdiù vixit Herodes. Minor probatur, quia Concluſio.

Rr intra

intra illud ſpatium quindecim annorum, A quo Auguſtus, viuente Chriſto, continuauit imperium ſuum, permiſit ipſe Auguſtus regnare Archelaum filium Herodis per decennium, & poſteà eum relegauit Viennæ, vt teſtatur Ioſeph. lib. 17. antiq. cap. 19. (Ioſeph.) ergo, dempto decennio ex illis quindecim annis ſupradictis, reſtat tantùm quinquennium, quo potuit regnare Herodes, viuente Chriſto. Hæc concluſio tantum probabilitatis habet, quantùm fide digna cenſetur hiſtoria Ioſephi referentis, Archelaum poſt obitum Herodis principatum tenuiſſe decennio: hoc dico, quia Ioſephum erraſſe in temporum ſupputationibus affirmat Baronius (Baron.) anno Chriſti 16. nu. 3. & 4. & alibi.

CAPVT

Digitized by Google

CAPVT DECIMVMSEXTVM.

DE VIRGINE TEMPLVM HIEROSOLYMITANVM in feſtiuitatibus frequentante, amiſſumq; ibi Filium exquirente, & inueniente.

QVAESTIO PRIMA.

An B. Virgo ſingulis annis pro præcipuis feſtis Hieruſalem proficiſceretur.

Deuteron.

SVPPONENDVM eſt primò ex Deuter. 16. tribus per ſingulos annos vicibus præcipua feſta celebrari conſueuiſſe. Verba Deut. hæc ſunt: *In tribus vicibus per annum apparebit omne maſculinum tuum in conſpectu Domini Dei tui in loco, quem elegerit; in ſolemnitate azymorum, in ſolemnitate hebdomadarum, & in ſolemnitate tabernaculorum: non apparebit ante Dominum vacuus*. Eadem etiam habentur Exodi 23. & 34. Dixi ſupra, præcipua feſta, quia plura alia celebrabantur, vt colligitur ex Leuit. 23. Prædictæ tamen tres feſtiuitates præcipuæ dicebantur ob quædam peculiaria, quæ in ipſis exercebantur. Et primò omnes maſculi aſcendebant ad locum ſanctuarii. Secundò ſpecialibus oblationibus Deus honorabatur: in feſto enim azimorum offerebatur manipulus meſſis ordeaceæ, & adolebatur coram Domino: in ſecundo feſto, ſcilicet Pentecoſtes, primitiæ triticeæ, meſſis ſcilicet faſciculus, offerebantur, adolebanturq; coram Domino: in tertio tabernaculorum quædam de ramis tabernacula extruebantur, & quædam ſimul fiebant exultationes cum folijs arboris pulcherrimæ. Hæc omnia patent ex Leuit. 23. Colligebatur etiam in hoc vltimo feſto, quod & Scenopegia dicebatur, pecunia à

Exod.
Leuit.

A populo pro ſumptu ſacrificiorum, vt habetur ex Num. 29. Demùm ab alijs hæ ſolemnitates in multitudine ſacrificiorum differebant. Sacrificia feſti azimorum, & Pentecoſtes enumerantur Numer. 28. Sacrificia verò feſti tabernaculorũ Num. 29. Numer.

Supponendum ſecundò, quòd feſtum azimorum die decimaquarta menſis primi à veſperis incipiebat, & vſque ad diem eiuſdem vigeſimamprimam ad veſperas perſeuerabat. Colligitur ex 12. & 23. Exod. Exodi. Feſtum Pentecoſtes quinquageſimo poſt feſtum azimorum die celebrabatur, vt

B patet ex Leuit. 23. & Deut. 16. Feſtum tabernaculorũ, ſeu Scenopegia, celebrabatur die decimaquinta menſis ſeptimi, & in diem eiuſdem vigeſimamprimam pertrahebatur: octauo verò die eiuſdem ſolemnitatis, qui erat vigeſimusſecundus, colligebantur pecuniæ pro ſumptibus ſacrificiorum. Habetur hoc ex loco Leuit. proximè cit. & Num. 29. Leuit. Deut.

Nota, quòd ſuperallatis legibus fœminæ non obſtringebantur.

Concl. pri. affirmatiua quò ad feſtũ azimorum.

Dico primò, Virginem conſueuiſſe ſingulis annis pro azimorum celebratione

C ad Templum Hieroſolymitanum accedere. Hæc concluſio ſatis liquet ex ipſo textu Lucæ 2. *Ibant Parentes eius per omnes annos in Hieruſalem in die ſolemni Paſchæ: &, cùm factus eſſet annorum duodecim, aſcendentibus illis in Hieroſolymam ſecundum conſuetudinem diei feſti, conſummatiſq; diebus, cùm redirent, remanſit puer Ieſus in Hieruſalem*. Luc.

Concl. ſec.

Dico ſecundò, omninò veriſimile eſſe, B. Virginem poſt regreſſum ex Aegypto ſingulis annis conſueuiſſe Hieroſolymam pro feſto azimorum celebrando contendere. Ducor primò illis præcitatis verbis Euangeliſtæ: *Ibant Parentes eius per omnes annos in Hieruſalem, &c.* cùm enim abſolutè dicat, *per omnes annos*, ſtando in maiori proprietate verborum, intelligendū arbitror de omnibus annis, qui à regreſſu ab Aegyptò vſque ad Chriſti duodecimū interceſſerunt. Ducor ſecundò virtute religionis, quæ in Virgine erat eminentiſſima ita, vt probabiliſſimum ſit, ab illa nullam ipſius religionis exercendæ occaſionem fuiſſe prætermiſſam. Ducor tertiò ex eo, quòd decebat à B. Virgine illam ſolemnitatem maximè honorari, quam myſterij Euchariſtiæ, & paſſionis Filij ſui typum, figuramq; eſſe ſciebat: ſed, cùm melior illius honorandæ modus eſſet præſentia, veriſimile eſt, ſemper, cùm potuerit, adeſſe voluiſſe. Fauet nobis aliquo modo Eucherius homil. in 2. Lucæ: *Religioſi Parentes per ſingulos annos ibant in Hieruſalem, vt legem audirent, ſacrificijs participarent, ſolemnitatibus intereſſent; & eius adhuc vmbræ ſeruiebant, cuius iam tenebant veritatem. Tota enim illa ſolemnitas Chriſti paſſionem, reſurrectionem, & cætera, quæ de eo ſcripta ſunt, ſignificabat. Erat igitur Ieſus in ſolemnitate, qui totius erat cauſa ſolemnitatis. Ipſe iugulabatur in agnis, immolabatur in vitulis, & in omnibus ſacrificijs offerebatur. Mater quoque eius multa ibi in lege, & Prophetis cantari audiebat, quæ de ipſa dici intelligebat, & in ſe iam completa eſſe ſciebat, qualia ſunt: Ecce Virgo concipiet, & pariet Filium: itemque: Egredietur Virga de radice Ieſſe. Meritò igitur per annos ſingulos veniebant illuc, vbi ſuas laudes ab omni populo prædicari audiebant.* Ducor quartò ex hoc, quòd, cùm B. Virgo ſummoperè myſteriorum illorum, quæ per eam ſolemnitatem figurabantur, adimpletionem exoptaret, ſatis congruum videtur, figuris ſaltèm illis interueniendo, adimpletionis moras quodammodò fallere voluiſſe. Sed

Eucherius.

Obiectio prima.

Objicies primò: lex de prædictis ſolemnitatibus lata eos tantùm maſculos obligabat, quibus vſus rationis illuxerat, vt ex ijs, quæ peragi videbant in ſolemnitatibus illis, quæque alibi non fiebant, ad Dei cultum promouerentur. Sed, cùm Chriſtus, licèt à primo conceptionis momento non modò vſu rationis polleret, ſed etiam plenus eſſet ſapientia, inſtar tamen cæterorum puerorum in externis actionibus ſe gereret; non videtur, quòd ante illam ætatem, qua ſolent pueri vſu rationis pollere, ad Templum pro dicta ſolemnitate accedere deberet: ergo Virgo non ſingulis annis poſt reditum ſuum ab Aegypto cum puero Ieſu peregrinationem obibat Hieroſolymam. Probatur hæc conſequentia: quando regreſſa eſt ex Aegypto Deipara, puer Ieſus annum circiter quintum ætatis agebat, quia, vt diximus in cap. præcedenti quæſt. 7. Virgo non manſit in Aegypto plus quinquennio, & poſt purificationem illuc ſtatim ſe contulit: ſed circa ſeptennium tantùm ſolet pueris rationis vſus illuceſcere; ergo non erat cur Chriſtus, dum annum ageret quintum, ad ſolemnitatem accederet; ergo non ſingulis annis poſt reditum ab Aegypto Deipara cum Ieſu ad Templum ſe conferebat.

Reſponſio.

Reſpondeo negando, quòd circa ſeptennium tantùm pueri rationis vſu donentur. Nam experientia conſtat, multos circa quinquennium rationis vſu pollere. Adde quòd, cùm Chriſtus nec teneretur vllis legibus, vtpotè Deus homo, voluit tamen ſponte, quæ lex præcipiebat in prædicta Paſchatis ſolemnitate, ſeruare, vt quantùm ſibi cordi eſſet cultus Templi oſtenderet, & ſua corporali præſentia domum Patris honoraret. Porrò hæc ratio militabat etiam in Chriſto, cùm in ea eſſet ætate, in qua cæteris pueris non ſolet rationis vſus illuceſcere; ergò, dato, & non conceſſo quòd quinto ætatis anno non ſoleant pueri vſu rationis polere, adhuc tamen conueniebat, Chriſtum in dicta Paſchatis ſolemnitate ad Templum in illa ætate accedere.

Obiectio ſecunda.

Objicies ſecundò: monuerat Angelus Ioſephum ex Aegypto redeuntem, ne Hieroſolymam ſe conferret eò, quòd Archelaus regnaret in Iudæa pro Herode patre ſuo, vt habetur Matth. 2. ergo ad euitandum periculum, quod imminere videbatur, non videtur veriſimile, quòd Virgo cum puero Ieſu ad Templum Hieroſolymitanum, vt ſolemnitati intereſſet, ſingulis annis acceſſerit.

Matth.

Refellitur.

Reſpondeo, tali timore non potuiſſe Virginis feruorem religioſum retardari, quominùs ad Deum in ſolemnitate honorandum ſingulis annis poſt reditum ex Aegypto proficiſceretur. Suadetur: neceſſe eſt ex euangelico textu loco Lucæ ſupracit. concedere, aliquos ſaltèm annos ante amiſſionem Chriſti in Templo conſueuiſſe Virginem hac de cauſa ire Hieroſolymam; ait enim Euangeliſta, tunc temporis iam initam ab ea fuiſſe conſuetudinem illuc proficiſcendi: *Ibant Parentes eius per omnes annos in Hieruſalem in die ſolemni Paſchæ: &, cùm factus eſſet annorū duo-*

duodecim, aſcendentibus illis ſecundùm conſuetudinem, &c. ergo non eſt probabile, vno vel duobus annis poſt reditum ab Aegypto Virginem ob timorem deſtitiſſe, cùm tot alijs annis non potuerit illam timor vllus auertere, quibus etiam idem ac prius regnabat Archelaus.

Concl. tertia affirmatiua quò ad reliquas duas ſolemnitates.

Dico tertiò, ſatis probabile eſſe, Virginem ad Templum Hieroſolymitanum cum puero Ieſu cõtendiſſe in alijs duobus ſolemnitatibus. Probatur primò: omnes hæ ſolemnitates æquè à lege celebrandæ præcipiebãtur, vt patet ex locis Exodi, & Deut. ſupracitatis: ſed virtus religionis eminentiſſima in Virgine illam ad peregrinationem obeundam pro ſolemnitate azimorum inducebat; ergo probabile eſt, quòd eadem virtus ad duas alias frequentandas ſimili modo illam impulerit. Confirmatur: ſi enim è remotis, diuerſiſq; mundi plagis ad has ſolemnitates confluebat multitudo, vt habemus Act. 2. & notat Philo teſtis òculatus lib. 2. de Monarc. cur Virgo, quæ, & ſanctior, & vicinior erat, ſineret ſe ab illis in Deo præſtandis obſequijs ſuperari? Probatur ſecundò, quia decebat Virginem perfectionis Magiſtrã in operibus ſupererogationis abundare, atque adeò occaſiones illas ſpontanearum peregrinationum non prætermittere. Probatur tertiò, quia, ſi, vt ſupra diximus, B. Virgo cum puero Ieſu idcircò ad ſolemnitatẽ Paſchatis acceſebat, quia ibi futurorum myſteriorum figuræ præſentibus obijciebantur, cur non etiam cæteris duobus intereſſet, in quibus idem fiebat?

Act. Philo.

B. V. in præcauendis Eccleſiæ periculis vigilantiſſima.

Collige primò, B. Virginem in præcauendis Eccleſiæ periculis vigilantiſſimam his Templi frequentationibus illorum ſeſe hæreſibus oppoſuiſſe, qui negant, in templis Deum eſſe excolendum, vt impiè blaterauit Euſtatius, eiusq; ſacrilegi ſectatores.

Dum agitur de diuino cultu, timor quilibet humanus negligendus.

Collige ſecundò, exemplo Virginis, non obſtante Archelai potentia, Hieruſalem, vt Deum honorificaret, ſe conferentis, negligendum eſſe humanum quemuis timorem, cùm de diuino agitur cultu.

Deiparæ obſeruatoribus ſupererogatiuorũ operum occaſiones nõ ſubterfugiendæ. Rupertus.

Collige tertiò, Deiparæ cultoribus non eſſe ſubterfugiendas occaſiones exercendorum actuum ſupererogationis, cùm ipſa, licèt non teneretur ad Templum in ſolemnitatibus frequentandum, tam aſſiduã ſe ſemper præbuerit. Ad hæc ſupererogationis opera optimè nos hortatur Rupertus Abb. lib. 1. de conſ. c. 16. *Euaſiſtis*, inquit, *pœnam, nondum meruiſtis gratiam: inutiles enim eſtis, quia nihil pro amore, aut gratia Domini noſtri ſupra debitum ſeruitutis penſum adijcere vultis.*

QVAESTIO II.

Cur, inſcia Virgine Matre, Chriſtus in Templo remanſerit.

Afferuntur rationes.

DICO, varias huius rei cauſas aſſignari poſſe. Primò voluit tunc Chriſtus iacere veluti fundamenta religionis, & ſic tali exẽplo docere poſſe filios familias etiam ſine conſenſu parentum Religionem ingredi. Ita Salmeron tom. 3. tract. 46. quem ſequitur Petrus Moral. in c. 1. Matth. lib. 5. tract. 8. num. 13. Secundò vt ſuo paupertatem exemplo commendaret, dum ex emendicato viueret, iuxta illud Pſal. 39. *Ego autem mendicus ſum, & pauper*. Si enim admonuiſſet parentes, ipſi cum eo permanſiſſent, & conſueta illi alimenta ſubminiſtraſſent. Quòd verò tribus illis diebus mendicarit Chriſtus, tradunt D. Bernard. hom. infra octau. Epiphaniæ, vbi ait: *Domine Ieſu, quis te cibauit illo triduo? quid dicam Deus meus? Vt te per omnia noſtræ conformares paupertati, & in te humanæ naturæ calamitates ſuſciperes, quaſi vnus è turba pauperum ſtipem per oſtia mendicabas.* S. Baſilius interrog. 262. Alenſis 4. p. q. 107 art. 1. S. Bonauentura in apologet. pauperum reſponſ. 3. art. 1. Et abſolutè quod Chriſtus aliquando mendicarit tradit D. Thomas 2. 2. q. 187. art 5. Neque dicas cum Abulenſ. in c. 17. Deut. q. 194. Lyrano, & Carthuſiano in cap. 15. Deuteronom. non moris fuiſſe apud Hebræos ſtipem emendicare, vt Deut. 35. videtur haberi: *Et omninò indigens, & mendicus non erit inter vos.* Nam hæc verba non prohibent mendicandi cõſuetudinem, ſed, vel diriguntur ad diuites, vt promptè erogent eleemoſynas, atque adeò non ſinant abſoluta pauperes laborare indigentia, vel ſublatio mendicitatis his verbis à Deo promittebatur vt præmium ijs, qui exactè legẽ obſeruaſſent, vt notant Oleaſter, & alij in citatum c. 15. Deut. Verùm adhuc inſtabis adducẽdo rationem cuiuſdam Doctoris Anglicani relati à Gerſone tom. 3. ſerm. de Natiuit. Virginis Mariæ, cuius ſententiam his verbis exprimit ipſe Gerſon. *Quidam Doctor Anglicanus probare volens, quod falſum, & blaſphemum eſt dicere, quod Chriſtus mendicauerit, imò quòd potuit mendicare: Etenim, inquit, mẽdicare ipſum mendicantem petere de ſolo debito naturali ſine omni dignitate, iuſtitia,* ſeu

Salmeron, Petr. Moral.

Pſal.

D. Bernard.

D. Baſilius, Alenſis, D. Bonau.

D. Thom.

Obiectio ex Abulenſ. Lyran. Carthuſ. Deuter.

Reſponſio.

Oleaſter. Inſtaur.

Gerſon.

ſeu debito perſonali habito ad petitum. Fuit autem impoſſibile Chriſtum aliquid petijſſe, ſeu mendicaſſe oſtiatim, vel aliter de ſolo debito naturali ſine omni dignitate, iuſtitia, ſeu debito perſonali: hoc enim faciendo fictus extitiſſet, & falſus, cùm ſibi competuerit dignitas perſonalis ex iuſtitia, & debito, quā dignitatem repudiare non potuerat ſecūdum veritatem; fictio autem longè erat ab eodem, mendicitas enim defectum dicit. Aut igitur mendicans habet dignitatem aliquam perſonalem, aut aliquam iuſtam cauſam ad petendum id, quod petit; vt quia miniſtrauit illi ſpiritualia, ſcilicet prædicationem, orationem, vel miſſam, vel temporalia, ſicut obſequium, & ſic non petit ex ſolo debito naturalis indigentiæ, ſed habet debitum, & obligationem iure perſonalis dignitatis, aut alicuius alterius meriti perſonalis, & ita nō verè mendicat, &, ſi mendicare dicit, fingit, hoc eſt mentitur. Si autem non habet titulum dignitatis, aut alicuius meriti perſonalis, & eſt in neceſſitate poſitus, fatendum eſt, quòd in hoc caſu veraciter, & licitè mendicus eſt: ſi verò deficit vtrumque, vt quia non indiget, vel, ſi indiget, poteſt retribuere, vel retribuit meritum perſonale, & ſic mendicat, iſta eſt prorſus ficta, & hypocritatis mendicitas: Spiritus autem Sanctus effugiet fictum, nec hypocrita placebit Deo; ergo mendicare non conueniebat Chriſto. Reſpondeo, quòd, licèt Chriſtus, vt diximus in c. de Virginis Annunciatione, habuerit regium dominium, nihilominùs ad paupertatem commendandam exercitium talis regij dominij à ſe poterat abdicare, vt de facto abdicauit, atque adeò non ſolùm abundantia temporalium rerum, ſed etiā aliquandò pro perfectiori paupertatis exemplo ea, quæ à parentibus ſolebat ſuppeditari, alimonia voluit priuari, vt triduo illo, quo remanſit Hieroſolymæ. Quare, cùm verè Chriſtus tunc illo triduo indigeret, & rationabiliter exercitium regij dominij à ſe abdicaſſet, paret, illum abſq; vlla fictione, & licitè potuiſſe mendicare. Tertiò (quod eſt valdè notandū) remanſit puer Ieſus inſcia Virgine in Templo, vt amor eiuſdem Virginis erga ipſum Ieſum ex illa abſentia, tamquam ingenioſo ſtimulo, magis, magiſq; augeretur. Licèt enim abſentia amati imminuat amorem, vt notant morales Philoſophi, ea ratione ducti quia communicatio inſtar flabelli flammas amoris excitat, abſentia verò veluti aqua extinguit; id tamen verum eſt, quando amor non eſt perfectus, & non admodùm profundas in corde iecit radices; tunc enim, ſi amati præſentia, & aſpectus illum non fouet, facilè euaneſcit: vnde ait ille: *Amor ex aſpectu*, & Propert. lib. 2. Eleg.

Reſpōdetur.

Propertius.

Dū nos fata ſinunt, oculos ſatiemus amore:
Si neſcis, oculi ſunt in amore duces.

Quando verò amor eſt perfectus, amati abſentia non modò illum non minuit, ſed magis excitat, & accendit. Vnde dici ſolet, quòd amor magis ſentitur, cùm eum prodit indigentia. De qua re vide Platonem in Phædone, D. Auguſtinum lib. 10. de Trinit. S. Thomam 1. 2. q. 29. Cuius & varia habemus exempla tam in ſacris, quàm in prophanis hiſtorijs. Tobiæ 10. mater præ amoris magnitudine in abſentem filium ſic conquerebatur: *Heu heu me, Fili mi, vt quid te miſimus peregrinari, lumen oculorum noſtrorum, baculum ſenectutis noſtræ, ſolatium vitæ noſtræ, ſpem poſteritatis noſtræ: omnia ſimul in te vno habentes te non debuimus dimittere a nobis, &c.* Et Didonem canit Virgilius Aeneid. 4. tanto in Aeneam amore exardeſcentem, cùm ille aufugiſſet, vt diutiùs ſine eo viuere nollet. Hinc eſt quòd Sponſa Cant. 5. dum vicinū habebat Dilectum, ſtantem ad oſtium, & pulſantem, moras in aperiendo interponēs varijs detinebatur excuſationibus: *Expoliaui me tunica mea, quomodo induar illa? Laui pedes meos, quomodo inquinabo illos?* Cùm verò animaduertit, declinaſſe Dilectum, & ſe ab ea longè proripuiſſe, tanto in illum amore exarſit, vt cæperit gemens circuire ciuitatem, nec cuſtodum vulneribus ab hoc potuerit deterreri: *Peſſulum oſtij mei aperui Dilecto meo, at ille declinauerat, atque tranſierat. Anima mea liquefacta eſt, vt locutus eſt: quæſiui, & non inueni illum; vocaui, & non reſpondit mihi. Inuenerunt me cuſtodes, qui circumeunt ciuitatem, percuſſerunt me, & vulnerauerunt me, tulerunt palliū meum mihi cuſtodes murorum. Adiuro vos, filiæ Hieruſalem, ſi inueneritis Dilectum meum, nuncietis ei, quia amore langueo.* Nota, quòd tanta excitata fuerat in Sponſa vis amoris in Dilectū poſt, quàm eum perdiderat, vt ſui oblita non recenſuerit filiabus Hieruſalem vulnera, & opprobria ſibi à cuſtodibus illata, ſed tantùm amorem, quo in Dilectum ſuū ferebatur: *Nuncietis ei, quia amore lāgueo.* Vnde quantùm ad amorem augendū proſit amati abſentia iam experta, illum poſteà ad fugam tantiſper arripiendam extimulabat: *Fuge*, inquit, *Dilecte mi, aſſimilare capreæ, hinnuloq; ceruorum*, Cant. 8. Hoc habent proprium hinnuli, vt, à matre licèt recedant, breui tamen ad eam reuertantur. Quartò Chriſtus à ſua ſe Matre ſubtraxit, vt vberiorem illi promerendi ſegetem ſuppeditaret. Deerat iam Herodis ſæuitia, quæ ad pueri Ieſu interitum anhelaret; non ampliùs furebant diſtricti carnificum gladij; non ampliùs

Plato.

D. Auguſtin.

D. Thom.

Tobiæ.

Virgilius.

Cantic.

excur-

excurrenda erant feruida, & arenoſa Aegyptiæ expeditionis deſerta; non ampliùs inter belluinos Aegyptiorum mores, & barbariem erat degendum: ceſſant cæteri affligere Matrem, affligit Filius. O ingenium diuini amoris in Virginem admirabile! Noluit Chriſtus otioſam pati in Matre ad patiendum diſpoſitionem: tot illius capiti coronas gloriæ multiplicabat, quot doloris aculeos ſingulis abſentiæ momentis infigebat cordi. Ex quo

Qui tribulationibus affliguntur, Deo chariores.

Collige, meritò ijs eſſe gaudendũ, quos tribulationibus affligit Dominus, cùm per illas certiſſimi fiant, ſe in chariorum Dei amicorum numerũ eſſe adſcriptos: neque enim non tribulat Deus, quos amat. Vnde vnam habemus inter cæteras D. Catharinæ Senenſis reuelationes, quâ ipſi Dominus declarauit, ſe, ſi animam inueniret in terris ad tribulationes optimè diſpoſitam, omnes in eam dolores, ærumnas, & calamitates congeſturum, vt ſublimiori eã iuſtitiæ corona dignaretur. Qua veritate illuſtratus S. Iob hæc in afflictionibus gloriabundus iactitabat: *Dominus ſoluat manum ſuam, & ſuccidat me, & hæc ſit conſolatio mea, vt affligens me dolore non parcat.*

Reuelatio S. Catharinæ Senenſis.

Iob.

QVAESTIO III.

Quo affectu Beata Virgo protulerit illa verba: *Fili, quid feciſti nobis ſic?*

Hæreticorũ deliria.

A DEO enormiter, & ſtultè errant hoc loco Hæretici, vt dicere audeant, Virginem de Chriſto conqueri eò, quòd obedientiam parẽtibus à filijs debitam non ſeruarit. Sic Brentius, & Spangerbergius relati à Stapletonio in promptuario catholico dominic. 1. poſt Epiphaniam. Nec multùm diſſentiunt alij hæreſis prauitate coinquinati, vt Magdeburgenſes, Pellicanus Coruinus, & nonnulli alij affirmantes, Virginem non ſine commotione pro iure ſuo Filium compellaſſe, cur ſe cum Ioſeph iniecerit in mœrorem. Alios etiam Hæreticos in hac re blaſphemantes, quorum verba referre horret animus, adducit, & eruditè repellit Caniſius lib. 4. de B. Virgine cap. 14. & ſequentibus.

Stapleton.

Caniſius.

Quid Caluinus.

Caluinus verò in ſua harmonia euangelica confutat prædictam calumniam dicens, prædicta verba doloroſam quamdam inquiſitionem, quæ matrem decebat,

A non acerbam, aut arrogantem expoſtulationem, continere.

Catholici. Ludouic. de Ponte.

Aliqui Catholici, inter quos eſt Ludouic. de Ponte, vir doctrina, & pietate inſignis, in ſuis meditation. 2. p. meditat. 13. punct. 3. dicunt, Virginem talia verba protuliſſe non interrogando, & facti cauſam quærendo, ſed vt cordis affectum, doloremq; indicaret. Verba autem Ludouici cit. hæc ſunt. *Primò perpendo illud: Fili, quid feciſti nobis ſic? Quo verbo non interrogando facti cauſam quærere (quæ ſuperflua fuiſſet curioſitas) ſed cordis ſui ſenſum, doloremq; aperire voluit; qui mos Sanctis in tribulatione conſtitutis, & cum Deo colloquentibus familiaris eſt, eoq; modo orandi afflictionis*

B *remedium tacitè poſtulant: ſic enim ipſi afflictionem bine diuinæ tribuunt prouidentiæ, eam ad ipſorum bonum ordinanti, aut permittenti; inde verò proteſtantur, ad eumdem Dominum ſpectare remedium illi adhibere. Licebit ergo interdum cum S. Iob dicere: Quare poſuiſti me contrarium tibi, & factus ſum mihimetipſi grauis? Cur nõ tollis peccatum meum? Cur faciem tuam abſcondis, & arbitraris me inimicum tuum? Interdum cum ipſo Chriſto Domino crucifixo licebit Aeterno Patri dicere: Deus Deus meus, vt quid dereliquiſti me?* In qua ſententia non videtur tamen certum, quòd fuiſſet ſuperflua curioſitas, ſi B. Virgo, vt facti cauſam ſciret, ſic Filium interrogaſ-

C ſet: poterat enim ex aliquo motiuo honeſto conſueta ſui animi ſummiſſione à Filio abſentiæ cauſam quærere.

Concl. pri. Mirus Virginei amoris affectus in Filium.

Dico primò, prædicta verba redolere mirum amoris affectũ, quo Deipara puerum Chriſtum proſequebatur. Patet ex illa particula, *Fili*: matres enim non, niſi excitato materno affectu, nomen filij proferre ſolent. Fauet nobis Stapleton. cit. Et confirmari poteſt ex eo, quod diximus quæſt. præced. abſentiam, nimirùm, obiecti amati non parum conferre ad amorem excitandum, & conſequenter poſt talem abſentiam amorem eſſe vehementiorem, ferventiùsq; quàm anteà, exardeſcere: ergo dicere poſſumus, B. Virginem ſta-

D tim, atque amiſſum Filium inuenit, maiori in illum amore efferbuiſſe ita, vt congruentiſſima fuerint ad excitatum illum amoris affectum explicandum illa verba: *Fili, quid feciſti nobis ſic?*

Concl. ſec. Affectus doloris iuſtus ex amoris vehementia prouenien. Stapletonius.

Dico ſecundò, prædictis verbis: *Fili, quid feciſti nobis ſic?* indicari à Virgine affectum doloris iuſtum, ex amoris vehementia prouenientem, ob quem amorem ſanctiſſimè cupiebat Filium ſuum habere præſentem. Ita Stapletonius citat. qui hanc affert rationem: *Quia, quoadusque ignoratur diuina voluntas, poſſumus nos ali-*

quid,

A *quid, quod ex ſe honeſtum eſt, deſiderare, & velle abſque eo, quòd conformitas voluntatis noſtræ cum diuina inordinetur, quia, qui perfectè Deum amat, ſemper, quando aliquid cupit, ſubintelligit, dummodò diuinæ voluntati placeat. Sic Virgo deſiderabat illā Chriſti præſentiam, quod erat illi bonum: &, licèt Deus aliud tunc bonū, illa neſciente, voluerit, quia tamen nec illam aliam voluntatem Dei illa ſciuit, aut ſcire tenebatur, ideo hoc ſuum deſiderium erat ſanctum, & affectus doloris erat iuſtus ob Filij abſentiam.* Sed quid plura? volebat Deus ob plures optimos fines, & abeſſe à Virgine, & ab illa deſiderari, & cum dolore perquiri: quare eminenter in omnibus diuinæ voluntati Virgo erat conformis, dum hæc B omnia, quæ, certiſſimum eſt, diuinæ voluntatis fuiſſe, præſtabat.

B. V. de nullo vnquam conqueſta, niſi de Filij abſentia.

Collige primò, B. Virginem de nullo vnquam fuiſſe conqueſtam, niſi de Filij ſui, quem tenerrimè diligebat, abſentia. Sæuiunt in innocentes Filij carnes immaniſſimi tortores, verberant, lacerant, trāſfigunt delicatiſſimum corpus: tacet illa, & dolorem ſummiſſis perfert ſingultibus: ſola Filij ipſius abſentia, trium tantùm dierum interpoſita morula, ſine querela non toleratur. O amorem! Ita inter egregios amatores comparatum eſt, vt alteri, altero præſente, licèt amarulenta, dulceſcant omnia; abſente, licèt dulcia, C amareſcant.

Quantùm ijs dolendū, qui Chriſtū ſua culpa amiſerunt.

Collige ſecundò quantum ijs ſit dolendum, qui Chriſtum ſua culpa amiſerunt, quantoq; ſtudio, & diligentia amiſſus ſit exquirendus; cùm B. Virgo, quæ nulla ſua culpa illum amiſerat, tam vehementer doluerit, tantaq; ſollicitudine illum per notos, & propinquos, totamq; ciuitatem perquiſiuerit.

QVAESTIO IV.

Cur Beata Virgo priùs nominet Ioſephum, quàm ſe ipſam: *Ecce pater tuus, & ego dolentes quærebamus te.*

D RATIO hoc inquirēdi eſſe poteſt quia Virgo pluribus capitibus eminentior erat, quàm Ioſeph, & hoc optimè ipſa ſciebat; & prætereà maiori etiam dolore ob Filij amiſſionem afficiebatur, quàm Ioſeph: ergo conueniens videbatur, quòd ſe primo loco nominaret dicēs: Ecce ego, & pater tuus, &c.

Concl. cauſam afferens. Humilitas, et charitas Virginis eminens.

A Dico, B. Virginem primum dediſſe locum Ioſepho in tali nominatione, vt eminentiſſimum humilitatis, & charitatis actum exerceret. Humilitas in hoc apparet, quia, cùm ipſa (ſuppoſita communi legiſperitorum doctrina dicentium, digniorem eſſe, qui prior nominatur) pluribus titulis, & maximè ratione dignitatis infinitæ, nimirum maternitatis Dei, eſſet Ioſepho præferenda, ſponte honorificam ipſi nominis prælationem ceſſit. Charitas verò in hoc eluxit, quia, ſi verum eſt, quòd genus quoddam ſublime eſt charitatis ab homine afflicto, & doloribus excruciato alienum priùs, quàm proprium curari ſolatiū: en Virgo, quæ Ioſephi priùs B dolorem aperit Filio, quàm proprium, licèt ipſa vehementiùs longè, quàm ille, doloris ſenſerit acerbitatem: vnde verè alienæ magis, quàm propriæ ſollicita apparuit conſolationis. Quare meritò, & congruenter ab Eccleſia *Conſolatrix afflictorum* appellatur.

In Litan. B. V.

Quæſtiuncula.

Quæres, cur nomine Patris Ieſu Beata Virgo Ioſephum appellarit, qui non erat verus pater; ſibi verò nomen Matris non tribuerit, quæ verè mater erat.

Reſponſio. Humilitas B. V. profundiſſima.

Reſpondeo, quia in hoc etiam voluit Beata Virgo profundiſſimam exercere humilitatem. Probatur, & ſimul explicatur. Primò, dum Virgo tacet nomen Matris Ieſu, cælat in ſe Maternitatem Dei, C quæ eſt infinita dignitas, vt aliàs vidimus: ergo ille fuit actus humilitatis profundiſſimæ. Secundò, dum ipſa nomen Patris Ieſu tribuit Ioſepho, facile audientibus erat, niſi ſpeciali lumine fuiſſent illuſtrati, conijcere, Ioſephum eſſe verum Ieſu patrem, & per conſequens ipſam ex concubitu cū eo, non illibata virginitate, Filium concepiſſe, & peperiſſe: ergo profundiſſima hæc fuit humilitas, cuius exercitiū Beata Virgo antepoſuit exiſtimationi hominum, quam contra virginitatem ſuam cōcipere poterant, vt dixi. An verò hic humilitatis actus, quem hoc loco Beata Virgo exercuit, aliquid infinitatis non quidem entitatiuè, ſed ſecundùm affectum attigerit, D ex ijs, quæ dixi in fine quæſt. 2. in capite de Purificatione, decerni poterit.

QVAE-

QVAESTIO V.

An ex his verbis à Chriſto puero prolatis: *Quid eſt, quòd me quærebatis? neſciebatis, quia in ijs, quæ Patris mei ſunt, oportet me eſſe?* aliquid, quod ad Virginis commendationem faciat, inferri poſſit.

Patientia, & reſignatio Virginis in diuinam voluntatem admirabilis.

DICO primò, ex his verbis indicari eminentem patientiam, atque reſi- B gnationem Virginis, quā volens Chriſtus mundo, tāquam admirabile exēplum, proponere, formula dicendi aliquantulùm ſubaſpera cum illa vſus eſt ita, vt potiùs eidem Virgini matri afflictæ afflictionem addere, quàm ſolatium afferre viſus fuerit. Confirmari poteſt ex eo, quòd, his auditis, non refert Euangeliſta, Virginem aliquid reſpondiſſe. Fauet nobis Ludou. de Ponte in Cant. lib. 3. exhortatione 7. §. 3. vbi hæc habet: *Non quòd culpam vel leuiſſimam contraxerint* (id eſt Virgo, & Ioſeph) *illum quærendò, ſed vt illos ad altiorem ſapientiam, & maiores virtutum progreſſus eueheret, vt nos illorum* C *clariſſimis exemplis erudiret*: & in meditation. par. 2. medit. 30. punct. 4. explicans prædicta verba: *Quid eſt, quòd me quærebatis, &c. Quæ reſponſio*, inquit, *primo ſtatim aſpectu non ieiuna modò apparet, ſed etiam aſpera, & reprehenſionis formam quamdam habens, atqui ſi diſtinctius diceret. Cur tanto dolore me quærebatis, qui is ſum, quem perire non poſſe poteratis vobis facilè perſuadere? Ea tamen ſententia tum inſinuauit, ſe plus quàm hominem eſſe, tum Matri dedit occaſionem heroicæ ſuæ patientiæ, & humilitatis exercendæ, ſi tacens inſipidum hoc verbum reuerenter, amanterque ſuſciperet; quod ipſa præſtitit perfectiſſimè.* D

Ludou. de Ponte.

Alia laus Virginis.

Dico ſecundò, his verbis Beatam Virginem defendi, inſuper & mirum in modum à Chriſto honorari. Explico, & probo. Virgo verbis illis, *Pater tuus, & ego dolentes quærebamus te*, ob egregiam ſuam humilitatem, vt diximus quæſtione præcedenti, in duobus ſe depreſſerat. Primò enim occaſionem dederat circumſtantibus, dum patrem Ieſu vocauerat Ioſephū, exiſtimandi ſe ipſam modo naturali, & conſueto, & non illibata virginitate, con- A cepiſſe, & peperiſſe Filium. Secundò, dū idem eidem Ioſepho patris nomen tribuerat, occultauerat in ſe maternitatem Dei (quomodo enim qui præſentes aderant, illam Filij Dei Matrem eſſe putarent, quæ ſe eumdem Filium cum patre mortali habere communem fateri videbatur?) Verùm Filius Dei, cuius proprium eſt humiliantes ſe exaltare, dū ſubdidit: *Neſciebatis, quia in ijs, quæ Patris mei ſunt, oportet me eſſe?* declarauit, ijſdem, qui Virginem audierant, præſentibus, ſe non habere niſi Patrem cæleſtem, immortalem, & æternum Deum, & per conſequens ſe fuiſſe genitum ex Matre virgine intacta, & prorſus immaculata, tantoq; Patre digna, B cui verè, & realiter Dei Maternitas competebat. Nota obiter, quòd per verbum *Patris* Virgo ſe humiliauerat, & per idem nomen *Patris* à Chriſto Filio exaltata eſt.

Summiſsè audiendæ Superiorū increpationes.

Collige primò, ijs, qui piè in Deiparam afficiuntur, eiuſdem exemplo ſummiſsè audiendas eſſe Superiorum increpationes, nullamq; afferendam excuſationis cauſam, quando etiam ſine culpa reprehenduntur.

Nulla humilitatis exercēdæ occaſio prætermittenda.

Collige ſecundò, nunquam prætermittendam eſſe humilitatis exercendæ occaſionem; etiamſi nobis videatur aliquantùm poſſe noſtra fama periclitari; cùm ſit certum, Dei eſſe proprium humiliantes ſe C exaltare, & ijſdem ſæpiùs inſtrumentis, quibus vſi fuimus ad noſtri humiliationē.

QVAESTIO VI.

Quiſnam ſit ſenſus illorum verborum Euangeliſtæ: *Et ipſi non intellexerunt verbum, quod locutus eſt ad eos.*

Inſanè garriunt Hæretici.

D SIBILANT more ſuo impij, & blaſphemi Hæretici, inter quos eſt Lutherus in epiſtola ſuper Dominicam primam poſt Epiphaniam, Spangerbergius, & Loſius in c. 2. Lucæ: & dicunt, quòd Maria, & S. Ioſeph ignorabant ſalutarem Chriſti in hunc mundum miſſionem, & tantùm de mundano regno Chriſti cogitabant, vt refert Stapletonius in promptuario Dominicæ primæ poſt Epiphaniā. Qua blaſphemia ſtultius nihil excogitari poteſt. Alij etiam præter hos itē

Stapleton.

Hæretici circa hoc myſterium oblatrarunt, vt Culmanus, quem refert, & vt par eſt increpat Caniſius lib. 4. de Maria Deip. cap. 19.

Caniſius.

Catholici diuerſa.

Catholici, licèt circa hunc locum diuerſa, omnia tamen ad Virginis commendationem conferentia ſcripſerunt.

Rupertus.

Rupertus lib. 2. expoſitionis in Lucam in ea videtur eſſe ſententia, vt exiſtimet, Mariam non ſimpliciter ignoraſſe quò tenderet reſponſum Domini, ſed inſtar aliorum, qui non intellexerunt, ſe geſſiſſe, hocq; myſterium ſapienter in corde retinuiſſe. Fauere videtur huic expoſitioni textus, in quo habetur: *Et Mater eius conſeruabat omnia verba hæc in corde ſuo*.

Stapleton.

Stapletonius loco ſupra cit. *Ioſeph*, inquit, *& Maria non intellexerunt, quia ob vehemens gaudium inuenti Filij admirati ſunt, vt non plenè caperent quod dicebatur, ſicut Apoſtoli præ dolore, & triſtitia non intellexerunt quæ Chriſtus de ſua morte, & paſſione verbis tamen apertiſſimis dixit. Itaque quòd Beata Virgo Chriſti verbum ad momentum non intellexerit, cùm in templo loqueretur, non arguit eius ignorantiam poſtea permanentem, & ſtabilem.*

Dionyſius Richelius.

Dionyſius Richelius lib. 1. de præconio, & dignitate Virginis cap. 13. hæc habet: *Indubitanter felix, & glorioſa Maria certiſſimè nouerat, quòd Vnigenitus per patrem ſuum deſignauit Patrem æternum; quòd item per ea, quæ Patris ſunt, intellexit diuinum cultum, atque quòd cultui Patris cœleſtis oporteret eum ſecundum aſſumptam naturam ſemper eſſe intentum: ſed circumſtantias loci, ac temporis, modumq; occupandi ſe in his, quæ Patris ſunt, nondum cognouit.*

Suar.

Suar. tom. 2. in 3. par. diſput. 19. ſect. 6. verſus finem hæc habet. *Quamuis ergo Beata Virgo rectè intellexerit, Chriſtum loqui de Patre ſuo cœleſti, dicitur tamen non intellexiſſe Chriſti verba, quia non ſatis comprehendit quænam eſſent res illæ ad æternum Patrem pertinentes, in quibus Chriſtum occupari, & propter eas parentes ſuos relinquere oportuerit: vel etiam quia non intellexit, an ſignificare voluerit Chriſtus, appropinquaſſe iam tempus manifeſtandi ſe ipſum mundo, & inchoandi redemptionem humanam: & ſic non erat ignorantia priuatiua in Virgine, ſed tantùm carentia ſcientiæ alicuius rei, quæ ad ipſam illo tempore minimè ſpectaret.*

Alij, per ſynecdochen, volunt, accipienda eſſe prælata verba, vt quòd latrones blaſphemabant Chriſtum, cùm tamen grauiſſimorum Authorum ſententia ſit, vnum tantùm fuiſſe blaſphemum; ſic quod Lucas de vtroque parente recenſet, ad vnum Ioſephum referendum eſſe.

Alij opinantur, illa eadem verba non ad Ioſeph, & Mariam, ſed ad auditores, & ſpectatores in templo pertinere, quibus non facile erat ex breui illo reſponſo myſterium à Chriſto indicatum percipere.

Concluſio.

Dico, probabilius hoc mihi videri, idcirco ſcil. ab Euangeliſta affirmari, ipſos (ſcil. B. Virginem, & Ioſephum) non intellexiſſe verbum hoc, quia, Deo permittente, non, verbis illicò prolatis, Virgo, & Ioſeph penetrarunt, quòd Chriſtus voluerit indicare, tali tempore voluntatem Patris ſui æterni fuiſſe, vt remaneret in Templo: ſed Virgo meditando, & conferendo prædicta verba in corde ſuo, poſtea optimè percepit quid per illa voluerit ſignificare Chriſtus. Prima pars huius concluſionis fundari poteſt in ſacro textu, qui poſt colloquium Chriſti cum Maria & Ioſeph immediatè & abſolutè ſubiungit: *Et ipſi non intellexerunt verbum, quod locutus eſt ad eos*: ex hoc enim ſatis apertè deducitur, ſermonem illum ad illos fuiſſe directum, vt patet conſideranti. Porrò, cùm Beata Virgo optimè myſterium Sanctiſſimæ Trinitatis nouerit, ideoque non ſit dubitandum, quin ſtatim perceperit, Chriſtum loquutum fuiſſe de æterno Patre, idque etiam & Ioſeph intellexiſſe probabile omnino ſit; reſtat fuiſſe circumſtantias, vt loci & temporis ſupra adductas, quas non intellexerint. Secunda pars, quòd, ſcilicet, Beata Virgo meditando aſſecuta fuerit notitiam eius, quod Chriſtus inſinuauerat, ſuaderi poteſt tum ex eo, quod ſacer textus ſubiungit: *Et Mater eius conſeruabat omnia verba hæc in corde ſuo*; cùm etiam ex hoc, quòd nouis ſemper illuſtrationibus irradiata nouam diuinorum arcanorum notitiam aſſequebatur. Adde etiam quòd, vt videbimus tom. 2. eius mens infuſis imbuta ſcientijs, & prophetico illuſtrata ſpiritu, quæ ventura prænouerat, cum euentibus conferebat; per quas collationes, aliqua meditatione interueniente, clarius, & perfectius diuina arcana cognoſcebat. Et quidem conſtat ex Patribus Beatam Virginem ex aſsidua lectione, & meditatione Scripturarum profeciſſe: de qua re ſuo loco dicemus. Interim vide Suar. tom. 2. in 3. par. diſput. 19. ſect. 2. ſub §. *Secundò creauit*.

Suar.

Ad Sacræ Scripturæ arcana intelligenda opus meditatione.

Collige ex eo, quòd Beata Virgo, Deo permittente, non ſtatim intellexerit quod dixit Chriſtus, arcana ſacræ Scripturæ

per

per meditationem erui, & non per ſimplicem lectionem, aut auſcultationem. Sed

Quæſtiuncula ſuborta.

Quæres: cur Deus permiſit, vt Beata Virgo non ſtatim intelligeret circumſtantias illius, quod Chriſtus dixit?

Solutio.

Reſpondeo, id fuiſſe in altiſsimam Virginis commendationem à Deo permiſſum. Non intellexit circumſtantias, & tamen quieuit, neque enim ampliùs Filium interrogauit, ſed pro egregia ſua, & altiſsima reſignatione, vt audiuit Chriſtum ex diuino, & paterno beneplacito in Templo remanſiſſe, nihil ampliùs quæſiuit, ſatisq; illi fuit, vt acquieſceret, licèt non intelligeret, audire diuinæ illud fuiſſe voluntatis. Ex quo

Collige, non eſſe nimis inueſtigandum, ſed ſummiſſo intellectu acquieſcendum, cùm aliquid audimus diuini eſſe beneplaciti.

CAPVT DECIMVMSEPTIMVM.

DE IIS, QVÆ GESSIT DEIPARA cum Chriſto prædicante vſque ad eius paſſionem.

QVAESTIO PRIMA.

Cur Beata Virgo non recuſarit intereſſe nuptijs in Cana Galilææ celebratis.

Afferuntur plures cauſę.

DICO, pluribus de A cauſis Virginem voluiſſe his nuptijs intereſſe. Quarum prima eſt, quia, cùm & ipſa electa eſſet ad cunctas hęreſes interimēdas, & futuri eſſent hæretici, qui nuptias improbarent, vt aduertit D. Auguſt. tract. 9. in Ioannem, optimum duxit in illis cum Filio interuenire, vt cum eodem ad eas approbandas, & ſanctificandas concurreret. Quòd verò B ex illa Chriſti præſentia principaliter ſequeretur approbatio, & ſanctificatio nuptiarum, docent PP. D. Epiphan. hæreſ. 7. *Quomodo enim*, inquit, *non erunt venerabiles nuptiæ, & in Deo habentes regnum cælorum, cùm vocatus ſit ipſe Saluator ad nuptias, vt nuptias benediceret? Si quidem enim recuſaſſet ad nuptias ingredi, profectò nuptiarum exolutor fuiſſet*: & paulò poſt: *Veneranda igitur ſunt nuptiæ, quoniam ipſe illas decreuit: quare ad nuptias accedit, vt obturet ora eorum, qui loquuntur contra veritatem*. Similia ferè habet D. Cyrillus C lib. 2. in Ioannem cap. 22. & D. Aug. loco ſupra cit. Secunda cauſa fuit vrbanitas, quam Virgo exercuit, dum inuitantibus morem geſſit, obſequia præſtitit, & cum illis non dedignata eſt familiariter cōuerſari. Tertia vt temperantiam, ac modeſtiam, quæ in poculis vt plurimum ſolent naufragari, Filij, ſuoq; in conuiuijs ſtabiliret exemplo. Quarta quia, cùm matrimoniū carnale adumbret ſpiritnale Verbi

D. Auguſt.

D. Epiphan.

D. Cyrillus, D. Auguſt.

A diuini cum humana natura per vnionem hypoſtaticam, & Chriſti cum Eccleſia, conuenire exiſtimauit Virgo à ſe, vtpote quæ ex diuina electione talis matrimonij mediatrix, ac inſtrumentum fuerat, typum etiam illum honorari, vt modis omnibus tanto beneficio ſe gratam oſtenderet.

Collige, ad temperantiam in conuiuijs ſeruandam plurimùm prodeſſe Virginis præſentiam ſibi ante oculos proponere.

B QVAESTIO II.

Vtrùm aliquid eminens in Deiparæ commendationem inferatur ex illis ipſius verbis: *Vinum non habent*.

Ioan. 2.

Garritus Hæreticorum.

C HAERETICI inſtar ſerpentum, qui ex floribus etiam venenum colligunt, ex his verbis impios, & execrandos ſenſus trahūt; in quibus non eſt neceſſe immorari, videri enim poſſunt apud Stapletonium in ſuo promptuar. cathol. Dominica ſecunda poſt Epiphan. & apud Caniſium lib. 4. c. 19. optime confutati.

Diuus Chryſoſt. homil. 20. in Ioannem circa medium tom. 3. explicans præallata verba dicit, quòd Virgo *volebat ſe ipſam clariorem facere per Filium*. Sed

D. Chryſoſt.

Reſpon-

D. Thom.

Reſpondet optime D. Thomas 3.p.q.27 art. 4. ad tertium, quòd in dictis verbis Chryſoſtomus exceſſit: addit tamen, quòd poſſunt exponi dicta verba, vt intelligatur, in ea Dominum cohibuiſſe non inordinatum inanis gloriæ motum, quantùm ad ipſam, ſed id, quod ab alijs poſſet exiſtimari. Verùm, quidquid ſit de ſenſu Chryſoſtomi, certum eſt ex Concil. Trid. ſeſſ.6. can.23. Beatam Virginem nulla vnquàm vel leuiſſima venialis culpæ labe fuiſſe coinquinatam; quod etiam docuit in corpore cit. art. D. Thomas.

Conc. Trid.

Concluſio prima. Eminens Virginis charitas.

D. Bonau.

Dico primò, eminentem in hoc Virginis charitatem eluxiſſe, dum non rogata rogauit Filium, vt alienam ſubleuaret inopiam. Fauet nobis D. Bonauentura in ſpec. *Compaſſa*, inquit, *eſt verecundiæ illorum, antequam fuiſſet inuocata*. Agnouit hanc eminentiam Virgineæ charitatis in præueniendis hominum precibus Concil. Baſilienſe ſeſſ.42. de Viſitatione B. Mariæ, vbi ſententiam illam verè auream habet. *In cuius commemoratione qui tribulati ſunt Mariam implorant, quæ gaudiorum huiuſmodi memor, vt ſperandum eſt, non ſolùm ſupplicantes exaudiet, ſed, ſicut ex ſua clementia conſueuit, etiam ſupplicare volentium preces præueniet*. Et ſanè quàm ſit eminens illa charitas, quæ non rogata ſubuenit, patet ex eo, quòd preces ſunt quidam veluti ſtimuli excitantes, & impellentes voluntatem ad aliquid concedendum; vnde, ſicut charitas illa, quæ his indiget, fit minùs perfecta, quia non operatur niſi ab extrinſeco impellente, ſcilicet precibus; ita perfecta, & eminens erit illa, quæ nullo ex his extrinſecis indiget, vt operetur.

Concil. Baſilienſe.

Concl. ſec. Fides eximia.

Dico ſecundò, eximiam ex iiſdem verbis fidem Virginis inferri; nunquam enim poſtulaſſet, niſi credidiſſet poſſe, & velle Chriſtum illi inopiæ ſubuenire.

Concl. tertia. Humilis reſignatio.

Dico tertiò, humilem in his verbis claruiſſe Virginis reſignationem, expoſita tantùm neceſſitate, ſe ſubmittentis diuinæ voluntati, nec poſtulantis, vt hoc, vel illo modo Chriſtus ſubueniret.

Cõcl. quarta. Prudentia, & modeſtia.

Dico quartò, conſpicuam etiam in his verbis fuiſſe Virginis prudentiam, & modeſtiam. Prudentia in hoc eluxit, tum quòd maxime vigilauit pro euitanda ſponſi, ac ſponſæ ignominia, proque conuiuis ſatisfactione exhibenda; tùm etiam quòd, cùm ſciret Filium ſuum, & eſſe ſapientiſſimum, & ad humanis calamitatibus ſubueniendum paratiſſimum, non longa verborum ſerie, ſed breuiſſima oratione vini defectum propoſuit: *Vinum non habent*. Modeſtia verò in eo ſe prodidit, quòd, cùm poſſet Virgo iure materno vti, & Chriſtum, addito ſaltem nomine filij, cõpellare, pro ſua eminenti modeſtia cõtenta fuit neceſſitatem tantùm breuiſſimè illi exponere. Non poſſum ſilentio præterire verè melliflua D. Bernardi verba de gradibus humilitat. grad. 12. quæ pro tribus præced. conclſ. faciunt. *Diſce*, ait, *& in Matre Domini magnam, & in mirabilibus fidem habere, in magna fide verecundiam retinere. Diſce verecundia decorare fidem, reprimere præſumptionem. Vinum, inquit, non habent: quam breuiter, quam reuerenter ſuggeſſit! Vnde pia fuit, ſollicita, &, vt diſcãt in huiuſmodi magis piè gemere, quam petere promptuosè, actum pudoris temperans vmbra, conceptam precibus fiduciam verecundia ſuppreſſit. Non frontosè acceſſit, non palàm locuta eſt, vt audacter coram hominibus diceret: obſecro, Fili, deficit vinum, triſtantur conuiuæ, confunditur ſponſus, oſtende quid poſſis: ſed, licèt hæc, aut multò plura pectus æſtuans, feruens loqueretur affectus; priuatim tamen Filium pia Mater adijt non potentiam tentans, ſed voluntatem explorans; Vinum, inquit, non habent. Quid modeſtius, quid fidelius? Non deficit pietati fides, voci grauitas, efficacia voto.*

D. Bernard.

Cõcl. quinta. Peccatorum, & gentium cõuerſio media Virginis interceſſione.

Cæſarius Arelatenſis.

Dico quintò, innui hic, quòd peccatores, & gentes media Virginis interceſſione erant cõuertendæ (Fauet nobis S. Cæſarius Arelatenſis homil. 7. in 2. Ioannis, quatenus ait; *Quando Dominus nuptiali tempore aquam in vinum conuertit, manifeſtè præfigurat, multitudinem gentium de ſanguinis ſui gratia eſſe venturam.*) Si enim eiuſmodi conuerſio aquæ in vinum, quæ typus eſt conuerſionis peccatorum in iuſtos, & gentium in fideles, Virgine intercedente, ſequuta eſt, adumbratum ſimul etiam habemus, peccatorum conuerſionẽ ſequuturam fore per eiuſdem Virginis interceſſionem. Suffragatur Methodius in Hypopantem Domini, vbi ait: *Virtute Mariæ, & precibus penè innumeræ peccatorum conuerſiones fiunt*. Et S. Chryſologus ſerm. 43. *Aue*, inquit, *gratia plena: hæc eſt gratia, quæ dedit cælis gloriam, terris Deum, fidem gentibus, finem vitijs, vitæ ordinem, moribus diſciplinam*. Imò apertè hoc cõfirmat ipſe textus, dum poſt patratum hoc miraculum, ſubijcit, crediδiſſe in Chriſtũ diſcipulos eius: *Hoc fuit initium ſignorũ Ieſu in Cana Galilææ; & manifeſtauit gloriam ſuam, & crediderunt in eum diſcipuli eius:* ſi enim per hoc miraculum diſcipuli crediderunt, & Virginis interceſſio talis fuit cauſa miraculi, ſequitur, quòd eadem interceſſio cauſa fuerit, vt crederent diſcipuli, veriſſimum enim eſt illud axioma: *Quod eſt cauſa cauſæ, eſt cauſa cauſati*. Sed fortaſsè

S. Method.

S. Chryſolog.

Dices:

Digitized by Google

Concl. ſec.

Dico ſecundò, omninò veriſimile eſſe, B. Virginem poſt regreſſum ex Aegypto ſingulis annis conſueuiſſe Hieroſolymam pro feſto azimorum celebrando contendere. Ducor primò illis præcitatis verbis Euangeliſtæ: *Ibant Parentes eius per omnes annos in Hieruſalem, &c.* cùm enim abſolutè dicat, *per omnes annos*, ſtando in maiori proprietate verborum, intelligendũ arbitror de omnibus annis, qui à regreſſu ab Aegypto vſque ad Chriſti duodecimũ interceſſerunt. Ducor ſecundò virtute religionis, quæ in Virgine erat eminentiſſima ita, vt probabiliſſimum ſit, ab illa nullam ipſius religionis exercendæ occaſionem fuiſſe prætermiſſam. Ducor tertiò ex eo, quòd decebat à B. Virgine illam ſolemnitatem maximè honorari, quam myſterij Euchariſtiæ, & paſſionis Filij ſui typum, figuramq; eſſe ſciebat: ſed, cùm melior illius honorandæ modus eſſet præſentia, veriſimile eſt, ſemper, cùm potuerit, adeſſe voluiſſe. Fauet nobis aliquo modo Eucherius homil. in 2. Lucæ: *Religioſi Parentes per ſingulos annos ibant in Hieruſalem, vt legem audirent, ſacrificijs participarent, ſolemnitatibus intereſſent; & eius adhuc vmbræ ſeruiebant, cuius iam tenebant veritatem. Tota enim illa ſolemnitas Chriſti paſſionem, reſurrectionem, & cætera, quæ de eo ſcripta ſunt, ſignificabat. Erat igitur Ieſus in ſolemnitate, qui totius erat cauſa ſolemnitatis: Ipſe iugulabatur in agnis, immolabatur in vitulis, & in omnibus ſacrificijs offerebatur. Mater quoque eius multa ibi in lege, & Prophetis cantari audiebat, quæ de ipſa dici intelligebat, & in ſe iam completa eſſe ſciebat, qualia ſunt: Ecce Virgo concipiet, & pariet Filium: itemque: Egredietur Virga de radice Ieſſe. Meritò igitur per annos ſingulos veniebant illuc, vbi ſuas laudes ab omni populo prædicari audiebant.* Ducor quartò ex hoc, quòd, cùm B. Virgo ſummoperè myſteriorum illorum, quæ per eam ſolemnitatem figurabantur, adimpletionem exoptaret, ſatis congruum videtur, figuris ſaltèm illis interueniendo, adimpletionis moras quodammodò fallere voluiſſe. Sed

Eucherius.

Obiectio prima.

Obijcies primò: lex de prædictis ſolemnitatibus data eos tantùm maſculos obligabat, quibus vſus rationis illuxerat, vt ex ijs, quæ peragi videbant in ſolemnitatibus illis, quæque alibi non fiebant, ad Dei cultum promouerentur. Sed, cùm Chriſtus, licèt à primo conceptionis momento non modò vſu rationis polleret, ſed etiam plenus eſſet ſapientia, inſtar tamen cæterorum puerorum in externis actionibus ſe gereret; non videtur, quòd ante illam ætatem, qua ſolent pueri vſu ratio-

A nis polere, ad Templum pro dicta ſolemnitate accedere deberet: ergo Virgo non ſingulis annis poſt reditum ſuum ab Aegypto cum puero Ieſu peregrinationem obibat Hieroſolymam. Probatur hæc conſequentia: quando regreſſa eſt ex Aegypto Deipara, puer Ieſus annum circiter quintum ætatis agebat, quia, vt diximus in cap. præcedenti quæſt. 7. Virgo non manſit in Aegypto plus quinquennio, & poſt purificationem illuc ſtatim ſe contulit: ſed circa ſeptennium tantùm ſolet pueris rationis vſus illuceſcere; ergo non erat cur Chriſtus, dum annum ageret quintum, ad ſolemnitatem accederet; ergo non ſingulis annis poſt reditum B ab Aegypto Deipara cum Ieſu ad Templum ſe conferebat.

Reſponſio.

Reſpondeo negando, quòd circa ſeptennium tantùm pueri rationis vſu donentur. Nam experientia conſtat, multos circa quinquennium rationis vſu polere. Adde quòd, cùm Chriſtus nec teneretur vllis legibus, vtpote Deus homo, voluit tamen ſponte, quæ lex præcipiebat in prædicta Paſchatis ſolemnitate, ſeruare, vt quantùm ſibi cordi eſſet cultus Templi oſtenderet, & ſua corporali præſentia domum Patris honoraret. Porrò hæc ratio militabat etiam in Chriſto, cùm in ea eſſet ætate, in qua cæteris pueris non ſolet rationis vſus illuceſcere; ergò, dato, & non C conceſſo quòd quinto ætatis anno non ſoleant pueri vſu rationis polere, adhuc tamen conueniebat, Chriſtum in dicta Paſchatis ſolemnitate ad Templum in illa ætate accedere.

Obiectio ſecunda.

Obijcies ſecundò: monuerat Angelus Ioſephum ex Aegypto redeuntem, ne Hieroſolymam ſe conferret eò, quòd Archelaus regnaret in Iudæa pro Herode patre ſuo, vt habetur Matth. 2. ergo ad euitandum periculum, quod imminere videbatur, non videtur veriſimile, quòd Virgo cum puero Ieſu ad Templum Hieroſolymitanum, vt ſolemnitati intereſſet, ſingulis annis acceſſerit.

Matth.

Refellitur.

Reſpondeo, tali timore non potuiſſe D Virginis feruorem religioſum retardari, quominùs ad Deum in ſolemnitate honorandum ſingulis annis poſt reditum ex Aegypto proficiſceretur. Suadetur: neceſſe eſt ex euangelico textu loco Lucæ ſupracit. concedere, aliquos ſaltèm annos ante amiſſionem Chriſti in Templo conſueuiſſe Virginem hac de cauſa ire Hieroſolymam; ait enim Euangeliſta, tunc temporis iam initam ab ea fuiſſe conſuetudinem illuc proficiſcendi: *Ibant Parentes eius per omnes annos in Hieruſalem in die ſolemni Paſcha: & cùm factus eſſet annorũ*

duo-

A *duodecim, aſcendentibus illis ſecundùm conſuetudinem, &c.* ergo non eſt probabile, vno vel duobus annis poſt reditum ab Aegypto Virginem ob timorem deſtitiſſe, cùm tot alijs annis non potuerit illam timor vllus auertere, quibus etiam idem ac prius regnabat Archelaus.

Concl. tertia affirmatiua quò ad reliquas duas ſolemnitates.

Dico tertiò, ſatis probabile eſſe, Virginem ad Templum Hieroſolymitanum cum puero Ieſu cõtendiſſe in alijs duobus ſolemnitatibus. Probatur primò: omnes hæ ſolemnitates æquè à lege celebrandæ præcipiebãtur, vt patet ex locis Exodi, & Deut. ſupracitatis: ſed virtus religionis eminentiſſima in Virgine illam ad peregrinationem obeundam pro ſolemnitate azimorum inducebat; ergo probabile eſt, B quòd eadem virtus ad duas alias frequentandas ſimili modo illam impulerit. Confirmatur: ſi enim è remotis, diuerſiſq; mundi plagis ad has ſolemnitates confluebat multitudo, vt habemus Act. 2. & notat Philo teſtis oculatus lib. 2. de Monarc. cur Virgo, quæ, & ſanctior, & vicinior erat, ſineret ſe ab illis in Deo præſtandis obſequijs ſuperari? Probatur ſecundò, quia decebat Virginem perfectionis Magiſtrã in operibus ſupererogationis abundare, atque adeò occaſiones illas ſpontanearum peregrinationum non prætermittere. Probatur tertiò, quia, ſi, vt ſupra diximus, B. Virgo cum puero Ieſu idcircò ad ſolemnitatẽ Paſchatis accedebat, quia C ibi futurorum myſteriorum figuræ præſentibus obijciebantur, cur non etiam cæteris duobus intereſſet, in quibus idem fiebat?

Act. Philo.

B. V. in præcauendis Eccleſiæ periculis vigilantiſſima.

Collige primò, B. Virginem in præcauendis Eccleſiæ periculis vigilantiſſimam his Templi frequentationibus illorum ſeſe hæreſibus oppoſuiſſe, qui negant, in templis Deum eſſe excolendum, vt impiè blaterauit Euſtatius, eiuſq; ſacrilegi ſectatores.

Dum agitur de diuino cultu, timor quilibet humanus negligendus.

Collige ſecundò, exemplo Virginis, non obſtante Archelai potentia, Hieruſalem, vt Deum honorificaret, ſe conferentis, negligendum eſſe humanum quemuis timorem, cùm de diuino agitur cultu. D

Deiparæ obſeruatoribus ſupererogatiuorũ operum occaſiones nõ ſubterfugiendæ. Rupertus.

Collige tertiò, Deiparæ cultoribus non eſſe ſubterfugiendas occaſiones exercendorum actuum ſupererogationis, cùm ipſa, licèt non teneretur ad Templum in ſolemnitatibus frequentandum, tam aſſiduã ſe ſemper præbuerit. Ad hæc ſupererogationis opera optimè nos hortatur Rupertus Abb. lib. 1. de conſ. c. 16. *Euaſiſtis*, inquit, *pœnam, nondum meruiſtis gratiam: inutiles enim eſtis, quia nihil pro amore, aut gratia Domini noſtri ſupra debitum ſeruitutis penſum adijcere vultis.*

QVAESTIO II.

Cur, inſcia Virgine Matre, Chriſtus in Templo remanſerit.

Afferuntur rationes.

DICO, varias huius rei cauſas aſſignari poſſe. Primò voluit tunc Chriſtus iacere veluti fundamenta religionis, & ſic tali exẽplo docere poſſe filios familias etiam ſine conſenſu parentum Religionem ingredi. Ita Salmeron tom. 3. tract. 46. quem ſequitur Petrus Moral. in c. 2. Matth. lib. 5. tract. 8. num. 13. Secundò vt ſuo paupertatem exemplo commendaret, dum ex emendicato viueret, iuxta illud Pſal. 39. *Ego autem mendicus ſum, & pauper.* Si enim admonuiſſet parentes, ipſi cum eo permanſiſſent, & conſueta illi alimenta ſubminiſtraſſent. Quòd verò tribus illis diebus mendicarit Chriſtus, tradunt D. Bernard. hom. infra octau. Epiphaniæ, vbi ait: *Domine Ieſu, quis te cibauit illo triduo? quid dicam Deus meus? Vt te per omnia noſtræ conformares paupertati, & in te humanæ naturæ calamitates ſuſciperes, quaſi vnus è turba pauperum ſtipem per oſtia mendicabas.* S. Baſilius interrog. 262. C Alenſis 4. p. q. 107 art. 1. S. Bonauentura in apologet. pauperum reſponſ. 3. art. 1. Et abſolutè quod Chriſtus aliquando mendicarit tradit D. Thomas 2. 2. q. 187. art 5. Neque dicas cum Abulenſ. in c. 17. Deut. q. 194. Lyrano, & Carthuſiano in cap. 15. Deuteronom. non moris fuiſſe apud Hebræos ſtipem emendicare, vt Deut. 35. videtur haberi: *Et omninò indigens, & mendicus non erit inter vos.* Nam hæc verba non prohibent mendicandi cõſuetudinem, ſed, vel diriguntur ad diuites, vt promptè erogent eleemoſynas, atque adeò non ſinant abſoluta pauperes laborare indigentia, vel ſublatio mendicitatis his verbis à D Deo promittebatur vt præmium ijs, qui exactè legẽ obſeruaſſent, vt notant Oleaſter, & alij in citatum c. 15. Deut. Verùm adhuc inſtabis adducẽdo rationem cuiuſdam Doctoris Anglicani relati à Gerſone tom. 3. ſerm. de Natiuit. Virginis Mariæ, cuius ſententiam his verbis exprimit ipſe Gerſon. *Quidam Doctor Anglicanus probare volens, quod falſum, & blaſphemum eſt dicere, quod Chriſtus mendicauerit, imò quòd potuit mendicare: Etenim, inquit, mẽdicare ipſum mendicantem petere de ſolo debito naturali ſine omni dignitate, iuſtitia,*

Salmeron, Petr. Moral.

Pſal.

D. Bernard.

D. Baſilius, Alenſis, D. Bonau.

D. Thom.

Obiectio ex Abulenſ. Lyran. Carthuſ. Deuter.

Reſponſio.

Oleaſter. Inſtaur.

Gerſon.

ſeu

ſeu debito perſonali habito ad petitum. Fuit autem impoſſibile Chriſtum aliquid petiiſſe, ſeu mendicaſſe oſtiatim, vel aliter de ſolo debito naturali ſine omni dignitate, iuſtitia, ſeu debito perſonali: hoc enim faciendo fictus extitiſſet, & falſus, cùm ſibi competiuerit dignitas perſonalis ex iuſtitia, & debito, quã dignitatem repudiare non potuerat ſecũdum veritatem; fictio autem longè erat ab eodem, mendicitas enim defectum dicit. Aut igitur mendicans habet dignitatem aliquam perſonalem; aut aliquam iuſtam cauſam ad petendum id, quod petit, vt quia miniſtrauit illi ſpiritualia, ſcilicet prædicationem, orationem, vel miſſam, vel temporalia, ſicut obſequium, & ſic non petit ex ſolo debito naturalis indigentiæ, ſed habet debitum, & obligationem iure perſonalis dignitatis, aut alicuius alterius meriti perſonalis, & ita nõ verè mendicat, &, ſi mendicare dicit, fingit, hoc eſt mentitur. Si autem non habet titulum dignitatis, aut alicuius meriti perſonalis, & eſt in neceſſitate poſitus, fatendum eſt, quòd in hoc caſu veraciter, & licitè mendicus eſt: ſi verò deficit vtrumque; vt quia non indiget, vel, ſi indiget, poteſt retribuere, vel retribuit meritum perſonale, & ſic mendicat, iſta eſt prorsùs ficta, & hypocritatis mendicitas. Spiritus autem Sanctus effugiet fictum, nec hypocrita placebit Deo; ergo mendicare non conueniebat Chriſto. Reſpondeo; quòd, licèt Chriſtus, vt diximus in c. de Virginis Annunciatione, habuerit regium dominium, nihilominùs ad paupertatem commendandam exercitium talis regij dominij à ſe poterat abdicare, vt de facto abdicauit, atque adeò non ſolùm abundantia temporalium rerum, ſed etiã aliquandò pro perfectiori paupertatis exemplo ea, quæ à parentibus ſolebat ſuppeditari, alimonia voluit priuari, vt triduo illo, quo remanſit Hieroſolymæ. Quare; cùm verè Chriſtus tunc illo triduo indigeret, & rationabiliter exercitium regij dominij à ſe abdicaſſet, patet, illum abſq; vlla fictione, & licitè potuiſſe mendicare.

Reſpōdetur.

Tertiò (quod eſt valdè notandũ) remanſit puer Ieſus inſcia Virgine in Templo, vt amor eiuſdem Virginis erga ipſum Ieſum ex illa abſentia, tamquam ingenioſo ſtimulo, magis, magiſq; augeretur. Licèt enim abſentia amati imminuat amorem, vt notant morales Philoſophi, ea ratione ducti quia communicatio inſtar flabelli flammas amoris excitat, abſentia verò veluti aqua extinguit, id tamen verum eſt, quando amor non eſt perfectus, & non admodùm profundas in corde iecit radices; tunc enim, ſi amati præſentia, & aſpectus illum non fouet, facilè euaneſcit, vnde ait ille: *Amor ex aſpectu*, & Propert. lib. 2. Eleg.

Propertius.

Dũ nos fata ſinunt, oculos ſatiemus amore:
Si neſcis, oculi ſunt in amore duces:

Quando verò amor eſt perfectus, amati abſentia non modò illum non minuit, ſed magis excitat, & accendit. Vnde dici ſolet, quòd amor magis ſentitur, cùm eum prodit indigentia. De qua re vide Platonem in Phædone, D. Auguſtinum lib. 10. de Trinit. S. Thomam 1. 2. q. 29. Cuius & varia habemus exempla tam in ſacris, quàm in prophanis hiſtorijs. Tobiæ 10. mater præ amoris magnitudine in abſentem filium ſic conquerebatur: *Heu heu me, Filij mi, vt quid te miſimus peregrinari, lumen oculorum noſtrorum, baculum ſenectutis noſtræ, ſolatium vitæ noſtræ, ſpem poſteritatis noſtræ: omnia ſimul in te vno habentes te non debuimus dimittere a nobis, &c.* Et Didonem canit Virgilius Aeneid. 4. tanto in Aeneam amore exardeſcentem, cùm ille aufugiſſet, vt diutiùs ſine eo viuere nollet. Hinc eſt quòd Sponſa Cant. 5. dum vicinũ habebat Dilectum, ſtantem ad oſtium, & pulſantem, moras in aperiendo interponẽs varijs detinebatur excuſationibus: *Expoliaui me tunica mea, quomodo induar illa? Laui pedes meos, quomodo inquinabo illos?* Cùm verò animaduertit, declinaſſe Dilectum, & ſe ab ea longè proripuiſſe, tanto in illum amore exarſit, vt cæperit gemens circuire ciuitatem, nec cuſtodum vulneribus ab hoc potuerit deterreri: *Peſſulum oſtij mei aperui Dilecto meo, at ille declinauerat, atque tranſierat. Anima mea liquefacta eſt, vt locutus eſt: quæſiui, & non inueni illum; vocaui, & non reſpondit mihi. Inuenerunt me cuſtodes, qui circumeunt ciuitatem, percuſſerunt me, & vulnerauerunt me, tulerunt palliũ meum mihi cuſtodes murorum. Adiuro vos, filiæ Hieruſalem, ſi inueneritis Dilectum meum, nuncietis ei, quia amore langueo.* Nota, quòd tanta excitata fuerat in Sponſa vis amoris in Dilectũ poſt, quàm eum perdiderat, vt ſui oblita non recenſuerit filiabus Hieruſalem vulnera, & opprobria ſibi à cuſtodibus illata, ſed tantùm amorem, quo in Dilectum ſuũ ferebatur: *Nuncietis ei, quia amore lãgueo.* Vnde quantùm ad amorem augendũ proſit amati abſentia iam experta, illum poſteà ad fugam tantiſper arripiendam extimulabat: *Fuge*, inquit, *Dilecte mi, aſsimilare capreæ, hinnuloq; ceruorum*, Cant. 8. Hoc habent proprium hinnuli, vt, à matre licèt recedant, breui tamen ad eam reuertantur. Quartò Chriſtus à ſua ſe Matre ſubtraxit, vt vberiorem illi promerendi ſegetem ſuppeditaret. Deerat iam Herodis ſæuitia, quæ ad pueri Ieſu interitum anhelaret; non ampliùs furebant diſtricti carnificum gladij; non ampliùs

Plato. D. Auguſtin. D. Thom. Tobiæ. Virgilius. Cantic.

excur-

excurrenda erant feruida, & arenoſa Aegyptiæ expeditionis deſerta; non ampliùs inter belluinos Aegyptiorum mores, & barbariem erat degendum: ceſſant cæteri affligere Matrem, affligit Filius. O ingenium diuini amoris in Virginem admirabile! Noluit Chriſtus otioſam pati in Matre ad patiendum diſpoſitionem: tot illius capiti coronas glorię multiplicabat, quot doloris aculeos ſingulis abſentiæ momentis infigebat cordi. Ex quo

Qui tribulationibus affliguntur, Deo chariores.

Collige, meritò ijs eſſe gaudendũ, quos tribulationibus affligit Dominus, cùm per illas certiſſimi fiant, ſe in chariorum Dei amicorum numerũ eſſe adſcriptos: neque enim non tribulat Deus, quos amat. Vnde vnam habemus inter cæteras D. Catharinæ Senenſis reuelationes, qua ipſi Dominus declarauit, ſe, ſi animam inuẽniret in terris ad tribulationes optimè diſpoſitam, omnes in eam dolores, ærumnas, & calamitates congeſturum, vt ſublimiori eã iuſtitiæ corona dignaretur. Qua veritate illuſtratus S. Iob hæc in afflictionibus gloriabundus iactitabat: *Dominus ſoluat manum ſuam, & ſuccidat me, & hæc ſit conſolatio mea, vt affligens me dolore non parcat.*

Reuelatio S. Catharinæ Senenſis.

Iob.

QVAESTIO III.

Quo affectu Beata Virgo protulerit illa verba: *Fili, quid feciſti nobis ſic?*

Hæreticorũ deliria.

ADEO enormiter, & ſtultè errant hoc loco Hæretici, vt dicere audeant, Virginem de Chriſto conqueri eò, quòd obedientiam parẽtibus à filijs debitam non ſeruarit. Sic Brentius, & Spangerbergius relati à Stapletonio in promptuario catholico dominic. 1. poſt Epiphaniam. Nec multùm diſſentiunt alij hæreſis prauitate coinquinati, vt Magdeburgenſes, Pellicanus Coruinus, & nonnulli alij affirmantes, Virginem non ſine commotione pro iure ſuo Filium compellaſſe, cur ſe cum Ioſeph iniecerit in mœrorem. Alios etiam Hæreticos in hac re blaſphemantes, quorum verba referre horret animus, adducit, & eruditè repellit Caniſius lib. 4. de B. Virgine cap. 14. & ſequentibus.

Stapleton.

Caniſius.

Quid Caluinus.

Caluinus verò in ſua harmonia euangelica confutat prædictam calumniam dicens, prædicta verba doloroſam quamdam inquiſitionem, quæ matrem decebat, non acerbam, aut arrogantem expoſtulationem, continere.

Catholici. Ludouic. de Ponte.

Aliqui Catholici, inter quos eſt Ludou. de Ponte, vir doctrina, & pietate inſignis, in ſuis meditation. 2. p. meditat. 13. punct. 3. dicunt, Virginem talia verba protuliſſe non interrogando, & facti cauſam quærendo, ſed vt cordis affectum, doloremq; indicaret. Verba autem Ludouici cit. hæc ſunt. *Primò perpendo illud: Fili, quid feciſti nobis ſic? Quo verbo non interrogando facti cauſam quærere (quæ ſuperflua fuiſſet curioſitas) ſed cordis ſui ſenſum, doloremq; aperire voluit; qui mos Sanctis in tribulatione conſtitutis, & cum Deo colloquentibus familiaris eſt, eoq; modo orandi afflictionis remedium tacitè poſtulant: ſic enim ipſi afflictionem hinc diuinæ tribuunt prouidentiæ, eam ad ipſorum bonum ordinanti, aut permittenti; inde verò proteſtantur, ad eumdem Dominum ſpectare remedium illi adhibere. Licebit ergo interdum cum S. Iob dicere: Quare poſuiſti me contrarium tibi, & factus ſum mihimetipſi grauis? Cur nõ tollis peccatum meum? Cur faciem tuam abſcondis, & arbitraris me inimicum tuum? Interdum cum ipſo Chriſto Domino crucifixo licebit Aeterno Patri dicere: Deus Deus meus, vt quid dereliquiſti me?* In qua ſententia non videtur tamen certum, quòd fuiſſet ſuperflua curioſitas, ſi B. Virgo, vt facti cauſam ſciret, ſic Filium interrogaſſet: poterat enim ex aliquo motiuo honeſto conſueta ſui animi ſummiſſione à Filio abſentiæ cauſam quærere.

Concl. prima. Virginei amoris affectus in Filium.

Dico primò, prædicta verba redolere mirum amoris affectũ, quo Deipara puerum Chriſtum proſequebatur. Patet ex illa particula, *Fili*: matres enim non, niſi excitato materno affectu, nomen filij proferre ſolent. Fauet nobis Stapleton. cit. Et confirmari poteſt ex eo, quod diximus quæſt. præced. abſentiam, nimirùm, obiecti amati non parum conferre ad amorem excitandum, & conſequenter poſt talem abſentiam amorem eſſe vehementiorem, feruentiùsq; quàm anteà, exardeſcere: ergo dicere poſſumus, B. Virginem ſtatim, atque amiſſum Filium inuenit, maiori in illum amore efferbuiſſe ita, vt congruentiſſima fuerint ad excitatum illum amoris affectum explicandum illa verba: *Fili, quid feciſti nobis ſic?*

Concl. ſec. Affectus doloris iuſtus ex amoris vehementia proueniens. Stapletonius.

Dico ſecundò, prædictis verbis: *Fili, quid feciſti nobis ſic?* indicari à Virgine affectum doloris iuſtum, ex amoris vehementia prouenientem, ob quem amorem ſanctiſſimè cupiebat Filium ſuum habere præſentem. Ita Stapletonius citat. qui hanc affert rationem: *Quia, quoaduſque ignoratur diuina voluntas, poſſumus nos ali-*

quid,

quid, quod ex ſe boneſtum eſt. deſiderare, & velle abſque eo, quòd conformitas voluntatis noſtræ cum diuina inordinetur, quia, qui perfectè Deum amat, ſemper, quando aliquid cupit, ſubintelligit, dummodò diuinæ voluntati placeat. Sic Virgo deſiderabat illã Chriſti præſentiam, quod erat illi bonum: &, licèt Deus aliud tunc bonũ, illa neſciente, voluerit, quia tamen nec illam aliam voluntatem Dei illa ſciuit, aut ſcire tenebatur, ideo hoc ſuum deſiderium erat ſanctum, & affectus doloris erat iuſtus ob Filij abſentiam. Sed quid plura? volebat Deus ob plures optimos fines, & abeſſe à Virgine, & ab illa deſiderari, & cum dolore perquiri: quare eminenter in omnibus diuinæ voluntati Virgo erat conformis, dum hæc omnia, quæ, certiſſimum eſt, diuinæ voluntatis fuiſſe, præſtabat.

B.V. de nullo vnquam conqueſta, niſi de Filij abſentia.

Collige primò, B. Virginem de nullo vnquam fuiſſe conqueſtam, niſi de Filij ſui, quem tenerrimè diligebat, abſentia. Sæuiunt in innocentes Filij carnes immaniſſimi tortores, verberant, lacerant, trãſfigunt delicatiſſimum corpus: tacet illa, & dolorem ſummiſſis perfert ſingultibus: ſola Filij ipſius abſentia, trium tantùm dierum interpoſita morula, ſine querela non toleratur. O amorem! Ita inter egregios amatores comparatum eſt, vt alteri, altero præſente, licèt amarulenta, dulceſcant omnia; abſente, licèt dulcia, amareſcant.

Quantùm ijs dolendũ, qui Chriſtũ ſua culpa amiſerunt.

Collige ſecundò quantum ijs ſit dolendum, qui Chriſtum ſua culpa amiſerunt, quantoq; ſtudio, & diligentia amiſſus ſit exquirendus; cùm B. Virgo, quæ nulla ſua culpa illum amiſerat, tam vehementer doluerit, tantaq; ſollicitudine illum per notos, & propinquos, totamq; ciuitatem perquiſiuerit.

QVAESTIO IV.

Cur Beata Virgo priùs nominet Ioſephum, quàm ſe ipſam: *Ecce pater tuus, & ego dolentes quærebamus te.*

RATIO hoc inquirẽdi eſſe poteſt quia Virgo pluribus capitibus eminentior erat, quàm Ioſeph, & hoc optimè ipſa ſciebat; & prætereà maiori etiam dolore ob Filij amiſſionem afficiebatur, quàm Ioſeph: ergo conueniens videbatur, quòd ſe primo loco nominaret dicẽs: **Ecce ego, & pater tuus, &c.**

A Dico, B. Virginem primum dediſſe locum Ioſepho in tali nominatione, vt eminentiſſimum humilitatis, & charitatis actum exerceret. Humilitas in hoc apparet, quia, cùm ipſa (ſuppoſita communi legiſperitorum doctrina dicentium, digniorem eſſe, qui prior nominatur) pluribus titulis, & maximè ratione dignitatis infinitæ, nimirum maternitatis Dei, eſſet Ioſepho præferenda, ſpontè honorificam ipſi nominis prælationem ceſſit. Charitas verò in hoc eluxit, quia, ſi verum eſt, quòd genus quoddam ſublime eſt charitatis ab homine afflicto, & doloribus excruciato alienum priùs, quàm proprium curari ſolatiũ: en Virgo, quæ Ioſephi priùs B dolorem aperit Filio, quàm proprium, licèt ipſa vehementiùs longè, quàm ille, doloris ſenſerit acerbitatem: vnde verè alienæ magis, quàm propriæ ſollicita apparuit conſolationis. Quare meritò, & congruenter ab Eccleſia *Conſolatrix afflictorum* appellatur.

Concl. cauſam afferens. Humilitas, et charitas Virginis eminens.

In Litan. B.V.

Quæres, cur nomine Patris Ieſu Beata Virgo Ioſephum appellarit, qui non erat verus pater; ſibi verò nomen Matris non tribuerit, quæ verè mater erat.

Quæſitiuncula.

Reſpondeo, quia in hoc etiam voluit Beata Virgo profundiſſimam exercere humilitatem. Probatur, & ſimul explicatur. Primò, dum Virgo tacet nomen Matris Ieſu, cælat in ſe Maternitatem Dei, C quæ eſt infinita dignitas, vt aliàs vidimus: ergo ille fuit actus humilitatis profundiſſimæ. Secundò, dum ipſa nomen Patris Ieſu tribuit Ioſepho, facile audientibus erat, niſi ſpeciali lumine fuiſſent illuſtrati, conijcere, Ioſephum eſſe verum Ieſu patrem, & per conſequens ipſam ex concubitu cũ eo, non illibata virginitate, Filium concepiſſe, & peperiſſe: ergo profundiſſima hæc fuit humilitas, cuius exercitiũ Beata Virgo antepoſuit exiſtimationi hominum, quam contra virginitatem ſuam cõcipere poterant, vt dixi. An verò hic humilitatis actus, quem hoc loco Beata Virgo exercuit, aliquid infinitatis non quidem entitatiuè, ſed ſecun- D dùm affectum attigerit, ex ijs, quæ dixi in fine quæſt. 2. in capite de Purificatione, decerni poterit.

Reſponſio. Humilitas B. V. profundiſſima.

QVAE-

Digitized by Google

QVAESTIO V.

An ex his verbis à Chriſto puero prolatis: *Quid eſt, quòd me quærebatis? neſciebatis, quia in ijs, quæ Patris mei ſunt, oportet me eſſe?* aliquid, quod ad Virginis commendationem faciat, inferri poſſit.

Patientia, & reſignatio Virginis in diuinam voluntatem admirabilis.

DICO primò, ex his verbis indicari eminentem patientiam, atque reſignationem Virginis, quã volens Chriſtus mundo, tãquam admirabile exẽplum, proponere, formula dicendi aliquantulùm ſubaſpera cum illa vſus eſt ita, vt potiùs eidem Virgini matri afflictæ afflictionem addere, quàm ſolatium afferre viſus fuerit. Confirmari poteſt ex eo, quòd, his auditis, non refert Euangeliſta, Virginem aliquid reſpondiſſe. Fauet nobis Ludou. de Ponte in Cant. lib. 3. exhortatione 7. §. 3. vbi hæc habet: *Non quòd culpam vel leuiſſimam contraxerint* (id eſt Virgo, & Ioſeph) *illum quærendò, ſed vt illos ad altiorem ſapientiam, & maiores virtutum progreſſus eueheret, vt nos illorum clariſſimis exemplis erudiret*: & in meditation. par. 2. medit. 30. punct. 4. explicans prædicta verba: *Quid eſt, quòd me quærebatis, &c. Quæ reſponſio*, inquit, *primo ſtatim aſpectu non ieiuna modò apparet, ſed etiam aſpera, & reprehenſionis formam quamdam habens, atqui ſi diſtinctiùs diceret. Cur tanto dolore me quærebatis, qui is ſum, quem perire non poſſe poteratis vobis facilè perſuadere? Ea tamen ſententia tum inſinuauit, ſe plus quàm hominem eſſe, tùm Matri dedit occaſionem heroicæ ſuæ patientiæ, & humilitatis exercendæ, ſi tacens inſipidum hoc verbum reuerenter, amanterque ſuſciperet; quod ipſa præſtitit perfectiſſimè.*

Ludou. de Ponte.

Alia laus Virginis.

Dico ſecundò, his verbis Beatam Virginem defendi, inſuper & mirum in modum à Chriſto honorari. Explico, & probo. Virgo verbis illis, *Pater tuus, & ego dolentes quærebamus te*, ob egregiam ſuam humilitatem, vt diximus quæſtionẽ præcedenti, in duobus ſe depreſſerat. Primò enim occaſionem dederat circumſtantibus, dum patrem Ieſu vocauerat Ioſephũ, exiſtimandi ſe ipſam modo naturali, & conſueto, & non illibata virginitate, con-

A cepiſſe, & peperiſſe Filium. Secundò, dũ idem eidem Ioſepho patris nomen tribuerat, occultauerat in ſe maternitatem Dei (quomodo enim qui præſentes aderant, illam Filij Dei Matrem eſſe putarent, quæ ſe eumdem Filium cum patre mortali habere communem fateri videbatur?) Verùm Filius Dei, cuius proprium eſt humiliantes ſe exaltare, dũ ſubdidit: *Neſciebatis, quia in ijs, quæ Patris mei ſunt, oportet me eſſe?* declarauit, ijſdem, qui Virginem audierant, præſentibus, ſe non habere niſi Patrem cæleſtem, immortalem, & æternum Deum, & per conſequens ſe fuiſſe genitum ex Matre virgine intacta, & prorſus immaculata, tantoq; Patre digna,
B cui verè, & realiter Dei Maternitas competebat. Nota obiter, quòd per verbum *Patris* Virgo ſe humiliauerat, & per idem nomen *Patris* à Chriſto Filio exaltata eſt.

Colligè primò, ijs, qui piè in Deiparam afficiuntur, eiuſdem exemplo ſummiſsè audiendas eſſe Superiorum increpationes, nullamq; afferendam excuſationis cauſam, quando etiam ſine culpa reprehenduntur.

Summiſsè audiendæ Superiorũ increpationes.

Collige ſecundò, nunquam prætermittendam eſſe humilitatis exercendæ occaſionem; etiamſi nobis videatur aliquantùm poſſe noſtra fama periclitari; cùm ſit certum, Dei eſſe proprium humiliantes ſe
C exaltare, & ijſdem ſæpiùs inſtrumentis, quibus vſi fuimus ad noſtri humiliationẽ.

Nulla humilitatis exercẽdæ occaſio prætermittenda.

QVAESTIO VI.

Quiſnam ſit ſenſus illorum verborum Euangeliſtæ: *Et ipſi non intellexerunt verbum, quod locutus eſt ad eos.*

SIBILANT more ſuo impij, & blaſphemi Hæretici, inter quos eſt Lu-
D therus in epiſtola ſuper Dominicam primam poſt Epiphaniam, Spangerbergius, & Loſius in c. 2. Lucæ; & dicunt, quòd Maria, & S. Ioſeph ignorabant ſalutarem Chriſti in hunc mundum miſſionem, & tantùm de mundano regno Chriſti cogitabant, vt refert Stapletonius in promptuario Dominicæ primæ poſt Epiphaniã. Qua blaſphemia ſtultius nihil excogitari poteſt. Alij etiam præter hos itẽ

Inſanè garriunt Hæretici.

Stapleton.

Hæretici circa hoc myſterium oblatrarunt, vt Culmanus, quem refert, & vt par eſt increpat Caniſius lib. 4. de Maria Deip. cap. 19.

Caniſius.

Catholici diuerſa.

Catholici, licet circa hunc locum diuerſa, omnia tamen ad Virginis commendationem conferentia ſcripſerunt.

Rupertus.

Rupertus lib. 2. expoſitionis in Lucam in ea videtur eſſe ſententia, vt exiſtimet, Mariam non ſimpliciter ignoraſſe quò tenderet reſponſum Domini, ſed inſtar aliorum, qui non intellexerunt, ſe geſſiſſe, hocq; myſterium ſapienter in corde retinuiſſe. Fauere videtur huic expoſitioni textus, in quo habetur: *Et Mater eius conſeruabat omnia verba hæc in corde ſuo.*

Stapleton.

Stapletonius loco ſupra cit. *Ioſeph*, inquit, *& Maria non intellexerunt, quia ob vehemens gaudium inuenti Filij admirati ſunt, vt non plenè caperent quod dicebatur, ſicut Apoſtoli præ dolore, & triſtitia non intellexerunt quæ Chriſtus de ſua morte, & paſſione verbis tamen apertiſſimis dixit. Itaque quòd Beata Virgo Chriſti verbum ad momentum non intellexerit, cùm in templo loqueretur, non arguit eius ignorantiam poſteà permanentem, & ſtabilem.*

Dionyſius Richelius.

Dionyſius Richelius lib. 1. de præconio, & dignitate Virginis cap. 13. hæc habet: *Indubitanter felix, & glorioſa Maria certiſſimè nouerat, quòd Vnigenitus per patrem ſuum deſignauit Patrem æternum; quòd item per ea, quæ Patris ſunt, intellexit diuinum cultum, atque quòd cultus Patris cæleſtis oporteret eum ſecundum aſſumptam naturam ſemper eſſe intentum: ſed circumſtantias loci, ac temporis, modumq; occupandi ſe in his, quæ Patris ſunt, nondum cognouit.*

Suar.

Suar. tom. 2. in 3. par. diſput. 19. ſect. 6. verſus finem hæc habet: *Quamuis ergo Beata Virgo rectè intellexerit, Chriſtum loqui de Patre ſuo cæleſti, dicitur tamen non intellexiſſe Chriſti verba, quia non ſatis comprehendit quænam eſſent res illæ ad æternum Patrem pertinentes, in quibus Chriſtum occupari, & propter eas parentes ſuos relinquere oportuerit: vel etiam quia non intellexit, an ſignificare voluerit Chriſtus, appropinquaſſe iam tempus manifeſtandi ſe ipſum mundo, & inchoandi redemptionem humanam: & ſic non erat ignorantia priuatiua in Virgine, ſed tantùm carentia ſcientiæ alicuius rei, quæ ad ipſam illo tempore minimè ſpectaret.*

Alij, per ſynecdochen, volunt, accipienda eſſe præallata verba, vt quòd latrones blaſphemabant Chriſtum, cùm tamen grauiſſimorum Authorum ſententia

A ſit, vnum tantùm fuiſſe blaſphemum; ſic quòd Lucas de vtroque parente recenſet, ad vnum Ioſephum referendum eſſe.

Alij opinantur, illa eadem verba, non ad Ioſeph, & Mariam, ſed ad auditores, & ſpectatores in templo pertinere, quibus non facile erat ex breui illo reſponſo myſterium à Chriſto indicatum percipere.

Concluſio.

Dico, probabilius hoc mihi videri, idcirco ſcil. ab Euangeliſta affirmari, ipſos (ſcil. B. Virginem, & Ioſephum) non intellexiſſe verbum hoc, quia, *Deo permittente*, non, verbis illicò prolatis, Virgo, & Ioſeph penetrarunt, quòd Chriſtus voluerit indicare, tali tempore voluntatem Patris

B ſui æterni fuiſſe, vt remaneret in Templo: ſed Virgo meditando, & conferendo prædicta verba in corde ſuo, poſtea optimè percepit quid per illa voluerit ſignificare Chriſtus. Prima pars huius concluſionis fundari poteſt in ſacro textu, qui poſt colloquium Chriſti cum Maria, & Ioſeph immediatè & abſolutè ſubiungit: *Et ipſi non intellexerunt verbum, quod locutus eſt ad eos*: ex hoc enim ſatis apertè deducitur, ſermonem illum ad illos fuiſſe directum, vt patet conſideranti. Porrò, cùm Beata Virgo optimè myſterium Sanctiſſimæ Trinitatis nouerit, ideoque non ſit dubitandum, quin ſtatim perceperit, Chriſtum loquutum fuiſſe de

C æterno Patre, idque etiam & Ioſeph intellexiſſe probabile omnino ſit; reſtat fuiſſe circumſtantias, vt loci & temporis ſupra adductas, quas non intellexerint. Secunda pars, quòd, ſcilicet, Beata Virgo meditando aſſecuta fuerit notitiam eius, quod Chriſtus inſinuauerat, ſuaderi poteſt tum ex eo, quod ſacer textus ſubiungit: *Et Mater eius conſeruabat omnia verba hæc in corde ſuo*; cùm etiam ex hoc, quòd nouis ſemper illuſtrationibus irradiata nouam diuinorum arcanorum notitiam aſſequebatur. Adde etiam quòd, vt videbimus tom. 2. eius mens infuſis imbuta ſcientijs, & prophetico illuſtrata ſpiritu, quæ ventura prænouerat,

D cum euentibus conferebat; per quas collationes, aliqua meditatione interueniente, clariùs, & perfectiùs diuina arcana cognoſcebat. Et quidem conſtat ex Patribus Beatam Virginem ex aſſidua lectione, & meditatione Scripturarum profeciſſe: de qua re ſuo loco dicemus. Interim vide Suar. tom. 2. in 3. par. diſput. 19. ſect. 2. ſub §. *Secundò creauit.* *Suar.*

Ad Sacræ Scripturæ arcana intelligenda opus meditatione.

Collige ex eo, quòd Beata Virgo, Deo permittente, non ſtatim intellexerit quod dixit Chriſtus, arcana ſacræ Scripturæ

per

per meditationem erui, & non per ſimplicem lectionem, aut auſcultationem. Sed

Quæſtiuncula ſuborta.

Quæres: cur Deus permiſit, vt Beata Virgo non ſtatim intelligeret circumſtantias illius, quod Chriſtus dixit?

Solutio.

Reſpondeo, id fuiſſe in altiſsimam Virginis commendationem à Deo permiſſum. Non intellexit circumſtantias, & tamen quieuit, neque enim ampliùs Filium interrogauit, ſed pro egregia ſua, & altiſsima reſignatione, vt audiuit Chri- A ſtum ex diuino, & paterno beneplacito in Templo remanſiſſe, nihil ampliùs quæſiuit, ſatisq; illi fuit, vt acquieſceret, licèt non intelligeret, audire diuinæ illud fuiſſe voluntatis. Ex quo

Collige, non eſſe nimis inueſtigandum, ſed ſummiſſo intellectu acquieſcendum, cùm aliquid audimus diuini eſſe beneplaciti.

Digitized by Google

CAPVT DECIMVMSEPTIMVM.

DE IIS, QVÆ GESSIT DEIPARA cum Christo prædicante vſque ad eius paſſionem.

QVAESTIO PRIMA.

Cur Beata Virgo non recuſarit intereſſe nuptijs in Cana Galilææ celebratis.

Afferuntur plures cauſę.

DICO, pluribus de cauſis Virginem voluiſſe his nuptijs intereſſe. A Quarum prima eſt, quia, cùm & ipſa electa eſſet ad cunctas hęreſes interimédas, & futuri eſſent hęretici, qui nuptias improbarent, vt aduertit D. Auguſt. tract. 9. in Ioannem, optimum duxit in illis cum Filio interuenire, vt cum eodem ad eas approbandas, & ſanctificandas concurreret. B Quòd verò ex illa Christi præſentia principaliter ſequeretur approbatio, & ſanctificatio nuptiarum, docent PP. D. Epiphan. hæreſ. 7. *Quomodo enim*, inquit, *non erunt venerabiles nuptiæ, & in Deo habentes regnum cælorum, cùm vocatus ſit ipſe Saluator ad nuptias, vt nuptias benediceret? Si quidem enim recuſaſſet ad nuptias ingredi, profectò nuptiarum exolutor fuiſſet*: & paulò poſt: *Veneranda igitur ſunt nuptiæ, quoniam ipſe illas decreuit: quare ad nuptias accedit, vt obturet ora eorum, qui loquuntur contra veritatem*. C Similia ferè habet D. Cyrillus lib. 2. in Ioannem cap. 22. & D. Aug. loco ſupra cit. Secunda cauſa fuit vrbanitas, quam Virgo exercuit, dum inuitantibus morem geſſit, obſequia præſtitit, & cum illis non dedignata eſt familiariter cóuerſari. Tertia vt temperantiam, ac modeſtiam, quæ in poculis vt plurimum ſolent naufragari, Filij, ſuoq; in conuiuijs ſtabiliret exemplo. Quarta quia, cùm matrimoniũ carnale adumbret ſpirituale Verbi diuini cum humana natura per vnionem hypoſtaticam, & Chriſti cum Eccleſia, conuenire exiſtimauit Virgo à ſe, vtpote quæ ex diuina electione talis matrimonij mediatrix, ac inſtrumentum fuerat, typum etiam illum honorari, vt modis omnibus tanto beneficio ſe gratam oſtenderet.

D. Auguſt. — D. Epiphan. — D. Cyrillus, D. Auguſt.

Collige, ad temperantiam in conuiuijs ſeruandam plurimùm prodeſſe Virginis præſentiam ſibi ante oculos proponere.

QVAESTIO II.

Vtrùm aliquid eminens in Deiparæ commendationem inferatur ex illis ipſius verbis: *Vinum non habent*.

Ioan. 2.

Garritus Hæreticorum.

HAERETICI inſtar ſerpentum, qui ex floribus etiam venenum colligunt, ex his verbis impios, & execrandos ſenſus trahũt; in quibus non eſt neceſſe immorari, videri enim poſſunt apud Stapletonium in ſuo promptuar. cathol. Dominica ſecunda poſt Epiphan. & apud Caniſium lib. 4. c. 19. optime confutati.

D. Chryſoſt.

Diuus Chryſoſt. homil. 20. in Ioannem circa medium tom. 3. explicans præallata verba dicit, quòd Virgo *volebat ſe ipſam clariorem facere per Filium*. Sed

D. Thom.

Reſpondet optime D.Thomas 3.p.q.27 art. 4. ad tertium, quòd in dictis verbis Chryſoſtomus exceſſit: addit tamen, quòd poſſunt exponi dicta verba, vt intelligatur, in eo Dominum cohibuiſſe non inordinatum inanis gloriæ motum, quantùm ad ipſam, ſed id, quod ab alijs poſſet exiſtimari. Verùm, quidquid ſit de ſenſu Chryſoſtomi, certum eſt ex Concil. Trid. ſeſſ.6. can.23. Beatam Virginem nulla vnquàm vel leuiſſima venialis culpæ labe fuiſſe coinquinatam; quod etiam docuit in corpore cit. art. D.Thomas.

Conc.Trid.

Concluſio prima. Eminens Virginis charitas. D. Bonau.

Dico primò, eminentem in hoc Virginis charitatem eluxiſſe, dum non rogata rogauit Filium, vt alienam ſubleuaret inopiam. Fauet nobis D. Bonauentura in ſpec. *Compaſſa*, inquit, *eſt verecundiæ illorum, antequam fuiſſet inuocata*. Agnouit hanc eminentiam Virgineæ charitatis in præueniendis hominum precibus Concil. Baſilienſe ſeſſ.42. de Viſitatione B.Mariæ, vbi ſententiam illam verè auream habet. *In cuius commemoratione qui tribulati ſunt Mariam implorant, quæ gaudiorum huiuſmodi memor, vt ſperandum eſt, non ſolùm ſupplicantes exaudiet, ſed, ſicut ex ſua clementia conſueuit, etiam ſupplicare volentiũ preces præueniet*. Et ſanè quàm ſit eminens illa charitas, quæ non rogata ſubuenit, patet ex eo, quòd preces ſunt quidam veluti ſtimuli excitantes, & impellentes voluntatem ad aliquid concedendum; vnde, ſicut charitas illa, quæ his indiget, ſit minùs perfecta, quia non operatur niſi ab extrinſeco impellente, ſcilicet precibus; ita perfecta, & eminens erit illa, quæ nullo ex his extrinſecis indiget, vt operetur.

Concil. Baſilienſe.

Concl. ſec. Fides eximia.

Dico ſecundò, eximiam ex iiſdem verbis fidem Virginis inferri: nunquam enim poſtulaſſet, niſi credidiſſet poſſe, & velle Chriſtum illi inopiæ ſubuenire.

Concl. tertia. Humilis reſignatio.

Dico tertiò, humilem in his verbis claruiſſe Virginis reſignationem, expoſita tantùm neceſſitate, ſe ſubmittentis diuinæ voluntati, nec poſtulantis, vt hoc, vel illo modo Chriſtus ſubueniret.

Cõcl.quarta. Prudentia, & modeſtia.

Dico quartò, conſpicuam etiam in his verbis fuiſſe Virginis prudentiam, & modeſtiam. Prudentia in hoc eluxit, tum quòd maximè vigilauit pro euitandâ ſponſi, ac ſponſæ ignominia, proque conuiuis ſatisfactione exhibenda; tùm etiam quòd, cùm ſciret Filium ſuum, & eſſe ſapientiſſimum, & ad humanis calamitatibus ſubueniendum paratiſſimum, non longa verborum ſerie, ſed breuiſſima oratione vini defectum propoſuit: *Vinum non habent*. Modeſtia verò in eo ſe prodidit, quòd, cùm poſſet Virgo iure materno vti, & Chriſtum, addito ſaltem nomine filij, cõpellare, pro ſua eminenti modeſtia cõtenta fuit neceſſitatem tantùm breuiſſimè illi exponere. Non poſſum ſilentio præterire verè melliflua D. Bernardi verba de gradibus humilitat. grad. 12. quæ pro tribus præced. concluſ. faciunt. *Diſce*, ait, *& in Matre Domini magnam, & in mirabilibus fidem habere, in magna fide verecundiam retinere. Diſce verecundia decorare fidem, reprimere præſumptionem. Vinum, inquit, non habent: quàm breuiter, quam reuerenter ſuggeſſit! Vnde pia fuit, ſollicita, &, vt diſcãt in huiuſmodi magis piè gemere, quam petere promptuosè, actum pudoris temperans vmbra, conceptam precibus fiduciam verecundia ſuppreſſit. Non frontosè acceſſit, non palàm locuta eſt, vt audacter coram hominibus diceret: obſecro, Fili, deficit vinum, triſtantur conuiua, confunditur ſponſus, oſtende quid poſſis: ſed, licèt hæc, aut multò plura pectus æſtuans, feruens loqueretur affectus, priuatim tamen Filium pia Mater adijt, non potentiam tentans, ſed voluntatem explorans; Vinum, inquit, non habent. Quid modeſtius, quid fidelius? Non deficit pietati fides, voci grauitas, efficacia voto*.

D.Bernard.

Cõcl.quinta. Peccatorum, & gentium cõuerſio media Virginis interceſſione. Cæſarius Arelatenſis.

Dico quintò, innui hic, quòd peccatores, & gentes media Virginis interceſſione erant cõuertendæ (Fauet nobis S.Cæſarius Arelatenſis homil. 7. in 2. Ioannis, quatenus ait: *Quando Dominus nuptiali tempore aquam in vinum conuertit, manifeſtè præfigurat, multitudinem gentium de ſanguinis ſui gratia eſſe venturam.*) Si enim eiuſmodi conuerſio aquæ in vinum, quæ typus eſt conuerſionis peccatorum in iuſtos, & gentium in fideles, Virgine intercedente, ſequuta eſt, adumbratum ſimul etiam habemus, peccatorum conuerſionẽ ſequuturam fore per eiuſdem Virginis interceſſionem. Suffragatur Methodius in Hypopantem Domini, vbi ait: *Virtute Mariæ, & precibus penè innumeræ peccatorum conuerſiones fiunt*. Et S.Chryſologus ſerm. 43. *Aue*, inquit, *gratia plena: hæc eſt gratia, quæ dedit cælis gloriam, terris Deum, fidem gentibus, finem vitijs, vitæ ordinem, moribus diſciplinam*. Imò apertè hoc cõfirmat ipſe textus, dum poſt patratum hoc miraculum, ſubijcit, crediſiſſe in Chriſtũ diſcipulos eius: *Hoc fuit initium ſignorũ Ieſu in Cana Galilææ; & manifeſtauit gloriam ſuam, & crediderunt in eum diſcipuli eius:* ſi enim per hoc miraculum diſcipuli crediderunt, & Virginis interceſſio talis fuit cauſa miraculi, ſequitur, quòd eadem interceſſio cauſa fuerit, vt crederent diſcipuli, veriſſimum enim eſt illud axioma: *Quod eſt cauſa cauſæ, eſt cauſa cauſati*. Sed fortaſsè

S. Method.

S.Chryſolog.

Dices:

Obiectio.

Dices: quomodo crediderunt in Chriſtum diſcipuli poſt patratũ in nuptijs miraculum, cùm ante, quàm vocarentur ad nuptias, à textu ipſo vocentur diſcipuli, & non ſit diſcipulus, qui non credit in magiſtrum?

Solutio. D. Auguſt.

Reſpondeo, quòd D. Auguſt. lib. 2. de concor. euang. c. 17. hanc ſibi difficultatẽ obijcit, & reſpondet his verbis. *Si tunc crediderunt diſcipuli, cùm ad nuptias vocati ſunt, nondum erant diſcipuli: ſed illo more locutionis hoc dictum eſt, quo loquimur, cùm dicimus, Apoſtolum in Tarſo Ciliciæ natum; neque enim tunc iam erat Apoſtolus: ita, diſcipulos Chriſti inuitatos ad nuptias cùm audimus, non iam diſcipulos, ſed qui iam futuri erant, intelligimus.* Addo, quòd optime etiam dici poteſt diſcipulus qui, licèt nondum actu credat in magiſtrum, paratus tamen eſt ad credendum, cùm ſibi de veritate eius doctrinæ conſtauerit.

Virginis ſollicitudo de ſui obſeruatoribus.

Collige primò quantum ſibi polliceri poſſint à Virginis interceſſione ij, qui piè in illam afficiuntur, cùm ipſa ſit tam ipſorum ſollicita, vt in eis nec temporalium inopiam bonorum patiatur. Diſcite, ò Virginis obſeruatores, de eius cura, & pietate confidere: illa nec paruam quidẽ honoris in humana exiſtimatione iacturam potuit in his ſponſis tolerare.

Collige ſecundò, ex Virginis exemplo, quæ etiam ad neceſſitatem proximi ſubleuandam tam paucis cum Filio vſa eſt; diſcendum eſſe fæminis nimiam in conuiuijs licentiam cohibere.

Fæminis nimia in cõuiuijs cohibẽda loquacitas.

Collige tertiò quàm veſana ſit Hæreticorum audacia, dum ſuperbiam, & arrogantiam effingunt in his verbis, *Vinum non habent*, in quibus ſuos humilitas, & modeſtia explicant triumphos. Inter hos præcipuũ ſacrilegæ temeritatis erigit vexillum Brentius, monſtrũ impietatis execrandum, quod tartarea rabie grauidatum laruas peperit tartaro horrendiores. Huius verba horret animus iterare, ne videatur illa reuocare ex ſtygio baratro, in quod tot Sapientiſſimorum calamis, tanquam validiſſimis haſtis, fuere detruſa, ibique iacent conſepulta.

*

A

QVAESTIO III.

Quomodo intelligenda ſint illa Chriſti verba: *Quid mihi, & tibi eſt, Mulier? Nondum venit hora mea.*

REIECTIS erroribus Hæreticorum, quos acriter, vt par eſt, impugnat Stapletonius in promptuar. cathol. Domin. 2. poſt Epiph. referam primò ali-

B

quas Patrum, & Doctorum interpretationes.

Prima expoſitio.

Prima eſt eorum, qui dicunt: *Quid mihi, & tibi eſt, Mulier?* ideſt, quid mihi, & tibi eſt commune, vt duo datiui, interpoſita coniunctione, eumdem faciant ſenſum, ac vnus datiuus cum ablatiuo cum præpoſitione cum. Vnde Ioel. 3. *Verumtamen quid mihi, & vobis, Tyrus, & Sydon?* ideſt, quid mihi eſt vobiſcum? & Matth. 27. *Nihil tibi, & iuſto illi*, ideſt cum illo iuſto. Senſus ergo ſecundùm hos Auctores litteralis eſt, Chriſtum loqui de diuinitate, in cuius virtute miraculum illud erat patraturus, quaſi dicat: Mulier, quid mihi tecum commune in natura diuina, ſecundùm quam patraturus ſum hoc

Ioel.

Matth.

C

miraculum? Extant circa hanc rem Richelij verba lib. 3. de laudibus Virginis c. 19. *Increpata Maria non eſt, quia omnis expers culpæ, quod Filius manifeſtauit faciens quod petijt; nec enim faceret, ſi male peteretur: ſed propter nos reſponſio illa data eſt inſtruendos, primùm non à Matre accepiſſe, vndè miraculum faceret, ſed à Patre, vnde ſe Deum oſtendit: ſecundùm ne ſpiritalibus agendis parentum curam geramus, neque ad eos nimiùm afficiamur, ſed ſolùm Dei ſpectemus gloriam.* Conuenit etiam in hoc vltimum D. Bernard ſerm. 2. poſt octau. Epiph. *Manifeſtum*, inquit, *video, quòd non velut indignans, aut confun-*

Richelius.

D. Bernard.

D

dere volens Virginis Matris teneram verecundiam, dixeris, quid mihi, & tibi? cùm venientibus ad te iuxta præceptum Matris miniſtris nil cunctatus facis quod illa ſugeſſit. Vt quid ergo, fratres, vt quid ſic reſpondebat? Vtique propter nos, vt conuerſos ad Deum iam non ſollicitet cura carnalium parentum, & neceſſitudinis; illa non impediant exercitium ſpirituale; quandiu enim in mundo ſumus, debitores conſtat nos eſſe parentibus, at poſt, quàm reliquimus nos met ipſos, multò magis ab eorum ſollicitudine liberi ſumus. Fautores huius interpretationis

D. Auguſt.

tionis ſunt D. Auguſt. multis in locis, & præcipuè in lib. de fide & ſymb. c.4. & lib. 3. de ſymb. ad Cathecum. c.5. Theophylus Alexand. tract. 9. in Ioan. & alij.

Theophylus Alex.

Secunda expoſitio Theophylacti.

Secunda eſt, quam affert Theophylact. in 2. Ioan. vbi hæc habet. *Vt monſtretur quòd non infirmitatis fuerit repulſa, ſed ne videretur occurrere, & feſtinare ad miraculorum operationem propter oſtentationem, & vanam gloriam.* Huic expoſitioni etiã fauet D. Thomas 3. p. q. 27. art. 4. ad 2.

D. Thomas.

Expoſitio tertia.

Tertia eſt eorum, qui dicunt, ideo Chriſtum reſpondiſſe: *Quid mihi, & tibi eſt, Mulier? nondum venit hora mea*; quia intempeſtiuè miraculũ petebatur. Pro hoc ſenſu videtur eſſe Irenæus lib. 3. c. 18. & inclinat etiã Ribera in Ioan. c. 12. vbi ita exponit: *Quid mihi, & tibi eſt, Mulier? &c.* ideſt, nondum venit tempus, quo hoc miraculum patrem, ideò paululùm, ò Mulier, expecta, donec meliùs appareat, cùm, nimirum, vinum omninò deficiet, & ſponſus & alij poſtulabunt. Verùm mihi hæc expoſitio non probatur, quia, vt bene etiã obſeruauit Card. Tolet. in c. 2. Lucæ, quomodo dicere poſſumus, Virginem intempeſtiuè hoc miraculum poſtulaſſe, cùm ſolum vini defectum propoſuerit Filio, remedium autem, & auxilium quomodo aut quando eſſet exhibendum non poſtulauerit?

Irenæus, Ribera.

Reijcitur.

Toletus.

Quarta expoſitio Ludouici de Ponte.

Quartam adducit Ludouicus de Ponte lib. 3. in Cant. exhortat. 7. §. 3. his verbis. *Non quòd immaculata Mater vllo modo deliquerit, ſed vt ipſa illa ſeuera increpatione proficeret, & nobis inſigne humilitatis, ſilentij, & confidentiæ ſpecimen præberet.* Hæc expoſitio quò ad eam partem, quòd in his verbis fuerit ſeuera aliqua increpatio, aliquam patitur difficultatem, quod colligere poteris ex ijs, quæ mox ſubiecturi ſumus in prima concluſione.

Concluſio prima.

Dico primò, prædicta verba, *Quid mihi, & tibi eſt, Mulier? &c.* prolata fuiſſe à Chriſto ſuauitate mira, fronte ſerena, oculis beneuolis, ore hilari, atque aſpectu toto vndique gratiam ſpirante. Ita ſentit Ribera cit. & fauent communiter Patres, qui dicunt, Beatam Virginem nullo modo à Chriſto fuiſſe obiurgatam. Et probatur primò, quia ex verbis ipſius Virginis colligitur, illi Chriſtum annuiſſe, dum ſubiecit: *Quodcumque dixerit vobis, facite.* Probatur ſecundò, quia nulla erat cauſa, vt ille, qui adeo pius, & mitis erat in omnes, vt dixerit: *Diſcite à me, quia mitis ſum, & humilis corde*; vellet modo ſubacerbo alloqui Matrẽ humiliter pro opere miſericordiæ, ad quam ipſe maximè pronus, & paratus erat, exercendo ſupplicantem.

Ribera.

Matth. 11.

A Dico ſecundò, innui hic, eminenter miſericordem, & efficacem eſſe B. Virginem in ſuis interceſſionibus; ſic enim expono: *Quid mihi, & tibi eſt, Mulier?* hoc eſt, nec mea, nec tua intereſt hunc vini defectum ſupplere; neque enim ad inuitatos, ſed ad inuitantes ſpectat ſuper rebus neceſſarijs prouidere (Pro hac expoſitione ſunt D. Epiphan hæreſ. 51. & 79. Euthym. in 2. Ioan. & Card. Toletus in eumdem locum annotatione 6.) *Nondum venit hora mea*, ideſt, nondum venit tempus patrandi miracula. Igitur per hæc verba declarat Chriſtus, nec ad ſe, nec ad Matrem pertinere vini deficientis ſuppeditationem, nec adhuc veniſſe tempus patrandi miracula; B & tamen ſtatim miraculum operatur, ad quid? vt ſignificet, Virginem & eſſe adeo miſericordem, vt etiam in his, quorum cura ad ipſam, ſpectata communi lege, non pertinet, intercedat; & adeo efficacem, vt etiam ante tempus ea omnia, quæ petit, obtineat. Et quòd ob Virginis preces citiùs patrauerit Chriſtus illud miraculum, quàm alioquin facturus fuiſſet, tradunt D. Cyrillus lib. 2. c. 23. D. Ambroſ. ſerm. 16. in Pſal. 118. & Chryſoſt. hom. 21. in Ioann. Demùm valde ſuffragãtur huic noſtræ concluſioni verba D. Iuſtini Mart. in lib. quæſtion. quæſt. 136. *Senſus eſt, noſtra cura non eſt, nec ad me, vel ad te pertinet, ſi vinum deficiat: ſi tamen ex ſingulari tua* C *charitate vis ne deficiat vinum, dic miniſtris, vt quæ dixero faciant: non igitur Matrem increpuit, quam operibus cohoneſtauit.*

Concl. ſec. B. Virgo eminenter miſericors, & efficax in ſuis interceſſionibus.

D. Epiphan. Euthym. Tolet.

D. Cyrillus, D. Ambroſ. D. Chryſoſt. D. Iuſtinus Martyr.

Dico tertiò, Chriſtum etiam indicaſſe per hæc verba, *Nondum venit hora mea*, tempus ſuæ paſſionis: Pluries enim in ſacro Euãgelio vocatur hora Domini tempus paſſionis eius; Ioan. 7. *Nemo miſit in eum manus, quia nondum venerat hora eius*: & 17. *Pater, venit hora, &c.* (Hanc expoſitionem tuentur D. Athanaſ. in apolog. de fuga ſua, & D. Aug. in Ioann.) Quaſi diceret: Poſtulas à me vinum pro conuiuis, Mulier; tuis coactus precibus elargiar: ſed nondum venit hora mea, hora D mea paſſionis tantoperè à me exoptata, qua aliud vinum ſanguinis mei, & hoc pretioſius, nouo, & inuſitato crucis torculari exprimam ex meis venis. Vinum illud erit germinas virgines, quo his nobiliores cũ Eccleſia mea nuptias celebrabo; atque hos hic præſentes, pro quibus deprecaris; alioſq; omnes, pro quibus deprecaberis, dulciùs inebriabo.

Concl. tertia.

Ioann.

D. Athanaſ. D. Auguſt.

Collige, Chriſtum etiam in nuptijs paſſioni ſuæ, quam pro humano genere ſubiturus erat, fuiſſe intentum: nihil quippe ex his epulis ſuauiùs illum afficiebat, quàm

Chriſtus etiã in nuptijs paſſioni ſuæ intentus.

portio

portlo reminiſcentiæ ſuæ paſſionis, quam per hæc verba, *nondum venit hora mea*, cum Virgine Matre deguſtandam diuiſit.

QVAESTIO IV.

Quid in laudem Deiparæ emineat in his verbis ab ipſa prolatis: *Quodcumque dixerit vobis, Facite.*

B. Virgo intima Chriſti cordis arcana penetrabat.

DICO primò, inferri poſſe ex his verbis, diuinitùs innotuiſſe Virgini intima Chriſti cordis arcana: neque enim admonuiſſet miniſtros, vt quodcumque diceret Filius, facerent, niſi apertè agnouiſſet quòd ille eorum neceſſitati in vini defectu erat ſubuenturus. Egregiè huic ſenſui patrocinatur D. Maximus hom. 1. in Epiphan. *Venerabilis Maria verè, vt Mater Domini, futura prænoſcens, ac dominicã præuidens voluntatem, ſollicitè miniſtros admonuit dicens: Quodcumque dixerit vobis, facite: ſciebat profectò Mater ſancta, obiurgationem illam Domini Filijq; ſui non iraſcentis offenſam prætendere, ſed miſerantis portare myſteriũ.* Pari claritate S. Gaudentius Brixienſis Epiſcopus, S. Ambroſio contemporaneus tract. 2. de lect. Euangelij huius: *Ipſa*, inquit, *Beata Maria, agnito reſponſionis huius profundo myſterio, intellexit, non ſuggeſtionem ſuam præſentem aſpernanter acceptam, ſed ſecundùm illam ſpecialem rationem in myſterio delatam: alioquin non mandaret miniſtris: Quodcumque dixerit vobis, facite; niſi Spiritu Sancto poſt partum diuinum plena non ſolum reſponſionis Chriſti virtutem cognouiſſet, verum etiam futuri ab eo tunc ex aqua vini vniuerſum ordinem præuidiſſet.* Euſebius etiam Emiſſenus homil. de feſto Epiphan. loquens de Matre, & Filio: *Ipſi*, inquit, *ſe intelligebant, ipſi ſua ſecreta nouerant, & quid poſtea futurum erat ſciebant: igitur, cùm B. Virgo præcognoſceret quid facere vellet Filius in ea occaſione, ſola mentis loquela abſque externis verbis potuiſſet Filium rogare illud Dauidis ſibi vſurpans, Domine ante te omne deſiderium meum.* Huic parti adſtipulatur & Rupertus Abbas lib. 3. in Ioann. *Voluntatis eius conſcia* (ſcilicet Mater) *& de potentia eius non dubitans, opportunã cõmonitiõne miniſtros præparat.* Ratio pro hac re occurrit; quia veri amoris eſt arcana quantumuis abdita, & profundis herõtia cordis radicibus inter amãtes communia facere ita, vt, quò maior ille eſt, eò promptiùs, & clariùs illa aperiantur. Huius egregium in Dalila habemus exemplum, quæ, quia ſibi Sampſon myſterium quoddam occultauerat, illum negabat verum eſſe amatorem: *Quomodo dicis, quòd amas me, & per tres vices mentitus es mihi?* Si ergo ſolet verus amor cordis penetralia patefacere, & quidem eò promptiùs, quò ille eſt profectior; ſanè multò magis amor perfectiſſimus, quo Chriſtus in Sanctiſſimam Matrem ferebatur, exigebat, vt quod ille in corde habebat, eidem Matri non pateretur occultum.

D. Maximus.

D. Gaudent.

Euſebius Emiſſenus.

Rupertus.

Iudic. 16.

Dico ſecundò, talibus verbis Virginem eorum omnium, quæ à Chriſto prædicanda, & præcipienda erant, approbatricem ſe declaraſſe. Neque enim ad miniſtros illos tantùm directa fuere illa verba, ſed ad illos etiam omnes, qui Filij eius dogmata, & præcepta erant audituri, vt innuit Albertus Magnus c. 117. ſuper *Miſſus eſt*, dũ ait: *B. Virgo breuiſſimè, & lucidiſſimè omnia prædicabilia vno verbo prædicauit, quãdo dixit in nuptijs; Quodcumque dixerit vobis, facite: qui enim facit quæcumque Filius Dei dixerit, omnia prædicabilia implet; ergo B. Virgo omnia vno verbo prædicauit.* Ratio autem cur conuenit, B. Virginem approbatricem eſſe dogmatũ & præceptorũ Chriſti, hæc eſt quia, vt cooperatricis ſaluti hominum munus, ad quod fuerat à Deo electa, perfectiùs, & eminentiùs impleret, neceſſe erat, vt hæc præter alia interueniret approbatio.

B. Virgo eorum omniũ, quę Chriſtus prędicaturus erat, approbatricem ſe declarauit. Albertus Magnus.

Collige primò quàm eminenter in his verbis B. Virgo præbuerit ſe prioris Euæ correctricem. Præbuit Eua pomum coniugi, quo diuinum tranſgrederetur præceptum; neque vni viro ſuo ſciuit ſe in tanta neceſſitate magiſtram præbere obedientiæ. Noſtra autem Virgo non vni, ſed mortalibus vniuerſis Magiſtram perfectiſſimæ ſe præbet obedientiæ, dum monet, ne quid in Dei præcepta, & dogmata audeamus: *Quodcumque dixerit vobis, facite.*

B. V. prioris Euæ correctrix.

Collige ſecundò quàm familiaris eſſet Virgini quantoq; in pretio virtus obediẽtiæ, cùm hac ea omnia, quæ ab ipſa in ſacris paginis dicta inueniuntur, ſigillauerit.

B. V. obediẽtiæ amantiſſima.

Collige tertiò quàm bene B. Virgo dictum illud Chriſti adimpleuerit: *Qui fecerit, & docuerit, &c.* cùm, antequam per hæc ſua vltima verba virtutem doceret obedientiæ, factis illam toties exercuerit, vt pluries vidimus.

B. V. priùs obſeruatrix, tum prædicatrix obedientiæ.

Collige quartò, ijs, qui piè in Deiparam afficiuntur, vt eam modo ſingulari excolant, ita parendum eſſe ſuperioribus Chriſti locum tenentibus, vt ſimul etiam hoc faciant intuitu Virginis huiuſmodi obedientiam.

Deiparæ obſeruatores quõ ſuperioribus parere debeant.

Digitized by Google

dientiam demandantis; ſic enim, cùm ſubacerbum nonnumquam videtur obedientiæ exercitium, facilè dulcorabitur: adde & meritum, quod ex hoc augebitur.

QVAESTIO V.

Quæ bona euenerint ex miraculo à Chriſto, intercedente Virgine, in Cana perpetrato.

Primum bonum.

DICO primò, gloriam Filij Dei per illud miraculum fuiſſe manifeſtatam, & eius magiſterium authoritatis & fidei plurimum acquiſiuiſſe. Probatur ex ipſo textu; quippe, huiuſmodi viſo portento, crediderunt diſcipuli, & conſequenter magnoperè Chriſti diuinitas cæpit eluceſcere; repentina enim illa creaturæ vnius in alteram commutatio Deum illum apertè indicauit, cui tantùm abſolutum competit creatarum omnium rerum imperium. Vnde ob huiuſmodi ſigna Chriſtum verum Meſſiam confeſſus eſt Nicodemus (Ioannis 3.) *Scimus quia à Deo veniſti Magiſter; nemo enim poteſt hæc ſigna facere, quæ tu facis, niſi fuerit Deus cum eo*. Ex quo

Ioann.

Chriſtus gloriam, & potentiam ſuam mundo aperire noluit, niſi dependẽter a Virginis intercesſione.

Collige ad quem eminentiæ gradum fuerit euecta B. Virgo, cùm noluerit Chriſtus ſuam potentiam, & gloriam mundo aperire, niſi dependenter ab eius interceſſione.

Secundum bonum.

Dico ſecundò, ex hoc etiam egregium nobis relictum eſſe exemplum proprium iudicium mortificandi; etenim non parũ videtur commendabile quod miniſtri illi, nulla interpoſita mora, vel diſcurſu, aquã illicò ante pedes Domini attulerint, tam promptè illi credentes quòd aquam illam in vinum eſſet commutaturus, cùm nihil tale adhuc vidiſſent, vel ſcirent ab eo patratum: immo nota etiam, quòd vſque ad ſummum hydrias impleuerunt, ex quo aliud nobis exemplum relinquitur perfectam, & completam præſtandi obedientiã.

Durioribus etiam peccatoribus, intercedente Virgine, non deſperandũ.

Dico tertiò, hinc etiam durioribus peccatoribus ſpem diuinæ gratiæ aſſequendæ, media Virginis interceſſione, relinqui. Sic explico. Hydriæ illæ, in quibus inuentum fuit per Virginis interceſſionem vinũ optimum, erant lapideæ, & aqua plenæ ad ſummũ: nos autem per hydrias illas peccatores ſignificari dicimus; quare, cùm eſſent lapideæ, per eas peccatores obdurati cordis, & penè lapidei nobis indicantur; erant & plenæ aqua vſque ad ſummũ, per quod eos intelligimus peccatores, quorũ iniquitates, quæ per aquas in Scriptura figurantur, vſque ad ſummum peruenerunt. In has igitur hydrias infertur vinum optimum, Virgine intercedẽte, per quod profectò ſignificatur, neminem tam iniquitatibus plenum, tamq; per obſtinationem lapideum factum, qui per Virginis interceſſionem non poſſit optimam à Deo gratiam obtinere. Quamobrem bene B. Virginem appellatã dicamus à S. Ephrem orat. ad eamdem, *Spem deſperantium*. Omitto alia bona, quæ ex huiuſmodi miraculo euenerũt, quæ partim in præcedentibus quæſtionibus innuimus, partim ſatis nota facilè patebunt conſideranti.

S. Ephrem. B.V. ſpes deſperantium.

QVAESTIO VI.

Vtrùm B. Virgo ſequuta ſit Chriſtum prædicationis cauſa ad diuerſa loca ſe conferentem.

Arnoldus Carnot.

PRO parte negatiua videtur eſſe Arnoldus Carnot. de laudib. Virginis, vbi, *Ab ortu*, ait, *Chriſti vſque ad baptiſmum anni triginta defluxerant, nec toto hoc tempore ſeiuncta ei, Mater, à Filio, ſemper indiuidua illi adſtitiſti*. Vnde videtur ſupponere hic Author, triginta annis Chriſti vitæ elapſis, B. Virginem nõ ampliùs fuiſſe ipſius ſectatricem. Non nihil etiam opitulatur huic opinioni Tertullianus lib. de carne Chriſti c. 7. his verbis: *Mater aquè nõ demõſtratur adhæſiſſe illi, cùm Martha, & Maria alia in cõmercio eius frequenter, &c.*

Tertullian.

Gerſon.

Pro parte affirmatiua eſt Gerſon tract. 11. ſuper *Magnificat* partit. 1. vbi hæc habet: *Cognouit* (ſcil. Virgo) *viuente Ioſeph virginali ſponſo ſuo, ſingula, quæ Dominus noſter ſubditus eis operatus eſt vſque poſt obitum felicem eiuſdem Ioſeph cuſtodis, & teſtis fideliſſimi. Quando ceſſit ipſa in cuſtodiã peculiarem Filij ſui, ſequens eum quocumquè iret, præſens in omnibus, quæ faceret, & doceret vſque dum cuſtodia Ioannis in cruce tradita eſt*. Fauet Simeon Metaphraſtes orat. de Deipara. *Erit*, inquit, *hoc quoque ex ijs, quæ illius ſunt bona, & præclara, ſi oſtẽderimus, eam fuiſſe perpetuò verſatam cum Filio, & ei ſemper aſſediſſe, & nec in tempore quidem rerum aduerſarum, nec in paſſione, fuiſſe ab eo ſeparatam*. Suffragatur D. Auguſt. ſerm. 18. de temp. quatenus ait: *Illum geſtauit in vtero, in vlnas ſuſcepit, ſinui applicuit, lacte pauit; cui ma-*

Metaphraſt.

D. Auguſt.

iuſculo ſacta eſt comes, & ſocia indiuidua A
laborum, dolorum, infirmitatis, ac mortis:
Guaricus diſcip. S. Bernardi. & Guaricus Bernardi diſcipulus ſerm. 4.
de Aſſumptione Virginis: *Sed, & cùm*
euangelizans, inquit, *circumiret Ieſus ciui-*
tates, & caſtella, Maria comes indiuidua
veſtigijs eius adhærebat, pendebatq; ex ore
docentis adeò, vt nec procella perſecutionis,
nec horrore ſupplicij, à conſectatu Filij, &
Magiſtri potuerit abſterreri.

Supponendum eſt, aliqua hic omnino
certa eſſe ex ſacro Euangelico textu. Ete-
nim primò conſtat, poſt nuptias Canæ
Galilææ deſcendiſſe Chriſtum, Matrem-
que fratres, ac diſcipulos eius Caphar-
naum, & ibi manſiſſe non multis diebus;
Ioann. patet ex Ioann. 13. Secundò, dum Chriſtus B
in ſynagogis Nazareth doceret, Virgo
Matth. cum eo degebat; patet ex Matth. 13. *Ve-*
niens in patriam ſuam docebat eos in ſyna-
gogis eorum ita, vt mirarentur; & dicerent;
vnde huic ſapientia hæc, & virtutes? non-
ne hic eſt fabri filius? non ne Mater eius
dicitur Maria, & fratres eius Iacobus, &
Ioſeph, & Simeon, & Iudas? & ſorores eius
nonne omnes apud nos ſunt? Tertiò ali-
quando Mariam concurriſſe ad audiendũ
Chriſtum concionantem habetur Lucæ 8.
Luc. *Venerunt autem ad illum Mater, & fratres*
eius; & non poterant adire eum præ turba.
Matth. Matth. 12. *Adhuc eo loquente ad turbas, ecce*
Mater eius, & fratres eius ſtabant foris
Marc. *quærentes loqui ei.* Marci 3. *Et venit Ma-* C
ter eius, & fratres, & foris ſtantes miſerunt
ad eum vocantes eum; &c.

Concl. affirmatiua. Dico, Deiparã ſectatricem fuiſſe Chri-
ſti ad diuerſa loca prædicationis gratia
proficiſcentis. Probatur primò auctori-
tate Patrum, quos ſupra citauimus, &
Gerſon. præcipuè Ioannis de Gerſon loco cit. qui
rationes etiam affert in confirmationem;
eius verba hæc ſunt. *Conuenientiſſimus*
ergo fuit comitatus talis Matris cum Filio.
Viri nempe viduata ſolatio fuit: Filius quo-
que prædicans Matris indigebat obſequio,
quoniam non renuit extraneas mulieres etiã
ſe ſequi, ſibiq; miniſtrare de facultatibus ſuis
per omne iter, quod erat ipſe facturus. Te-
ſtatur hoc Euangelica narratio, quæ Matris D
ſocietatem expreſſit locis pluribus, vt in nu-
ptijs; dum dixit Filio, Vinum non habent;
& poſtmodum dum deſcendit Capharnaum,
infidelem ciuitatem ipſe, & Mater eius, di-
cit Ioannes. Quantò probabilius credenda eſt
aſcendiſſe cum eo Hieroſolymam, ſanctam
ciuitatem, vbi vidit Filium, qui, cùm feciſ-
ſet quaſi flagellum de funiculis, omnes eiecit
de Templo? Legimus præterea, quòd Mater
Ieſu ſæpe quæſiuit loqui ei foris ſtans, & in-
ſequens. Quod inſuper efficacius afferre poſ-
ſumus argumentum præſentiæ continuæ, quã

A *illud? dum Filius ignominioſiſſimæ morti tra-*
ditus eſſet, voluit beatam Matrem adeſſe con-
ſpectricem. De diſcipulis rurſus & Apoſtolis
ſcribit Lucas poſt paſſionem Domini, quòd
erant perſeuerantes in oratione cum mulie-
ribus, & Maria Matre Ieſu. Porrò, ſi Fi-
lius non habebat vbi caput reclinaret, hoc ip-
ſum probabile de paupere vidua Matre ſen-
tire. Fouebatur igitur à Filio. Legimus
quatuor Philippi filias prophetiſſas ſequen-
tes ipſum prædicantem. Apoſtolus quoque
dicebat, ſe poteſtatem habere ſororem circum-
ducendi, ſicut & cæteri Apoſtoli. Denique
quid charitas materna velit & audiat, quid
filialis retribuat pietas, Auguſtinus cũ Mo-
nica teſtis adſit. Et tract. 9. ſuper idem *Ma-*
B *gnificat* ait hic Auctor: *Sequebatur* (ſcil.
Virgo) *Filium ſuum, tunc* (ſcil. quandò
prædicabat) *vnicum cuſtodem ſuum, vt lo-*
quimur, pede poſt pedem. Probatur ſecun-
dò alijs rationibus. Et primò Virgo electa
erat ad cooperandum humanæ reſtaura-
tioni, vt egregiè notat Petrus Damian. Pet. Damian.
ſerm. 1. de Annunc. his verbis: *Euocatur*
ſtatim cœleſtis ille conuentus, & iuxta Pro-
phetam init Deus concilium, facit ſermonẽ
cum Angelis de reſtauratione eorum, de re-
demptione hominum, de elementorum reno-
uatione, ac, illis ſtupentibus & mirantibus
præ gaudio de modo redemptionis, ſtatim de
theſauro diuinitatis Mariæ nomen euolui-
tur, & per ipſam, & in ipſa, & cum ipſa
C *totum hoc faciendum decernitur:* ſed Chri-
ſtus mundum reſtaurauit per prædicatio-
nem; ergo, vt plenè eſſet huic reſtauratio- B.V. humanæ cooperatrix reſtaurationis.
ni cooperatrix, debuit eſſe ſocia itinerum
Chriſti prædicantis. Quare optimè, &
vniuerſaliter concludit idem Petrus Da-
mianus: *Sicut ſine illo* (ideſt Deo) *nihil*
factum, ita ſine ipſa nihil refectum eſt. Se-
cundò Virgo erat electa Magiſtra, & il- B.V. Magiſtra & illuminatrix Apoſtolorum.
luminatrix Apoſtolorum, vt notat Idiota Idiota,
lib. contemplat. de B. Maria c. 2. D. An- D. Antonin.
tonin. 4. p. ſummæ tit. 15. & S. Brigitta de S. Brigitta in reuel.
Virginis excellen. orat. 1. ergo, vt hoc ma-
giſterium pro dignitate, quandocũque oc-
caſio ſe offerret, poſſet exercere, par erat,
vt verba Chriſti prædicantis exciperet, &
D conſequenter Chriſtum, quocumquè præ-
dicatum ibat, ſectaretur. Tertiò, ſi ipſa
Virgo erat adeo ſollicita in excipiendis
omnibus, quæ de Chriſto dicebantur, vt,
cùm paſtores acceſſerunt ad præſepe nar-
rantes quæ de Infantulo nato ſibi dicta
fuerant, dicat Lucas 2. *Maria autem* Luc.
conſeruabat omnia verba hæc conferens in
corde ſuo; quantò magis ſollicitam fuiſ-
ſe credendum erit in verbis ipſius Chri-
ſti audiendis, vt audita conſeruaret?
Quartò, ſi ex præſentia Chriſti, & au-
ſcultatione verborum eius ſanctificaban-
tur

Digitized by Google

A inter homines, cenſendum erit, Beatam Virginem occaſionem illam eminentioris ſuæ ſanctificationis noluiſſe prætcrire. Quintò, ſi perfectæ fidelitatis eſt amicum maximè in laboribus, & periculis non deſerere, vnde habemus ex Virgilio, quòd fidus Aeneæ Achates in maioribus periculis, & difficultatibus ab ipſius latere non recedebat: (Virgilius.)

Cui fidus Achates
It comes, & paribus curis veſtigia figit:

quis dicere audeat, Virginem Chriſto fidiſſimam, quæ per antonomaſiam appellatur ab Eccleſia *Virgo fidelis*, in illis prædicationis laboribus, & periculis ab ipſo potuiſſe recedere? Sed

B (Obiectio.) Objicies: Luc. 8. fit mentio aliquarum fæminarum ſequentium Chriſtum, & non fit mentio Mariæ Matris: *Et ipſe iter faciebat per ciuitates, & caſtella prædicans, & euangelizans: cum illo & mulieres aliquæ, quæ erant curatæ à ſpiritibus malignis, & infirmitatibus, Maria, quæ vocatur Magdalena, de qua ſeptem dæmonia eiecerat, & Ioanna vxor Cuſæ procuratoris Herodis, & Suſanna, & aliæ multeres, quæ miniſtrabant ei de facultatibus ſuis*: ergo videtur B. Virgo non fuiſſe ſequuta Chriſtum, cùm, ſi adfuiſſet, prima deberet nominari. (Luc.)

(Inſtringitur.) Reſpondeo, quòd multa non expreſſerunt Euangeliſtæ, quæ facilè ſubintelligi poſſunt, vt in re noſtra: ſi enim multæ fæminæ comitabantur Chriſtum prædicantem eò, quòd aliquid illius excellentiæ agnouiſſent, ex hoc ipſo ſatis clarè inferri poteſt, B. Virginem in Chriſto ſequendo non ceſſiſſe mulieribus illis, quæ maiori, ac eminentiori illius agnitione trahebatur. Præterea monet Euangeliſta, mulieres illas Chriſti ſectatrices fuiſſe, quia illius virtute curatæ fuerant à ſpiritibus malignis, & infirmitatibus: quo poſito, quantò certiùs affirmari poterit, Virginem, quæ non curata, ſed præſeruata fuerat ab omni poteſtate Dæmonum, ab omni culpa, & ab omni etiam corporis ægritudine, eiuſdem Chriſti fuiſſe ſectatricem? Imò maiori certè, vt gratitudinis debitum exigebat, amore, & ſollicitudine. Quare non erat illa inter aliarum fæminarum turbã, tamquam vna illarum, connumeranda, quæ tot longè eminentioribus titulis, excellentiorique affectu Chriſtum Filium ſequebatur. Sed adhuc

(Inſtatur.) Inſtabis: in eodem cap. narrat Euangeliſta, Virginem Matrem Chriſto prædicanti cum fratribus ſuperueniſſe: *Venerunt autem ad illum Mater, & fratres eius, & non poterant adire eum præ turba*: ergo non videtur, quòd Virgo ſemper fuerit Chriſti hic illicque prædicantis comitatrix.

Reſpondeo, negando conſequentiam, & dico, ex illo potiùs antecedenti inferri, Virginem conſueuiſſe viarum Chriſti ſectatricem eſſe, licèt ex aliquo accidenti non potuerit adeſſe principio illius ſermonis, quem tunc habebat Chriſtus. Nõ diſplicet quod habet Abulenſ. in cit. locum Matth. q. 105. *Dicendum, quòd ipſa libenter ſe miſcuiſſet turbæ, vt Filij verba audiret; quia tamen veniebat in comitatu fratrum Domini, oportebat quòd eis, quia viri erant, obediret non recedens ab eis, vt ſuam teneret honeſtatem: cùm ergo illi foris manerent, ipſa quoque foris ſtetit.* (Occurritur.) (Abulenſis.)

QVAESTIO VII.

Quiſnam ſit ſenſus verborum Chriſti dicentis: *Quæ eſt Mater mea, & qui ſunt fratres mei? (& extendens manum in diſcipulos ſuos dixit) Ecce mater mea, & fratres mei. Quicumque enim fecerit voluntatem Patris mei, qui in cælis eſt, ipſe meus frater, & ſoror, & mater eſt*, Matth. 12. (Matth.)

C SIMILIA verba habentur Lucæ 8. *Mater mea, & fratres mei ſunt, qui verbũ Dei audiunt, & faciunt*: & Marc. 3. *Quæ eſt mater mea, & fratres mei? Et circumſpiciens eos, qui in circuitu eius ſedebant, ait: Ecce mater mea, & fratres mei; qui enim fecerit voluntatem Patris mei, hic frater meus, & ſoror mea, & mater eſt.* (Luc.) (Marc.)

(Hæreticorũ latratus.) Non defuerũt Hæretici, qui non minùs impiè, quàm ſtultè, detorſerunt hæc verba in Virginis contumeliam, dicentes, talibus à Filio fuiſſe ipſam neglectam, pudefactã, & non vt matrem agnitam. In horum delirijs, vtpotè auctoritate Patrum omnino reiectis, vt videre eſt apud Caniſium lib. 3. c. 17. & lib. 4. c. 22. non immoramur. Sed (Caniſius.)

D (Concluſio prima.) Dico primò, hac reſponſione Chriſtum proprio exemplo docuiſſe, diuina exercitia, ac ſpiritalia munera, cutis parentum eſſe anteponenda. Audiendus eſt Ambroſ. Luc. 8. *Præſcripturus, inquit, cæteris, quoniã qui non reliquerit patrem, aut matrem ſuam, non eſt Filio Dei dignus, ſententiæ huic primus ipſe ſe ſubiecit, non quò maternæ refutet pietatis obſequia, ſed quò paternis ſe miniſterijs ampliùs, quam maternis affectibus, debere cognoſcat.* Conſonat Diuus Auguſtinus his verbis: *Exemplo ſuo iam docebat,* (D. Ambroſ.) (D. Auguſt.)

bat, negandos eſſe terrenos parentes propter Deum, opera enim diuina facienti terreni affectus obſtrepere non debebant. Cum

Tertullian.

ijſdem cõuenit Tertull. lib. de carne Chriſti: *Solet etiam adimplere Chriſtus, quod alios docet: quale ergo erat, ſi docens non tanti facere matrem, aut fratres, quanti Dei verbum, ipſe Dei verbum, nunciata Matre, & fraternitate, desereret? Negauit itaque_ parentes quomodo docuit negãdos eſſe pro Dei opere.* Hoc etiam ex ipſo textu facilè deducitur: vt enim aduertit Abulenſ. q. 111.

Abulenſis.

teneri videbatur Chriſtus exire ad Matrẽ, & fratres, niſi aliud faceret, quod Matri, & fratribus præferendum eſſet.

Concl. ſec.

Cognationi carnali præferenda ſpiritualis.

Dico ſecundò, Chriſtum talibus voluiſſe docere, cognatione carnali præferendam eſſe ſpiritualem. Hieronymus in cit. locum Matth. *Non iuxta Marcionem, & Manichæum Matrem negauit, vt natus de phantaſmate putaretur, ſed Apoſtolos cognationi prætulit, vt & nos in comparatione dilectionis carni ſpiritũ præferamus.*

D. Hieron.

D. Auguſt.

Auguſt. epiſt. 38. ad Lætum. *Extendens Dominus manus in diſcipulos dixit, non pertinere ad cognationem ſuam, niſi qui faceret voluntatem Patris eius; in quo numero profectò etiã ipſam Mariam benignus includit. Faciebat enim & illa voluntatem Patris eius: ita optimus Magiſter atque diuinus maternum_ nomen, quod ei quaſi priuatum, propriumq; nunciauerant, quia terrenum erat in comparationem cæleſtis propinquitatis, abiecit,* **C** *& eamdem cæleſtem propinquitatem in diſcipulis commemorans, quo ſibi rurſum conſortio generis cum cæteris ſanctis Virgo ſancta cohæret, oſtendit.* Ambroſ. Luc. 8. *Non iniurioſè refutauit parentes, ſed religioſiores copulæ mentium docentur eſſe, quam corporũ.*

D. Ambroſ.

D. Hilarius.

Fauet denique D. Hilarius in Matth. loc. cit. *Formam ſe ipſum vniuerſis agendi, ſentiendiq; conſtituens Chriſtus, propinquitatum omne ius, atque nomen iam non de conditione naſcendi, ſed de Eccleſiæ communione retinendum.*

Concl. tert.

Dico tertiò, Chriſtum his verbis oſtendiſſe, à ſe diligi, atque honorari Virginem non tantùm eò, quòd Mater ſibi eſſet carnalis, ſed multò magis eò, quòd eſſet ſpi- **D** ritualis. Vnde, cùm nuntius carnalem_ Chriſto Virginis tantùm obiecisset maternitatem, nobilioris ipſe in Virgine maternitatis declarandæ ſumpſit occaſionẽ. Sic adnotauit Auguſt. in concluſ. præced. cit. cui adhæret Abulenſ. in cit. locum q. 113.

Auguſt.
Abulenſ.

Tertiò, inquit, *& ad laudem Matris Chriſti: ſicut enim ipſa erat vera Mater eius ſecundùm carnem, quod nulli alteri accidit; ita & ipſa ſuper omnem creaturam fuit ſpiritualiter Mater Chriſti faciẽdo voluntatem Dei, quia nihil inter creaturas ſanctius Vir-* **A** *gine inuentum eſt: vtriuſque maternitatis honor erat ſibi; in altera ſibi ſoli, & altera ſupra omnes.* De qua maternitate ſpirituali vide ea, quæ diximus in cap. de Virgine inuiſente S. Eliſabeth q. 8. concluſ. 1. Et præter PP. teſtimonia ibi adducta, eſt etiã illud Auguſt. tract. 10. in Ioan. inducentis Chriſtum ſic loquentem. *Matrem meam, quam appellatis felicem, inde felix, quia_ verbum Dei cuſtodiuit, non quòd in illa_ Verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis; ſed quia cuſtodiuit ipſum verbum, per quod factum eſt, & quod in illa caro factum eſt.* Quare in prædictis verbis antepoſuit Chriſtus ſpiritualem hanc in Virgine maternitatem maternitati carnali, ſciens, ab **B** ipſa Virgine hanc illi ſemper fuiſſe poſtpoſitam; quod præcipuè præſtitit ipſa_, cùm ante quàm carnalis Chriſti Mater efficeretur, Matrem ſpiritualem ſe profeſſa eſt illis verbis: *Ecce Ancilla Domini; fiat mihi ſecundùm verbum tuum*; quibus ſe_ diuinæ voluntati obſequentiſſimam declarauit.

B. V. carnalẽ Chriſti maternitatẽ ſpirituali ſemper poſtpoſuit.

Quantùm verò non in hoc tantummodo actu, ſed in alijs etiam omnibus voluntati Dei exactiſsimè ſe conformans, huiuſmodi ſpiritualem maternitatem Virgo mereretur, appoſitè oſtendit Guaricus Abbas ſerm. 4. de Aſſumpt. *Mariam*, inquit, *quæ ſecundùm carnem Mater erat, alia quoque ratione Matrem ſibi Ieſus probat; quandoquidem & ipſa voluntatem* **C** *Patris in tantum faciebat, vt de ipſa prædiceret Pater, Iſai. 62. Vocaberis voluntas mea.*

Guaric. Abb.

B. V. à Deo volũtas mea appellata.

Collige primò, tantæ eminentiæ fuiſſe in Virgine ſpiritualem Maternitatem, vt audiens Chriſtus ob carnalem tantùm ipſam laudari, eiuſdem ſtatim ſuſceperit patrocinium veluti ſilentium indicens illis verbis: *Quinimmo beati, qui audiunt verbum Dei, & cuſtodiunt illud*; ſignificans, carnalem maternitatem nullius quaſi eſſe momenti in ſpiritualis comparationem, & cum eius priuatione. Quod etiam indicauit Auguſt. ſuperiùs cit. nolens quaſi Virginem ob carnalem maternitatem vocari felicem, cùm de ſpirituali agitur: eius verba ſupra adducta repeto: *Matrem meã*, **D** inquit, *quam appellatis felicem, inde felix, quia verbum Dei cuſtodiuit, non quia in illa Verbum caro factum, &c.*

Quantæ in Virgine eminentiæ fuerit Maternitas ſpiritualis.

Luc. 11.

D. Auguſt.

Collige ſecundò, Chriſtum ſupra adductis verbis, *Quinimmo beati, qui audiunt verbum Dei, & cuſtodiunt illud*, voluiſſe, vt à ſe diſceremus in laudibus Virginis inueſtigandis, atque elucidandis æmulari. Attulerat mulier illa in Virginis commendationem quòd ſecundùm carnem fuiſſet Chriſti Mater: non paſſus eſt Chriſtus, rẽ ibi terminari, ſed reſpondens ait: *Quinimmo beati, qui audiunt Verbum Dei, &c.*

In laudibus Deiparæ inueſtigandis æmulandum.

Digitized by Google

quaſi diceret; imò ex hoc longè beatior, & laudabilior eſt Virgo, quia & ſpirituale maternitatem, verbum Dei audiendo, & cuſtodiendo, aſſequuta eſt.

QVAESTIO VIII.

Cur B. Virgo non fuerit à Chriſto aſſumpta, vt Tranſfigurationi intereſſet.

DIFFICVLTAS excitatur ex hoc, quòd, cùm caro Chriſti caro Mariæ eſſet iuxtà D. Auguſtinum aliàs in hac re citatum, conuenire videbatur, vt B. Virgo ad carnis illius claritatem intuẽdam à Chriſto peculiariter adſciſceretur.

Concluſio. Ex eo, quòd B.V. non fuit ad Filij Trãſfigurationẽ, aſſumpta, infertur eius eminentia. D.Thom. Beda, Leo Papa, Damaſcen.

Dico, non fuiſſe inconueniens B. Virginem cum tribus Apoſtolis ad Transfigurationem non aſſumi, imò ex eo, quòd non fuit aſſumpta, elucere ipſius eminentiam. Probatur primò, quia, Chriſtus ideo voluit transfigurari (iuxta D. Thomam 3.p.q.48. art.1. in corpore) vt, propoſito glorioſo fine, quem reſpiciebat crux, quã ipſe ſubiturus erat, diſcipulos ad ipſius crucis veſtigia proſequenda, ſpe gloriæ conſequendæ excitata, animaret (quam rationem S. Doctor refert ex Beda dicente: *Pia prouiſione factum eſt, vt, contemplatione ſemper manentis gaudij ad breue tempus delibata, fortiùs aduerſa tolerarent*; de quo videri etiam poteſt Leo Papa ſerm. de transfig. & Damaſc. orat. de eadem) Si, ergo ideo transfigurari voluit Chriſtus, B. Virgo, quæ ad omnia crucis opprobria, & quantumcumque acerbos dolores perferendos erat paratiſſima, millieſq; ob Filij amorem, & humani generis ſalutem mori expetebat, non indigebat tali viſione gloriæ, quæ tamquam ad ardua incitamentũ Apoſtolis hoc indigentibus proponebatur: atque adeo optime factum eſt, vt non aſſumeretur, ne in eorum numero cenſeretur, qui ad crucis veſtigia ſpe gloriæ acquirendæ erant excitandi. Secundò, ſi ob id etiam Chriſtus transfiguratus eſt (ſecundùm Leon. Papam ſerm. eodem de transfig.) *Vt de corde diſcipulorum crucis ſcandalum tolleretur, nec conturbaret eorum fidem voluntariæ humilitas paſſionis, quibus reuelata eſſet abſconditæ excellentia diuinitatis* (quòd etiam adnotauit Chryſoſt. hom. 59. in Matth.) non debuit prædicta de cauſa B. Virgo transfigurationi illi intereſſe, cùm & diuinitatem optime agnoſceret in Filio, & clariſſimè ſciret, ſpontaneum Crucis opprobrium eiuſdem gloriæ non repugnare. Tertiò, ſi, vt inquit D.Thom. 3.p.q.45. art.2. in corp. claritas Chriſti corporis in transfiguratione deriuata eſt ab ipſius diuinitate, & à gloria animæ eius (quod enim, à principio conceptionis Chriſti, gloria animæ non redundaret ad corpus, ex quadam diſpenſatione diuina factum eſt, vt in corpore paſſibili noſtræ redemptionis myſteria expleret; non tamen per hoc adempta eſt poteſtas deriuandi gloriam animæ ad corpus); Sanè voluit etiam Chriſtus in ipſo transfigurationis myſterio diſcipulis, & in illis oſtendere omnibus hominibus, quantùm eorũ reparationem adamaret, vt propter eam tanta gloria corpus ſuum priuaret. Verùm, cùm hæc omnia Virgini lucidiſſimè conſtarent, vt ſuppono ex ijs, quæ dicturus ſum tom. 2. de eius ſcientia infuſa, non erat cur ipſa tali transfigurationi intereſſet, vt hæc edoceretur.

Chryſoſt.

D. Antonius de Padua. A loco, & myſterio Trãſfigurationis ſignificata B.Virgo.

Nota obiter quod tradit circa hanc rem D. Antonius de Padua Dominic. 2. Quadrag. ſerm. 2. à loco, ſcilicet, & myſterio Transfigurationis ſignificatam fuiſſe Virginem; illius verba accipe. *Duxit illos in montem: ſtatuitur ſitus, ſiue gradus ſummæ pietatis, & affluentiæ, ſcilicet Virgo Maria. Transfiguratus eſt; exprimitur guſtus miræ patientiæ, quia Deus transformauit ſe ipſum in hoc monte, ſcilicet Beata Virgine, vt peccatoribus humiliter ſe conformet. Beata Virgo eſt mons, quia, ſicut montes ſunt ſuperiùs luminoſi, inferiùs ſpatioſi, interiùs oneroſi, exteriùs paſcuoſi; ſic B. Virgo fuit ſuperiùs luminoſa puritate, quam cum Angelis participat; inferiùs ſpatioſa charitate, qua tantùm ad humanum genus afficitur; interiùs oneroſa pietate, quæ continuè ſcaturit in eius corde; exteriùs paſcuoſa ſanctitate, quia ibi poteris paſci omni fructu virtutum, omni flore honeſtatis, & reuerentiæ.*

QVAESTIO IX.

Cur B. Virgo non interfuerit cœnæ Domini, in qua ſacroſanctum Euchariſtiæ Sacramentum fuit inſtitutum.

ALIQVI idcircò putant Virginem non interfuiſſe Dominicæ huic cœnæ, quia, ſi interfuiſſet, & ſumpſiſſet Euchariſticum panem cum alijs Apoſtolis, tanta, tamq; mira deuotionis ſuperabundantia

dantia Corpus Filij ſui ſuſcepiſſet, vt ex eiuſmodi deuotione, & amoris affectu vehementiſſimo, maxima Chriſtus affectus fuiſſet conſolatione, & dulcedine; atque ita dolores quodammodo ſuæ paſſionis dulcoraſſet. Cùm ergo ipſe Chriſtus ob feruentiſſimum patiendi deſiderium nollet tunc temporis illam admittere conſolationem, ideo voluit ea etiam carere, quam percepturus erat, ſi in puriſſima Virginis Matris viſcera corpus ſuum fuiſſet ingreſſum, in quibus ſuauiſſimè conquieuiſſet.

Suppono primò, Virginem feria quinta, qua Chriſtus vltimum paſcha celebrauit, fuiſſe Hieroſolymis, vt colligitur ex Nicephoro lib. 1. c. 28. & c. 30. & ex ipſo Euangelio, ex quo certum eſt die ſequenti ſtetiſſe ipſam iuxta Filij pendentis crucem. An verò fuerit in domo Ioannis, vel Marci, variant Auctores.

Nicephorus.

Suppono ſecundò, Virginem, ex communi ſententia, dominicæ cœnæ feria quinta non interfuiſſe: vnde non placet Ruperto, qui lib. 5. in Cantic. opinatur, illam omnibus cœnæ myſterijs, & verbis fuiſſe præſentem. Quare, licèt Metaphraſt. orat. de vita, & dormitione S. Mariæ ſub die 15. Auguſti dicat, B. Virginem fuiſſe tunc in eadem domo, vbi Chriſtus agnum cum diſcipulis comedit, negat tamen, illam dominicæ cœnæ accubuiſſe. Verba Metaphraſtis hæc ſunt: *Ea ratione videtur nè affuiſſe quidem à tempore myſteriorum, ſed cum duodecim quidem minimè accubuiſſe, fuiſſe tamen eius domus conſequenter particeps: nam diſcipulos quidem, cùm myſteria, & humilitatis ſumma traderet doctrinam, vnà habuit accumbentes; Matrem autem iuſſit curam gerere mulierum, quæ miniſtrabant, tamquam per eam ipſas benignè accipiens, & ſimpliciter officium humanitatis, & ſimul cum eis veſcens, & ſit pro miniſterio eis referens gratiam.*

Rupertus.

Metaphraſt.

Conclusio prima.

Dico primò, B. Virginem dominicæ cœnæ idcircò non interfuiſſe, vt tolleretur omnis erroris occaſio. Fuiſſent enim fortaſsè qui illam cum Apoſtolis ſacerdotali dignitate inſignitam opinati fuiſſent, atque adeo poſſe fœminis conferri ſacerdotium, aliaq; Eccleſiaſtica officia, & dignitates; quod Eccleſiæ fuiſſet maximè perniciosum.

Concl. ſec.

Gerſon.

B. V tempore cœnæ Domini eucharistiã ſpiritualiter manducauit.

Dico ſecundò, Virginem ſpiritualiter manducaſſe Euchariſticum ſacramentum eo tempore, quo fuit inſtitutum. Ita Gerſ. tract. 9. ſuper *Magnificat* partit. 1. *Maria*, inquit, *quocumque loco fuerit corporaliter, in veſpere cœnæ Domini comedit ante, & poſt inſtitutionem huius Sacramenti verum corpus, & bibit ſpiritualiter verum ſanguinem Filij ſui*: & clarius paulò poſt: *Maria veſpere dictæ cœnæ dicenda fuit frui* (ſcilicet ſpiritualiter) *corpore, & ſanguine Filij ſui*. Et ſanè, ſi manducatio Sacramenti ſolùm ſpiritualis fit per fidem viuam ipſius ſacramenti, quod per fidem operatur, vnde dicit Auguſtin. *Crede, & manducaſti*; quis poterit inficiari, B. Virginem ſacroſanctã Euchariſtiã ſpiritualiter ſuſcepiſſe, vtpote quæ non tantùm fidem habuit ſemper huius Sacramenti, ſed etiam illius inſtitutioni maximè fuerit cooperata, vt diximus in c. de Annunc. q. 41? Barradius tom. 4. lib. 1. c. 17. in fine hæc habet: *Veriſimile eſt, in eadem domo cùm Chriſto Deiparam comediſſe agnum cum fœminis, & Euchariſtiam auguſtiſsimam per Petrum miſſam ſuſcepiſſe*. Hoc, quia nec veterum auctoritate, nec valida aliqua ratione fulcitur, inter pias meditationes locum tantùm ſibi meretur.

D. Auguſt.

Barradius.

Collige primò quàm benè B. Virgo ex eo, quòd abfuit inſtitutioni ſacroſanctæ Euchariſtiæ, occaſionem arripuerit nos ſpiritualem communionem edocendi, vt, quotieſcumque Corpus Filij ſui ſacramentaliter ſumere non poſſemus, non tanto nos bono viduaremus omninò, ſed illud ſpiritualiter ſaltem ſumeremus: ex quo communionis genere non parum gratiæ ritè ſe diſponentibus cõmunicatur. Quare meritò Virginem primam huiuſce communionis Magiſtram poſſumus acclamare.

B. V. prima ſpiritualis cõmunionis Magiſtra.

Collige ſecundò, quanta conſolatione, quam ex ſacramentali Corporis Chriſti ſumptione retuliſſet, ſe ipſam B. Virgo priuauerit, vt conſuleret Eccleſiæ periculo, quod ſubitura erat, ſi fœminæ exemplo Virginis in Eccleſiaſticas dignitates irrepere voluiſſent: ex quo nos etiam tacitè admonuit, vt ſæpe noſtris potiùs conſolationibus, quàm proximi & maximè reipublicæ commodis, detraheremus.

Noſtris ſæpe potiùs conſolationibus, quam proximi commodis, detrahẽdum.

Quæres: ſi B. Virgo cœnæ Domini non interfuit, quomodo illi Sacerdotis nomen aliquoties tribuitur à Patribus, vt à S. Epiphan. ſerm. 1. de laudib. S. Deiparæ: *Mariam dixerim crucifixorem, Sacerdotem pariter, & altare*.

Quæſtiuncula.

D. Epiphan.

Reſpondeo, ideò Sacerdotis nomine illam nuncupari, quia obtulit Filium ſuum pro victima in redemptionem humani generis, vt diximus c. de Annunc. q. 39. Luculentiùs verò id audire poſſumus explicitum à Ioanne de Gerſ. tract. 9. ſuper *Magnificat* partit. 1. *Maria*, inquit, *eodem veſpere quintæ feriæ maioris hebdomadæ, etſi non fuit inſignita charactere ſacerdotalis officij, nihilominus & tunc, & antea, & poſtmodum fuit in regale ſacerdotium præ ſodalibus*

Solutio.

Gerſon.

B.V. in regale ſacerdotiũ pre ſodalibus ſuis inũcta.

dalibus ſuis inuncta, non quidem ad conſe- A *crandum, ſed ad offerendum hanc hoſtiam puram, plenam, & perfectam, in altari cordis ſui, in quo ſemper ignis ardebat holocauſti; fuit enim rubus ardens incombuſtus.* Et quidem quòd ſæpe B. Virgo æterno Patri litauerit Filium ſuum pro humani generis redemptione, vidimus clariùs in ipſo cap. de Virginis Annunc. de Virg. parturiente, & alibi.

QVAESTIO X.

Vtrùm Sacramentum Euchariſtiæ magis pro ſola Virgine, B quàm pro reliquis fidelibus ſimul ſumptis, fuerit inſtitutum.

Affirmatur.

DICO affirmatiuè. Et probatur primò. Hoc Sacramentum eſt inſtitutum ob amorem, quo Chriſtus homines proſequebatur: ſed magis Chriſtus amabat Virginem, quàm cæteros omnes fideles ſimul ſumptos; ergo pro Virgine magis, quàm pro reliquis ſimul ſumptis fuit inſtitutum. Maior patet ex illo Ioannis: *Cum dilexiſſet ſuos, in finem dilexit eos:* & Trid. ſeſſ. 13. c. 2. *Sacramentum hoc inſtituit,* (ſcilicet Saluator) *in quo diuitias ſui erga homines amoris veluti effudit.* Minor liquet ex Patribus, vt vidimus in c. de Virgine inuiſente S. Eliſabeth q. 13. Probatur ſecundò: Filius Dei magis pro redimenda Virgine, quàm pro alijs omnibus carnem humanam aſſumpſit: ergo ſimiliter dicendum erit, Sacramentum Corporis ſui ab eo pro Virgine magis, quàm alijs, fuiſſe inſtitutum. Confirmatur: *Per hoc Sacramentum*, vt inquit D. Thomas opuſc. 57. de Euchariſtia, *mens omnium ſpiritualium chariſmatum abundantia impinguatur:* ſed Virgo electa erat, vt in eminentiſſimo gradu omnium ſpiritualium charisſmatum abundantia impinguaretur ita, vt ſanctitate D omnes Sanctos ſimul ſumptos antecelleret; ergo magis pro ipſa, quàm pro alijs omnibus, Sacramentum Euchariſtiæ fuit inſtitutum. Minor hic ſupponitur, & ex ijs, quæ, Deo annuente, tom. 2. de gratia, & ſanctitate Virginis dicemus, probabitur. Probatur tertiò: Sacramentum Euchariſticum fuit inſtitutum ad vnionem animarum ſpiritualem cum Deo, vt patet ex illo Euangeliſtæ: *Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem, in me manet, & ego in eo:* ſed in B. Virgine eſt

Ioann.
Trident.
D.Thom.
Ioan. 6.

A ratio quædã magis exigitiua huius vnionis, quàm in alijs omnibus fidelibus; ergo magis pro B. Virgine, quàm pro alijs omnibus, inſtitutum fuit hoc Sacramentum. Minor probatur: quò magis aliquid appropinquat primo principio, magis participare debet de illo: ſed Virgo per maternitatem magis appropinquauit primo principio, ſcil. Deo, quàm cæteri omnes fideles; ergo debuit magis participare de illo; ergo in Virgine fuit quædam ratio magis exigitiua prædictæ vnionis, quàm in omnibus alijs. Probatur quartò: Chriſtus magis debebat Virgini, quàm omnibus alijs creaturis, vt optimè adnotat D. Methodius in hypopante his verbis: *Euge quæ debitorem illum habes, qui omnibus mutuatur; Deo enim vniuerſi debemus, tibi verò etiam ille debet:* & in eadem orat. *Tu enim admirabilem Incarnationem, quam aliquando non habuit, Deo mutuam dediſti:* ergo magis pro Virgine, quàm pro alijs, inſtituit Chriſtus Sacramentum Euchariſticum. Confirmatur: proprium eſt Dei tribuere hominibus beneficia, vt tradit Alexander in orat. ſcitarum; ergo magis proprium erit retribuere. Cùm igitur B. Virgo dederit Chriſto de ſubſtantia ſua tum ſanguinis, ex quo diuinum corpuſculum formaretur, tùm lactis, ex quo aleretur; ne Chriſtus à Virgine vinci videretur in hoc beneficio, reddere debebat eidem C in Sacramento Euchariſtico omnem ſubſtantiam, quam ipſe ex ſanguine, lacte, alijsq; alimentis ab illa habuerat. Et quidem, prout infinita Dei liberalitas poſtulabat, cum fœnore reddidit, tum quia prædictam ſubſtantiam in melius commutatam per dictum Sacramentum ipſi Virgini largitus eſt, idest in ſubſtantiam viuentem, anima Chriſti informatam; cùm etiam quia præter totam ſui ſubſtantiam, diuinitatem concomitanter donauit. Adde quòd non vna tantùm, ſed innumeris penè vicibus illud idem largitus eſt. Facit ad hanc rem dictum illud Socratis, quod refert, & commendat Seneca lib. de beneficijs. Cùm ipſe Socrates (vt quomodo res ſeſe habuerit, explicemus) Eſ- D chini paupertate laboranti partem ſuarũ facultatum obtuliſſet; Eſchines eò, quòd nihil haberet, quo grati animi vices rependeret, dixit, quòd in hoc ſe tantùm pauperem agnoſcebat, quòd non haberet, vnde pro accepto beneficio benefactorẽ remuneraretur, ſubijciens, quòd, cùm ſui ipſius tantùm eſſet Dominus, ſe illi donabat, addens, alij enim, cùm multum tibi darent, multum ſibi reliquerunt, ac ſi diceret; parum illi dederunt, cùm ſe ſibi retinuerunt. Porrò Socrates, cùm videret

D. Method.
Alexander.
Seneca.

ita

dantia Corpus Filij ſui ſuſcepiſſet, vt ex eiuſmodi deuotione, & amoris affectu vehementiſſimo, maxima Chriſtus affectus fuiſſet conſolatione, & dulcedine; atque ita dolores quodammodo ſuæ paſſionis dulcoraſſet. Cùm ergo ipſe Chriſtus ob feruentiſſimum patiendi deſiderium nollet tunc temporis vllam admittere conſolationem, ideo voluit ea etiam carere, quam percepturus erat, ſi in puriſſima Virginis Matris viſcera corpus ſuum fuiſſet ingreſſum, in quibus ſuauiſſimè conquieuiſſet. A

Nicephorus.

Suppono primò, Virginem feria quinta, qua Chriſtus vltimum paſcha celebrauit, fuiſſe Hieroſolymis, vt colligitur ex Nicephoro lib. 1. c. 28. & c. 30. & ex ipſo Euangelio, ex quo certum eſt die ſequenti ſtetiſſe ipſam iuxta Filij pendentis crucem: An verò fuerit in domo Ioannis, vel Marci, variant Auctores. B

Rupertus.

Metaphraſt.

Suppono ſecundò, Virginem, ex communi ſententia, dominicæ cœnæ feria quinta non interfuiſſe: vnde non placet Ruperto, qui lib. 5. in Cantic. opinatur, illam omnibus cœnæ myſterijs, & verbis fuiſſe præſentem. Quare, licèt Metaphraſt. orat. de vita, & dormitione S. Mariæ ſub die 15. Auguſti dicat, B. Virginem fuiſſe tunc in eadem domo, vbi Chriſtus agnum cum diſcipulis comedit, negat tamen, illam dominicæ cœnæ accubuiſſe. Verba Metaphraſtis hæc ſunt: *Ea ratione videtur nè affuiſſe quidem à tempore myſteriorum, ſed* C *cum duodecim quidem minime accubuiſſe, fuiſſe tamen eius domus conſequenter particeps: nam diſcipulos quidem, cùm myſteria, & humilitatis ſummæ traderet doctrinam, vnà habuit accumbentes; Matrem autem iuſſit curam gerere mulierum, quæ miniſtrabant, tanquam per eam ipſas benignè accipiens, & adimplens officium humanitatis, & ſimul cum eis veſcens, & ſic pro miniſterio eis referens gratiam.*

Concluſio prima.

Dico primò, B. Virginem dominicæ cœnæ idcircò non interfuiſſe, vt tolleretur omnis erroris occaſio. Fuiſſent enim fortaſsè qui illam cum Apoſtolis ſacerdotali dignitate inſignitam opinati fuiſſent, at- D que adeo poſſe fœminis conferri ſacerdotium, aliaq; Eccleſiaſtica officia, & dignitates; quod Eccleſiæ fuiſſet maximè perniciosum.

Concl. ſec.

Gerſon.

B. V tempore cœnæ Domini Euchariſtiã ſpiritualiter manducauit.

Dico ſecundò, Virginem ſpiritualiter manducaſſe Euchariſticum ſacramentum eo tempore, quo fuit inſtitutum. Ita Gerſ. tract. 9. ſuper *Magnificat* partit. 1. *Maria, inquit, quocumque loco fuerit corporaliter, in veſpere cœnæ Domini comedit ante, & poſt inſtitutionem huius Sacramenti verum corpus, & bibit ſpiritualiter verum ſanguinem Filij ſui?* & clarius paulò poſt: *Maria veſpere dictæ cœnæ dicenda fuit frui* (ſcilicet ſpiritualiter) *corpore, & ſanguine Filij ſui.* Et ſanè, ſi manducatio Sacramenti ſolùm ſpiritualis ſit per fidem viuam ipſius ſacramenti, quod per fidem operatur, vnde dicit Auguſtin. *Crede, & manducaſti*; quis poterit inficiari, B. Virginem ſacroſanctã Euchariſtiã ſpiritualiter ſuſcepiſſe, vtpote quæ non tantùm fidem habuit ſemper huius Sacramenti, ſed etiam illius inſtitutioni maximè fuerit cooperata, vt diximus in c. de Annunc. q. 41? Barradius tom. 4. lib. 1. c. 17. in fine hæc habet: *Veriſimile eſt, in eadem domo cùm Chriſto Deiparam comediſſe agnum cum fœminis, & Euchariſtiam auguſtiſſimam per Petrum miſſam ſuſcepiſſe.* Hoc, quia nec veterum auctoritate, nec valida aliqua ratione fulcitur, inter pias meditationes locum tantùm ſibi meretur.

D. Auguſt.

Barradius.

B. V. prima ſpiritualis cõmunionis Magiſtra.

Collige primò quàm bene B. Virgo ex eo, quòd abfuit inſtitutioni ſacroſanctæ Euchariſtiæ, occaſionem arripuerit nos ſpiritualem communionem edocendi, vt, quotieſcumque Corpus Filij ſui ſacramentaliter ſumere non poſſemus, non tanto nos bono viduaremus omninò, ſed illud ſpiritualiter ſaltem ſumeremus: ex quo communionis genere non parum gratiæ ritè ſe diſponentibus cõmunicatur. Quare meritò Virginem primam huiuſce communionis Magiſtram poſſumus acclamare.

Noſtris ſæpe potiùs conſolationibus, quam proximi commodis, detrahẽdum.

Collige ſecundò, quanta conſolatione, quam ex ſacramentali Corporis Chriſti ſumptione retuliſſet, ſe ipſam B. Virgo priuauerit, vt conſuleret Eccleſiæ periculo, quod ſubitura erat, ſi fœminæ exemplo Virginis in Eccleſiaſticas dignitates irrepere voluiſſent: ex quo nos etiam tacitè admonuit, vt ſæpe noſtris potiùs conſolationibus, quàm proximi & maximè reipublicæ commodis, detraheremus.

Quæſtiũcula.

D. Epiphan.

Quæres: ſi B. Virgo cœnæ Domini non interfuit, quomodo illi Sacerdotis nomen aliquoties tribuitur à Patribus, vt à S. Epiphan. ſerm. 1. de laudib. S. Deiparæ: *Mariam dixerim cruciformem, Sacerdotem pariter, & altare.*

Solutio.

Gerſon.

Reſpondeo, ideò Sacerdotis nomine illam nuncupari, quia obtulit Filium ſuum pro victima in redemptionem humani generis, vt diximus c. de Annunc. q. 39. Luculentiùs verò id audire poſſumus explicitum à Ioanne de Gerſ. tract. 9. ſuper *Magnificat* partit. 1. *Maria, inquit, eodem veſpere quintæ feriæ maioris hebdomadæ, etſi non fuit inſignita charactere ſacerdotalis officij, nihilominus & tunc, & antea, & poſtmodum fuit in regale ſacerdotium præ ſo-*

dalibus

Digitized by Google

B.V. in regale ſacerdotiū pręſedalibus ſuis inūcta. *dalibus ſuis inuncta, non quidem ad conſecrandum, ſed ad offerendum hanc hoſtiam puram, plenam, & perfectam, in altari cordis ſui, in quo ſemper ignis ardebat holocauſti; fuit enim rubus ardens incombuſtus.* Et quidem quòd ſæpe B. Virgo æterno Patri litauerit Filium ſuum pro humani generis redemptione, vidimus clariùs in ipſo cap. de Virginis Annunc. de Virg. parturiente, & alibi.

QVAESTIO X.

Vtrùm Sacramentum Euchariſtiæ magis pro ſola Virgine, quàm pro reliquis fidelibus ſimul ſumptis, fuerit inſtitutum.

Affirmatur. DICO affirmatiuè. Et probatur primò. Hoc Sacramentum eſt inſtitutum ob amorem, quo Chriſtus homines proſequebatur: ſed magis Chriſtus amabat Virginem, quàm cæteros omnes fideles ſimul ſumptos; ergo pro Virgine magis, quàm pro reliquis ſimul ſumptis fuit inſtitutum. Maior patet ex illo Ioannis: *Cum dilexiſſet ſuos, in finem dilexit eos:* & Trid. ſeſſ. 13. c. 2. *Sacramentum hoc inſtituit,* (ſcilicet Saluator) *in quo diuitias ſui erga homines amoris veluti effudit.* Minor liquet ex Patribus, vt vidimus in c. de Virgine inuiſente S. Eliſabeth q. 13. Probatur ſecundò: Filius Dei magis pro redimenda Virgine, quàm pro alijs omnibus carnem humanam aſſumpſit: ergo ſimiliter dicendum erit, Sacramentum Corporis ſui ab eo pro Virgine magis, quàm alijs, fuiſſe inſtitutum. Confirmatur: *Per hoc Sacramentum*, vt inquit D. Thomas opuſc. 57. de Euchariſtia, *mens omnium ſpiritualium chariſmatum abundantia impinguatur:* ſed Virgo electa erat, vt in eminētiſſimo gradu omnium ſpiritualium chariſmatum abundantia impinguaretur ita, vt ſanctitate omnes Sanctos ſimul ſumptos antecelleret; ergo magis pro ipſa, quàm pro alijs omnibus, Sacramentum Euchariſtiæ fuit inſtitutum. Minor hîc ſupponitur, & ex iis, quæ, Deo annuente, tom. 2. de gratia, & ſanctitate Virginis dicemus, probabitur. Probatur tertiò: Sacramentum Euchariſticum fuit inſtitutum ad vnionem animarum ſpiritualem cum Deo, vt patet ex illo Euangeliſtæ: *Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem, in me manet, & ego in eo:* ſed in B. Virgine eſt

Ioann. Trident. D.Thom. Ioan. 6.

A ratio quædā magis exigitiua huius vnionis, quàm in alijs omnibus fidelibus; ergo magis pro B. Virgine, quàm pro alijs omnibus, inſtitutum fuit hoc Sacramentum. Minor probatur: quò magis aliquid appropinquat primo principio, magis participare debet de illo: ſed Virgo per maternitatem magis appropinquauit primo principio, ſcil. Deo, quàm cæteri omnes fideles; ergo debuit magis participare de illo; ergo in Virgine fuit quædam ratio magis exigitiua prædictæ vnionis, quàm in omnibus alijs. Probatur quartò: Chriſtus magis debebat Virgini, quàm omnibus alijs creaturis, vt optimè adnotat D.

B Methodius in hypopante his verbis: *Euge quæ debitorem illum habes, qui omnibus mutuatur; Deo enim vniuerſi debemus, tibi verò etiam ille debet:* & in eadem orat. *Tu enim admirabilem Incarnationem, quam aliquando non habuit, Deo mutuam dediſti:* ergo magis pro Virgine, quàm pro alijs, inſtituit Chriſtus Sacramentum Euchariſticum. Confirmatur: proprium eſt Dei tribuere hominibus beneficia, vt tradit Alexander in orat. ſcientiarum; ergo magis proprium erit retribuere. Cùm igitur B. Virgo dederit Chriſto de ſubſtantia ſua, tum ſanguinis, ex quo diuinum corpuſculum formaretur, tùm lactis, ex quo aleretur; ne Chriſtus à Virgine vinci videretur in hoc beneficio, reddere debebat eidem

C in Sacramento Euchariſtico omnem ſubſtantiam, quam ipſe ex ſanguine, lacte, alijsq; alimentis ab illa habuerat. Et quidem, prout infinita Dei liberalitas poſtulabat, cum fœnore reddidit, tum quia prædictam ſubſtantiam in melius commutatam per dictum Sacramentum ipſi Virgini largitus eſt, ideſt in ſubſtantiam viuentem, anima Chriſti informatam; cùm etiam quia præter totam ſui ſubſtantiam, diuinitatem concomitanter donauit. Adde quòd non vna tantùm, ſed innumeris penè vicibus illud idem largitus eſt; Facit ad hanc rem dictum illud Socratis, quod refert, & commendat Seneca lib. de beneficijs. Cùm ipſe Socrates (vt quo-

D modo res ſeſe habuerit, explicemus) Eſchini paupertate laboranti partem ſuarū facultatum obtuliſſet; Eſchines eò, quòd nihil haberet, quo grati animi vices rependeret, dixit, quòd in hoc ſe tantùm pauperem agnoſcebat, quòd non haberet, vnde pro accepto beneficio benefactorē remuneraretur, ſubijciens, quòd, cùm ſui ipſius tantùm eſſet Dominus, ſe illi donabat, addens, alij enim, cùm multum tibi darent, multum ſibi reliquerunt, ac ſi diceret; parum illi dederunt, cùm ſe ſibi retinuerunt. Porrò Socrates, cùm videret ita

D. Method. Alexander. Seneca.

A ita ſecum agi, reſpondit Eſchini: *Curæ igitur mihi erit, vt te tibi meliorem reddam, quam accepi.* Sic Chriſtus, cùm ſibi Virgo diuinum corpus, purioribus ſuis efformatum ſanguinibus, dederit; tanto ab ipſa Virgine affectus beneficio; eſto, ait, ò Virgo, meum mihi ipſi corpus tribuiſti, meum nunc erit, hoc idem corpus, ſuperaddito animæ, & concomitanter diuinitatis fœnore, melius tibi in Euchariſtico Sacramento reddere. Probatur quintò à

Salazarus.

Salazaro explicante illud Prouerbior. 9. verſic. 4. *Venite, comedite panem meum, & bibite vinum, quod miſcui vobis*; vbi num. 155. hæc habet. *Addo etiam ad ſolatium iſtud capiendum, Chriſtum Euchariſtiam conſecraſſe: illud enim mihi exploratum eſt,* B *quòd, licèt Euchariſtiam (vt tradunt communiter PP. ad illa verba Matth. vltimo, Ego autem vobiſcum ſum vſque ad conſummationem ſæculi) ideò Chriſtus inſtituerit, vt ſui abſentis deſiderium in animis fideliũ leniret; ſed tamen ante omnes alios, & præ omnibus propter Mariam inſtitutum fuit, vt, ſcilicet, illa poſt Chriſti paſſionem moras ſuæ beatitudinis hac eſca confirmata facilius ferre poſſet, & vti Chriſtus illa, quæ olim adeò complacuerant, viſcera ſæpe, ac ſæpius repeteret, ac reuiſeret.* Et ſanè, ſi primus Adamus è paradiſo voluptatis ob inobedientiam fuit eiectus, & locus ille verſatili flammigeri Cherubim gladio fuit ita cuſtoditus, vt ad illum numquam in- C poſterum pateret regreſſus: ſecundo Adamo, qui ex Virginei vteri paradiſo propter obedientiam Patris egreſſus fuerat, iuxta illud Dauidis, *Tu es, qui extraxiſti me de vtero Matris meæ*, par planè erat vt in eumdem paradiſum Virginei vteri per huius Sacramenti communicationem ſæpiùs pateret regreſſus. Virginem verò appellari ſecundi Adami paradiſum, patet ex Damaſceno orat. de Aſſumpt. Deiparæ, & S. Proclo apud Bozium lib. 9. Ad illud autem, quod affert Salazarus, idcirco, ſcilicet, pro B. Virgine peculiariùs inſtitutum fuiſſe Sacramentũ Euchariſtiæ, vt moras ſuæ beatitudinis facilius ferre poſſet, placet hoc addere. D Arborem Libani, tradunt ſolertiores naturalium rerum indagatores, feruidioris nonnumquam ſolis radijs percuſſam, inclinatis ſublimiorum ramorũ verticibus, impalleſcere foliam, & areſcentibus præ humoris inopia frondibus parum ſæpiùs abeſſe ab interitu, niſi induſtris inuigilantis cuſtodis manus cum non multis frumẽti granis accedat, eaq; prope ſubaridas arboris radices diſſeminet; ex quo fit, vt, paucis ſuperuenientibus nocturni roris guttulis, reuiuiſcat. Conſidebat in altiſ-

Pſal. 21.

B. V. ſecundi Adami Paradiſus,

D. Damaſcenus,

D. Proclus.

A ſimæ contemplationis Libano B. Virgo, dum poſt Filij ſui mortem atque Aſcenſionem in miſerrima hac lacrymarum valle ſuperſtites ſuæ vitæ annos trãſigebat, cùm ecce nonnumquam contemplanti fulgentiſſimus ſol æternæ gloriæ, qua fruitura erat in cælis, apparebat. Illius ipſa radijs percuſſa, ad moras tantæ beatitudinis elangueſcens, deficientibus viribus penè areſcere videbatur. Quare Filius, dum adhuc eſſet in terris, tantum in Matre præuidens languorem, antequam ad Patrem migraret, voluit Sacroſanctum Euchariſtiæ frumentum relinquere in terris ob id præcipuè, vt eius granis arbor illa Libani B. Virgo, de qua dicitur: *Quaſi* B *Cedrus exaltata ſum in Libano*, cùm, apparente illi per cõtemplationem futuræ gloriæ ſole, elangueſceret, roboraretur, & nouo ſemper gratiarum rore, quo, quoties Euchariſtiam ſumebat, cælitùs aſpergebatur, irrigata reuiuiſceret. Sed

Eccleſ. 24.

Obiectio.

Trident.

Obijcies: Sacroſanctum Euchariſtiæ Sacramentum inſtitutum eſt ex Concil. Trid. ſeſſ. 13. c. 2. ad animas à culpis quotidianis liberandas, & à peccatis mortalibus præſeruandas; & ſanè quòd deleantur per hoc Sacramentum venialia, omnes Theologi vnanimiter concedunt cum D. Thoma, atque vt indubitatum traditur in cathechiſmo Pij V. his verbis: *Remitti verò per Euchariſtiam, & condonari leuiora* C *peccata, quæ venialia dici ſolent, non eſt quòd dubitari debeat*: en ratio: *neque enim a propoſita ſimilitudine recedendum videtur, quod innati caloris vi quotidie detrahitur, ac deperit, paulatim addi, ac refici naturali alimento ſentimus.* Quòd verò proſit etiã ad præſeruationem à mortalibus, vt habet Trid. cit. patet ex eo, quòd ſit panis vitæ, &, ſi quis ex ipſo manducet, non moriatur; quod etiam apertè tradit Innocentius III. lib. 4. de myſter. miſſæ c. 44. his verbis: *Myſterium Crucis eripit nos à poteſtate peccati; myſterium Euchariſtiæ eripit nos à voluntate peccandi*: & D. Bernard. ſerm. in cœna: *Hoc Sacramentum & ſenſum minuit in minimis, & conſenſum tollit in grauioribus.* Sed hos effectus non* D potuit operari hoc Sacramentũ in Beata Virgine, vtpotè quæ fuit ita in gratia confirmata ab inſtanti ſuæ Conceptionis, vt ratione illius foret immunis à quocumque lapſu actualis culpæ: ergo non videtur Sacramentum Euchariſticum magis pro ipſa, quàm pro alijs fidelibus, inſtitutum.

D. Thom.

In Cathechiſmo Pij V.

Innocentius III.

D. Bernard.

Reſponſio.

Reſpondeo negando conſequentiam: licèt enim verum ſit B. Virginem ſic in gratia confirmatam fuiſſe ab inſtanti Cõceptionis, vt non eſſet lapſura in aliquod peccatum; non tamen ex hoc impeditur

quo-

quominus ſacroſancta Euchariſtia conferret Virgini gratiam, per quam magis ac magis ſanctificaretur, quæ gratia vim haberet delendi venialia, ſi adfuiſſent; & præſeruandi à mortalibus, ſi fuiſſet neceſſarium. Placet veritatem hanc clarius elucidare ex materia de Sacramento pœnitentiæ, quod dicitur ſacramentum mortuorum, atque adeò eſt inſtitutum ad remittenda peccata mortalia; tamen quandoque illa non remittuntur in ſubiecto recipiente hoc ſacramentum, vt quando abſoluitur illo, qui eſt contritus: immò quandoque non remittuntur venialia, vt in eo, qui ſolùm venialia confitetur, de quibus iam eſt contritus, vel illa, quæ ſemel, vel pluriès ante confeſſus eſt, & à quibus ſemel, vel pluriès fuit abſolutus. In ijs verò caſibus ſacramentum ſemper, quantum eſt ex ſe, confert gratiam remiſſiuam peccati, licèt actu non remittantur peccata. Hinc ita declarata patet, merito nos negaſſe conſequentiam. Neque enim ex eo, quod Euchariſticum ſacramentum in actu ſecundo, & exercito non operatum eſt remiſſionem venialium in Virgine, aut neceſſariam præſeruationem à mortalibus, inferri poteſt, quod non pro ipſa magis, quàm pro alijs omnibus, fuerit inſtitutum: ſufficit enim ad hoc Beatam Virginem fuiſſe capacem cæterorum Sacramenti effectuum, vt maioris animi in Deum ſubleuationis, maioris, illuſtrationis, maioris ac maioris ſanctificationis, fortitudinis, gaudij, exultationis, &c. Addo quod, ſi Euchariſtia multiplici modo præſeruat à mortalibus, ſcilicet roborando animam interiùs per auxilia vberiora, depellendo exteriùs dæmonum impugnationes, qui fugiunt præſentiam Chriſti, nec audent accedere ad hominem, ſicut antea, iuxta illud Pſal. 90. *Qui habitat in adiutorio Altiſſimi, &c. Cadent à latere tuo mille, & decem millia, ad te autem non appropinquabit*; demùm remouendo etiam exteriùs per ſpecialem prouidentiam occaſiones, & pericula cadendi ita, vt facile ſit homini à peccatis abſtinere: certè Beata Virgo vberiora ſemper auxilia per Euchariſtiæ ſuſceptionem recepit, per quæ ſemper magis ac magis eius anima roborata peccati deformitatem deteſtabatur, atque adeo magis inimica, & contraria fiebat peccato. Inſuper, quotieſcumque illud Sacramentum ſuſcipiebat, à ſe magis, ac magis dæmones eorumq; impugnationes arcebat, vnde nouos ſemper ex gratia impeccabilitatis gradus acquirebat.

Pſal.

Quinam in B. Virg. ex Euchariſtiæ ſuſceptione effectus producerentur.

Collige primò ex ea ratione, quam ſupra in noſtræ concluſionis confirmatione quartò adduximus, optimam explicationem illius ſententiæ à Ruperto Abbate prolatæ in comment. ſuper Ioann. lib. de victoria Verbi Dei: *Sacramentum diuini honoris reſtauratio*. Etenim, cùm dediſſet Beata Virgo æterno Verbo ex puriori ſuo ſanguine compactum corpuſculum, quo veſtitum in terris apparuit, videbatur Verbum ipſum liberalitate quodammodo vinci, niſi aliquid, quod tanto dono par eſſet, Virgini retribueret. Infinita igitur tandem ſapientia ſua admirabili diuinum hoc Sacramentum, in quo Corpus ſuum, ſuperaddita inſuper diuinitate, ipſi Virgini redonauit; ſicq; diuinum honorem, qui in hoc, vt ita dicam, notari poſſe videbatur, quodammodo reſtaurauit. Huc alluſiſſe videtur Methodius ſupra cit. cùm Virginè alloquens dixit: *Tu enim admirabilem Incarnationem, quam aliquando non habuit, Deo mutuam dediſti*; perpende ly *mutuam*, dare enim aliquid mutuum connotat reſtituendi obligationem. Libet aliam etiam, quæ mihi occurrit, huius ſententiæ explicationem afferre. Vetus ille ſerpens noſtrorum protoparentum deceptor illiberalitatis notam Deo inferre voluit, quando Heuam tentans promiſit illi in eſu prohibiti fructus deitatem: *Nequaquam morte moriemini; eritis ſicut dij*: quaſi diceret; media comeſtione huius fructus diuinitatem, quam vobis Deus potuit, ſed noluit elargiri, aſſequemini: quare vafri tentatoris aſtu humanæ menti obnubilata fortè videbatur Dei liberalitas. Vnde Deus, vt honorem ſuum à falsò inſtæ illiberalitatis nota vindicaret, ſecundæ, & meliori Heuæ, Virgini ſcilicet ſanctiſſimæ, diuinitatem ſuam in hoc Sacramento verè largitus eſt, atque intuitu illius omnibus fidelibus: veriſſimè enim exclamat Euſebius in epiſt. ad Damaſum de morte Hieronymi: *O eſca ſacratiſſima, quam verè comedens Deus efficitur*.

Sacramẽtum Euchariſtiæ diuini honoris reſtauratio, & quomodo. Rupertus Abb.

Methodius.

Geneſ. 3.

Euſebius.

2. Collige ſecundò, per hoc Sacramentum firmatum fuiſſe modo quodam altiſſimo fœdus amoris inter Chriſtum, & Virginem. Si enim, vt refert Tacitus lib. 12. conſueuerant Reges antiquitùs, cùm fœdus inter ſe inire volebant, alter alterius libare ſanguinem, fœdusq; illud firmum reri, ac permanſurum, quod medio hoc libamine fuiſſet initum: quomodo non aſſirmabimus, altiſſimum fœdus inter Chriſtum, & Virginem fuiſſe ſanctum, cùm & illa Chriſto corpus dederit ex ſuo ſanguine efformatum, & Chriſtus Corporis ipſius ſanguinem toties per Sacramentum Virgini ipſi guſtandum exhibuerit? Audiamus Cornelium: *Mos eſt*, inquit, *Regi-*

Per Euchariſtiam firmatum modo altiſsimo fœdus amoris inter Chriſtũ & Virginem. Cornel. Tacitus.

Regibus, quoties in ſocietatem coeunt, implicare dexteras, pollicesq; inter ſe vincire, nodoq; perſtringere, donec ſanguis in artus extremos ſe infuderit; leui ictu cruorem eliciunt, atque inuicem lambunt; id fœdus arcanum habetur, quaſi mutuo cruore firmatum. O verè excelſum inter Regem, & Reginam Angelorum fœdus amoris! quin ò nos omni ex parte felices, cum tanti huius fœderis per Euchariſtiæ ſuſceptionem poſſimus eſſe participes! carnem etenim Chriſti ſimul & Mariæ in hoc ſacramento ſuſcipimus: ſic ait Auguſtin. in pſalm. 98. *De carne Mariæ carnem accepit, & ipſam carnem Mariæ nobis manducandam ad ſalutem dedit.* Quòd ſi Dionyſius ille ſenior, cognito amoris vinculo, quo arctiſſimè adſtricti Damon & Pithias vnum in duobus corporibus animũ claudere videbantur, tantæ illius amicitiæ deſiderio correptus exclamauit, *Iungite me tertium*; quæ felicitas noſtra eſt, qui, quotieſcumque ad hoc Sacramentum rite velimus accedere, in diuini illius fœderis, quo Chriſtus, & Virgo tenentur, ſocietatem adſciſcimur!

In Euchariſtia caro Chriſti ſimul & Mariæ ſuſcipitur.

D. Auguſt.

Subſtantia, quam Chriſtus à Virgine habuit, ad infinitã quãdam eminentiam eleuata. D. Bernardinus.

Collige tertiò cum D. Bernardino Senenſi, ad infinitam quamdam eminentiam fuiſſe eleuatam ſubſtantiam Virginis, quã Chriſtus ex ea habuit. Verba D. Bernardini habentur tom. 1. ſerm. 61. & ſunt hæc. *Omnis inſtitutio ſacramentorum ad Euchariſtiam ordinatur; quamuis enim per concomitantiam in Chriſti corpore ſit diuina ſubſtantia, & anima ſola, tamen ſubſtantia panis tranſubſtantiatur in ſolam ſubſtantiam carnis, & non in diuinitatem, neque in animam, &, vt expreſsius magnificem illam digniſsimam, & beatiſsimam carnem ex glorioſa Virgine deciſam, dico, quòd tanta infinitate dignitatis eam dignificauit Altiſsimus.* Addo, hanc adeo eminentem dignitatem, quam B. Virgo acquiſiuit ratione ſuæ ſubſtantiæ in Sacramento à Chriſto aſſeruatæ, ex duobus alijs capitibus elucescere. Primò quòd ex vi verborum conſecrationis ponitur ſub ſpecie panis Corpus, & ſub ſpecie vini ſanguis, anima verò Chriſti ratione

D

connexionis, diuinitas verò concomitanter, vt patet ex Conc. Trid. ſeſſ. 13. cap. 4. vbi, poſtquam dixit eſſe corpus ex vi verborum ſub ſpeciebus panis, & ſanguinem ſub ſpeciebus vini, hæc addit: *Ipſum autem corpus ſub ſpecie vini, & ſanguinem ſub ſpecie panis, animamq; ſub vtraque vi naturalis illius connexionis, quia partes Chriſti Domini, qui iam ex mortuis reſurrexit non amplius moriturus, inter ſe copulantur; diuinitatem porrò propter admirabilem eius cum corpore, & anima hypo-*

Trident.

A

ſtaticam vnionem; hæc Tridentinum. Hoc igitur poſito, mirum ſanè videtur, quòd increata ſapientia noluerit, ex vi verborum in hoc Sacramento adeſſe perſonam diuinam, aut animam, quæ in ipſo Chriſto magis præcipua ſunt; voluerit verò corpus ex vi verborum ibi adeſſe, quod eſt minùs præcipuum; poterat enim alia formula verborum vti, per quam ex vi verborum adfuiſſet perſona Verbi diuina, ſi verbi gratia dixiſſet, hæc eſt mea perſona diuina, quæ carnem aſſumpſit, vel; hoc eſt Corpus meum viuum, & diuinitas mea, vel quid ſimile. Cur igitur voluit Chriſtus Corpus principaliter eſſe in hoc Sacramento ex vi verborum, ani-

B

mam verò tantùm ratione vnionis, & diuinitatem concomitanter? Sanè hanc inter alias rationes puto ſolidiſſimam, vt nempe ſic Virginem dignificaret, volens principaliter ex vi verborum eſſe in hoc Sacramento corpoream illam ſubſtantiã, quam à Virgine acceperat. Secundum caput eſt, quòd caro, & ſanguis Chriſti cauſant gratiam, ea verò, quæ ſunt per concomitantiam, vel non cauſant illam, vel non eodem modo; gratia enim huius Sacramenti vt ſic ſolùm conceſſa eſt manducantibus carnem, & bibentibus ſanguinem; ergo præſentia animæ v. g. quaſi per accidens ſe habet ad cauſandam gratiam: & poteſt hoc adhuc confirmari, quia ſa-

C

cramentum Euchariſtiæ cauſat gratiam per modum cibi, cibus autem animam ſpiritualiter nutriens eſt caro, & ſanguis Chriſti, vt patet ex verbis ipſius: *Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem, in me manet, & ego in eo: Caro mea verè eſt cibus, & ſanguis meus verè eſt potus: Panis, quem ego dabo, caro mea eſt, &c.* Ex quo apparet quàm eminenter dignificata ſit ſubſtantia, quam Chriſtus à Virgine accepit, vt eleuata ſit ad cauſandam gratiam ſiue phyſicè, ſiue moraliter in Sacramento Euchariſtico.

Ioann. 6.

QVAE-

QVAESTIO XI.

An Sacramentum Euchariſticum ex hoc ſpeciali capite, quòd ex ea carne inſtitutum eſt, quam ex Virgine Verbum aſſumpſit, aliquid in ſe contineat excellentiæ.

D. Bernardinus.

PARTI affirmatiuæ fauere videtur D. Bernardin. tom. 1. ſerm. 61. vbi hæc habet. *Quoniam de carne Virginis benedicta, & in parte corporis eius exciſa conſiſtit, perficitur, & terminatur totum decus, ac pondus ſacramentorum Eccleſiæ; certum enim eſt, quòd omnis inſtitutio ſacramentorum, & omnia alia ſacramenta, tamquam in vltimum finem, & ad illud Sacramentum omnium ſacramentorum excellentiſſimum, quod eſt Euchariſtia, ordinantur; quæ quidem conficitur, & conſecratur, dum panis in Corpus Chriſti cõuertitur.*

Suar.

Suppono primò ex Suar. tom. 1. in 3. p. diſp. 2. ſect. 2. facilè credi poſſe, illam carnis ſubſtantiam, quam Chriſtus aſſumpſit ex Virgine, nunquam fuiſſe omnino dimiſſam, aut continua caloris actione reſolutam, ſed eamdem ſemper in Chriſto fuiſſe conſeruatam Verbo Dei vnitam; quam doctrinam adnotauimus etiam ſupra c. 12. q. 6. & ab ea non diſſentit Vincentius Regius in dilucidationibus Euang. lib. 1. c. 2. digreſſ. vnica. Vnde quòd illa ipſa ſubſtantia, quàm à Virgine, vt dixi, Verbum accepit, reperiatur in Euchariſtia, apertè docent PP. inter quos præter D. Bernardin. & D. Auguſtin. quæſt. præced. cit. eſt Petrus Bleſſenſis tract. de Euchariſtia c. 1. vbi hæc habet:

Vincentius Reg.

D. Auguſtin. Petrus Bleſſenſis.

Et tamen eſt eadem caro tunc de Virgine nata,
Et caro nunc Verbo vita de pane ſacrata
Propter nos homines:
Nũc pius ille ſuo nos optat ſanguine naſci.

D. Thom. D. Bonau. Argentin. Richard.

Præterea eſt ſententia grauiſſimorum Theologorum, D. Tho. in 4. diſtinct. 44. q. 1. art. 2. D. Bonauent. in 2. diſt. 3. q. 1. & 2. Argent. in 4. diſt. 44. q. 1. art. 1. Richardi ibidem art. 1. q. 4. & aliorum, eam carnem, & materiam, quam in prima generatione aſſumunt homines, ſiue natiui caloris actione effluat, ſiue non effluat, in reſurrectione reparandam: ex quo fit, vt, cùm in Sacramento ſit illa Chriſti caro,

A quã Chriſtus idem habuit in reſurrectione, clarum apparet in eodem Sacramento adeſſe illam ſubſtantiam, quam primò ex Virgine Chriſtus aſſumpſit. Porrò ſententiam ſupra cit. Theologorum his verbis confirmat Auguſt. ſerm. de Aſſumpt. Virginis c. 5. *Caro Chriſti, quamuis gloria reſurrectionis fuerit magnificata, eadem tamen manſit, quæ ſuſcepta eſt.*

D. Auguſt.

Suppono ſecundò, Chriſti corpus, & ſanguinem eſſe de eſſentiali conſtitutione Euchariſtici Sacramenti. Ratio fundamentalis eſt quia Corpus Chriſti in recto, & in quid prædicatur de eodem ſacramento; ergo illud eſſentialiter conſtituit: conſequentia liquet, neque enim in recto, & B in quid prædicatur aliquid, quod non ſit conſtitutiuum rei eſſentiale. Antecedens paſſim docent PP. D. Ambroſ. lib. de his, qui initiantur c. 9. vbi, *Sacramentum*, ait, *quod accipis, Chriſti ſermone conficitur, & in illo ſacramento Chriſtus eſt, quia corpus eſt Chriſti.* Iuſtin. apol. 2. *Hoc alimentũ apud nos vocatur Euchariſtia*, quam poſtea dicit eſſe carnem, & ſanguinem incarnati Ieſu. Gregorius relatus in cap. *multi* q. 1. *Colligimus panem hunc eſſe corpus Chriſti, quando ſordidi accedimus ad altare.* Ignatius in epiſt. ad Smirnenſes relatus à Theodoreto in dialogo 3. Euchariſtiam appellat *carnem Saluatoris.* Quem loquendi modum à Chriſto ipſo didicerunt dicente: C *Panis, quem ego dabo, caro mea eſt.* Item: *Caro mea verè eſt cibus, & ſanguis meus verè eſt potus.*

D. Ambroſ. Iuſtin. Gregor. Ignatius. Ioann. 6.

Dico, aliquid peculiaris excellentiæ in Sacramento Euchariſtico cõtineri ex hoc ſpeciali capite, quia in eo aſſeruatur ſubſtantia, quam Filius Dei ex Virgine habuit. Per ſe patet: etenim ſubſtantia illa Virginis, antequam aſſumeretur, atque vniretur Verbo, erat excellens: ſed huiuſmodi excellentia per vnionem hypoſtaticam non fuit ablata, ſed aucta: ergo ſubſtantia Virginis in Sacramento retinet peculiarem illam ſuam excellentiam. Verùm, ſi Chriſtus aſſumpſiſſet corpus, vel creatum, vel ex præexiſtenti materia efD formatum, non haberet prædictam excellentiam: ergo ex hoc ſpeciali capite, quòd Chriſti Corpus in Euchariſtico Sacramento exiſtens retinet ſubſtantiam Virginis, aliquid peculiaris excellentiæ præſefert ipſum Sacramentum.

Concluſio affirmatiua.

Collige primò ex eo, quòd diuina prouidentia voluerit, in Euchariſtico Sacramento ſubſtantiam Virginis aſſeruari, quantùm decuerit carnem ipſius Virginis maximè ſemper alienam eſſe ab omni, ſeu actuali, ſeu etiam originali macula.

B. V. ab originali labe probatur immunis.

Vu 2 Hoc

D. Baſilius.

Hoc ſignificare voluit Diuus Baſilius homil. de humana Chriſti generatione, dum ait: *In ſanctitate namque caro conglutinata, digna quidem Vnigeniti diuinitati coniungi.*

Prodeſt ad maiorem ex Euchariſtia gratiam re-

Collige ſecundò, non parum prodeſſe, ad maiorem in Euchariſtiæ ſumptione gratiam recipiendam, precibus etiam A confugere ad Deiparam: cùm ea ex hoc, quòd eius ſacra pignora in illo Sacramento aſſeruantur, potentiſſima ſit ad vberrimam nobis gratiam impetrandam.

ferendā precibus ad Deiparam confugere.

CAPVT

Digitized by Google

CAPVT DECIMVMOCTAVVM.

DE IIS, QVÆ B. VIRGO GESSIT, ET DOLORIBVS, quos pertulit, dum Filius Ieſus ſalutarem humano generi paſſionem ſuam amplexus, opus Redemptionis conſummauit.

QVAESTIO PRIMA.

Vtrùm B. Virgo ob Filij ſui paſsionem verè doluerit.

Inſana Bullingerij impietas.

IMPIVS, atque ſacrilegè inhumanus Bullingerius per ſummam temeritatem in eos inuehit, qui dolores ob Chriſti paſſionem à Virgine perlatos recenſuerunt: hæc enim habet in explicatione Euangelij Ioannis 19. *Adeo autem inoleuit apud pleroſque compaſſionis illius exiſtimatio, vt hiſtoriam paſſionis non plenè videatur expoſuiſſe, tametſi fide optima omnia, quæ de Chriſto Domino ſcripſerunt Euangeliſtæ, enarrauerit, quiſquis iſtorum quoque non adiecit de cōpaſſione figmenta*: ac rurſus: *quorſum pertinet prodigioſa quædam de Maria deploratu, ac lamentatione apud plebē deprædicare, & ad miſerationem propenſa pectora ad largiſsimas prouocare lachrymas? Nā hic quorumdam Monachorum hac in re finis eſt*: talia execrandus Bullingerius:

Cōcluſio indubitáter affirmatiua.

Dico, indubitanter credendum eſſe, quòd B. Virgo ob Filij ſui paſſionem maximè condoluerit. Probatur primò ex Euangelio Lucæ 2. vbi Simeon diuino afflatus ſpiritu dolores à Deipara ob ipſam Filij paſſionem ſubeūdos ſic vaticinatus eſt: *Tuam ipſius animam pertranſibit gladius*. Quòd ſi aliquis ambigeret, an per gladiū ſignificauerit Simeon eos dolores, quos nos hoc in caſu contendimus à Deipara fuiſſe perlatos, atque eo potiſſimùm tem-

Luc.

(A) pore, quo Filium ſuſpexit in cruce pendentem; in promptu eſt integra Patrū phalanx id conſtanti ſenſu aſſerentium. Euthymius in cit. cap. Lucæ: *Gladium*, inquit, *nominauit dolorem acutiſſimum, maximèq; diuidentem, qui penetrauit cor Matris Dei, dum Filius eius cruci affixus eſt; de hoc enim cruciatu nunc vaticinatus eſt*. Beda explicans prædictum locum Lucæ: *Tuam*, inquit, *ipſius animam pertranſibit gladius, id eſt dolor paſſionis dominicæ; quia non potuit videre eum crucifigi ſine affectu materni doloris, etſi ſperaret eumdem reſurrecturum*. (B) Ambroſius Ansbertus de feſto Purificationis hæc habet: *Quamquam multæ tribulationes animam transfoderint B. Virginis, illa tamen hic ſpecialiter deſignatur, quæ, Domino in cruce moriente, materna viſcera transfixit*. S. Hildephonſus ſerm. 2. de Virginis Aſſumpr. *Quandoquidem*, ait, *gladius à Simeone prædictus ad animam eius vſque peruenerit, quando, fugientibus Apoſtolis, ad crucem ſtetit, & Dominum in cruce pendentem vidit*. Damaſcenus de fide orthodoxa cap. 15. *Et quem Deum per natiuitatem agnouit, illum vt* (C) *maleficum interfectum videns, tamquam gladio, cogitationibus diſcerpitur; & hoc eſt, Tuam ipſius animam pertranſibit gladius; quemadmodum illi prædixerat Dei expectator Simeon Dominum geſtans in vlnis*. Guilhelmus in cap. 3. Cantic. exponens verſic. *Aſcenſus purpureus*: *Cùm pia Mater ſe martyrem profitetur, & ſibi mori lucrum;*

Euthymius.

Beda.

Ambroſius Ansbertus.

Hildephonſ.

Damaſcen.

Guilhelmus

erum; aſcenſum eſſe purpureum illuſtre eius martyrium, a prophetante Simeone inſinuatum fuit, cùm loquens de Filio diceret: Tuā ipſius animam doloris gladius pertranſibit: planè gladius acutiſſimus dolor dominicæ paſſionis animam piæ Matris penetrans, atque tranſuerberans, eam ſpiritualiter commori Filio fecit. Et, vt omittam alios quamplures, ſufficiat, ab Eccleſia accipi prædictum vaticinium in ſenſu noſtro per celebrem illum hymnum:

Eccleſia in planctu B.M. Virginis.

Stabat Mater doloroſa
Iuxta crucem lacrymoſa,
Dum pendebat Filius.
Cuius animam gementem,
Contriſtantem, & dolentem,
Pertranſiuit gladius.

Ioann.

Probatur ſecundò ex illo Ioannis 19. *Stabant iuxta crucem Ieſu Maria Mater eius, & ſoror, &c.* dum enim Virginem in cruce pendenti Filio adſtantem nominat Matrem, inſinuat ſimul & naturalem ex materna affectione compaſſionem. Naturaliſſimus enim matris affectus eſt, dolenti Filio ferè æquè condolere. Quod, vt optimè ſciebat ſapientiſſimus Salomon, ita filium non adiudicauit illius eſſe fæminæ allatum ſibi infantem, quæ ipſius futuræ ſectioni libens aſſentiebatur; ſed è contra alterius eſſe, quæ aduerſanti potiùs tradi, quàm trucidari illum patiebatur: immò hanc eamdem naturalem materni affectus commotionem optimè adnotauit ſacer text. 3. Reg. 3. *Dixit autem mulier, cuius filius erat viuus, ad Regem (commota ſunt quippe viſcera eius ſuper filio ſuo) obſecro, mi Domine, date illi infantem viuum, & nolite interficere eum, &c.* Propterea ex hoc materno affectu excitatam in Deipara erga Filium in cruce plagis confoſſum compaſſionem agnoſcunt PP. Ita Beda verbis illis ſupra cit. *Quia non potuit eum videre crucifigi ſine affectu materni doloris*: & Damaſcenus ibidem: *Dolores partus, quos effugit pariens, illos tempore paſſionis ſuſtinuit ex materna compaſſione*. Aptè ad rem noſtram Ioannes Baptiſta Mantuanus Virginem ſic loquētem introduxit.

Reg.

Ioan. Baptiſta Mantuanus.

Nate Dei, qui fers humana piacula ſolus,
Me affligi, ſimul atque tuos ſentire dolores
Cogit amor, natura iubet: mihi ferrea plantas
Spicula, mortiferæ penetrant mea pectora ſentes,
Cordaq; dilaniant, &c.

Probatur tertiò: Deipara ob Filij tantùm abſentiam ſenſit dolorem, vt ipſamet teſtatur: *Fili, quid feciſti nobis ſic? Ecce Pater tuus, & ego dolentes quærebamus te*: ergo multò acerbiùs doluit ob ipſius paſſionem. Et ſanè quomodo ſine acerbiſſimo cordis dolore videre potuit Filium ſuum, ex tribus clauis in cruce pendentē, caput eius ſpinis vndique terebratum, luxata brachia, manus, pedesq; transfixos, os, fele guſtato, amarulentum, faciem profuſo ſanguine, & ſputis ſordidam, totum corpus innumeris verberibus ſauciū, excoriatum, dilaceratum, quæ Filium ipſum ſine dolore ſuſtinere non potuit abſentem?

Luc. 2.

Probatur quartò ex eo, quòd Eccleſia diuino recta conſilio conſuetudinem approbat imagines in templis, alijsq; locis publicis exponendi Deiparam ob Chriſti Filij paſſionem afflictiſſimam repræſentantes. Sed hæc veritas magis adhuc clareſcet ex ijs, quæ in ſequentibus quæſtionibus ſubiecturus ſum.

Obijcies: Deipara perfectè erat conformis diuinæ voluntati, quæ tum adimplebatur, cùm pro humana redemptione Filius Dei in ara crucis offerebatur: ergo ceſſabat in illa ratio dolendi. Confirmatur ex eo, quod habetur Machab. lib. 2. cap. 7. de muliere illa conſtantiæ laude celeberrima, quæ ſeptem ſuos filios ad mortem, qua damnati fuerant, libenter oppetendam alacri, & fortiſſimo animo hortabatur, ſciens, ex tali morte æternum bonum ipſis prouenturum: *Supra modum autem*, inquit Sacer textus, *mater admirabiliter, & bonorum memoria digna, quæ pereuntes ſeptem filios ſub vnius diei tempore conſpiciens, bono animo ferebat propter ſpem, quam in Deum habebat; & ſingulos eorum hortabatur voce paterna fortiter repleta ſapientia, & fœmineæ cogitationi animum maſculinum inferens*. Quare, ſi illa ob mortem in ſui conſpectu filijs illatam afflicta non eſt, multò minùs B. Virgo, quæ mulierum omnium proculdubio fuit fortiſſima, dolore vllo affici potuit, maximè cùm ex illa morte non tantùm Filij ſui exaltatio, ſed & humani generis ſalus æterna eſſet oritura.

Obiectio.

Machab.

Reſpondeo negando conſequentiam. Neque enim ex eo, quòd B. Virgo eſſet diuinæ voluntati in omnibus & per omnia omnino conformis, ceſſabat in ipſa ratio patienti, & morienti in cruce Filio condolendi: immo, & hæc erat diuina voluntas, vt Filij paſſione, ac morte doleret, vt infra examinabimus. Quò verò ad illā mulierem dico, quòd non fuit ob mortem filiorum contriſtata in parte animæ ſuperiori, dolorem tamen in parte inferiori naturæ ſubiecta, credibile omninò eſt, illam perſenſiſſe. Sic exigit maternus affectus, cuius ille doloris ſenſus effectus eſt

Confutatur.

naturaliſſimus. Nos autem, licèt velimus in Virgine Deipara atrociſſimum Filij ſui mortis ſpectaculum contemplante adfuiſſe dolorem, eumq; vehementiſſimum, ex altera tamen parte gaudium maximum, eodem tempore ab illa perceptum fuiſſe concedimus; immo infra claris argumentis demonſtrabimus.

QVAESTIO II.

Vtrùm Deiparæ Virginis vterque appetitus, rationalis, & ſenſitiuus, doluerit ob paſſionem Chriſti.

A
ALIQVI Patres, dum affirmant, B. Virginem ob paſſionem Chriſti doluiſſe in parte ſpirituali, conſequenter inſinuare videntur eius dolorem fuiſſe in appetitu rationali, non in ſenſitiuo. Guilhelmus ſuper 3. Cantic. in expoſitione illorum verborum, *Aſcenſus purpureus*, ſic loquitur: *Planè gladius acutiſſimus doloris dominicæ paſſionis animam piæ matris penetrans, atque tranſuerberans, eam ſpiritualiter commori Filio fecit. Martyres alij fuerunt moriendo pro Chriſto, hæc commoriendo Chriſto martyr fuit, & commartyr Chriſti; illorum corporale, Matris ſpirituale.* S. Hildephonſus ſer. 2. de Aſſumpt. hæc habet: *Quòd ſi gladius vſque ad animam peruenit, quando ad crucem ſtetit, fugientibus Apoſtolis, cùm videret Dominũ pendentem, etiam plusquam martyr fuit; quia in animo non minus amoris, quam mœroris, eſt intus gladio vulnerata*, Guaricus Abbas ſerm. 4. de Aſſumpt. *Planè*, inquit, *iuxta crucem Ieſu Maria ſtabat, cuius mentem dolor crucis ſimul crucifigebat, ſuáq; ipſius animam tam multiplex pertranſibat gladius, quantis confoſſum corpus Filij cernebat vulneribus.* Et clariùs D. Hieron. ſeu, vt multi volunt, Sophronius ſerm. de Aſſumpt. *Alij Sancti paſſi ſunt pro Chriſto in carne; ſed B. Virgo in ea parte ſui paſſa eſt, quæ immortalis habetur: & ideo, vt verum fatear, quia ſpiritualiter, & atrocius paſſa eſt gladio paſſionis, plusquam martyr fuit.*

Guilhelmus. — B. V. Chriſti Commartyr. — Hildephonſ. — Guaricus Abbas. — Hieron. — Deipara plus quã Martyr.

Supponendum, non ſolùm in appetitu ſenſitiuo dari amorem, odium, deſiderium, fugam, delectationem, triſtitiam, ſpem, deſperationem, audaciam, timorem, & iram; ſed etiam in appetitu rationali. Sicut enim, propoſito obiecto conuenienti,
A
per abſolutum phantaſiæ iudicium in appetitu ſenſitiuo eſt amor, &, ſi ipſum obiectum non eſt præſens, naſcitur deſiderium, ſi præſens, fit delectatio; propoſito verò obiecto diſconuenienti, per abſolutum item phantaſiæ iudicium appetitus ſenſitiuus illud odio habet; &, ſi eiuſmodi obiectum diſconueniens abſit, reſpectu illius in appetitu ſenſitiuo eſt fuga; ſi præſens, dolor, ſeu triſtitia. Ita & appetitus rationalis propoſitum ab intellectiua cognitione bonum amat; &, ſi abeſt idem bonum, deſidetat, ſi adeſt, gaudet, & delectatur. Et è contra idem appetitus rationalis malum ab intellectiua cognitione propoſitum odio habet, &, ſi
B
abſit, reſpectu illius in eodem appetitu rationali eſt fuga, ſi adeſt, triſtitia oritur. Idem diſcurrendi modus circa alios affectus. Hoc ſuppoſito,

Dico, vtrumque Beatæ Virginis appetitum, ſenſitiuum, ſcilicet, & rationalem, doluiſſe ob Chriſti paſſionem. Probatur primò auctoritate PP. qui, licèt non expreſſis verbis hoc affetant, ſufficienter tamen indicant. D. Anſelmus lib. de excell. Virginis cap. 5. eam alloquens ait: *Paſſio tua ſua immenſitate tranſfixit cuncta penetralia tua, tuiq; benigniſſimi cordis intima.* D. Bernardus, & in viſceribus, hoc eſt in parte ſenſitiua, & in mente Virginis, affirmat, fuiſſe dolorem, ait enim ſerm. de paſ-
C
ſione: *Quod in carne Chriſti agebant claui, & lancea, hoc in Virginis mente naturalis affectus, & materna anguſtia*: & de lamẽtatione B. Virginis: *Mater erat laniata morte pari pignoris, mente erat percuſſa cuſpide teli, quo membra Chriſti ſerus foderunt iniqui*: & paulò poſt: *Nec lingua poterit loqui, nec mens cogitare valebit, quanto dolore afficiebantur pia viſcera Mariæ. Nunc ſoluis cum vſura, quod in partu non habuiſti à natura; dolorem pariendo Filium non ſenſiſti, quem milliès replicatum, Filio moriente, paſſa fuiſti.* D. Bonauentura in ſtimulo amoris cap. 4. de planctu Virginis iuxta crucem cum ipſa ſic loquitur: *O mira res! ò ſtupendum prodigium! Tota quippe es in vulneribus Ieſu Chriſti, & totus Ie-*
D
ſus Chriſtus crucifixus eſt in intimis viſceribus cordis tui. Probatur ſecundò ratione. Sicut tam dolor ſpectans ad tactum, cuius cauſa ſolet eſſe diſſolutio temperamenti, ſeu notabilis mutatio circa primas qualitates, vel continui diuiſio; quàm voluptas ad eundem tactum pertinens, cuius cauſa eſt appulſus qualitatum maximè conuenientium, & attractio ſubſilientium ſpirituum, & aliarum partium leniter ad blandientium, communicatur animæ, quia hæc eſt forma informans corpus; Vnde, quia

Concluſio affirmatiua. — D. Anſelm. — D. Bernard. — D. Bonau.

quia Angelus in corpore aſſumpto non eſt vt forma informans, non dolet, ſi læditur, aut abſcinditur corpus aſſumptum, nec delectatur ob appulſum qualitatum corpori aſſumpto conuenientium: ſic ob eandem rationem, quia, ſcilicet, anima rationalis eſt forma informãs corpus humanum, & delectatio, quæ eſt in appetitu rationali, proueniens ex bono præſenti apprehenſo ab intellectu per conuerſionem ad phantaſmata operante, & triſtitia, quæ in eodem eſt appetitu rationali, proueniens ex malo præſenti apprehenſo ab intellectu ſimiliter per conuerſionem ad phantaſmata operante, in appetitum ſenſitiuum redundant. Et cõfirmatur hoc à poſteriori ex ſympathia, quam experimur inter hos duos appetitus: dum enim appetitus rationalis amat aliquod obiectum, rapit ſecum etiam appetitum ſenſitiuum ad illud amandum: & dum delectatur, aut triſtatur, ſimiliter alterum trahit ad dolendum, aut delectandum: vnde internus pœnitentis dolor ſenſibilem afflictionem in corpus refundit, quam D. Thomas 3. p. q. 85. art. 1. pœnitentiæ paſſionem, & virtutis actum appellat: & è contra viri eximiæ perfectionis in hac mortali vita (vt patet experientia) tali afficiuntur lætitia ſpirituali in appetitu rationali, vt ex illius redundantia eorum caro, ſeu appetitus ſenſitiuus, miris interdum exultationibus, & ſenſibili quadam iucunditate perfundatur: quod innuere voluit Dauid pſal. 83. *Cor meum, & caro mea, exultauerunt in Deum viuum.* Hoc autem poſito, palam fit noſtra concluſio. Etenim, dum appetitus rationalis Virginis Deiparæ dolebat ob malum præſens, priuationem, ſcilicet, vitæ Chriſti, & iniurias, quæ eidem irrogabantur; ſimul etiam dolebat appetitus eius ſenſitiuus.

D. Thom.

Pſalm.

Obiectio.

Dices: Appetitus ſenſitiuus B. Virginis erat ſubditus appetitui ipſius rationali: ergo non erat neceſſe, vt, quando dolebat appetitus rationalis, ſimul & doleret appetitus ſenſitiuus.

Reſponſio.

Reſpondeo, dilutionem huius obiectionis pendere ex ijs, quæ dicturi ſumus infra q. 8. huius capitis, vbi fuſius examinabitur, quomodo appetitus ſenſitiuus B. Virginis fuerit ſubditus appetitui eius rationali, & quomodo dolor appetitus ſenſitiui in ipſa Virgine Deipara fuerit arbitrarius. Interim hic ſufficiat dicere, quòd, ſicut, ſpectata naturali quadam conſenſione, dum appetitus rationalis ex rationali cauſa triſtatur, trahit ſimul etiam appetitum ſenſitiuum in triſtitiam: ſic, cum appetitus rationalis Beatæ Virginis ob Chriſti paſſionem rationabiliter doluerit, non eſt cur negetur, eiuſdem Virginis appetitum ſenſitiuum factum fuiſſe doloris participem.

Reſpondetur ad Patres ab initio oppoſitos.

Ad Patres autem à principio quæſtionis adductos dico, illos noluiſſe excludere dolorem ab appetitu ſenſitiuo Deiparæ Virginis, ſed tantùm teſtari, illum fuiſſe in parte ſuperiori principaliter, id eſt in appetitu rationali.

QVAESTIO III.

Vtrùm dolores, quos Beata Virgo ob Chriſti filij paſſionem ſuſtinuit, effectiuè ab vtroque appetitu, rationali, & ſenſitiuo, penderent; an verò eſſent tantùm paſsiones vtriuſq; eiuſmodi appetitus.

Scotus.

SCOTVS in 3. diſt. 15. q. vnica §. *aliter dici poteſt*, & in 4 diſt. 49. q. 7. putat, delectationem, dolorem, & triſtitiam efficiẽter ab obiectis procedere, & reſpectu appetitus eſſe puras paſſiones. Primum huius opinionis fundamentum eſt quia omnis actio volũtatis eſt in eius poteſtate; ſed nec gaudium, nec dolor eſt in poteſtate voluntatis; ergo ſunt puræ paſſiones. Et confirmari poteſt; omnis enim actus voluntatis eſt volitio, vel nolitio; ſed gaudium non eſt volitio, aliàs eſſet amor; & triſtitia non eſt nolitio, aliàs eſſet odium. Et quòd triſtitia non ſit nolitio adhuc confirmari poteſt; nam Beati nolunt peccaſſe, & tamen non triſtantur. Secundum fundamentum eſſe poteſt quia potentia vitalis ad conſequutionem obiecti proportionati iucundatur, ſeu delectatur, vt patet in auditiua ad perceptionem muſices, in viſiua ad intuitum pulchri, &c. ſed potentia vitalis, conſequuto obiecto ſibi proportionato, paſſiuè tantùm ſe habet, quia tantùm recipit illam qualitatem, quæ dicitur delectatio: ergo, &c. Cõfirmatur, quia delectatio eſt quies in bono adepto: *Fruimur*, inquit Auguſtinus 10. de Trinit. c. 10. *rebus cognitis, in quibus voluntas delectata conquieſcit:* ſed quies nõ eſt operatio, ſeu actus; ergo, &c.

Opinio communior.

Communis ſententia eſt, delectationẽ, & triſtitiam eſſe operationes appetitus, ſiue rationalis, ſiue ſenſitiui, ab ipſo effectiuè procedentes. Ita Ferrarienſis contra gentes cap. 90. Caiet. 1. p. q. 64. art. 3. & alij

Ferrarien.
Caiet.

D. Thom. alij cum D. Thoma p.2.q.22.art.3. ad 3. & contra gentes cap. 90. Et probatur primò D.Auguſt. auctotitate D. Auguſt. 14. de Ciuit.cap.6. vbi inter operationes voluntatis, quas dicit eſſe voluntates, ſeu volitiones, numerat lætitiam: quod autem dicit de lætitia, dicendum & de triſtitia, contrariorum enim eadem diſciplina: & Ariſtot. 3. de Ariſtot. anima text. 29. vbi ait, *delectari eſſe operari ad bonum*; qui etiam in prædicamento actionis inter alias actiones numerat delectationem. Probatur ſecundò ex abſurdis, quæ inferuntur ex contraria opinione. Primò enim ſequeretur, in delectatione, & triſtitia nullam eſſe laudem, vel vituperationem, meritum, vel demeritum; quod eſt falſiſſimum. Nam B proximi bonis delectari, meritorium eſt; triſtari verò demeritorium: ſimiliter peccatis noſtris delectari, malum, Prouer- Prouerb. biorum 2. *Lætantur, cùm male fecerint, & exultant in rebus peſſimis*: dolere autem optimum, ac meritorium, vt in Tri- Trident. dent. ſeſſ. 14. cap. 4. & can. 5 vbi dicitur, *dolorem peccatorum eſſe actum liberum, & meritorium*; quod verum eſſe non poteſt, niſi à voluntate cauſetur. Probatur tertiò: in appetitu contingit interdum delectatio, & triſtitia ex obiecto apparenti, atque ficto; interdum ex reali quidem, ſed quod tamen apprehenditur diſconueniens, cùm tale non ſit; ergo in neutro C caſu poteſt delectationis, & triſtitiæ cauſalitas in obiectum referri: non in primo, vt patet; neque in ſecundo, quia obiectum reale non cauſaret triſtitiam ſecundùm quamcumque rationem, ſed ſolùm ſecundùm rationem diſconuenientis, ſicut ignis calefacit, vt calidus; ſed tunc illa ratio diſconuenientiæ in obiecto verè non eſt, ergo, &c. Poſito autem, quòd delectationis, & triſtitiæ cauſalitas non poſſit referri in obiectum, ſanè in potentiam appetitinam referenda eſt, quæ delectatur, vel triſtatur.

Nominales cum Scoto conſentiunt, delectationē appetitus ſenſitiui eſſe effectiuè ab obiecto cognito, nullo prænio amoris D actu; diſſentiunt verò ab illo, quòd delectationem appetitus rationalis, dicūt, eſſe ab appetitu, mediante tamen actu amoris ita, vt amor ſit immediatum principium Occam, Gabriel. effectiuum illius. Ita Occam in 1.diſt.1.q. 3.ar.1.Gabr.ibid.ar.2. Sed prior pars huius ſententiæ ſatis ex dictis refellitur, & præterea quia non videtur poſſibile, eſſe in appetitu delectationem, quin aliquis actus amoris, ſeu obiecti complacentia præſupponatur; nec videtur eſſe diſpar ratio de appetitu rationali, & irrationali. Poſterior etiam pars confutatur, quia ſequeretur, in

A delectatione, & triſtitia ſecundùm ſe non eſſe meritum, vel demeritum, ſed ſolùm quatenus hæc reperiuntur in amore, & odio, à quibus cauſantur; quod ex dictis falſum eſſe patet. Sequela verò probatur, quia delectatio, & triſtitia eodem modo ſe haberent, ac habitus, qui, licèt ſint in poteſtate voluntatis, mediante actu, à quo effectiuè procedunt, non habent tamen rationem meriti, vel demeriti, nō niſi quia non ſunt actiones elicitæ à voluntate.

Concluſio. Dolores B. Virginis fuerunt actus eliciti à rationali, ſimul & ſenſitiuo appetitu.

Dico, dolores B. Virginis ob paſſionem Christi fuiſſe actus elicitos ab vtroq; appetitu, ſenſitiuo, & rationali. Hæc concluſio remanet quidem ſatis probata ex nuper dictis pro cōmuni opinione, affirman- B te, delectationem, & triſtitiam eſſe operationes appetitus, ſiue rationalis, ſiue ſenſitiui, ab ipſo effectiuè procedentes: ſed adhuc probari poteſt ratione meo iudicio efficaci. Delectari, & triſtari ſunt exercitia potentiæ vitalis, ſcil. appetitus ſiue ſenſitiui ſiue rationalis; ergo delectari vel triſtari ſunt actus eliciti ab appetitu ſiue ſēſitiuo, ſiue rationali. Antecedens ſatis cōſtat; non .n. intelligi poteſt quid aliud ſit delectari, vel triſtari, quàm actus vitales, ſeu exercitia potentiæ vitalis. Cōſequentia probatur: omne exercitiū virtutis effectiuæ, dicimus, eſſe actionem, alioquin cōceptus actionis chimericus eſt; ſed delectari, & triſtari ſunt exercitia potentiæ ef- C fectiuæ, ergo delectari, vel triſtari ſunt actiones, &c. Minor probatur: delectari, & triſtari ſunt exercitia appetitus ſiue rōnalis, ſiue ſenſibilis; ſed ij appetitus ſunt potētiæ effectiuæ, quod ex eo euincitur, quia commune eſt omnibus potentijs vitalibus habere vim effectiuā, vt patet inductione. intellectus enim, dum cognoſcit, actionē elicit, vt communis, & veriſſima tenet ſententia; ſic potentia viſiua, dum videt, elicit actum, quod ex eo patet, quia, ſtante præſentia obiecti viſibilis, & recepta ſpecie in oculo, quandoq; viſio non fit eò, quòd tunc potentia viſiua non vitaliter concurrit: & hoc idē cōſtat de alijs potentijs vitalibus.

Reſpōdetur ad fundamēta Scoti.

Ad primum fundamentum primæ opi- D nionis dico, non omnem actū à voluntate elicitum eſſe liberum, ſed aliquando neceſſarium, vt cōſtat de amoris actu, quē Beati de Deo clarè viſo eliciunt; talem .n. actum non poteſt voluntas naturaliter ſuſpendere; & ratio eſt quia, quotieſcunq; intellectus proponit clarè voluntati obiectū magis in ſe, & propter ſe amabile, voluntas magis allicitur, & propendet ad amandum tale obiectum in ſe, & propter ſe, atq; adeo quò magis augetur amabilitas obiecti clarè viſi, augetur & inclinatio, & quoddam quaſi pondus voluntatis in tale obiectū, &

Digitized by Google

A minuitur indifferentia, ſeu libertas, vt patet experientia, & à priori ſuadetur ex natura ipſa voluntatis inclinatæ ad bonũ: ſed intellectus Beati clarè proponit voluntati bonũ infinitè amabile in ſe, & propter ſe; ergo voluntas inclinare ita debet in tale bonum, vt infinitè augeatur de voluntario, & minuatur de libero; ſed infinita diminutio libertatis dari nequit, niſi fiat vſque ad non gradum, & ſic fiat tranſitus de libero ad neceſſarium. Sicut ergo actus amoris aliquando eſt neceſſarius, ita & gaudij, vel triſtitiæ actus poterit aliquando eſſe neceſſarius. Si .n. loquamur de delectatione, vel triſtitia appetitus ſenſitiui, cùm hic nõ pareat ad nutum voluntati, non mirum ſi delectatio, vel triſtitia ab ipſo procedens B non plane ſit in noſtra poteſtate (An verò hoc etiam locum habuerit in B. Virgine, dicemus infra quæſt. 8.) Si verò ſermo ſit de delectatione, vel triſtitia voluntatis, vel eſt deliberata, vel eſt motus primus. Si eſt motus primus, tunc, licèt non ſit in noſtra poteſtate, non tamen argui poteſt, quòd non ſit actus elicitus à voluntate, ſicut nec negari poteſt, quòd ſint actus volũtatis alij motus primi. Si eſt deliberata, dico, eam eſſe in noſtra poteſtate, ſaltem quoties in noſtra poteſtate eſt tollere cauſam, hoc eſt amorem: vnde non erit in poteſtate Beati de Deo clarè viſo & amato delectationem ſuſpendere, quia, vt diximus, non poteſt Beatus ceſſare ab amore Dei. C

Quæſtio alia ſuboritur.

An verò, poſito amore, vel odio, ſit in noſtra poteſtate poſitum delectari, vel triſtari, aliqui partem negatiuam putant eſſe veram. Verùm mihi videtur ſaltem ex parte eſſe contra experientiam. Nam in proſperis euentibus, præſente bono, quod expetitum fuit, & amatum, quodq; adhuc amandum eſſe rectè iudicatur, cohibent interdum homines nimiam delectationẽ: & præſente malo, quod odio habetur, quodq; adhuc odio habendum eſſe meritò cenſetur, cohibetur nimia triſtitia.

Ad confirmationem dico, omnem actũ voluntatis eſſe proſequutionem boni, vel fugam mali; ſicut autem gaudium, ſeu delectatio ſpectat ad proſequutionem boni, D ita & triſtitia ad fugã mali. Vnde Auguſt. 14. de Ciuit. c. 6. lætitiam vocat conſenſionem, triſtitiam diſſenſionem. Porrò, ſi nomine volitionis intelligatur amor, & nomine nolitionis odium, verum eſt, quòd, ſicut delectatio nõ eſt volitio, quia eſt actus ab amore diſtinctus, ita triſtitia nõ eſt nolitio, quia triſtitia eſt actus voluntatis ab odio diſtinctus, vt ex propoſito exemplo Beatorum conſtat.

D. Auguſtin.

Ad ſecundum fundamentum, negãda eſt minor. Patet enim ex dictis, quòd appetitus, ſiue ſenſitiuus, ſiue rationalis, elicit actum delectationis, vel triſtitiæ. Verum quidem eſt, quòd plures admittunt, delectationem, vel triſtitiam ſumi poſſe dupliciter; vel per modum paſſionis, vel per modum actionis. Per modum paſſionis delectatio eſt qualitas quædam reſultans in potentia ad conſecutionem obiecti proportionati, cuiuſmodi eſt delectatio in auditu ad perceptionem muſices, in palato ad perceptionem ſaporis. Hanc ergo delectationem, licèt realiter nihil aliud ſit, quàm ipſa operatio, quia tamen ab ipſa formaliter diſtinguitur, dicit Ariſtot. 10. ethicor. cap. 4. & 5. non eſſe operationem: & quia contrariorũ eadem eſt diſciplina, patet quomodo diſcurrendũ de triſtitia. Delectatio per modum actionis eſt actus quidam elicitus à voluntate, quo gaudet, ſeu ſibi complacet de aliquo bono præſenti; & in hoc ſenſu dicitur ab Auguſtino, quòd frui eſt amore inhærere, fruitio enim eſt quidam actus amoris, ſeu complacentiæ boni præſentis: & ſimili modo diſcurrunt de triſtitia.

Ariſtot.

QVAESTIO IV.

Vtrùm B. Virgo ob acerbiſſimos Filij ſui cruciatus lacrymas effuderit.

NEGANT aliqui, quibus fauet D. Ambroſ. de obitu Valentiniani, dum: *Stantẽ illam*, inquit, *lego, flentem non lego*. Inniti videtur hæc opinio illa ratione, quòd dolor, cùm vehemens eſt, caret lacrymarum effuſione: cùm enim lacrymæ doloris ſint leuamentum, deſinit dolor eſſe vehemens, ſi adſint lacrymæ: ex quo ſequitur, dolorem Virginis, vtpotè qui eſſe debebat vehementiſſimus, lacrymis carere debuiſſe.

D. Ambroſ.

Expletur lacrymis, egeriturq; dolor,
D cecinit Ouid. Idem innuit Chryſoſt. hom. 47. in Matth. *Poſt vehementes pluuias mundus, ac purus aer efficitur, ita & poſt lacrymarum pluuias ſerenitas mentis ſequitur, atque tranquillitas*. Adduci poteſt in confirmationem hiſtoria illa, quam lib. 3. refert Herodotus de Sannitide Rege Aegyptiorum. Ille à Cambiſe Rege Perſarum bello victus, cùm in captiuitate varijs modis à Victore excruciaretur, inter alia ſortis ſuæ tormenta filiam ſuam vidit abiectis inductam veſtibus coactam cum alijs ancillis aquam deferre. Ad quod ſpecta-

Ouid.
D. Chryſoſt.
Herodotus.

ſpectaculum, cùm vix Aegyptij præ lacrymis viſum attollere poſſent, ſolus pater ſiccos oſtendebat oculos. Hoc admiratus Cambiſes decreuit ſeueriori ſpectaculo lacrymas ab eius oculis extorquere. Mandauit itaque, Sannitidis primogenitum, quem vnà cum patre duxerat captiuum, iuuenem ad regni ſucceſſionem educatum, rudi, ac ſordido tectum indumento, ferro in morem ſeruorum è collo pendente, inter cæterorum mancipiorum gregem publicè peruagari. Rei atrocitatem intuitus Pater ſine lacrymis perſeuerauit. Verùm non priùs amicum quemdam ſibi ſatis deuinctum, eodemq; bello captum, inter illa opprobria animaduertit, cùm, effractis velut pectoris repagulis, vberem copiam emiſit lacrymarum. Quod vt vidit Cambiſes, inſolitæ velut rei nouitate perterritus, illũ interrogauit, cur ob captiuitatem, & miſerias filiorum non fleuerit, ob amicum in tantam vim eruperit lacrymarum. Heu Rex, reſpondit Sannitides, ſunt lacrymæ vulgaris doloris leuamentum, atque adeo planxi ob amicum, quia dolor vulgaris erat, qui lacrymis poterat ſubleuari: non fleui ob filios, quia dolor, vtpotè acerbiſſimus, ſubleuari non poterat. Et quidem quòd dolor vel triſtitia mitior reddatur per fletum, optimè probat D. Thom. 1.2. quæſt. 38. art. 2.

D. Thom.

Alij quamplurimi affirmant, Deiparam in Filij ſui paſſione lacrymas effudiſſe. Ita Vega in Trid. lib. 1. c. 15. Salaz. in c. 8. Prouerbior. verſic. 18. ſub nu. 89. & alij recentiores. Patres infra citabo.

Vega, Salazar.

Conclusio affirmatiua. Reuel. S. Brigittæ.

Dico, poſteriorem ſententiam eſſe retinendam. Et probatur primò ex Reuelation. S. Brigittæ, in quibus lib. 1. c. 6. ſic Deipara ipſam alloquitur: *Ex oculis meis erumpebant lacrymæ ſicut ſanguis è venis:* & hoc idem confirmatur eodem lib. c. 10. lib. 6. c. 58. & ſermone angelico c. 16. Probatur ſecundò authoritate Patrum. Auguſtini, qui in ſerm. de paſſione multotiès repetit Mariã fleuiſſe in paſſione Filij ſui: explicãs illud Chriſti: *Ecce Mater tua: Curam,* inquit, *illius habe; eam tibi commendo. Suſcipe Matrem tuam, imò magis ſuſcipe Matrem meam. Dum hæc pauca diceret, illi duo Dilecti lacrymas fundere non ceſſabant; tacebant ambo illi Martyres, & præ nimio dolore loqui non poterant:* & paulò poſt: *Amarè flebant, quia amarè dolebant.* Anſel. de compaſſione Virginis: *O Domina,* ait, *quos fontes lacrymarum dicã erupiſſe de pudiciſſimis oculis tuis, cùm attenderes vnicum Filium tuum innocentem coram te flagellari, mactari, & carnem eius diſſecari crudeliter?* D. Bernardi ſer. 4. in Cœna Domini, qui de

D. Auguſtin.

D. Anſelm.

D. Bernard.

A Virgine loquens: *Quàm amarè,* inquit, *flebat, quàm amarè dolebat!* & ſer. de planctu Virginis: *Stabat ad corpus extincti Filij ſui Mater Maria faciem lacrymis rigans, & per diuerſa torquebatur ſuſpiria, frontemq; & genas, oculoſque, & ora frequentiùs oſculabatur: ipſius lacrymarum tanta vbertas affluebat, vt carnem cum ſpiritu omnem in lacrymas diſſolui putares.* Guilhelmi in cõment. ſuper c. 2. Cant. *Tanta,* ait, *virtute Chriſtũ dilexit, vt ad titulum ſuæ laudis ſufficiat, quòd mentem eius tanta vis amoris occupauerat, vt, fugientibus diſcipulis, oblita ſexus fragilis ipſa cum lacrymis adſtans cruci, & condolens morienti, animam ſuam pro Filio, etſi minimè potuit patiendo, tamen expoſuerit compatiendo.*

Guilhelmus.

B D. Bonau. in ſtimulo amoris de plãctu Virginis iuxta crucem: *Inſinua nobis,* inquit, *ò plena lacrymis, &c.* D. Bernar. rurſum de lamentatione Virginis Mariæ: *Illi duo Dilecti* (ſcilicet Deipara, & Ioannes) *fundere lacrymas non ceſſabant.* His aſſentitur Salmeron lib. 10. c. 41. Probatur tertiò ex eo, quòd hoc idem approbauit Eccleſia in illo hymno:

D. Bonau.

D. Bernard.

Salmeron.

Stabat Mater doloroſa
Iuxta crucem lacrymoſa, &c.

Probatur quartò ratione, quia lacrymæ emitti poſſunt ob iuſtum dolorem abſque immoderata animi turbatione (vnde aliquoties fleuiſſe Chriſtum habemus ex ſacro Euangelio): ergo non eſt, cur negemus C Virginem ob Filij paſſionem iuſtè afflictã lacrymas effudiſſe. Confirmatur primò, quia huiuſmodi lacrymę aptę erant ad veram maternitatem conteſtandam: naturale enim, vt ſupra diximus, eſt matribus ſuper filiorum cruciatibus, aut morte illacrymari, cuius rei exemplum habemus lib. 4. Eſdræ, vbi: *Reſpexi,* inquit Eſdras, *oculis meis, & vidi mulierem in dextra parte; & ecce hæc lugebat, & plorabat cum voce magna, & animo dolebat valde, & veſtimenta eius diſciſſa, & cinis ſuper caput eius:* & paulò poſt fletus cauſam ſubdens ait mulier: *Cùm introiſſet Filius meus in thalamo ſuo, cecidit, & mortuus eſt.* Addo, quòd, ſi filius Ieſus, vt verum ſe Mariæ filium oſtẽderet, D mortem oppetebat, decebat maximè, vt & ipſa dolore, & lacrymis maternis ſe veram illius matrem declararet. *Qui poſt multas,* ait S. Hildephonſ. de Natiu. *aſſumptæ carnis iniurias ad vltimum potatus felle, & patibulo affixus, vt te verã Matrẽ oſtenderet, ſe verum hominem patiendo tormenta monſtrauit.* Et ſanè quòd ex B. Virginis dolore, & lacrymis ſuper Chriſti filij paſſione effuſis dignoſceretur Chriſtus etiam vt homo, & illa eius vera Mater, egregiè teſtatur Euthymius in illa verba Lucæ 2. *Vt reuelentur ex multis cordibus cogitationes: Su-*

Eſdr.

S. Hildephõſ.

Euthym.

ſpicabantur, inquit, *hanc non eſſe illius matrem: ſicut .n. multi ad eam reſpicientes quæ hominis ſunt, dicebant, hominem tantùm eſſe filium Mariæ; ita rurſum alij attendentes ad ea, quæ diuinitatis eius erant, ſuſpicabantur, quod eſſet tantùm Deus, nec eſſet mater eius. Tunc aũt intuentes eam amarè dolentem, ac plurimùm lugentem, naturaq; cedere, credebant, quòd Mater eius erat, & detegebãt, ſiue prodebant cogitationes cordiũ ſuorum, quæ à ſuſpicione proceſſerant*. Confirmatur ſecundò, quia, ſi, vt ait Gregor. Nyſſen. *Vulnerum animæ tamquam ſanguis lacrymæ ſunt*; certè ex illius vulneribus, cui dictum fuerat; *Tuam ipſius animam doloris gladius pertranſibit*; effluxiſſe lacrymas non eſt negandum. Confirmatur tertiò ex eo, quod refert Ioannes Baptiſta Lignius in lib. quem de reliquijs, & veneratione Sanctorum conſcripſit, in quibuſdam nempe Eccleſijs lacrymas B. Virginis reperiri, cultuq; maximo, & pietate à fidelibus obſeruari. Imò Daniel Malſonius in cap. 5. libri, cuius inſcriptio eſt, *Ieſu Chriſti ſtigmata*, num. 16. refert, in bibliotheca S. Mariæ gratiarum Bononiæ reperiri in quodam manuſcripto continente fragmẽta hiſtoriæ Theophyli, ſanguineas lacrymas ex oculis Deiparæ tempore paſſionis Chriſti erupiſſe: & idem Author in cap. 8. eiuſdem operis ſub num. 18. idem repetit, adducitq; in confirmationem ſuperiùs à nobis citata verba B. Virginis ad S. Brigittam: *Ex oculis meis erumpebant lacrymæ ſicut ſanguis è venis*; additq; teſtimonium B. Germani dicentis, Deiparã adeo amarè fleuiſſe, vt poſt effuſum vberrimum lacrymarum fluuium tandem ſanguineas etiam lacrymas emiſerit. Quod an ſit verũ non diſputo, placuit percenſere.

Greg. Nyſſ.
Luc. 2.
Io. Baptiſta Lignius.
Daniel Malſonius.
B. Germanus.

Occurritur aduerſæ opinionis rationibus.

Ad illud D. Ambroſij dico, ſacrum textum ex eo, quòd ſtantem tantùm Virginem enarrat, non excludere ipſius illacrymationem. Quòd ſi valeret dicere ad Virginis lacrymas excludendas, *ſtantem lego, flentem non lego*, alius ad dolorem etiam excludendum poſſet dicere, ſtantem lego, dolentem illam non lego.

Ad rationem illam, quòd vehemens dolor Virginis lacrymis non debuerit ſubleuari, concedo. Sed, ſi verum eſt, quòd, ſpectato naturę curſu, fletus doloris acerbitatem leniat, quod cum S. Thoma ſupra cit. veriſſimum puto, diuinitùs factum fuiſſe credi poteſt, vt per lacrymarum effuſionem talis dolor in Deipara non minueretur. Sed

Quæſtiũcula ſuborta.

Quæres, vtrùm pro paſſione Chriſti ſolùm, vel etiam pro peccatis humani generis, B. Virgo lacrymas effuderit.

Solutio.

Reſpondeo, B. Virginem pro peccatis A hominum etiam fudiſſe lacrymas. Probatur: *Virgo*, ait D. Bernard. lib. meditation. *plus doluit ſuper noſtris culpis, & peccatis, quàm ſuper Filij ſui corporalibus pœnis*: ratio eſt quia motiuum doloris eſt malum; ſed Paſſio Chriſti, vt erat in carne aſſumpta, vt ſic erat tantùm malum pœnæ, peccata autem hominum, quæ Chriſto, & Virgini obiectiuè erant præſentia, erant malum culpæ, ob quod ſacrificium illud cruentum offerebatur: ergo magis pro peccatis hominum doluit Virgo, quàm pro corporalibus Chriſti pœnis: ſed pro his fuit illacrymata, vt vidimus; ergo & pro illis. Maximè verò doluiſſe Virginem exiſtimarim, & vbertim ploraſſe ob Iudææ B gentis obduratam malitiam: quod elegãter explicat Caniſ. lib. 4. de Deipara c. 27. *§. præterea fieri non potuit*. Rurſus verò

D. Bernard. B.V. plus doluit ſuper humanis culpis, quàm ſuper Filij corporalibus pœnis.

Caniſius.

Noua quæſtiũculę propoſitio.

Quæres, an B. Virgo effuſas à ſe lacrymas Deo obtulerit, vt faciliùs illis motus nobis peccata condonaret.

Reſponſio.

Reſpondeo, id omnino veriſimile eſſe; cùm B. Virgo ſalutem hominum ardentiſſimè adamaret, atque idcircò credendum ſit, illam in applicandis medijs, quæ ad illam faciliùs obtinendam faciebant, ſemper inuigilaſſe. Quàm verò efficaces fuerint Virgineæ Deiparæ lacrymæ ad placandam iuſtam ſupremi Iudicis iram in peccatores conceptam, non eſt humani eloquij exprimere. Quòd ſi Alexander, C teſte Plutarcho, miſſam ſibi nonnumquàm ab Olympia matre epiſtolam legens, in qua ipſi Olympiæ cauſam dediſſe Antipatrum illacrymandi referebatur; atque alteram ſubinde cõſcriptam ab Antipatro, in qua plurimæ in ipſam Olympiã calumniæ recenſebantur, materno fletu commotus Rex ipſe, lacrymiſq; abundè ex oculis depluentibus, dixit: *Numquid ignorat Antipater, quòd vna matris lacryma multas delebit epiſtolas?* Si, inquam, tantum potuit in Alexandro vna matris lacryma, noſcet aliqua ex parte vir prudens quantam vim habeant dilectiſſimæ Matris Dei lacrymæ ad miſericordiam Filij ſui erga peccatores excitandam.

Plutarchus.

D Collige, ad imitationem B. Virginis fidelibus eſſe, & ſuper Chriſti paſſionem, & ſuper peccata propria, quæ illi fuerunt cauſa patiendi, illacrymandum. Quòd ſi, quotieſcumque peccamus, iterum, quantum in nobis eſt, Chriſtum crucifigimus, vt ait Apoſtolus; ſecum quiſque perpendat quàm ſæpe renouandus ſit huiuſmodi fletus. Refert Ellianus lib. 4. cap. 22. quòd, cùm ſua Tirzus tyrannide affligeret ciues, vnus eorum in publicum ſe conferens forum abundè ſuper Ciuitatis miſerijs plãgere cæpit, cuius exemplo exciti ciues quam-

Ad Hebr. 6.
Ellianus.

quamplurimi vbertim ſimul collacrymati A ſunt, quoadusque arma à ſatellitibus eripientes Tyrannum interfecerunt. Plangit heu ſub cruce veſtras omnium miſerias, culpas, & calamitates Virgo, ò fideles, quòd tandiu peccati vexati tyrannide immaniſſimum eius iugum à veſtris ceruicibus reijcere nequeatis. Heu veſtros ſociate fletus; doloris, ac pœnitentiæ arma arripite: Tyrannum detrudite, configite, interficite, veſtraq; tandem fruamini libertate.

QVAESTIO V.

An adeo vehemens fuerit dolor, quem B. Virgo ob Filij ſui paſſionem ſuſtinuit, vt illam ſuſtuliſſet è medio, niſi diuinitùs in vita fuiſſet detenta.

NOTANDVM, certum omnino eſſe, quòd poſſit aliquis ex vehementi animi dolore mori: fieri etenim poteſt, vt nimius dolor, vehementi frigore excitato, calorem naturalem nonnumquã extinguat. Id multorum exemplo comprobatur. Ruſtius ſtatim, atque comperijt, petitam pro fratre ſuo conſularem C dignitatem ſibi non fuiſſe conceſſam, repentino actus dolore interijt. Marcus Lepidus pari ob ſeparationem ab vxore obitu concidit. Iulia Pompei coniugis veſtem ſanguine conſperſam intuita animam repentè exhalauit. Iuſtinus Martyr in ſua *Iuſtin. Mart. Gregor. Nazianz.* prænesi, & Gregorius Nazianzenus in oratione prima contra Iulianum refert, Ariſtotelem eò, quòd Oceani fluxus, & refluxus cauſam non poſſet aſſequi, præ triſtitia mortuum. Eodem modo mortuus eſt Diodorus Dialecticus, quòd quæſtionem à Stilicone propoſitam ſoluere nequiuerit. Idem traditur de Homero, quia cuiuſdam ænigmatis à piſcatoribus quibuſdam propoſiti ſolutionem attingere D non valuit. Quibus notatis,

Concluſio affirmatiua. Dico, B. Virginem ex dolore maximo, quo ob Filij ſui dilectiſſimi paſſionem fuit excruciata, obituram fuiſſe, ni in vita diuino auxilio fuiſſet detenta. Probatur *Reuel. S. Brigittæ.* primò ex Reuelationibus S. Brigittæ, vbi ſermonis angelici c. 18. ſic Angelus B. Brigittam affatur: *Vnde quia mirabile cernitur, quòd illa vxor Phinees doloribus mortua fuit, quæ minoribus doloribus vrgebatur, & Maria reuixit, quæ grauioribus mæſtitijs fuit laceſſita? Quis in hoc aliud cogitare* A *poterit, niſi quòd de ſpeciali Omnipotentis Dei dono contra omnes corporales vires ſuas ipſa vitam retinuit?* Probatur ſecundò authoritate D. Anſelmi de excell. Virginis *D. Anſelm.* cap. 5. ſic Virginem ipſam alloquentis; *Non crediderim, te potuiſſe vllo pacto ſtimulos tanti cruciatus, quin vitam amitteres, ſuſtinere; niſi ſpiritus dulciſſimi Filij tui intus doceret, non eſſe mortem eum abſumentem, ſed magis triumphum omnia ei ſubijcientem;* & D. Bernardinus Senenſ. tom. 1. *D. Bernardinus.* ſerm. 61. art. 3. c. 2: *Tantus*, inquit, *fuit dolor Virginis, quòd, ſi in omnes creaturas, quæ dolorem pati poſſunt, diuideretur, omnes ſubitò interirent.* Probatur tertiò ratione. Dolor internus vehemens eſt ſufficiens ad B inferendam homini necem, quando ex vehementi apprehenſione mali præſentis cauſatur: ſed huiuſmodi erat dolor Virginis ex vehementi patientis Filij ſui cruciatuum apprehenſione: ergo, &c. Maior patet ex ſupra notatis. Minor, præterquamquòd Patrum dolorem Virginis vehementiſſimum fuiſſe aſſerentiũ teſtimonio comprobatur, ſatis ex ſe liquet: cùm enim vita Chriſti infinitè digna eſſet, & vt talis agnoſceretur à Virgine atque amaretur, neceſſe omnino erat, vt eius amiſſio tam acerbis cruciatibus in eiuſdem Virginis conſpectu procurata vehementiſſimo illam dolore afficeret. Vnde Amadeus homil. 5. de Virgine Matre: *Vicit*, *Amadeus.* C inquit, *ſexum, vicit hominem, & paſſa eſt vltra humanitatem: torquebatur namq; magis, quàm ſi torqueretur ex ſe, quoniam ſupra ſe incomparabiliter diligebat id, vnde dolebat.* Ex quo

Colligerationem, ob quam dixit D. Bernardinus paulò ante citatus: *Tantus* *D. Bernardinus.* *fuit dolor Virginis, quòd, ſi in omnes creaturas, quæ dolorem pati poſſunt, diuideretur, omnes ſubitò interirent.* Etenim amor Virginis, quo Chriſti vitam, ac dignitatẽ proſequebatur, erat intenſior, quàm omnes amores creaturarum ſimul ſumpti erga quodcumque obiectum creatum, quia plures gradus bonitatis in vita, & perſona Chriſti agnoſcebat Virgo, & amabat, D quàm omnes creaturæ in obiectis creatis agnoſcere, & amare poſſint: optimè enim nouerat, & vitam illius infinito amore dignam, & diuinam ipſius perſonam infinitam bonitatem præ ſe ferentem; atque adeo non poterat, quin, ſi non infinito, ſummo ſaltem amore illam proſequeretur ita, vt (teſte Bernardo) *quantum ſine per-* *D. Bernard.* *ſonali vnione creaturæ conditio patitur, luci illi inacceſſibili videretur immerſa*, per cognitionem, ſcilicet, & amorem. Quo poſito, optimè infertur, intenſiorem fuiſſe dolorẽ B. Virginis ex apprehenſione amiſ-

ſionis

ſionis vitæ Chriſti, & grauiſſimarum iniuriarum, quæ perſonæ Chriſti diuinæ inferebantur, quàm omnes ſimul dolores, qui in creaturis ex apprehenſione alicuius mali, ſeu carentiæ boni amati, poterant excitari, cùm veriſſimè dictum quiſque fateatur: *Amor eſt menſura doloris*. Sed, vt dictum eſt, & probatum, vehemens apprehenſio alicuius mali, vel priuationis boni amati, mortem inferre poteſt: ergo dolor B. Virginis æquipolebat innumerabilibus doloribus, quorum ſinguli apti eſſent ad mortem cuilibet creaturæ inferendam.

Quæſtio ſuborta.

Quæres. Dolor, quem B. Virgo ante tempus paſſionis Filij ſui ex apprehenſione eiuſdem futuræ paſſionis percipiebat, is ne fuit, qui, niſi diuinum, & ſpeciale auxilium adfuiſſet, mortem illi afferre poſſet?

Solutio.

Reſpondeo affirmatiuè. Ita reuelatum habemus S. Brigittæ ſerm. angelico c. 17. in fine his verbis. *Ille namq; doloris gladius cordi Virginis omni hora tantò ſe propiùs approximabat, quantò ſuus dilectus Filius paſſionis tempori magis appropinquabat: vnde ſine dubio credendum eſt, quòd ille piiſſimus Dei filius innocentiſſimus ſuæ Matris filialiter compatiens dolores eius frequentibus conſolationibus temperabat, alioquin eius vita vſque ad Filij mortem illos ſuſtinere minimè valuiſſet.*

Reuel. S. Brigittæ.

QVAESTIO VI.

Vtrùm dolor, quem B. Virgo pertulit ob Filij paſſionem, excesserit cruciatus omniũ Martyrum.

Affirmatur.

DICO, dolorem, quo B. Virginis animus ob Chriſti filij ſui dilectiſſimi paſſionem angebatur, omnia omnium Martyrum tormenta ſuperaſſe. Probatur primò ex Ierem. Thren. 2. *Cui comparabo te, vel cui aſſimilabo te, filia Hieruſalem? Cui exæquabo te, & conſolabor te, Virgo filia Syon? Magna enim eſt velut mare cõtritio tua: quis medebitur tibi?* Per aquas nobis ſignificari in ſacris paginis tribulationes, & cruciatus, certum eſt, iuxta illud: *Aquæ multæ non potuerunt extinguere charitatem*; vnde mare, aquarum omnium congregatio, omnium cruciatuum, & tribulationũ collectionem ſignificabit. Porrò, dum dolor B. Virginis æquiparatur

Threnor.

Cantic. 8.

A mari, *Magna eſt velut mare contritio tua*, innuitur, quòd, ſicut mare omnium in ſe fluminum aquas colligit, & excedit; ita ipſius Virginis dolor omnium in ſe Martyrum dolores continuit, & exceſſit. Probatur ſecundò authoritate D. Anſelmi lib. de excell. Virginis cap. 5. *Quidquid crudelitatis eſt inflictum corporibus Martyrum leue fuit, aut potiùs nihil, comparatione tuæ paſſionis*. Et confirmatur ex illa celebri ſententia D. Bernardini pro præcedenti quæſtione adducta: *Tantus fuit dolor Virginis, quòd, ſi in omnes creaturas, quæ dolorem pati poſſunt, diuideretur, omnes ſubitò interirent*. Poterit probari tertiò, ſi Martyrum dolores cum Virgineis conferamus.

D. Anſelm.

D. Bernardinus.

B Etenim Martyrum animus, patiente corpore, ſummis affluebat delicijs, primò quia pati pro Chriſto glorioſum ſibi exiſtimabant, vt in Actuum Apoſtol. c. 5. *Ibant gaudentes à conſpectu concilij, quoniã digni habiti ſunt pro nomine Ieſu contumeliam pati*. Secundò ſpes futuri præmij eos mirum in modum ſolabatur; atque hinc ad Martyrij coronam exoptandam excitabantur. Vnde Ignatius Martyr in epiſt. quã ad Romanos ſcripſit, hæc habet. *Vtinam fruar beſtijs, quæ mihi ſunt preparatæ, quas & oro mihi veloces eſſe ad interitum, & ſupplicia, ne, ſicut & aliorum Martyrum, non audeant corpus attingere; quòd ſi venire noluerint, ego vim faciam, ego me vrgebo,*

Act.

S. Ignatius.

C *vt deuorer. Ignoſcite mihi, filioli mei, quid mihi proſit ego ſcio: nunc incipio Chriſti eſſe diſcipulus*. Præterea diuinitùs immiſſo ſolamine recreabantur, reficiebantur, demulcebantur. Cuius plura quidem adduci poſſent exempla. Theodoretus, teſte Auguſt. lib. 18. de Ciuit. Dei c. 5. cùm equulei tormento torqueretur, poſtulatus ab Euſebio, grauiter ne tormenti acerbitatem ſentiret, reſpondit, tanto ſe affici iubilo, vt ab illo ſtatu non ſine moleſtia ſe eripi ferret, addens, quòd elegantiſſima forma Iuuenis ſibi aderat, qui munduſſima aqua plagarum loca lauabat, lota linteo tergebat, & leniebat. Idem Theodoret. lib. 3. Eccleſiaſt. hiſtor. cap. 11. narrat, adoleſcentem quemdam Antiochenum, dum

D. Auguſt.

Theodoret.

D Iuliani Imperatoris ſæuiſſimi iuſſu ob ludibrio habita idola flagris crudeliſſimè peteretur, nullum dediſſe ſignum doloris. Quod admirati qui aderant, ab adoleſcente quæſiere, cur nullo doloris indicio expoſito quereretur. Reſpondit, ſtatim, atque flagris peti cæpit, vidiſſe circa ſe Iuuenem viſu pulcherrimum, dolorem ſibi omnem auferentem. Porrò huiuſmodi ſuperabundans ſolamen, quod præcipuè erat in parte rationali Martyrum, copioſè adeo ad partem ſenſitiuam diffluebat,

vt

vt dolor, qui in ea parte cauſabatur, vel A ex continui diſciſſione, vel diſſolutione temperamenti, vel ex vtroque capite, mirum in modum minueretur, imò omnino aliquando ſopitus videretur. Verùm animus Deiparæ Filij ſui cruciatibus, & morti præſentis ſecundùm partem principaliter rationalem ſummè angebatur. Neque obſtat, quòd diuerſas ob rationes maximè etiam gauderet eodem tempore, vt infra aſſeremus: tale enim gaudium dolorem nihilò minorem reddebat. Quod inſinuatur ex illis verbis paulò ante citatis: *Magna eſt velut mare contritio tua: quis medebitur tui?* & Threnorum 1. *Idcirco ego plorans, & oculus meus deducens aquas, quia longè factus eſt à me conſolator.* Quòd ſi B diuinitùs factum eſt, vt in Chriſto nullo ſolamine imminuta fuerit doloris, quem in paſſione ſuſtinuit, acerbitas; ita & dolorem, quem B. Virgo ſuſtinuit in compaſſione, nulla conſolatione, aut gaudio imminutum fuiſſe credi poteſt. Præterea Martyres dolorem percipiebant in carne, quam peccati fomitem nutrientem, ſemperq; aduerſus ſpiritum concupiſcentem agnoſcebant; vnde meritò illam odio habebant, & conſequenter ex eius caſtigatione, & vulneribus non adeo graui dolore afficiebantur. Sed B. Virgo idcirco cruciabatur, quia videbat ſanctiſsimam, prorſuſq; immaculatam Filij ſui carnem, hypoſtaticè vnitam ipſius diuinitati, à C carnificibus percuti, laniari, excoriari. Adde quòd Martyres naturali tantummodò amore corporalem vitam, quam amittebant, adamabant: B. Virgo vitam, quam à Filio ſuo eripiebant impij tortores, naturali, morali, & ſupernaturali amore pluribus ex titulis proſequebatur. Plura, quæ ad hanc conluſionem corroborandam faciunt, adducentur infra, cùm cauſas, quæ Deiparæ dolorem augebant, recenſebimus.

Threnor.

Collige quàm meritò B. Virgo appelletur *Martyrum decus* à S. Ephrem orat. ad Virginem; ab Eccleſia *Regina Martyrum*; & à quibuſdam Patribus *plusquam Martyr*: ſic illam nominat S. Hildephonſus D ſerm. 2. de Aſſumpt. *Tunc*, inquit, *plusquam Martyr fuit, quia animo non minus amoris, quàm mæroris gladio vulnerata fuit*: & Sophronius apud Hieron. tom. 4. epiſt. 10. *Quia ſpiritualiter, & atrocius paſſa eſt gladio paſſionis Chriſti, plusquam Martyr fuit*: ita etiam appellatur à D. Bernardo ſermone, qui incipit, *Signum magnum*.

B. V. Martyrũ decus, & plus, quàm Martyr.

S. Hildephonſus.

Sophron.

S. Bernard.

QVAESTIO VII.

Vtrùm Beata Virgo paſſa ſit ſpaſmum in paſſione Chriſti.

PRO parte affirmatina eſſe videntur grauiſſimi Authores. D. Bonauent. in meditat. vitæ Chriſti c. 77. *Cernens*, inquit, *eum oneratum ligno tam grandi, quod primò non viderat, ſemimortua præ anguſtia facta eſt, nec verbum dicere potuit*. D. Anſelm. dial. de paſſione Domini Virginem ſic effantem introducit: *Cùm veniſſent ad locum Caluariæ ignominioſiſſimum, nudauerunt Ieſum filium meum totaliter veſtibus ſuis, & ego exanimis facta fui*. D. Bernard. de lament. Virgin. *Iuxta crucem Chriſti ſtabat emortua Mater, quæ ipſum è Spiritu Sancto concepit: vox illi non erat, quia dolore attrita tacens pallebat; quaſi mortua viuens, viuebat moriens, moriebatur viuens, nec mori poterat, quæ viuens mortua*. Suffragantur Ioannes Lanſpergius lib. elucidationis in paſſionē Chriſti, B. Lauren. Iuſtinian. lib. de triumphali agone cap. 21. Aranda tract. 1. c. 14. Dionyſius Carthuſ. in cap. 19. Ioannis, Lodulph. in 2. p. vitæ Chriſti cap. 64. & 70. Malonius in elucidat. Stigmatum ſacræ Sindoni impreſſorum cap. 17. & alij. Accedunt Reuelationes S. Brigittæ, quæ id ipſum conſtanter videntur aſſerere: ſermone angelico cap. 18. hæc habentur. *Videns deinde Mater Filium ſuum in cruce crudeliter extendi, in omnibus corporis ſui viribus cæpit tabeſcere: audiens verò malleorum ſonitum, quando Filij manus, & pedes ferreis clauis perforabantur, tunc, omnibus Virginis ſenſibus deficientibus, ipſam in terram velut mortuam doloris magnitudo proſtrauit*: ſimilia videre eſt lib. 1. cap. 10. lib. 2. cap. 21. lib. 4. cap. 70. & lib. 7. cap. 15. Idem teſtet harum Reuelationum commentator Conſaluus Durandus lib. 4. in notis cap. 70. Præterea Caietan. in opuſc. de ſpaſmo Virginis in fine 2. tom. opuſcular. recenſet, feſtum fuiſſe celebratum in memoriam ſpaſmi B. Virginis cū octaua: & Conſaluus citat. refert, ab his, qui loca terræ ſanctæ luſtrarunt, renunciatum fuiſſe, quòd iuxta Caluariæ montem templum erat, cuius adhuc veſtigia ſuperſunt, ſub nomine S. Mariæ de Spaſmo, quo in loco Virginem Filio crucem geſtanti occurriſſe,

Opinio affirmatiua.

D. Bonau.

D. Anſelm.

D. Bernard.

Ioann. Lanſpergius, B. Laur. Iuſt. Aranda, Dionyſ. Carthuſ. Lodulphus, Malonius, Reuel. S. Brigittæ.

Conſaluus Durandus, Caietan.

Digitized by Google

corruiſſe, ibiq; præ doloris acerbitate quaſi exanimem in terram corruiſſe tradunt. Adde imagines Virginem præ dolore lapſam repræſentantes. Imò congruum hoc videbatur Virginis deſiderio, quo tenebatur, mortis ſubeundæ, vt ſeſe in omnibus dilectiſſimo Filio conformaret: vnde, quia mortem tunc nequibat oppetere, imaginem ſaltem mortis, quæ ſpaſmus eſt, debebat appetere, & pati. Fauet in hoc Arnoldus Carnotenſis de verbis Domini, qui Virginem, vt dictum eſt, affirmat maximo vnà cum Filio mortis obeundæ deſiderio conflagraſſe; hæc enim habet explicans illa verba, *Mulier ecce filius tuus: Chriſtus carnem, Maria immolabat animum: optabat quidem ipſa ad ſanguinem animi & carnis ſuæ addere ſanguinem, &c. eleuatis in cruce manibus, celebrare cum Filio ſacrificium veſpertinum, & cum Domino Ieſu corporali morte redemptionis noſtræ conſummare myſterium.*

Arnold. Carnot.

Partem negatiuam tuentur Clytouæus homil. de ſtatione Virginis iuxta crucem, Medina 3. p. quæſt. 27. art. 4. Caietan. tom. 2. opuſcul. quæſt. vlt. Ianſen. in concord. Euangel. Suarez in 3. p. to. 2. diſput. 4. ſect. 3. & diſput. 41. ſect. 2. Toletus in c. 19. Ioan. qui oppoſitam partem putat improbabilem, Ribera in Euang. Ioan. cap. 19. qui hanc partem probabiliorem putat.

Pars negatiua. Clytouæus, Medina, Caiet. Ianſen. Suar. Toletus, Ribera.

Notandum ex communi Phyſicorum doctrina, ſpaſmi triplex genus aſſignari poſſe. Primi generis ſpaſmus eſt ille, qui tunc euenit, quando dolor eſt ita intenſus, vt, partibus corporis internis conſtipatis, & frigore diffuſo, obrigeſcant, & contrahantur nerui, eaq; fiat temperamenti diſſolutio, vt, organis internorum ſenſuum perturbatis, ſenſibusq; etiam externis ſpiritibus deſtitutis, rationis, & ſenſuum vſus in homine ſuſpendatur, quo poſtea recuperato, aliquo tamen tempore perſeuerat languor: & hic propriè, & verè ſpaſmus dicitur. Secundi generis ſpaſmus eſt, cùm dolor non eſt ita intenſus, ſed tamen adeo acerbus, vt in omnibus cum primo conueniat, excepta neruorum contractione, & contorſione. Tertij generis ſpaſmus eſt dolor & ille ingens, quo, frigeſcentibus membris, naturaliq; vigore deſtitutis, ſic vires debilitantur, vt corpus ſuſtentare nequeant, vſus tamen rationis, & ſenſuum non amittitur.

Quot genera ſint ſpaſmi.

Dico primò, in B. Virgine primi, & ſecundi generis ſpaſmum nullo modo eſſe admittendum. Probatur primò ex verbis Ioannis cap. 19. *Stabant autem iuxta crucem Ieſu Mater eius, &c.* quæ, vt benè perpendunt Medina, Caiet. & Suar. citati, efficaciſſima ſunt ad hanc veritatem comprobandam. Si enim eo tempore ſtabat Virgo, quo in maioribus erat cruciatibus Filius, non video quomodo potuerit alio aliquo paſſionis tempore pati eiuſmodi ſpaſmum. Probatur ſecundò, quia talis ſpaſmus, qui ſenſuum, & rationis vſum adimit, ſi admitteretur in Virgine, plurimùm eius excellentiæ derogaret, quæ cùm tanta fuerit, vt ipſa Virgo nec caruerit vſu rationis in materno vtero, imò illi à primo Conceptionis momento ex ſingulari priuilegio illuxerit, vt diximus in cap. de immaculata Conceptione quæſt. 13. incredibile omnino eſt, quòd maturam ætatem aſſequuta tali rationis vſu caruerit eo tempore, quo potiſſimùm idem rationis vſus adhibendus erat ad perſeuerãter perpendendum opus humanæ redemptionis, quod tunc perficiebatur, & immenſum amorem Redemptoris Chriſti erga genus humanum tunc maximè efferueſcentem contemplandum. Præterea quis ſibi poterit perſuadere, eo tempore, quo plurima offerebatur Virgini meritorum ſeges, quo æterno Patri in hominum ſalutem deuouendus Filius, quo fortitudinis, ſummiſſionis, ac propriæ in diuinam voluntatem reſignationis, aliarumq; virtutum in fidelium, & aliorum exemplum exhibenda erant experimenta, rationis vſum Virgini fuiſſe interclusum? Quælibet ſanè vel exigua temporis morula, qua ſuſpenſa fuiſſet Virgini promerendi facultas, meritum illi maximum ſubripuiſſet, vt patebit ex dicendis tom. 2. in cap. de merito Deiparæ. Confirmatur ex ſententia eorum, qui aſſerunt, charitatem B. Virginis in Deum talis fuiſſe eminẽtiæ, vt illius actuale exercitium ſemper à primo conceptionis momento in illa continuum fuerit abſque vlla vllius generis interruptione: quam ſententiam & nos ſuo loco fuſiùs proſequemur. Facient etiam pro hac concluſione quæ ſubijciam in ſequenti. Igitur

Concluſio prima. In B. Virgine ſpaſmus primi, & ſecũdi generis non admittitur. Ioann.

Dico ſecundò, B. Virginem ne ſpaſmum quidem tertij generis paſſam eſſe, hoc eſt neque fuiſſe adeo præ dolore debilitatam, vt, deficientibus corporeis viribus, in terram corruerit. Probatur primò ex præcitatis verbis Ioan. 19. *Stabant iuxta crucem, &c.* Si enim ſtabat, vt ſupra diximus, tunc, cùm immanioribus compaſſionis ictibus concutiebatur, quis credet, alio illam paſſionis tempore corruiſſe? Nec valet euaſio Conſalui ſupraadducti, dicentis cum Salmerone lib. 10. tract. 41. fieri potuiſſe, vt corruerit in terram B. Virgo à principio erectæ crucis, poſtea verò ſteterit: non, inquam, hoc ſubſiſtit, tum quia qui ſic deficiunt ob doloris vehementiã, non ita ſtatim vires recuperant ad ſtandũ, maximè

Concl. ſec. In B. V. nec tertij generis ſpaſmus admittendus. Ioann.

maximè cùm non modò non minuitur, ſed creſcit motiuum doloris, quod in re noſtra accidit; quò enim Chriſtus magis in cruce perſeuerabat, maiores fiebant eius dolores, qui obiectum triſtitiæ erant Virgini: cùm etiam quia, ſi, qui ob vehementem dolorem ſie deficiunt, paruo interiecto temporis ſpatio, vires reaſſumunt, id accidit, quia, cùm primos motus non habeant in ſua poteſtate, facilè ad primos ſubiti doloris impetus deijciuntur; quod in Virgine non habebat locum, non enim in ea erant motus primò primi, vt elucidabimus quæſtione ſequenti. Probatur ſecundò, quia, ſi B. Virgo ſic corruiſſet, nõ ſine nota remanſiſſet eius conſtantia; ſed, cùm hæc in Virgine heroica, omniq; ex parte perfecta debeat admitti, admittendum non eſt id, quod illam reddit imperfectam. Probatur tertiò ratione vniuerſaliſſima, quæ pro alijs B. Virginis affectibus valde eſt notanda. Ratio hæc eſt, quia neceſſariò admittenda videtur virtus diuina, qua, dum B. Virgo per appetitum ſenſitiuum amabat, triſtabatur, gaudebat, &c. illa corporei temperamenti alteratio, quæ occaſione huiuſmodi affectuum vehementiſſimorum ſolet in nobis excitari, in ipſa Virgine vel impediretur, vel ſaltē cohiberetur intra fines illius ſymmetriæ, & proportionis, quæ conſuetas corporis vires non eneruat, illiusq; ſanitatem non deturbat. Hanc virtutem ſubodoraſſe videtur Suar. tom. 2. in 3. p. diſput. 40. ſect. 2. vbi loquēs de Virginis dolore hæc habet: *Quòd ſi neceſſarium fuit, etiam diuina virtus, & gratia interceſſit, quæ & robur, ac vires corpori adderet, & humores corporis quaſi contineret, ne præ doloris acerbitate nimiùm commouerentur.* Hoc Virginis priuilegium agnouiſſe videtur Cyprian. dum ſerm. de Natiu. c. 2. ait: *Legem carnis Virginem non infeſtaſſe, nullamq; rebellionem afflixiſſe ſpiritus quietem*; Aretas in c. 12. Apocal. dum appellat puram Mariam, à terrenis rebus liberam, & alienam, & in terris Angelis æqualē: & Ioan. Geometra hymno 2. *Salue, inquiēs, cælum exultans, & ſine flatibus, illis affectus expers*: cùm. n. mēs iſtius Auctoris eſſe non potuerit, quòd affirmare intenderit, Mariam ſine affectibus fuiſſe, quia neceſſariò conſequuntur naturam humanam, ſanè intelligenda erit iſta particula, *affectus expers*, de affectu cū commotione corporis inordinata; & conſequenter hic, & alij, quos præcitauimus, Auctores intellexiſſe videntur in Virgine virtutem quamdam diuinam, qua ſemper in eius fuit poteſtate, dum affectus eliciebat, cohibere inordinatam quamlibet cōflictantium qualitatum, & humorū in cor-

(Margin: Suar. — D. Cyprian. — Aretas. — Ioann. Geometra.)

A pore alterationem. Fundamentum præcipuum, quo potiſſimùm innitor in aſſerenda in B. Virgine hac diuina virtute ex priuilegio, eſt ordo ſuauis, quo diuina ſapientia, ac prouidētia omnia diſponit. Etenim, ſi datur neceſſariò amor Dei in Virgine vehementiſſimus etiam in appetitu ſenſitiuo maior omni quouis omnium creaturarum amore, ſummum gaudium, dolor pluribus in occaſionibus extremus; cùm huiuſmodi affectus in tali vehementia ſoleant ob corpoream commotionem, quā excitant, vitam eripere, vel ſaltem corporearum virium deliquium afferre, valetudinem deprauare, variaſq; inducere ægritudines; quis non videat, quòd exigebatur à diuina

B prouidentia modus aliquis, quo hi in Virgine affectus ſuos illos effectus continerent in humorum, ac qualitatum concitatione, ne, dum vehementer amabat (quod erat illi aſſiduum) dum vehementer gaudebat, vel dolebat (quod pluriès illi eueniebat) vel moreretur, vel viribus conſternatis infirmaretur? Quòd verò ex amore infirmetur corpus, & diſſoluatur temperamentum ad proſperam valetudinem ac robur conſeruandum neceſſarium, liquet: amore etenim efferueſcente, ſpiritus à corde ſtatim aduolant ad cerebrum, & ſimulacrum, ſeu phantaſma obiecti amati deferunt phantaſiæ: continuò autem, huiuſmodi ſpiritibus il-

C luc accurrentibus, & reſolutis, cor radix vitæ paulatim amittit robur; & quia ſpiritus, qui ſic reſoluuntur, ſunt ex ſubſtantia ſubtilioris ſanguinis, remanet in amantis corpore ſanguis tantùm craſſior, qui ſolet ægritudines progignere: ex quo fit, vt purgatiori ſanguine viduata facies, cæteraq; corporis membra, pallore, ac macie operiantur, tremereque, ac quandoque nutare cernantur. Præterea, ſicut ex illo accurſu ſpirituum vitalium ad phantaſiam, quæ in conſiderando amati obiecti ſimulacro detinetur, incaleſcit cerebrum; ita neceſſe eſt, vt frigeſcant partes inferiores, ac præcipuè ventriculus, quo frigeſcente, male concoquitur

D cibus; ex cibo autem male concocto gignuntur humores inhabiles ad corporeæ valetudinis proſperitatem conſeruandā, proniq; ad febres, aliaq; ægritudinum genera excitanda. Gaudium verò, ſeu delectatio efficit, vt cor dilatetur, ſanguis diffundatur, & ſpiritus ad cætera membra confluant; vnde, ſi vehemens ſit lætitia, ex hac nimia dilatatione, ac ſpirituum diffluentia, proportionata corporis ſymmetria diſſoluitur, & quandoque etiam, vt pluribus accidit, mors repentina obuenit. Oppoſitum

ſequitur ex dolore, ſeu triſtitia: quæ enim ex gaudio nimis vehementi dilatantur, ex vehementi triſtitia nimis coarctantur; ex quo fit, vt, calore ſic intus adacto, membra frigeſcant, langueant, atque deijciantur: quòd ſi motus ſit lentior, non niſi tẽporis ſucceſſu mortem infert; ſi violentior, vehementi frigore repentè concitato, ſtatim calor naturalis extinguitur. Sic diſcurrendum de alijs affectibus.

Refelluntur contraria. Supereſt, vt reſpondeamus adductis à principio quæſtionis pro contraria parte.

Ad citata Patrum, & Reuelationũ verba dico, illa eſſe intelligenda non ſecundùm rigorem, ſed ſecundùm quemdam loquendi modum, quo ſæpe vtimur ad exprimendum aliquem vehementem affectum. Sic Virgil. ecloga 8. ad indicandum amorem magnum ex aſpectu ortum dixit: *Vt vidi, vt perij*. Et nos etiam ſimilibus loquendi formulis vtimur ad explicãdum intenſum aliquem affectum: ſic dicimus, præ admiratione extra me exij; præ dolore mortuus remanſi; ex cruciatu morior, deficio, &c. Talis etiam loquendi modus apparet in ſupra relatis verbis D. Bernardi: *Quaſi mortua viuens viuebat moriens, moriebatur viuens*. Adde, quò ad Reuelationes S. Brigittæ, ita intelligendas eſſe, vt non pugnẽt ad inuicem: vnde, cùm lib. 6. c. 57. ipſarum Reuelationum habeamus, quòd B. Virgo in omnibus tempore paſſionis ita ſe geſſit, vt in nullo leuitatis, aut impatientiæ poſſet notari; *Quoties audiui opprobria Filij mei, & mendacia, & inſidias ei poſitas, toties animus meus motus eſt dolore ita, quòd vix tenere ſe poterat; ſed virtute Dei dolor meus modum, & honeſtatem habuit, ne impatientia, aut leuitas in me notaretur*: & paulò poſt: *Sic patienter ſuſferens, vt nec inimici, nec alij in me aliud reperirent, niſi grauitatem*: ita explicanda ſunt verba, quæ ab initio attulimus, & alia eiuſmodi, vt ſaluetur, à nemine Virginem notari potuiſſe leuitatis, aut inconſtantiæ, ſed potiùs ipſius grauitatem cunctis eluxiſſe admirabilem. Vnde nõ ſunt ita ad rigorem reſtringenda verba ipſa, vt admittatur in Virgine deliquium, vel rationis, vel virium, aut lapſus in terram, &c. licèt præallata verba quid ſimile, ſi ſtrictè ſumantur, ſonare videantur.

Virgilius.

Reuel. S. Brigittæ.

Ad id, quod attulimus ex Caiet. nempe feſtum fuiſſe antiquitùs celebratũ in memoriam ſpaſmi B. Virginis, reſpondeo, nomen ſpaſmi ſic fuiſſe adhibitum, vt Mariani doloris acerbitas, quæ vix humano explicari poteſt eloquio, ſignificaretur, non autem vt verè, & propriè ſpaſmum perpeſſam fuiſſe Deiparam intelligeretur; ad quid enim memoriam imperfectionis corporeæ, qualis eſt ſpaſmus, celebrarent?

Idem reſpondetur ijs, qui referunt, templum ſub nomine ſpaſmi B. Virginis fuiſſe prope Caluarium; neque enim nomen illud ſpaſmi in rigoroſa ſignificatione accipiendum eſt, ſed pro acerbiſſimo dolore, ſicut & nos ad exprimendam vim doloris, quem ſenſimus, conſueuimus dicere, ſpaſmo occupatus ſum, &c.

Ad imagines, quæ circumferri ſolent, repræſentantes Virginem præ compaſſionis dolore corruentem, ritè reſpondet Carthagena tom. 3. lib. 12. homil. 7. his verbis: *Tandem nihil obſtat quorumdam pictorum imperitia, qui non aliter nouerunt Virginis dolorem exprimere, quam iacentem, & exanimem in terram depingentes: huiuſmodi enim picturæ, me præſente, Romæ mandato Magiſtri Sacri Palatij Apoſtolici iuſſæ fuerunt expungi, vtpotè derogantes magnanimitati, & fortitudini Beatæ Virginis*.

Carthagena.

Ad poſtremam rationem, quam nos ſuperioribus vltrò addidimus, reſpondeo, quòd, licèt mori vnà cum Filio appeteret Virgo, non tamen ſpaſmum mortis imaginem, vel exoptare debebat, vel pati, tum quia eiuſmodi ſpaſmus inuoluebat leuitatem, inconſtantiam, & puſillanimitatem, pro quibus euitandis mortem imò libentiùs oppetiiſſet; cùm etiam quia ſciebat, ſe, ſi ſpaſmo primi generis occuparetur, merito cariturum. Quòd ſi dicas, illũ debuiſſe Filio ſuo dolenti ſe conformare, atque adeo ſpaſmum pati in appetitu ſaltẽ ſenſitiuo, reſpondeo, imò magis idcircò ſpaſmum Virgini euitandum fuiſſe, vt in eius appetitu ſenſitiuo dolor continuaretur: proprium enim eſt ſpaſmi talem inducere ſenſuum defectionem, vt, illa durãte, ſopitus remaneat ſenſus, atque adeo dolor actu ab eo non percipiatur.

QVAESTIO VIII.

Vtrùm in B. Virgine dolor appetitus ſenſitiui ex paſſione Chriſti fuerit arbitrarius.

QVONIAM videtur eadem ratio philoſophandi de affectu doloris in appetitu ſenſitiuo, ac de cæteris affectibus, vt gaudij, amoris, &c. ideo vniuerſaliter hic examinabimus, an B. Virgini cõceſſa eſſet ex ſingulari priuilegio ea facultas, qua eius voluntas intimare poſſet, tãquam domina, appetitui ſenſitiuo, vt doleret,

leret, vel non doleret; gauderet, vel non gauderet; amaret, vel non amaret, &c. A

Gerſon. Terigit hanc quæſtionem Gerſon tract. 5. ſuper *Magnificat* not. 1. vbi: *Eſt autem*, inquit, *conquiſitio ſpecialis de pulcherrima, & ſpecioſiſſima mulierum Maria, ſi motus ſuos omnes habuerit in ſua poteſtate, & quouſque; vtrùm, videlicet, non potuerit non dolere, viſa morte Filij*.

Notandum, in hac, & alijs huiuſmodi quæſtionibus ſic eſſe procedendū, vt ſemper ſaluentur ea, quæ propria ſunt naturæ humanæ in creato ſuppoſito ſubſiſtenti, & ſtatus viatorum: erat enim B. Virgo, & perfectum humanæ naturæ indiuiduum, &c, quandiu degit in hac mortali vita, viatrix. Cognitis autem his, quæ eſſe potuerunt in B Virgine, ſalua perfecta humanæ naturæ integritate, antequam quidquam factum fuiſſe affirmemus, ſi quæ ſunt Patrum, ac Doctorum auctoritates, conſulendæ; ſi quæ rationes, inueſtigandum: quò enim plures, ac grauiores ſunt auctoritates, quò plures, ac validiores ſunt rationes, maior in affirmando probabilitas deſumenda eſt.

Concluſio prima. Dico primò, ſalua integritate naturæ humanæ, & ſtatus viatorum, fieri potuiſſe, vt B. Virginis voluntas ſic dominaretur appetitui ſenſitiuo, vt, illa imperante, hic moueretur, & non moueretur, illa non imperante. Hæc concluſio ſatis claret ex dictis in cap. de immaculata Concept. q. 13. C vbi adnotauimus in ſtatu innocentiæ hūc inter alios effectus iuſtitiæ originalis, perfectam, ſcilicet, ſubiectionem appetitus ſenſitiui imperio voluntatis (de qua re videri etiam poteſt Suar. lib. 3. de opere ſex dierum cap. 12.) ſed in ſtatu innocentiæ talis ſubiectio nullo pacto derogabat perfecto ſtatui humanæ naturæ, ac viatorum; ergo nec derogabat in Virgine. Suar.

Concl. ſec. Dico ſecundò, appetitum ſenſitiuum Virginis non fuiſſe ita ſubiectum imperio voluntatis ipſius Virginis, vt præſente obiecto grato, ac conuenienti ſenſibus externis, poſſet ipſo voluntatis imperio impediri eiuſdē appetitus ſenſitiui delectatio. Quare, applicata guſtui re grati ſaporis, D odoratui re odoroſa, auditui ſuaui concētu, oculis re pulchra, & eleganti, tactui obiecto proportionato, appetitus ſenſitiuus Deiparæ detineri non potuiſſet, quin delectaretur. Idem dicendum de dolore; neque enim potuiſſet appetitus Virginis ſenſitiuus non dolere, applicato ſenſibus externis obiecto diſconuenienti, & afflictiuo, vt applicato manui vehementi calore, aut frigore, aut rudi, & aſpero indumento corpori: ita diſcurrendum de cibo amaro applicato guſtui, diſſonantia auditui, &c.

Aduertit hoc bene Gerſon ſuper *Magnificat* tract. 5. not. 1. his verbis: *Anima Mariæ, dum viatrix erat, cogebatur neceſſitate naturali multa pati contra naturalem inclinationem ſuam, ſed non contra rationem, vel ſpiritum: fuit iſte ſtatus Mariæ ſingularis inferior, quam ſtatus Beatorum, & Chriſti, dum mortalis erat; fuit ſuperior ad alterum cuiuſlibet hominis viatoris ſtatum*. Gerſon. Quare B. Virgo aeris intemperiem, viarum labores, itinerum difficultates, noctis excubias, famis, & ſitis cruciatus, & alia huiuſmodi incommoda, reluctante naturali inclinatione, patiebatur, præuia tamē talium afflictionum directione ad Dei gloriam, virtutum exercitium, & proximorū vtilitatem. In hoc autem B. Virgo Chriſto fuit inferior: ille enim, etiam applicatis externis ſenſibus obiectis iucundis, vel afflictiuis, poterat adhuc delectari, & non delectari, affligi, & nō affligi, vt paſſim docent Scholaſtici cum D. Thoma. Ratio D. Thom. autem præpoſitæ noſtræ cōcluſionis deſumitur ex connexione, quam habet appetitus ſenſitiuus cum ſenſibus externis; quo fit, vt, applicato obiecto conuenienti, vel diſconuenienti ſenſibus externis, non poſſit appetitus ſenſitiuus non haurire ex illo delectationem, vel afflictionem. Etenim tunc durat aliqua alteratio corporis, qua durante, non poterat B. Virginis voluntas actum phantaſiæ impedire, quia phantaſia eſt potentia, quæ neceſſariò agit, quando à ſuo obiecto actu mouetur; ſtante verò actuali phantaſiæ iudicio, etiam appetitus ſenſitiuus neceſſariò operabatur, vt videbimus ſequenti concluſione. Quomodo autem, poſitis huiuſmodi actibus appetitus ſic operantis, nullum eſſet illectamentum neque ad veniale piaculum, patet ex dictis in cap. de immaculata Conceptione quæſt. 9. not. 4. & quæſt. 16. concl. 2.

Concl. tert. Dico tertiò, exiſtente in B. Virginis phātaſia actuali, & abſoluto iudicio de conuenientia obiecti, vel diſconuenientia, nō potuiſſe voluntatem eiuſdem Virginis imperare appetitui ſenſitiuo, vt nō operaretur circa tale obiectum. Ratio eſt quia appetitus ſenſitiuus ex ſe eſt potētia naturalis, & neceſſariò agens, vnde, ſi habet obiectū debitè applicatum, neceſſariò circa illud operatur: habet autem obiectum debitè applicatum per actuale, & abſolutum iudicium phantaſiæ: nam, ſicut appetitus rationalis mouetur cognitione ſpirituali ſibi proportionata, ſic appetitus ſenſitiuus mouetur cognitione materiali ſibi item proportionata. Confirmatur à ſimili: nā, applicato obiecto ſenſui tactus, & ablatis impedimentis, non poterat Virginis volūtas imperare, vt ſenſus tactus nō ſētiret obie-

ctum applicatum, vt etiam, applicato viſui obiecto, & remotis impedimentis, non poterat voluntas Virginis imperare, vt non videret. Dixi, abſoluto iudicio, quia, quando phantaſia non perfectè apprehendit, & conſiderat obiectum, tunc non ſequitur motio in appetitu, quia tunc non ſufficienter proponitur obiectum.

Cōcl. quarta. Dico quartò, magna cum probabilitate affirmari poſſe, quòd B. Virgo ex ſingulari Dei priuilegio habuerit, vt, quando eius appetitus ſenſitiuus erat operaturus per ſolam phantaſiæ cōſiderationem, ſeclusa corporis læſione, aut alteratione cauſata ab obiectis externis ſenſibus applicatis, ipſa ſuo voluntatis imperio poſſet phantaſiam excitare, vel excitatam eò perducere, vt illud abſolutum phantaſiæ iudicium conſtitueretur, vel non conſtitueretur, quo poſito, appetitus ſenſitiuus operatur, & ſine eo non operatur: & in hoc ſenſu dici poteſt, appetitum ſenſitiuum B. Virginis fuiſſe ſub imperio voluntatis. Dixi ex ſingulari Dei priuilegio, nam in nobis non ſolùm voluntas non poteſt ſuo imperio auferre apprehenſionem imaginationis, ſeu phantaſiæ iudicium, & conſequēter nec omnem appetitus ſenſitiui actum prohibere; quando ad præſentiam obiecti ſenſibus externis applicati immutatur corporis temperamentum, quâ mutatione perſeuerāte, actu mouetur phantaſia, & conſequenter appetitus ſenſitiuus operatur: ſed nec poteſt eadem voluntas noſtra depellere ipſam interiorem imaginationis, ſeu phantaſiæ vehementem motionem, quæ ſæpe fit per ſolam naturalem humorum alterationem, & ſpirituum vitalium agitationem, vel miniſterio alicuius extrinſeci agentis, Angeli, vel Dæmonis, humores, & ſpiritus vitales, & animales excitantis, & commouentis: & conſequenter nec tunc impediri poteſt imperio ipſius volūtatis noſtræ actus appetitus ſenſitiui. Quare ſingulare Dei priuilegium vtique fuit, quòd talis imaginationis impulſus non fuerit, ſicut in nobis, ita effrænis in Virgine, ſed habenis imperantis voluntatis cohiberetur. Hæc concluſio ſic explicata probari

Andr. Cret. poteſt primò auctoritate Andreæ Cretenſ. homil. 2. de Aſſumpt. hæc habentis. *Quòd autem ita viueret, vt non haberet omnino eaſdem, quas nos, proprietates, erat proprium eius, quæ illi cum Deo intercedebat, propinquitatis. Quin etiam aperta eſt quoque probatio ſummæ eius impaſſibilitatis; quid enim ex his, quæ ſunt longè maxima, non in ea proceſſit cum maxima virtutis abundantia?* & orat. in Annunciat. Deiparæ: *Vmbraculum ineffabile per ſe efficax in ipſa pro Incarnationis ratione, ſecundùm quam inuiolabiliter corporis templum in libero a paſſionibus Virginis vtero, omni expurgata materiali moleſtia, & affectione.* Perpende hæc vltima verba: *expurgata, &c.* quibus indicatur id, quod nos concluſimus, ſubiectum, ſcilicet, fuiſſe appetitum ſenſitiuum rationi. Suffragantur nobis & alij, qui dicunt, appetitum ſenſitiuum in B. Virgine fuiſſe ſemper rectæ rationis præſcripto rectum ita, vt non ſolùm moueretur, quando à ratione imperabatur, ſed non moueretur, niſi à ratione imperatum eſſet, vt expreſsè tradit Medina in 3. par. quæſt. 27. art. 4. concluſ. 2. & Aegid. lib. 4. de effectis gratiæ Virginem præſeruantis quæſt. 2. art. 10. Patrocinantur & Patres quotquot admittunt in Virgine fomitem fuiſſe extinctum, quorum aliqui à primo Conceptionis momento, affirmant, id illi fuiſſe ex ſingulari priuilegio conceſſum, alij tunc tantùm, quando Chriſtum concepit (hos retulimus in capite de immaculata Conceptione, vbi prioribus adhæſimus): effectus enim extincti fomitis fuit, vt talis eſſet diſpoſitio virium animæ in ipſa Virgine, quòd inferiores vires numquam mouerentur ſine arbitrio rationis, vt rectè notat D. Thomas 3. par. quæſt. 27. art. 3. in corpore. Et quidem quòd phantaſiæ imaginatio excitata in B. Virgine poſſet ab ipſa retineri, ne progrederetur ad conſtituendum abſolutum illud phantaſiæ iudicium; quo poſito, mouetur appetitus ſenſitiuus, videtur innuere Gerſon ſuper *Magnificat* tract. 5. not. 1. vbi ait: *Anima Mariæ, dum viatrix erat, potuit apprehendere tentationes forinſecùs immiſſas, ſicut anima Chriſti, ſed nullo modo fuiſſet mota paſſionabiliter per eas abſque iudicio rationis: Poterat ſanè eas protinus dijudicare, atque repellere; poterat non moueri ſecundùm eas ad libidinem, vel ad irā, vel ad ſuperbiam, ipſis etiam in apprehenſione durantibus.* Fauet Tolet. in cap. 1. Lucæ annot. 74. vbi, quamuis dicat expreſſam Patrum doctrinam pro hac re non extare, probabile tamen, & rationi conſentaneum opinatur, quòd B. Virgini fuerit conceſſum, vt omnes ipſius affectus in ſua eſſent poteſtate, & liberi. Rationes autem, quas ſubdit, hæ ſunt: Vt Mater, quantum fieri poſſet, Chriſto filio eſſet ſimilima ita, vt, ſicut Chriſtus affectus habebat liberos, quia Deus erat, Virgo liberos eoſdem haberet ex priuilegio: & præterea quia, cùm hi affectus in nobis rationem præueniant, & ſint inuoluntarij, ob contractum peccatum originale; in Virgine, quæ immunis fuerat ab illius labis contractione, nec debebant rationem

Medina, Aegidius. D.Thom. Gerſon. Tolet.

præuenire, nec eſſe inuoluntarij. Probatur alia ratione, quia, poſito quòd B. Virgo erat præſeruanda à quacumque vel leuiſſima venialis culpæ macula (quod eſt certum, & de fide tenendum) ſanè tale priuilegium videbatur medium aptiſſimum.
Gerſon. Quod perpendit Gerſon ſuper *Magnificat* tract. 5. not. 1. vbi poſt, quàm præmiſit, quòd anima Mariæ, dum viatrix erat, ita fuit magnificata, vt in nullo moueretur contra iudicium rationis, & ſpiritus, ſubdit: *Conſequitur hæc veritas ex dictis Patrum ponentium, ipſam nullatenus venialiter deliquiſſe, quod ſaluari non poſſet, ſi non habuiſſet omnes motus, nedum ſpiritus, & rationis, ſed animæ ſenſualis ſubditos rationi, vel non contrarios, neque præuenientes rationem*. Ex hoc ergo patet quàm rationabiliter B. Virgini aſſeratur fuiſſe conceſſum prædictum priuilegium. Quod etiam confirmari poteſt primò, quia ipſa Virgo electa erat à Deo Magiſtra virtutum, in qua tamquam in exemplari elucceret virtutum omnium perfectio etiam in ipſo vultu, exterioribusq; actionibus,
D. Ambroſ. vt bene notat D. Ambroſ. de Virginit. lib. 2. *Vt ipſa*, inquit; *corporis ſpecies ſimulacrum eſſet mentis, figuraq; probitatis*: ſed ad externos actus ita componendos, vt in eis prædicta virtutum perfectio eluceret, cõgruentiſſimum erat medium omnimoda appetitus ſenſitiui ſubiectio imperio rationis, & voluntatis; ergo optimo cum fundamento aſſeritur prædictum priuilegium. Confirmatur ſecundò: ſi enim certum eſt, ob dignitatem Matris Dei Virgini fuiſſe conceſſum, vt carnis incorruptibilitate gauderet ita, vt nihil contra illam poſſet vermis materialis; cur nolimus, illi alterum hoc priuilegium eſſe conceſſum, quod magis ipſi dignitati conueniebat, vt, ſicut carnem eius ſemper intactam rodere non potuit vermis corruptionis, ita rationem numquam roderet vermis appetitus ſenſitiui, cuius morſus tũc ſentiebat Apo-
Ad Rom. 7. ſtolus, cùm exclamabat: *Sentio aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, &c.*

His diſcuſſis in genere de actibus appetitus ſenſitiui in B. Virgine, ve titulo quæſtionis propoſitæ ſatisfaciamus

Concluſio affirmatiue reſpondens titulo propoſitæ quæſtionis. Dico, in B. Virgine dolorem appetitus ſenſitiui ex paſſione Chriſti fuiſſe arbitrarium; hoc eſt, appetitum ſenſitiuum non eliciuiſſe dolorem, niſi ex præſcripto imperantis voluntatis ita, vt non haberet ille dolor rationem primi motus, qui rationem, ac voluntatem ſolet præuenire. Hæc concluſio patet ex præcedenti, eſtq; velut illius corollarium.

Obiectio. Dices, hoc quidem potuiſſe habere locũ in Virgine, quando meditabatur Chriſti, uel futuram, uel præteritam paſſionem, non autem quando præſens illum in paſſionis doloribus conſpiciebat: tunc .n. ad diriſſimum illud ſpectaculum non poterant eius uiſcera præ materno amore non commoueri; poſita autem, & durante illa corporea commotione, uerbi gratia cordis obſtrictione, eius phantaſia actu mouebatur ab obiecto, qua mota nõ poterat uoluntatis imperium impedire, quin appetitus ſenſitiuus doleret, eſt enim, ut diximus, appetitus ſenſitiuus potentia naturalis, & neceſſariò agit, quando habet obiectum debitè applicatum, habet autem appetitus ſenſitiuus obiectum debitè applicatum, quando phantaſia obiectum à ſe cognitum proponit eidem appetitui ſenſitiuo.

Confutatur. Reſpondeo, nos conſultò hanc ob rem dixiſſe in quarta cõcluſione, ex priuilegio ſingulari fuiſſe conceſſum Virgini, ut ipſa uoluntatis ſuæ imperio, uel phantaſiam excitaret, uel excitatam eò perduceret, ut actuale illud iudicium phantaſiæ conſtitueretur, uel non conſtitueretur, quo poſito, appetitus ſenſitiuus moueretur, & non poſito, non moueretur. Quare, tranſeat quòd B. Virgo, dum Filium ſuum uulneribus ſaucium, atque immerſum doloribus conſpiciebat, ex tali aſpectu interiùs commoueretur; illa tamen commotio non erat adeo uehemens ad determinandam phantaſiam, ut eliceret iudicium abſolutum, quo inducitur appetitus ſenſitiuus ad operandum: unde imperium uoluntatis acceſſit, & ſic appetitus ſenſitiuus, illo iubente, doluit.

Dolor appetitus ſenſitiui ex alio capite in B. Virg. probatur arbitrarius. Addendũ præterea uidetur in hac quæſtione, dolorem appetitus ſenſitiui in B. Virgine ex alio etiam capite fuiſſe arbitrarium, nimirum quando ipſa dolebat ex obiecto propoſito ab intellectu operante abſque conuerſione ad phantaſmate; poterat enim tunc dolorem ex tali obiecto propoſito elicitum ab appetitu rationali ſic retinere in eodem appetitu rationali, ne tranſiret ad appetitum ſenſitiuum; uel etiam poterat non retinere, ſed permittere, ut transfunderetur (& idem dicendum de gaudio, ſeu delectatione; contrariorum enim eadem eſt diſciplina). Ratio autem eſt quia, ſicut illa cognitio ſoluta à phantaſmatum uinculis non communicatur corporeo organo, id eſt phantaſiæ; ita actus uoluntatis eliciens circa obiectum tali cognitione propoſitum nõ communicatur corporeo appetitui, id eſt ſenſitiuo: & patet à priori; tunc enim anima nec intelligit, nec uult ut forma informans corpus, ſed ut ſub-

ſtantia

ſtantia intelligens, & volens. Quòd verò in B. Virgine admittenda ſit aliqua cognitio independens à phantaſmatibus, duplici ex capite affirmari poteſt. Primò ex illa opinione probabiliſſima, quæ commune illud axioma deductum ex Ariſt. 3. de anima tex. 29. quòd intelligentem oporteat phantaſmata ſpeculari, ſic limitat, vt verificetur in communibus, & ordinarijs intellectionibus ita, vt, dum intellectus intelligit obiectum ſuum ſenſibile motiuũ primarium, vtatur quidem phantaſmate; in multis verò intellectionibus eo nõ vtatur; quod patet in his, qui patiuntur ecſtaſim, in qua ſenſus omnes ab omni operatione vacant, & ſolus intellectus, & voluntas proprias operationes exercent. Sic tenent Conimbr. citãtes alios 2. de anim. c.8. quæſt. 8. art. 1. imò Valent. 1. p. quæſt. 6. puncto 3. contendit, operationes intellectus, & voluntatis circa obiecta quædam abſtractiora, vt eſt Deus, Angeli, quidditates rerum, beatitudo, &c. poſſe omnino exerceri ſine vlla præſenti conuerſione mentis ad obiecta ſenſibilia: quare connexio illa intellectus cum phantaſia phantaſiante non eſt ſemper neceſſaria etiam in hac vita, ſed tantùm eſt neceſſaria ad exordium operationum; debet enim priùs excitari ſpecies intelligibilis per phantaſmata, deinde verò excitatus animus ita in contemplatione ſe erigit, vt relinquat phantaſiæ phantaſiantis conſortium. Secundum verò caput aſſerendi, quòd Beata Virgo aliquando in hac mortali vita intelligeret abſque conuerſione ad phantaſmata, eſt ſingulare illud priuilegium illi conceſſum, per quod etiam, quando dormiebat, contemplabatur: quod Patrum auctoritatibus, & rationibus probabimus tom. 2. Quare collige, ſi quando B. Virgo cõtemplabatur Chriſti paſſionem per cognitionem ſine conuerſione ad phantaſmata, potuiſſe tunc illam pro libito dolere, vel non dolere in appetitu ſenſitiuo.

Ariſtot.

Conimbricenſes, Valentia.

QVAESTIO IX.

Vtrùm Deiparæ compaſſio perfectè reſponderit Paſſioni Filij.

NOTANDVM, inter alios amoris effectus admirabiles hunc eſſe præcipuũ, transferre amantem in amatum. Vnde S. Dionyſ. Areopag. cap. 7. de cæleſti Hierarchia: *Amor*, inquit, *amantem in amatum conuertit, & amans amando quodammodo exit à ſe ita, vt anima amantis magis ſit vbi amat, quàm vbi animat:* & de diuin. nomin. cap. 4. *Eſt autem mentis receſſum ecſtaſimq; faciens diuinus amor, amatores ſui iuris eſſe non ſinens, ſed in ea, quæ amant, penitius transferens.* Et Albert. Magn. lib. de adhær. Deo cap. 12. hæc habet: *Trahit enim amor (quia fortis eſt vt mors dilectio) amantem extra ſe, & collocat in amato, faciens ei intimiſſimè adhærere; plus enim eſt anima vbi amat, quam vbi animat, quia ſic eſt in amato ſecundùm propriam naturam, rationem, & voluntatem; ſed in eo, quod animat, tantùm eſt ſecundùm quòd eſt forma.* D. Auguſt. inſuper tom. 9. tract. 2. in epiſt. Ioann. *Talis*, ait, *eſt quiſque, qualis eius dilectio eſt: terram diligis? terra eris: Deum diligis? quid dicam? Deus eris.* Fuit hæc doctrina celebris etiam apud Antiquos: vnde aliquando perſonam amatam appellabant *dimidium animæ*. Horat. lib. 1. ode 3.

D.Dionyſ.

Albert. Magnus.

D. Auguſt.

Et ſerues animæ dimidium:

& in prouerbio erat, *Amicus alter ego*, vt teſtatur Ariſtot. lib. 9. ethic. cap. 4. Plura exempla adduci poſſent pro hac re, vt de Alexandro, & Epheſtione (vide Curtium lib. 3.) de Iacob, & Beniamin (Geneſ. 44.) de Ionata, & Dauid (1. Reg. 18.) Porrò quò amor eſt intenſior, eò transformatio amãtis in amatum eſt perfectior. Hoc notato,

Horatius.

Ariſtot.

Curtius. Geneſ. Reg.

Dico, omnia vulnera, omneſq; dolores Chriſti patientis Matrem condolentẽ intimè excruciaſſe ita, vt nullus fuerit in Filio afflictionis ictus, qui Matris animam ſimul non transfigeret. Probatur primò ex Reuelat. S. Brigittæ lib. 1. cap. 6. vbi ſic Virgo loquitur. *Propterea, cùm naſceretur ex me, ſenſi ego, quòd quaſi dimidium cor meum naſceretur, & exiret à me: &, cùm ipſe pateretur, ſenſi, quòd quaſi cor meum patiebatur. Sicut enim illud, quod dimidium extra, & dimidium intra, etſi illud pungitur, quod eſt extra, æquè ſentit dolorem quod eſt intus: ſic ego, cùm flagellaretur, & pungeretur Filius meus, quaſi cor meum flagellabatur, & pungebatur:* & paulò poſt: *Audacter dico, quòd dolor eius erat dolor meus, quia cor eius erat cor meum.* Probatur ſecundò ex Patribus, inter quos Rupertus in Cantic. cap. 2. *Maria*, inquit, *fuit lilium inter ſpinas, quia quæcumque ſpinæ Filium, eædem Matrem confixerunt, & lacerarunt vulneribus compaſſionis.* Guilhelm. ad illum locum Cantic. *Statura tua aſſimilata eſt palmæ*, hæc habet: *Stabat illa iuxta crucem ſui Ieſu, atque ea ſibimet quodammodo erat in crucem erecta ſtando iuxta crucem, ipſa ſibi per affectum mater-*

Concluſ. affirmatiua.

Reuel. S. Brigittæ.

Rupertus.

Guilhelmus.

num

Arnold. Carnot.

num quodammodo erat crux. Arnold. Carnotenſ. tract. de Virg. laud. ſic air: *Omnino tunc erat vna Chriſti, & Mariæ voluntas, vnumq; holocauſtum: ambo pariter offerebant Deo, hæc in ſanguine cordis, hic in ſanguine carnis.*

D. Bonau.

D. Bonauent. in ſtimulo amoris cap. 4. *Stabat iuxta crucem Maria Mater Ieſu. O Domina mea, vbi ſtas? nūquid iuxta crucem? imò in cruce cum Filio cruciaris; ibi enim crucifixa es ſecum: hoc ſolum reſtat, quòd ipſe in corpore, tu verò in corde es paſſa, nec non ſingula vulnera per corpus eius diſperſa, in tuo corde generaliter ſunt vnita, quia, nempe, tuam ipſius animam pertranſiuit gladius.*

D. Hieron.

D. Hieron. ſuper eadem verba: *Stabant autē iuxta crucem Ieſu Mater eius: Quot læſiones*, ſcribit, *in corpore Chriſti, tot vulnera in corde Matris; quot ſpinæ pungentes, quot claui perforantes, quot ictus carnem rumpentes, tot ſagittæ per oculos intrantes, & tot cor, & animam Mariæ Virginis vulnerantes, &c.*

D. Bernard.

D. Bernard. ſerm. de paſſione: *Quod in carne Chriſti agebant claui, & lancea, hoc in Virginis mente naturales affectus, & materna anguſtia.*

B. Laur. Iuſtin.

B. Laurent. Iuſtinian. lib. de triumph. agone cap. 21. *Clariſſimum paſſionis Chriſti ſpeculum effectum erat cor Virginis, nec non & perfecta mortis imago: in illo agnoſcebantur ſputa, conuitia, verbera, & redemptionis vulnera.* Probatur tertiò ratione, quia amor, vt ſupra notauimus, transfert amantem in amatum; ergo amor B. Virginis in Filium, qui erat ſummus, perfectiſſimè illam transferebat in eumdem ita, vt meliùs, quàm Paulus, dicere poſſet: *Viuo autem iam non ego, viuit verò in me Chriſtus*, dilectiſſimus filius meus; ergo omnis Filij cruciatus in Matrem redundabat.

Ad Galat. 2.

Collige primò quid myſterij lateat in illis verbis Iſaiæ 63. *Torcular calcaui ſolus.* Loquitur ibi Chriſtus de ſua paſſione, in qua ſe ſolum permanſiſſe videtur inſinuare: aſt nonne etiam amantiſſima Virgo Chriſto filio comes indiuiſa fuit? Nonne Filij dolores acerbiſſimi, teſte Simeone, & ipſam Matris animam, velut gladius, pertranſierunt? Nonne Chriſtus de his, quæ in ſui obſequium præſtantur, facere ſolet mentionem; vnde, ſi Magdalena vnguentum ſuper caput eius effudit, vult, hoc, tamquam præclarum amoris in ſe monumentum, per vniuerſum orbem prædicetur? Cur ergo Chriſtus ipſe tacitus Matrem ſibi in extremis doloribus condolentem præterit dicens: *Torcular calcaui ſolus?* Ah en myſterium; fuerunt Chriſtus, & Virgo Mater ob maximum amoris reciproci vinculum veluti vna eademq; perſona paſſionis tempore, atque

Iſaias.

Arguta Scripturæ interpretatio.

A ideo mirum videri non debet, ſi Chriſtus indiſtinctè de ſuo, ac Matris dolore loquens, vnum voluit cenſeri patientem: *Torcular calcaui ſolus.* Huc item reſpicit modus ille loquendi, quo in prænuncianda futura Chriſti paſſione, ac compaſſione Matris, vſus eſt Simeon: *Tuam ipſius animam pertranſibit gladius*; ac ſi dicat: tuam animam, quæ ipſius (ſcilicet Chriſti) eſt anima per mutuum amorem, gladius, doloris pertranſibit: nota quòd Filij, & Matris dolor ſub vnius tantùm gladij nomine comprehenditur, vt indicetur, quàm eminenter idem dolor vtrique communis fuerit.

Luc. 2.

Collige ſecundò cur Ioannes, cuius,
B vtpotè oculati teſtis, partes videbantur eſſe ingentem Deiparæ afflictionem clarè recenſere, de ea expreſsè nihil loquutus ſit, contentus ipſam Virginem nomine Matris appellare, dum adſtabat Filio cruci affixo: *Stabant autem iuxta crucem Ieſu Mater eius, &c.* Ratio huius eſt quia ſatis proximis verbis inſinuatum fuit, quòd Filio, & Matri communis crux fuit, & conſequenter quilibet alius cruciatus. Etenim, ſi maternus amor ſolet efficere, vt mater magis ob filij dolores excrucietur, quàm ob proprios; vnde in l. *iſti quidem, ff. de eo, quod metus cauſa*, §. vlt. dicitur: *Cùm pro affectu magis in liberis parentes torqueantur, quàm in ſe ipſis:* ſanè
C intelligi poterat, quòd maternus Deiparæ amor in Chriſtum omnes alios maternos amores incomparabiliter excedens, efficiebat, vt magis illa in Filio patiente torqueretur, quàm ſi ipſamet Filij vulnera in propria excepiſſet carne. Hinc optimè Ioannes ad indicandum acerbiſſimum Virginis Filio ſuo compatientis dolorem ſufficere exiſtimauit, ſi illam Matrem nuncuparet, dùm eius iuxta crucem aſſiſtentiam narrauit.

Ioan. 19.

l. iſti quidem ff. de eo, quod metus cauſa.

Collige tertiò, perutilem, atque optimum meditandæ Chriſti paſſionis modum eſſe, vnà cum Filij doloribus Matris eius triſtitiam conſiderare, vtpotè quæ cum
D Chriſti ipſius paſſione adeò fuit coniuncta.

Modus meditandæ Dominicæ paſſionis optimus.

QVAE-

QVAESTIO X.

Vtrùm, ſecundùm aliquam rationem, maiorem dolorem ſuſtinuerit B. Virgo, quàm Chriſtus eius Filius.

D.Bonau.

HVIVS quæſtionis agitãdæ anſam præbent illa verba D. Bonauent. de cõpaſſione Virginis lect.1. *Hæc maiorem dolorem habuit, quam Saluator, qui tot ſuſtinuit*: & Metaphraſt. in homil. de dormit. Deiparæ: *Hæc omnia illam tranſuerberabant profundiùs, quàm vlli claui, & pro vna Filij plaga innumeris ipſa plagis ſauciabatur.*

Metaphraſt.

Salazar.

Salazarus in cap. 8. Prouerb. verſic.14. ſub num.82. ſic diſcurrit pro allata D. Bonauent. ſententia. *Paſſio, & dolor proprius non tam vexauit, & conſternauit animum Saluatoris, quàm Virginis: nam, cùm Saluator fortitudine, & magnanimitate magnanimam Virginem longè ſuperaret, neceſſe erat, vt, etiamſi illius dolores, & cruciatus longè maiores eſſent, minùs quodammodo doleret, ideſt minùs perturbaretur, minùs angeretur.* Secundùm igitur hanc rationem admittit citat. Auctor verã eſſe ſententiam D. Bonauentuæ quia Virgo maiorem dolorem habuit ratione ſubiecti, non autem ratione obiecti. Verùm huiuſmodi diſcurſus mihi non probatur, quia ſupponit, quòd magnanimitas, ſeu heroica animi conſtantia dolorẽ in Chriſto lenierit: non, inquam, hoc placet; aliud enim eſt quòd fortitudo, & magnanimitas, propoſitis rationibus, & fine altiſſimo, excitet hominem ad fortiter, conſtanterq; perferendum aliquem cruciatum; aliud verò quòd cruciatus ex tali conſideratione imminuatur: primũ fuit in Chriſto tempore paſſionis, non autem ſecundum. Neque dicas, hoc ipſo, quòd fortitudo, ſeu magnanimitas proponit ea, quę excitant hominem ad conſtanter perferendum malum pœnæ, reſultare aliquod gaudium, quod in partem ſenſitiuam redundans dolorem ſenſibilem leniat: nam, licèt hoc in cæteris hominibus communiter verum ſit, Chriſtus tamen hoc, vt omni alio ſolatio, quod imminuere potuiſſet ſuum dolorem, diuinitùs fuit deſtitutus, vt paſſim tradunt Theologi in 3. A diſt.15. & docet D. Thomas mox citandus. Pro ſolutione propoſitæ quæſtionis

D.Thom.

Notandum ex D. Thoma 3. p. quæſt.46. art.6. duplicem in Chriſto patiente fuiſſe dolorem, ſenſibilem ſcilicet, qui ex corporis læſione oritur, & interiorem, qui triſtitia dicitur, cuiuſque cauſa eſt apprehenſio alicuius nocumenti. Vtrumque autem dolorem maximum fuiſſe inter omnes dolores huius vitæ affirmat, & probat S. Doctor aſſignando cauſas. Et quidem non niſi maximus fuit dolor ſenſibilis, quia læſio corporis fuit maxima ex flagellis, ſpinis, & clauis, quibus cruci affixum totum corporis pondus ſuſtinebatur, alijsq; cruciatibus, quibus totum B corpus fuit laceratum. Maxima item fuit triſtitia, ſeu dolor interior, quia eius cauſa erant primò omnia humani generis peccata, in quibus tum offenſionem Dei, quem ſummè diligebat, cùm mala, & damna hominum, quos intensè amabat, perfectiſſimè Chriſtus agnoſcebat: ſecundò amiſſio vitæ corporalis, quæ inter omnia, quæ naturaliter homini diſplicent, diſplicet maximè: adde quòd in Chriſto vita ipſa erat infinitè digna ob vnionem hypoſtaticam, ac conſequenter eius amiſſio maioris poterat eſſe cauſa triſtitiæ: tertiò modus mortis ignominioſus. Præterea magnitudo doloris, & triſtitiæ Chriſti conſiderari poteſt ex diſpoſitione patientis, C quæ in Chriſto fuit ſummè perceptiua doloris, tum ex parte optimi temperamenti corporei, in quo maximè vis tactus viget; tum ex vi animæ ad apprehendendum, & attendendum omnes doloris, & triſtitiæ cauſas efficaciſſima, ex qua apprehenſione maximè dolor pendet: quare voluntas, & appetitus Chriſti tempore eius paſſionis circa omnes propoſitas doloris, & triſtitiæ cauſas ſic ex diuina permiſſione dolebat, & contriſtabatur, vt attingeret illum ſummum doloris, ac triſtitiæ gradum, quem natura tunc in talibus circumſtantijs, & circa talia obiecta, iuxta omnem ſuam efficaciam, & propenſionem, attingere poterat. Imò diuiD nitùs factum eſt; vt nullo ſolatio leniretur Chriſti dolor, & triſtitia, quod his verbis in citato articulo docet D. Thomas: *In alijs patientibus mitigatur triſtitia interior, & etiam dolor exterior, ex aliqua cõſideratione rationis per quamdam deriuationem, ſeu redundantiam à ſuperioribus viribus ad inferiores; quod in Chriſto patiente non fuit, quia vnicuique virium permiſit agere quod eſt ſibi proprium*: & inde ſubdit etiam aliud caput pro cõſideranda doloris Chriſti magnitudine dicens: *Quartò poteſt conſiderari magnitudo doloris Chriſti patientis*

ex hoc, quòd passio illa, & dolor à Christo fuerunt aſſumpta voluntariè propter finem liberationis hominum à peccato, & ideo tantam doloris quantitatem aſſumpſit, quæ eſſet proportionata magnitudini fructus, qui inde ſequebatur.

(Concluſio prima.) Dico primò, abſolutè loquendo, & adæquatè ſumendo paſſionem Chriſti ſecundùm omnes rationes doloris, ac triſtitiæ, quas incluſit, illam maiorem fuiſſe Deiparæ Virginis compaſſione. Probatur, quia ex D. Thoma ſupra citato dolor paſſionis Chriſti fuit maximus inter omnes dolores præſentis vitæ (quæ propoſitio quàm vera ſit, rationes ſupra breuiter adnotatas perpendenti patebit): ergo & exceſſit B. Virginis compaſſionem. Et confirmatur B ex Thren. 1. (Thren.) vbi in perſona Chriſti dicitur: *Attendite, & videte, ſi eſt dolor, ſicut dolor meus*; quem locum pro hoc argumento affert S. Thom. cit. art. Idem innuitur apud Iſai. 53. (Iſai.) dum per antonomaſiam Chriſtus *Vir dolorum* appellatur.

(Sec. concluſ. Secundū duas rationes maior videtur fuiſſe Virginis compatientis triſtitia, quàm Chriſti patientis ſenſibilis dolor.) Dico ſecundò, ſi inadæquatè ſumatur paſſio Chriſti, & conferatur ſolus ſenſibilis dolor ipſius cum triſtitia, quam intrinſecè pertulit Deipara condolens Filio patienti, duas occurrere rationes, ſecundùm quas videtur fuiſſe maior hæc Virginis Matris triſtitia.

Prima ratio ſit intenſio: triſtitia etenim Deiparæ intendebatur ex ſingulis læſionibus corporis Chriſti, dolor verò ſenſibilis C Chriſti nō ex ſingulis eius corporis læſionibus intendebatur, ſed tantùm extenſio illius per diuerſas corporis eius partes fiebat. Explico, & probo: dolor ſenſibilis cauſatur ex reali læſione, vnde vna corporis læſio recepta v. g. in manu Chriſti dolorem in eius manu cauſabat; alia corporis læſio excepta in pede dolorem quidem in pede gignebat, ſed non intendebat dolorem in manu: & ſic diſcurrendum eſt de alijs corporis partibus læſis: triſtitia verò ex apprehēſione interiori oritur, atque adeo, prout intellectus, vel imaginatio apprehendit plura, & plura mala, triſtitia magis intenditur. Vnde in animo B. Virginis triſtitia intendebatur ex ſingulis D læſionibus corporis Chriſti; dum enim Filio patienti condolebat, omnes & ſingulas læſiones ipſius corporis ſub vna ratione afflictiui apprehendebat. Sed

(Obiectio.) Dices, dolorem Chriſti ſenſibilem ex percuſſionibus, & vulneribus fuiſſe per totum corpus diffuſum per quandam redundantiam, tum quia, læſis neruoſis partibus (quòd maximè accidit, quando cruci fuit clauis affixus) nerui contrahebantur, cæterarumq; partium virtus debilitabatur, & proportionatum temperamentum diſſoluebatur; cùm etiam quia ex nimio labore, & fatigatione (tunc maximè, quando totum corpus ſolis innixum clauis è cruce pendebat) partes omnes dolore afficiebantur. Si igitur per totum Chriſti corpus dolor ſenſibilis ſic fuit diffuſus; ergo ex iteratis verberibus, & vulneribus intendebatur.

(Confutatio.) Reſpondeo, verum quidem eſſe, quòd dolor ſenſibilis ex læſione in vna corporis parte quandoque efficit, vt alius partis proximæ temperamentum per affluxum humorum alteretur, atque adeo in ea etiam parte dolor oriatur. Imò nonnumquam etiam euenit, vt ad læſionem vnius, vel plurium partium neruoſarum nerui vel contrahantur, vel conuellantur, vel contorqueantur; & adeo acerbus dolor excitetur, vt non ſolùm partium proximarum, ſed etiam aliarum remotarum, imò & totius corporis temperamentum alteretur, ex qua alteratione totum corpus dolore afficiatur. Similiter aliquando pars vna corporis noxia aliqua, ſeu venenoſa qualitate infecta proximam aliā partem, & hæc ſucceſſiuè alias alterando inficit, & ſic noxia, aut venenoſa illa qualitate vniuerſum corpus tabeſcens dolet. Verùm nulla vnquam ratio ſuadebit, eundem omnino dolorem ſenſibilem, ex aliqua percuſſione, aut vulnere in vna aliqua corporis parte cauſatum, diffundi ad aliam partem. Quod etiam experimento confirmatur; manu enim percuſſa, aut vulnerata, non vtique idem dolor ex percuſſione, aut vulnere reſultans ſentitur in pede. Quare concedendum, omne Chriſti corpus dolorem percepiſſe, tum ex nimio labore, & fatigatione (tunc maximè, quando, toto corporis pondere, clauis innixo, ipſe è cruce pendebat) tum ex iteratis percuſſionibus, ad quas non ſolùm partes percuſſæ, ſed etiam aliæ proximæ per humorum appulſum alterabantur, vnde ſucceſſiuè alteratio extendebatur per totum corpus: & quando ſpinæ capiti, & claui manibus, pedibuſque infigebantur, ita contrahebantur, & contorquebantur nerui, vt totius corporis temperamentum immutatum fuiſſe, atque adeo totum corpus doluiſſe, veriſimile videatur. Sed non per hoc ſequitur, quòd idem dolor ſenſibilis ex læſione vnius partis ex vna parte corporis Chriſti læſa tranſmitteretur ad aliam: ceſſante autem hac doloris tranſmiſſione, non propriè intendebatur dolor ſenſibilis vnius partis ad læſionem alius: ad veram enim intenſionem requiritur additio graduum ad gradum eiuſdem qualitatis, aut actionis.

Zz Præ-

Præterea ſucceſſiuè in corpore Chriſti dolor ſenſibilis cauſabatur ex læſionibus, quæ ſucceſſiuè inferebantur: ſed Beata Virgo omnia Chriſti verbera, vulnera, & læſiones ſub vna ratione afflictiui ſimul apprehendebat, atque adeo intenſior ex tali apprehenſione triſtitia eius reddebatur. D. Bonau. Inſinuat, quod hic dicimus, D. Bonauent. in opuſculo de paſſione Chriſti illis verbis: *Hoc ſolum reſtat, quòd ipſe in corpore, tu verò in corde es paſſa, necnon ſingula vulnera per corpus eius diſperſa in tuo corde generaliter ſunt vnita, quia nempe tuam ipſius animam pertranſiuit gladius.* Luc. 2. Imò hoc Simeon indicaſſe videtur, dum prædicens futuram Deiparæ triſtitiam ex Filij paſſione non dixit: *Tuam ipſius animam* pertranſibunt gladij, ſed *gladius* in ſingulari, vt nimirum innueret, ab omnibus ſimul Chriſti læſionibus Matris condolentis animam per modum vnius maximè afflictiui fore transfigendam.

Secunda ratio ſit duratio: etenim Deipara non ſolùm tunc, quando Filius patiebatur, patienti condoluit, ſed etiam, poſtquā paſſio ipſa in Filio ceſſauerat, adhuc contriſtabatur: vnde lancea, quæ Chriſti iam demortui latus aperuit, ferijt animam Virginis, quæ per affectum in Filij corpore reperiebatur iuxta illud: *Anima magis eſt vbi amat, quam vbi animat.* D. Bernard. Audiendus eſt hic Diuus Bernardus ſermone, qui incipit *Signum magnum*, dicens: *Verè tuam, ò Beata Mater animam gladius pertranſiuit, quando crudelis lancea Filio iam mortuo latus aperuit: ipſius, nimirùm, anima ibi non erat, ſed tua planè auelli nequibat, vt pluſquam Martyrem te non immeritò prædicimus, in qua ſenſum corporeæ paſſionis exceſſit affectus compaſſionis.* Deinde dubitari non debet, quin Virgo toto eo tempore, quo poſt Filij paſſionem ſuperſtes fuit, eam ſæpiùs, ſæpiusq; mente reuoluerit; atque adeo compaſſionis dolor, veluti ſemper animæ inhærens gladius, illam indefeſsè excruciabat: quod ipſamet Virgo S. Brigittæ his verbis reuelauit lib. 6. cap. 61. Reuel. S. Brigittæ. *Omni tempore, quo poſt Aſcenſionem Filij mei vixi, viſitaui loca, in quibus ipſe paſſus eſt, & mirabilia oſtendit. Sic quoque paſſio in corde meo fixa erat, quòd, ſiue comedebam, ſiue laborabam, quaſi recens erat in memoria mea. Sic etiam ſenſus mei erant abſtracti a mundialibus, quòd iugiter quaſi nouis deſiderijs inflammabar, viciſſimq; doloribus excitabar.*

Inuentum diuini amoris admirabile. Collige primò ex hac ſecunda ratione admirabile diuini amoris inuentum. Cùm enim Chriſtus ad extremum tormentorum, quæ à Patre ſibi fuerant præordinata, perueniſſet, adhuc tamen, vt clariùs quo nos amore proſequebatur oſtenderet, pati cupiebat; vt indicatur Ioan. 19. Ioann. *Sciens quia omnia conſummata ſunt, dixit, ſitio*; quæ verba in ſuperiori noſtro ſenſu communiter accipiuntur, vnde eleganter Ludouic. Bloſ. in explicat. paſſion. cap. 18. Ludou. Bloſ. *Sitio, habuit aliam ſitim, puta ampliùs patiendi, atque euidentiùs ſuum nobis demonſtrandi amorem, ac ſi diceret homini. Aſpice vt tuæ ſalutis gratia exhauſtus, & conſumptus ſum: vide quàm horribiles ſum perpeſſus dolores, & cruciatus. Sæua hominum crudelitas totum me redegit in nihilū: exuxerunt omnem ſanguinem meum peccatores terræ; & tamen adhuc ſitio: nondum ſatiſfactum eſt cordis mei deſiderio, amoris mei flamma nuntiquam reſtincta eſt.* Verùm, quia Chriſto maiora pati à Patre non erat conceſſum (ò, inquam, admirabile amoris inuentum!) Filius pro ſe Matrem ſubſtituit, quæ cum ipſo moraliter vnum quid cenſetur (teſte enim Ariſtotele 1. magn. moral. cap. 34. Ariſtot. *membrum parentis eſt filius, imò idem cum ipſo*), vt, cùm Filij paſſio ceſſaret, Matris compaſſio perſeueraret, in qua relinqueretur deſiderij illius teſtimonium, quo longiores cruciatus ſuſtinendi Filius tenebatur. Ex quo & obiter nota, quàm Deo grata eſſet hæc continuata compaſſio in Virgine Matre, & quàm eminenter eleuata, vt pro Filij paſſione quodammodo ſubſtituta videretur. Vnde veriſſimè dicere poterat ipſa Virgo: *Adimpleo, quæ deſunt paſſionum Chriſti*, in animo meo.

Collige ſecundò, in ſenſu duarum prælatarum rationum accipiendas eſſe ſententias D. Bonauent. & Metaphraſt. à principio quæſtionis adductas.

QVAESTIO XI.

Vtrùm Virgineæ dolor compaſſionis ſpecialem Chriſto cruciatum attulerit.

PRO parte negatiua videtur eſſe quòd, cùm dolor B. Virginis procederet ex charitate, qua Chriſtum diligebat, erat aliquod bonum, & conſequenter obiectum potiùs delectationis, quàm triſtitiæ. Sed nihilominus

Dico, ex Matris cōdolentis afflictione Chriſtum maximā perpeſſum fuiſſe triſtitiam. Probatur primò ex illis Spiritus S.

verbis

Cantic. verbis Cantic. 7. *Statura tua aſſimilata eſt palmæ*, ſcilicet, ſtatio tua, ò Virgo, iuxta crucem Ieſu ita eum torquebat, vt eſſet ipſi Chriſto velut noua crux; palmã enim crucis Chriſti ſymbolum eſſe docent PP. D. Cyprian. Cyprianus ſerm. de paſſione Dom. *Aſcendiſti*, inquit, *Domine, palmam, quia illud crucis tuæ lignum protendebat triumphum* D. Gregor. *de diabolo*: & Gregorius ita explicans illud: *Aſcendam in palmam, & apprehendam fructum eius: Quia in cruce ſuſpenſus fructum vitæ apprehendit*, &c. Probatur Reuel. S. Brigittæ. ſecundò ex Reuelat. S. Brigittæ lib. 1. c. 6. vbi, dum aliquando Deipara S. Brigittam alloqueretur, hæc verba protuliſſe ſeribitur. *Cùm ipſe me cerneret dolore confectam, in tantum amaricabatur de dolore* B *meo, quòd omnis dolor vulnerum ſuorum quaſi ſopitus erat præ dolore meo, quem in me videbat*. Probatur tertiò ex Patribus. D. Bernard. D. Bernard. homil. ſuper Euangel. *Stabant iuxta crucem: O dolores*, inquit, *inexplicabiles! ò ineffabilis reciprocatio ſanctì amoris! Filius patitur, & intus valde compatitur Matri; Mater verò compaſſa eſt patienti Filio: tantus nempe impetus paſſionis Domini Ieſu fuit, vt quaſi torrens ipſum impleret patientem, quia, teſte Eſaiamiſta, de torrente paſſionis in via bibet, vt, ſic Chriſto impleto, in Matrem flueret compatientem, quæ ſimiliter impleta, ad Filium redundaret inundatio amaritudinis, & maro-* B. Laur. Iuſtinian. *ris*. B. Laurentius Iuſtin. lib. de triũphali C agone cap. 11. hæc habet: *Gemebat Filius, quòd Mater in tam horrendo eſſet ſpectaculo: ad cor Virginis loquebatur dicens: vt quid veniſti, Columba mea, formoſa mea? dolor tuus meum auget, cruciatus tuus tranſ-* Arnold. Carnot. *figit me*. Arnoldus Carnot. relatus in Biblioth. Patrum tom. 1. tract. de laudibus B. Virginis ait: *Chriſtus tunc in Matre amplius, quàm in ſe, pati videbatur*. Ioann. Lanſpergius. Ioan. Lanſpergius homil. 48. de paſſione: *Quodammodo crucifigebatur Maria, cùm Filiũ ſuum crucifigi videret, nouamq; crucẽ Chri-* D. Epiphan. Lodulphus. *ſto inſerebat* (& huius fuiſſe ſenſus Epiphanium puto, dum appellauit Virginem *cruciformem*). Et Lodulphus in vita Chriſti 2. p. cap. 63. *Compatiebatur*, ait, itaq; *Filius* D *Matri compatienti ſibi, commota ſunt quippe omnia viſcera eius ſuper Matre ſua, ſtibat enim ipſe anguſtias materni cordis, & vt dicit Damaſcenus, quia dolores, quos ipſa in ſua non ſenſerat parturitione, nunc geminabantur ſibi in eius paſſione, ideoq; & ipſe geminum dolorem patiebatur, ſcilicet crucis, & Matris*. Probatur ratione, quia Chriſtus ſummoperè amabat Virginem, & cõſequenter omnis eius triſtitiæ erat particeps. Sicut enim amor Virginis in Chriſtũ fuit ſagitta electa, vt inquit D. Bernardus, quæ cor ipſius Virginis pertranſijt; ita amor, quo Chriſtus Matrem proſequebatur, dum eam anguſtia plenam aſpiciebat, fuit item ſagitta electa, quæ cor ipſius Chriſti tranſuerberauit, vulnusq; doloris acerbiſſimum intulit; de quo vulnere in perſona ſpõſi ait Chriſtus Cantic. 4. *Vulneraſti cor meum, ſoror mea ſponſa, vulneraſti cor meum in vno oculorum tuorũ*: geminatur illud *vulneraſti*, primò quia Chriſtus præcipuè ob amorẽ Virginis vulnera à carnificibus inflicta ſuſtinuit, vt egregiè adnotat D. Bernardinus tom. 2. conc. 51. art. 3. vbi ſic Filium cum Matre loquentẽ introducit: *Pro amore tuo, ò Mater, carnẽ aſſumpſi, & vulneribus primis in cruce vulneraſti cor meum*: ſecundò quia, dum affectu compaſſionis Beata Virgo reſpiciebat Chriſtum excruciatum, eum nouo doloris ictu vulnerabat. Audiendus eſt hic Honorius Auguſtodunenſis Presbyter relat. to. 12. Biblioth. Patrum, opuſculo, cuius titulus eſt *Sigillum B. Mariæ*, explicans ſupra allatum Cantic. locum. *Filius Virginem alloquitur: tactus ſum intrinſecùs dolore, cùm viderem te dolentem pendens in cruce: in vno oculorum, id eſt in vno materno affectu, & in vno crine colli tui, id eſt in vno ornamento humilitatis, quo mihi inhæſiſti, vt collum capiti*. Cantic. D. Bernardinus. Honorius Auguſtodunẽſis.

Ex his patet reſponſio ad rationem pro parte negatiua ab initio quæſtionis adductam. Dico enim, quòd ſub duplici ratione condolentis Matris Dei afflictio accipi poteſt, & ſub ratione moralis bonitatis, quam præſeferebat, & ſic nõ erat Chriſto obiectum triſtitiæ; & ſub ratione afflictiui, quatenus, nimirum, Matris animum excruciabat, & ſic erat Chriſto obiectum triſtitiæ; ſicut etiam diſcurrendum eſt de paſſione Chriſti, quæ vt erat Filij afflictiua, in Matre dolorem excitabat, non autẽ vt erat opus charitatis, quod patrabat Chriſtus in generis humani redẽptionem. Reſpondetur rationi pro parte negatiua ab initio adductæ.

Obijcies: ſi tanta triſtitia Chriſtus fuit affectus ob Matris compaſſionem, vt dictum eſt, maximè ex citata Reuelatione; ergo potiùs ex vi huius triſtitiæ, quàm vulnerum à Iudæis, & gentibus inflictorũ, fuit Chriſtus mortuus; potuit enim tam vehemens triſtitia eam alterationem, ac diſſolutionem debiti temperamẽti naturaliter excitare, ex qua ea corporis diſpoſitio, quæ ad vitam conſeruandam naturaliter requiritur, auferri poſſet: ſed non eſt admittendum, quòd Chriſtus occiſus non fuerit à Iudæis, & gentibus; ergo nec illud, vnde hoc ſequitur. Obiectio.

Reſpondeo negando primã conſequentiam, quia, licèt Chriſtus ſummam admiſerit triſtitiam, illam tamen ſic cohibuit, Confutatio.

vt talem in corporis temperamento humorum commotionem, alterationemq; qualitatum, ex quibus tolleretur ea diſpoſitio, quæ ad vitæ conſeruationem eſt neceſſaria, cauſare non poſſet. Heroica enim, & excelſa Chriſti fortitudo poſtulabat, vt in huiuſmodi effectibus admittendis, qui ex ſola conſideratione excitabantur, prædicta moderatio adhiberetur.

Collige, ſolam B. Virginem electam fuiſſe ad ſatisfaciendum illi deſiderio, quo tenebatur Chriſtus, patiendi cruciatus ex amore, & non ex odio illatos; vt enim dictum eſt, dolores omnes, quos Chriſtus ex odio Iudæorum perferebat, amor extraduxit in Matrem Filij excruciati amantiſſimam, & inde rurſus amor ad Filium Matris compatientis amantiſſimum reduxit.

QVAESTIO XII.

Quibuſnam ex capitibus dolor Virginis augeretur.

NOTANDVM, magnitudinem doloris, quo B. Virgo angebatur, ex duplici capite perpendi poſſe. Primum eſt eximius, & ſummus amor, quo illa Chriſtum filium ſuum proſequebatur: ſiquidem menſuram amoris ſequitur, vel gaudium de bonis, & rebus ſecundis obiecti amati, vel dolor de malis, vel aduerſis, quibus obiectum amatum afficitur. Secundum caput eſt viua apprehenſio, quam de doloribus Filij ſui, de offenſis, quæ Deo inferebantur, de hominum ingrato animo, atque obſtinata malitia, deq; alijs obiectis, quæ triſtitiam afferre poſſunt, habebat B. Virgo. Porrò plures erant cauſæ, quæ B. Virginis amorem in Filium concitabant. Prima erat quia Chriſtus erat naturalis eius filius, quem feruentiori, & teneriori dilectione proſequebatur, quàm omnes matres, & genitores huius mundi filios ſuos: ipſa etenim ſola ſine patre filium genuit, atque adeo amor totus & patris, & matris in vnum vnitus in illa vigebat. Adde quod B. Virgo, Spiritu Sancto, qui amor eſt, ſuperueniente, concepit; quare ex hoc etiam amor Matris in talem Filium augebatur. Præterea Chriſtus, & primogenitus erat, & vnicus filius Virginis, vnde hinc etiam maiori dilectione amari debebat. Non leue inſuper hic amor ſumebat incrementum ex magna inter Matrẽ, & Filium ſimilitudine, quæ optima ſolet eſſe amoris conciliatrix. Sanctitas quoque, & ſapientia, quæ in Chriſto erat ſumma, Matris amorem in ſe magis, magisq; prouocabat. Idem præſtabat Filij beneficentia: dum enim Mater eum, qui ſibi filius erat, agnoſcebat & benefactorem infinitum, à quo innumera beneficia, priuilegia, & prærogatiuas receperat, nouo ſemper in illum inflammabatur amore. Demùm Spiritus Sãctus à primo illo momento, quo Virgo concepta fuit, diffuderat in eius corde charitatem Dei, qua ſemper maioribus augmentis proficiente, mirum in modum rapiebatur Deipara in amorem Filij ſui, quem optime nouerat ſimul eſſe Filium Dei, Deumq; ipſum infinitum, atque adeo ob ſuam bonitatem, pulchritudinem, perfectionesq; infinitas, infinito amore digniſſimum. Qui volet ergo cognitione aſſequi magnitudinem doloris, quem B. Virgo Filio ſuo compatiens ſuſtinuit, penſitet priùs, & metiatur, ſi queat, vehementiſſimũ amorem, quo ipſa in eumdem Filium ferebatur. Veriſſimè enim dixit Rupertus Abbas explicans illud Cantic. 3. *Quæ eſt iſta, quæ aſcendit per deſertum ſicut virgula fumi ex aromatibus myrrhæ, &c. In Deipara omnium virtutum aromata pilo tribulationis ad præclaram redolentiam in puluerẽ erant contuſa, quia cunctis Filij perpeſſionibus materno affectu communicabat. Horum aromatum duo præcipuè nominantur, myrrha ſacri doloris, & thus pij amoris: quantùm amabat, tantùm in Filij paſſione dolebat, atque ita thus, & myrrham æqualiter ſpirabat.* Quare ſupereſt tantùm, vt hic nonnulla peculiaria, præter ea, quæ in ſuperioribus expreſſa ſunt, motiua, ſeu obiecta, & circumſtantias, ex quibus dolor in B. Virgine vel oriebatur, vel augebatur, ſubijciamus.

Amor B. V. in Chriſtum quot ex cauſis penderet.

Rupertus Abbas.

Dico primò, B. Virginem doluiſſe, quia pro Filij amore mori non poterat. Etenim, ſi perfectus humanæ amicitiæ amor eò deuenit, vt in alterutro amico pro alterius amore vitæ effundendæ deſiderium excitet, vt de Pylade, & Oreſte referunt hiſtoriæ, cecinitq; Ouid. 3. de Ponto:

Concluſio prima.

Ouidius.

Ire iubet Pylades charũ periturus Oreſtẽ;
Hic negat, inq; vicem pugnat vterque mori:

(& Virgilius 9. Aeneid. Niſum ſe pro ſeruando à nece Eurialo hoſtium telis offerentem ſic introducit:

Virgilius.

Me me, adſũ qui feci, in me cõuertite tela,
O Rutuli: mea fraus omnis, nihil iſte nec auſus,
Nec potuit:)

ſanè

ſanè quò perfectior Deiparæ amor in Filium illo Oreſtis in Pyladem, & Niſi in Eurialum, eò intenſius in ipſa erat deſiderium pro Filio ſuo moriendi: quò autem intenſius erat hoc deſiderium, eò iucundius fuiſſet eidem Virgini pro Filio poſſe mori. Porrò quantum conſolationis afferat amanti Chriſtum, pro illo poſſe mori, colligi poteſt ex eo, quòd Petrum maximè contriſtatum, quia dixerat ei Chriſtus tertiò, *amas me?* ſola prædictio, quòd mortem ſubiturus eſſet pro ipſo Chriſto, potuit conſolari; quod obſeruauit Theodoretus ſuper illa verba, *Alius te cinget, & ducet quò tu non vis*, aiens: *Mortis vtique prædictio Petrum conſolata eſt.* Caruit verò B. Virgo eiuſmodi conſolatione, atque adeo amorosè conqueſta ſæpius in corde ſuo, vt piè credi poteſt, hæc repetebat. Cariſsime Fili mi, quis mihi det, vt pro te, tuiq; amore ſanguinem, vitamq; profundam? Tu ne, qui vita mea mihi es charior, hoc me viduabis ſolatio? Numquid quæ te in vita ſum ſequuta, in morte te imitari non potero? Heu Fili mi, mortem mihi denegabis, quæ te in hanc vitam peperi? &c. Eleganter huiuſmodi Deiparæ affectus proſequitur D. Bernardus de lamentatione. *Mi Fili, Fili mi, amor vnice, Fili dulciſſime, noli me derelinquere poſt te: male ſolus moreris, moriatur tecum iſta tua genitrix. O mors miſera, noli mihi parcere, tu mihi ſola præ cunctis places; exaggera vires, trucida Matrem, Matrem cum Filio perime ſimul. Fili, dulcor vnice, ſingulare gaudium, vita animæ meæ, & omne ſolatium, fac, vt ego ipſa tecum moriar, quæ te ad mortem genui, ſine Matre noli mori.* Vide Auctorem, qui hoc ipſum pluribus proſequutus ſic tandē concludit: *Suſcipe Matrem tuam in cruce, vt viuam tecum poſt mortem ſemper; nihil mihi dulcius eſt, quam te amplexato, in cruce tecum mori, & nihil certè amarius, quam viuere poſt tuam mortem. O vere Dei nate, tu mihi pater, tu mihi mater, tu mihi filius, tu mihi ſponſus, tu mihi anima mea erat; nunc orbor patre, viduor ſponſo, deſolor prole, omnia perdo.* Et D. Bonauent. de planctu Virginis ipſam ſic loquentem introducit. *Viuere enim ſine te mori mihi eſt; tecum enim vellem ligari, tecum alapis cædi, tecum flagellari, ſpinis coronari, & breuiter omni tuo vulnere vulnerari. Non poſſum ſine vulnere ſtare; te enim intuens, ò dulciſſime Fili, vulnerantur tota viſcera mea præ nimio dolore: te video ſic crudeliter vulneratum, te ab amicis derelictum, te facie liuidum, te in medio latronum. Heu Fili mi, heu me dolentem, quid faciam? Quare me permittis ſtare iuxta crucem, & te in cruce? O care Fili, quare non acquieſcis petitioni infeliciſſimæ Matris? Quare vis ſine Matre ſtare? Nonne cor meum tecum eſt? Sume ergo & corpus meum, vt ambo in cruce moriamur.* Adde quòd, cùm Chriſtus inter alios fines, ob quos moriebatur, hunc haberet peculiarem, vt primariò Virginem redimeret, ex D. Bernardino aliàs relato, vtq; ipſius veram maternitatem cōteſtaretur, teſtibus Auguſtino, & Hildephonſo ſuperiùs citatis, amor, qui pares ſemper referre vices, & maiora ſuadet amantibus, in B. Virgine ardentiſsimum pro ipſo etiam Filio moriendi deſiderium excitabat: vnde, cùm nihil ſit acerbius amanti, quàm effectus ab ebulliente imis in præcordijs amore ſuggeſtos exercere non poſſe, ſanè cogimur vehementem ex hoc excitatum in Virgine dolorem admittere.

Theodoret. — D. Bernard. — D. Bonau. — D. Bernardinus. — D. Auguſt. — D. Hildeph.

A — B — C — D

Dico ſecundò, Mariæ dolorem incrementum habuiſſe ex eo, quòd agnoſcebat ſe ſuo compaſsionis dolore nouo eſſe Chriſto dolori. Hæc concluſio partim ex quæſtione præcedenti patet, & partim ex ſupra notatis de amore Deiparæ in Filiū. Imò hoc ipſamet Virgo in ſacris amoribus innuiſſe videtur, dicens: *Ego dilecto meo, & ad me conuerſio eius:* quaſi diceret: *Ego dilecto meo* in doloribus acerbiſſimæ paſſionis deprehenſo ex mea compaſſionis triſtitia nouum ſuperaddo dolorem; *Et ad me conuerſio eius*, id eſt, & ex hoc ipſo, quòd ſcio, me mea compaſſione nouo illi eſſe dolori, in me nouus etiam dolor conuerſus reflectitur. Concl. ſec. — Cantic. 7.

Dico tertiò, dolorem Virginis acerbiorem redditum fuiſſe ex hoc, quòd ipſa nulla materna officia ad cruciatuum, quibus Filius angebatur, leuamen præſtare poterat. Hæc concluſio ſatis liquet ex ſupra notatis: perfecti enim amoris eſt, & præcipuè materni, omnem mouere lapidem ad hoc, vt obiectum amatum, ſi patitur, ſubleuetur: quare, ſi ad tales amori aditus interclūdatur, nihil acerbius. Quàm verò profundè huiuſmodi dolor Virginis præcordia penetrarit, Chriſti ſingula vulnera, iurgia, opprobria, & pœnas meditanti perpendendum relinquitur; Chriſto enim his omnibus afflictiſſimo nihil afferre potuiſſe ſolatij fuit amantiſſimæ Matri duriſſimum. Concl. tert.

Dico quartò, maximè auctum fuiſſe dolorem Virginis ob id, quòd Filio ſuo in durioribus paſſionis cruciatibus deprehenſo proxima ſemper adſtitit. Probatur, quia præſentia ob ecti vehementius mouet potentiam; vnde Ariſtot. 2. de anima: *Potentia*, inquit, *propinqua magis percipit obiectum, quam remota:* Cōcl. quarta. — Ariſtot.

Deipara

Deipara autem nõ ſolùm præſens fuit Filio cruci affixo, ſed eiuſdem etiam flagellationi, ſpineæ coronationi, &c.

Cõcl. quinta.

Dico quintò, maximè etiam doluiſſe Virginem ob peccatum Iudæorum, aliorumq; in morte Chriſti delinquentium; inter quos erant etiam diſcipuli, qui ſcandalum in eiuſdem paſſione paſſi fuerunt. Audiamus D. Bonauent. in ſpeculo cap. 3. *Duo autem*, inquit, *filij Mariæ ſunt, homo Deus, & homo purus, vnius enim corporaliter, alterius ſpiritualiter mater eſt Maria. Iſti duo filij Mariæ ambo mortui fuerunt in paſſione, vnus in corpore, alius in mente; vnus crucis acerbitate, alter mentis infidelitate: & ideo viſcera Mariæ valde fuerunt repleta amaritudine.* Quòd autem B. Virgo ſpecialem ſuſtinuerit triſtitiã, quia diſcipuli paſſi ſcandalum Chriſtum dereliquerunt tempore paſſionis, expreſsè affirmat D. Anſelm. de compaſſione B. Mariæ dicens: *Adiectus eſt his doloribus eius dolor alius. Petrus, & alij diſcipuli de nihilo in Apoſtolatum electi, & iam in tãta celſitudinem virtutis, vt iam dæmonibus imperarent, erecti, necnon ſecretorum illius conſilij, & familiares in cunctis effecti, inſtante hora traditionis eius, fugam ineunt, & eum, pro quo ſe mortem paulò ante ſubituros promiſerant, obliti tantorum bonorum, ſponſionisq; ſuæ, ſolum, ipſa ſequente, relinquunt. Videns ipſum ad paſſionem omnibus amicis deſtitutum tendentem, hac voce ſequebatur gemens. Vadis propitiator ad immolandum pro omnibus, non tibi occurrit Petrus, qui dixit, pro te moriar; reliquit te Thomas, qui ait, eamus, & moriamur cum eo omnes; & nullus ex his, niſi tu ſolus duceris, qui me caſtam conſeruaſti, Filius meus, & Deus meus.* Probatur ratione hæc noſtra concluſio, quia peccatum, tum Iudæorum, tum aliorum in morte Chriſti delinquentiũ, & offenſam Dei, & miſeriam proximi includebat; ergo ſub vtraque ratione B. Virgo eo maximè doluit. Hæc conſequentia conſtat; nam, ſi loquamur de peccato prout dicit offenſam Dei, cùm B. Virgo omnia, quæ ad dolendum offenſa Dei inducere poſſunt, optimè noſceret, & maxima animi attentione perpenderet, ac præterea feruentiſſima charitate in Deum afficeretur, eiuſq; cultum, ac diuinum ius illæſum ſeruari exoptaret, non potuit non ſummè dolere videns à Iudæis, cæterisq; in mortem Chriſti conſpirantibus diuinum cultum, ac ius pluribus modis violari. Si verò loquamur de peccato, prout eſt miſeria proximi, eo etiam maximè doluiſſe B. Virginem fatendum eſt, quia perfectè intelligebat quantum damni peccatum illud, præcipuè autem Iudæorum, ipſis erat allaturum, quos vt proximos ardentiſſimè amabat. Et ſi Ambroſ. in cap. 23. Lucæ de Iudæorum duritie conqueſtus exclamabat: *O duriora ſaxis pectora Iudæorum! Iudex arguit, credit miniſter, proditor ſcelus ſuum morte condemnat, elementa fugiunt, terra concutitur, monumenta reſerantur; Iudæorum tamen immobilis duritia manet orbe concuſſo:* ſanè B. Virgo multò intenſiùs, quàm Ambroſius, cõſiderans obſtinatam Iudaicæ gentis malitiam, deplorabat eorum futuras ex hoc calamitates, & dãna.

D. Bonau. — D. Anſelm. — D. Ambroſ.

Concl. ſexta.

Dico ſextò, creuiſſe B. Virginis afflictionem ex præuiſa plurium fidelium ingratitudine, à quibus, quantum in ipſis eſſet, Chriſtus pluriès rurſus erat crucifigendus iuxta Paulum: *Chriſtum iterum crucifigentes.* In hac concluſione ſupponitur, B. Virginem prophetiæ dono fuiſſe illuſtratam, quod ſuo loco probabimus. Cæterum ſatis liquet quòd concludimus, ex his, quæ notauimus initio quæſtionis. Non videtur omnino abs re noſtra alienũ quod in vita Cæſaris narrat Suetonius, ipſum, ſcilicet, Cæſarem, cùm ab his, qui in ſui interitum coniurauerant, pugionibus peteretur, viſo inter eos Bruto, quem regia magnificentia, ac ſplendore nutritum voluerat, atque ad Dictaturæ ſucceſſionem teſtamentario iure promouendum curauerat, reliquis omiſſis, exclamaſſe, *Tu quoque Brute fili mi?* quaſi cætera omnia aliqua ratione tacitùs toleranda viderentur, hoc prorſus intolerabile. Potiori ſanè iure conqueri poterat B. Virgo de ſuis, qui à Filio ſuo proprio redempti ſanguine, proprijs ſoluti vinculis, ſanati vulneribus, ſaturati corpore, cæterisq; Eccleſiæ eius ſacramentis muniti, illum ipſum tot beneficiorum munificum largitorem nihilominus erant ſuis ſceleribus rurſus crucifixuri. Vos quoque (dicere poterat Virgo) filij mei, vos in Regni cælorum hæreditatem vocati, vos in ſinu Eccleſiæ collocati, vos inter tot æternæ ſalutis commoda poſiti, fieri ne poterit, vt eum, qui hæc omnia vobis non alio, quàm ſui ſanguinis pretio comparauit, rurſus peccantes crucifigatis, atque vno ictu Filij ſimul, ac Matris pectus tam crudeliter transfodiatis? Heu notam ingrati animi, heu inhumanam Redemptoris obliuionem!

Ad Hebr. 6. — Suetonius.

Concl. ſept.

Dico ſeptimò, B. Virginem nouum ex hoc etiam hauſiſſe dolorem, quòd præuidebat paucitatem eorum, qui ex tam copioſa redemptione ſalutis fructum erãt conſequuturi. Hoc ſciebat vaticinatum fuiſſe Michæam 7. illis verbis: *Væ mihi, qui factus ſum ſicut qui colligit racemos in autumno.*

Michæas.

A *autumno*. Sciebat, Filium ſuum, tanto effuſo ſanguine, tot toleratis acerbitatibus, tot perlatis opprobrijs, ſine ſuo in pluribus fruſtrandum, qui ſiue veræ fidei ignorantia, amiſſione, contemptu, aut impugnatione, ſiue eiuſdem in malis operibus abuſu, ad propoſitæ omnibus gloriæ metam non erant peruenturi. Sciebat, vtpotè cæleſti in omnibus lumine illuſtrata, quàm ingens eſſet bonum æternæ beatitudinis, quod pro leuiſſimis, & inanibus mundi blandientis illecebris, pro exiguo vtilitatis nucleo, aut honoris punctulo, tam facilè erant homines amiſſuri. Sciebat denique pœnarum atrocitatem, quibus, tanto relicto bono, ſeſe erant æternùm ſubiecturi; atque vt illa, quæ & Chriſti gloriam, & humani generis ſalutem ardentiſſimè amabat, non poterat, quin ex his maximè angeretur. B

B. V. magis doluit Chriſti vulneribus, quàm ſi ipſa vulnera ſibi inflicta fuiſſent.

Collige primò ex eo, quod ſupradiximus, B. Virginem tantùm doluiſſe, quantùm amauit, rationem, ob quam ipſa Virgo plus doluit ſuper Chriſti vulneribus, quàm ſi ipſa in ſua carne illa ſuſtinuiſſet. Ratio eſt quia ardentiùs longè Chriſtum amabat, quàm ſeipſam. Vnde ait Amadeus homil. 5. de Virgine Matre: *Vicit ſexum, vicit hominem, & paſſa eſt vltra humanitatem: torquebatur enim magis, quam torqueretur in ſe, quia ſupra ſe incomparabiliter diligebat id, vnde dolebat:* & D. Bonauent. in 1. ſentent. diſtinct. 46. quæſt. vlt. *Virgo tantùm compaſſa eſt, vt, ſi fieri potuiſſet, omnia tormenta, quæ Filius pertulit, ipſa multò libentiùs ſuſtinuiſſet.* C

Amadeus.

D. Bonau.

D. Bernard.

Collige ſecundò cum D. Bernardo lib. meditat. B. Virginem plus doluiſſe ſuper noſtris culpis, & peccatis, quàm ſuper Filij pœnis corporalibus. Etenim Virgo ipſa, vtpotè quæ Chriſtum maximè diligebat, magis dolebat ſuper his, quæ Chriſtum magis affligebant: ſed magis affligebant Chriſtum peccata hominum, vt malum culpæ, quàm proprij cruciatus, vt malum pœnæ; ergo B. Virgo magis ſuper noſtris culpis doluit, quàm ſuper Filij proprij corporalibus pœnis. Animaduerte inſuper, quòd non ſolùm magis doluit ſuper noſtris culpis, quatenus Chriſto de illis afflicto materno affectu compatiebatur, ſed etiam ſub hoc motiuo quatenus includebant eædem culpæ, offenſam Dei. D

Collige tertiò, Deiparæ obſeruatoribus ex hoc etiam ſpeciali capite peccatū eſſe deteſtandum, illiusq; horrorem maximum concipiendum, quia illam tantoperè afflixerunt.

Collige quartò ex ſupra enumeratis ſeptem capitibus, ex quibus B. Virginis triſtitia exacerbata eſt, rationem ſatis inter alias congruentem, cur ſeptem gladijs pectori affixis excolenda in quibuſdam Eccleſijs exponatur fidelibus ſacra Deiparæ imago.

QVAESTIO XIII.

Cur Beata Virgo voluerit intereſſe paſſioni, & morti Filij Ieſu.

SVPPONO primò hic, B. Virginem Chriſti interfuiſſe morti, quod facilè ex ſacro textu colligitur, vbi habetur, quòd Chriſtus paulò poſt, quā dixit, *Mulier, ecce Filius tuus; inclinato capite, tradidit ſpiritum:* & expreſsè hoc reuelatum habemus S. Brigittæ lib. 4. cap. 70. eius Reuelationum.

Ioan. 19.

Reuel. S. Brigittæ.

Suppono ſecundò, eamdem Virginem, vtpotè quæ in omnibus à diuino Spiritu dirigebatur, eiuſdem etiam impulſu paſſioni, & morti Filij interfuiſſe. Reſtat, vt nunc varia motiua, propter quæ, ipſo dictante Spiritu, his interfuit, indagemus.

Cōcl. prima.

Dico primò, rationes aliquas poſſe aſſignari, propter quas B. Virgo voluit Chriſto patienti, & morienti adſtare.

Rationes.

Dico ſecundò, B. Virginem Chriſto patienti adſtitiſſe, vt innoteſceret eminentiſſima ipſius Chriſti charitas erga genus humanum, qui non contentus funibus, catenis, ſcorpionibus, clauis, &c. ad ſui majorem afflictionem elegit & Matris præſentiam, quæ tamquam nouo, & præcipuo ex illis inſtrumentis afflictiuis torqueretur. Vnde Chriſtus ad patiendum à Iudæis laceſſitus, nouo hoc inuento oſtendit, ſe patiendi magis eſſe cupidum, quàm illi noua afflictionum genera inueniendi; quaſi diceret. Eia agite, perfida capita, date operam, quærite, inuenite tormenta, quibus me excrucietis: cùm quicquid in vobis eſt expleueritis, adhuc tamen veſtras inuentiones meis ſuperabo. Elegiſtis vos tot paſſionis meæ inſtrumenta, vnum ego omnium maximum ſuperaddā, quod erit Matris meæ præſentia.

Secunda ratio, ob quam aſtitit Virgo Filio ſuo patienti, fuit, vt ſe verā proprio conſenſu approbatricem oſtenderet eorū omnium, quæ Chriſtus pro humana ſalute patiebatur, atque eumdem ipſa præſens Filium in humani generis reparationem, tamquam victimam acceptabilem, æterno Patri litaret. Fauent nobis ea, quæ

habet

Arnoldus Carnot.

habet Arnoldus Carnotenſis tract. de laudib. Virgin. *Omninò*, inquit, *tunc erat vna Chriſti, & Mariæ voluntas, vnumq; holocauſtum. Ambo pariter offerebant, hæc in ſanguine cordis, hic in ſanguine carnis; vnde communem in mundi ſalute cum illa effectum obtinuit.*

Tertia, cùm Chriſtus magis ob Virginem redimendam, quàm pro alijs omnibus, humanam carnem induerit, paſſionemq; ſubierit, & mortem (de quo argumẽto diximus aliàs), ſanè maximè decuit, vt eadem Virgo Filio ſic patienti, & morienti adſtaret, vt præſens ei gratias eo ipſo tempore, quo tanto beneficio aſſiciebatur, intimo cordis affectu velut referret.

Quarta fuit, tum vt indicaret Virgo, ſe quoque, vt Matrem ſpiritualem, & adiutricem, moribundis fidelibus adfuturam, (de quo argumento plura dicemus tom. 2. cùm de vtili deuotione erga Virginem agemus): tum vt approbaret pium, & ſanctum inſtitutum eorum, qui illis præſtò ſunt, & aſſiſtunt, qui mortis agone conflictantur.

Quinta vt nos ſuo exemplo excitaret Virgo ad Chriſti paſſionem, & mortem ſæpiùs mente pertractandam; quod optimè aduertit Author Pomerij de B. Virgine lib. 3. p. 4. vbi explicans illa verba: *Stabat iuxta crucem Ieſu Mater eius: Denique*, inquit, *tertiò docemur piè, & deuotè paſſionem Domini Ieſu, & dolores compaſſionis B. Matris eius contemplari, &, oculis mentis intuendo, compati, & deflere, ac gratias agere pro tanto beneficio noſtræ redemptionis.* His autem hic Auctor præmiſerat, exemplo Virginis Chriſtum à nobis amandum etiam tempore tribulationis, quod vt doceret Virgo, ſtabat iuxta crucem.

Author Pomerij.

B. V. Religionis Clericor. Regul. Miniſtrantiũ infirmis Anteſignana.

Collige primò, Deiparam noſtræ Religionis Clericorum Regularium Miniſtrãtium infirmis Anteſignanam fuiſſe, & Vexilliferam, cùm præcipuum ſit noſtri Inſtituti munus ijs aſsiſtere, qui ad extremũ vitæ redacti ſpiritum æternitati, vel cruciandum, vel glorificandum commiſſuri ſunt, vt in proceloſo diabolicarum ſuggeſtionũ, & aſtuum Aegæo deprehenſi, vel ſuauiter ſlante orationis aura, vel etiam ſalutarium monitorũ impulſibus acti propoſitum omnibus perennis gloriæ portum conſequantur. Hinc eſt, quòd ad hoc munus pro virili parte obeundum ſummoperè animari debent Noſtri. Etenim, ſi generoſo duce leone timidus ceruorũ exercitus, vt ait ille, fit potentior, quàm exercitus leonum duce ceruo; quis, duce fortiſſima illa leoniſſa, quæ leonem peperit

A de tribu Iuda, quæque imperioſo pede ſuperbientes, ſibiq; minitantes antiqui ſerpentis ceruices contriuit *terribilis vt caſtrorum acies ordinata*, licèt infirmis viribus, egregios non ſumet animos ad hoſtẽ illum humani generis, quamuis tunc temporis maximè (eo quòd ſcit ſe modicum tempus habere) validiores in moribundum exerat conatus, conſternandum, prædasq; illas omni auro pretioſiores ab illius voraciſſimis faucibus extorquẽdas? In hanc igitur Ducem mentis oculis defixis, modus pro reportanda victoria ſeruandus apprehendetur. Stat ipſa iuxta crucem, mente, atque oculis in Filium ſuum patientem, morientem, ac ſangui-

Qui modus exẽplo Virginis tenendus in moribundis adiuuandis.

B ne vndique cruentatum eleuatis? noſtrum erit Filij ipſius paſſionem, mortem, ac ſanguinem ſemper in hoc munere verſare animo, in quibus omnis ſpes ſita eſt victoriæ. His, ſi tentationibus agitetur infirmus, animandus, & confirmandus erit. In quo eò ſolertiores ſint noſtri, quò magis ſatagit infeſtiſſimus Satan, vt, obliuioni tradito Chriſti ſanguinis pretio, quo pro noſtris culpis Deo ſolutum eſt, infirmum ad deſperandum de ſua ſalute compellat: vnde bene Beda in illa verba Prouerbiorum 30. *Sanguiſugæ duæ ſunt filiæ dicentes: Affer, Affer: Sanguiſuga*, inquit, *diabolus eſt*; in cuius explicationem ait Petrus de voragine: *Dic, quòd diabolus, quando inſidet alicui membro, ideſt alicui peccatori, ſugit ſanguinem, ideſt compaſſionem, & memoriam paſſionis Chriſti, & ſanguinis eius.* Quare huius erit tentationis antidotum ſæpe moribũdo effuſum à Chriſto ſanguinem in copioſam noſtrum redemptionem in memoriam reuocare. Quam quidem rei bene gerendæ normam velut teſtamentario iure nobis relinquere cupiens P. Fundator Noſter vener. mem. Camillus de Lellis, cùm ad extremum vitæ ſuæ perueniſſet, voluit, ſibi ante oculos verſari tabellam, in qua Chriſtus cruci affixus, ac copioſo ſanguine manans, pictus cerneretur. Sed, vt inceptum proſequamur, non ſine ſpeciali Spiritus Sancti ordinatione factum reor, vt ipſa hæc

Beda.

C

Petrus de Voragine.

D Religio eodem die, qui immaculatæ Virginis Conceptioni ſacer eſt, prima publicæ profeſſionis iecerit fundamenta, quaſi, vt ita dicam, Religionis ipſius primordia cum ſuis voluerit Virgo eſſe communia, vt ſic quàm radicitùs in ipſa Virgine ſtet innixa patefieret, &, quemadmodum radices à terra humorem, quo aluntur arbores, attrahunt, ita Religionem noſtrã, quæ inſtar plantæ in Eccleſia vinea viget, vt diuinæ gratiæ humore fœcundaretur à Virginea Mariæ terra, in ea ſuas defixiſſe

radices.

Alexand. ab Alexand.

A radices. Refert Alexander ab Alexandro lib. 4. genial. cap. 9. vites quaſdam fuiſſe propè Danubium, quæ, quia habebant radices in quibuſdam venis, ſeu fodinis aureis, & argenteis, vuas aureas, & folia argentea progignebant. Non diſpari planè ratione Religio noſtra eò, quòd radices habet in Virgine, quæ *vena miſericordiæ* dicitur à S. Bonauentura in pſalterio B. Virginis, miſericordia continuò imbuta indeficientes miſericordiæ fructus in proximos producit. Imò inſuper dixerim, quòd eo die voluit Deipara originem habere ipſam Religionem, vt, ſicut illa primo eo Conceptionis momento inferni ſerpentis caput contriuit

D. Bonau. B. V. vena miſericordiæ.

B per euaſionem à peccato originali, ita & his, qui eidem Religioni darent nomen, artham præberet, qua ſperarent ſe in moribundis aſſiſtendi munere de inſultantis Dæmonis conatibus victores remanſuros. Vnde memores ſint Noſtri tantam hanc Adiutricem ſæpiùs in morientis ſubſidium inuocare. Cæterùm quàm gratum ſit Deiparæ noſtrum inſtitutum, ſolus ille aſſequi poterit, qui, quàm ardenter ipſa Virgo hominū ſalutem amet, ſatis cognoſcet. Nec tanti muneris pondere terreri debent Noſtri, certi, ſe eamdem Virginem ſemper habere in auxilium paratiſſimam. Quòd ſi ipſa eſt Angelorum Regina, certè Angeli ipſius iuſſu ſæpiùs

C accurrent Noſtris, dum moribundos adiuuant, opitulaturi. Vnde D. Philippus Nerius, vt refertur in eius hiſtoria, vidit diuinitùs Angelos iiſdem in eo aſſiſtentes, auribuſque, quę dicenda forent, ſuggerentes. Reſtat, vt te, ò Virgo, Ducem, atque Anteſignanam noſtram, omni ſtudio excolamus, & qui ſine te nihil habere poſſumus, omnia per te nos habere glotiemur. Tuo itaque corda amori, ora laudibus, manus nutibus ſacramus. Quotquot, ac qualeſcumque ſumus, tui ſumus. Si enim cedit arbor ſolo, in quo radices egit (Inſtit. de rer. diuiſ. §. *ſi Titius*) tibi cedit noſtra Religio, quæ in te radices fixit, ex te agnoſcit originem: tua eſt, foue, dirige,

Inſtituta de rerum diuiſ.

D amplifica.

Collige ſecundò ex eo, quòd B. Virgo ſtans iuxta crucem Filium ſuum, vt diximus, deuouit in holocauſtū Patri pro humana Redemptione, Chriſtū ſubijſſe mortem, non ſolùm vt Patri, ſed etiam Matri obediret. Quod confirmari poteſt ex eo, quòd Chriſtus à pueritia, teſte Euāgeliſta, *erat ſubditus illis*, ideſt Mariæ, & Ioſeph: perſeuerauit autē Filius in huiuſmodi ſubiectione, & obedientia vſque ad mortem crucis iuxta illud: *Factus obediēs vſque ad mortem, mortem autem crucis*; cuius mortis

Chriſtus mortem ſubijt, nō ſolùm vt Patri, ſed etiā vt Matri obediret.

Ad Philippē. ſes.

tempore nō erat Ioſeph ſuperſtes, ſed ſola Mater; quare infertur, Chriſtum mortem occubuiſſe, vt Patri quidē primariò obediret, ſecundariò autem & Matri. Hoc indicare voluit Chriſtus, dum, inclinato capite, præſente Matre, emiſit ſpiritum: inclinare enim caput coram aliquo ſubmiſſionis, & obedientiæ, quæ illi præſtatur, eſt ſignum. Adde quòd in Chriſto cruci affixo, tamquam in exemplari, conſiderandum proponitur myſticum Eccleſiæ corpus (ad quod reſpiciens D. Bernardus dixit: *Non decet ſub cāpite ſpinoſo membrū eſſe delicatum*) huius verò myſtici corporis collum eſt Deipara, vt tritum eſt apud Patres: porrò colli munus eſt inclinare caput; inclinato ergo capite, Chriſtus emiſit ſpiritum, vt demonſtraret, quòd mortem ſubibat, non ſolùm, vt Patri pareret, ſed etiam Matri, à qua, tamquam caput à collo, in mortis iugum inclinabatur. Vnde acutè ſcribit Salaz. in c. 8. Prouerb. verſ. 19. nu. 125. *Addo, in quæſtionem vocari poſſe, vtrùm, ſi per impoſſibile nulla interceſſiſſet Patris voluntas, & ſola Mater cuperet, decerneretq; Filium pro hominibus mori, id ſatis foret, vt Chriſtus Matri ſuæ parens mortem libenter aggrederetur. Ego quidem exiſtimo, Chriſtum tantum Matri ſuæ detuliſſe, vt id ſatis omnino foret, ſentiūt alij alia.* Auctoris huius ſententia mihi ſummoperè placet: talis enim actus fuiſſet in Chriſto eximiæ charitatis, pietatis, & obedientiæ; ergo rationabiliter affirmatur, Chriſtum talem actum fuiſſe præſtiturum. Et confirmatur, quia, ſi Iſaac, vt Patri ſuo morem gereret, paratus erat mortem ſubire, cur Filius Mariæ obediētia, cæteriſq; virtutibus incomparabiliter excedens Iſaac, pro tātæ Matris obedientia mortem nō fuiſſet ſubiturus? Et, ſi filia Iephte paſſa eſt, ſe in ſacrificium occidi pro voto patris adimplendo; ergo multò magis, ſpectata perfectiſſima obedientia, & charitate Chriſti in Deiparam, vt vota eius impleret, morti ſe Chriſtum oblaturum fuiſſe affirmari poteſt.

S. Bernard.

Salazar.

An, vt Matri tantùm, ſeclu ſa Patris voluntate, obediret, mori Chriſtus ſe ſubieciſſet.

✱ Collige tertiò, quanta cum fiducia ad Virginem confugere poteſt quilibet vel miſerrimus peccator. Quid enim negabit illa peccatori, ſi pro eo Filium ſuum morti tradidit acerbiſſimæ? Hoc benè perpendit Gerſon in canticord. to. 3. aiens: *Exhilareſcas ad hæc, & ſpera tu, qui perieras, miſerande homo: quod vltra negare tibi Mater miſericordiæ poterit, ſi proprium pro te Filium conſenſit offerri tantæ miſeriæ? Quid concedet beatifica in cælis, quæ talia dabat in terris afflicta? Perdidit miſeriam, numquid & miſericordiam? perdidit paſſionem, ſed numquid compaſſionem? perdidit profectò*

Quanta cum fiducia peccatoribus cō fugiendū ad Virginem.

Gerſon.

compaſsionem aſſectiuam, ſed retinet compaſsionem electiuam. A

QVAESTIO XIV.

Vtrùm B.Virgo, Chriſto compatiendo, ipſumq; Deo Patri deuouendo, humani generis redemptioni cooperata ſit.

SVPPONENDVM, tamquam certum in fide catholica, Chriſtum ſolum propriè eſſe Redemptorem, vt patet ex 3 ad Galatas: *Chriſtus nos redemit* B
Ad Galat.
de maledicto legis factus pro nobis maledictũ:
Ad Titum. ad Titum 2. *Expectantes beatam ſpem, & aduentum gloriæ magni Dei, & Saluatoris Noſtri Ieſu Chriſti, qui dedit ſemetipſum pro nobis, vt redimeret ab omni iniquitate:* & Apocalyp. 5. *Dignus es, Domine,*
Apocal.
accipere librum, & aperire ſignacula eius; quoniam occiſus es, & redemiſti nos Deo in ſanguine ſuo. Ratio eſt, quam aſſignat D.
D. Thom. Thomas 3 p. quæſt. 48. art. 5. in corpore, vbi hæc habet. *Ad hoc, quòd aliquis redimat, duo requiruntur, ſcilicet actus ſolutionis, & pretium ſolutum: ſi enim aliquis ſoluat pro redemptione alicuius rei pretium, quod non eſt ſuum, ſed alterius, ipſe non dicitur redimere principaliter, ſed magis ille,* C
cuius eſt pretium: pretium autem redemptionis noſtræ eſt ſanguis Chriſti, vel vita eius corporalis, quæ eſt in ſanguine, quo ipſe Chriſtus exoluit: vnde vtrumque iſtorum ad Chriſtum pertinet immediatè, inquantum eſt homo, ſed ad totam Trinitatem, ſicut ad cauſam primam, & remotam, cuius erat & ipſa vita Chriſti, ſicut primi Auctoris, & a qua inſpiratum fuit ipſi homini Chriſto, vt pateretur pro nobis; & ideo eſſe immediatè Redemptorem proprium eſt Chriſti, inquantum eſt homo, quamuis redemptio poſſit attribui toti Trinitati, ſicut primæ cauſæ.

Supponendum ſecundo, vt omnino certum, quòd, licèt perfecta ratio Redemptoris, & Mediatoris ſit propria Chriſti, D
eius tamen participatio, ſeu miniſterium, tam Angelis, quàm hominibus, communicari poteſt: & in hoc ſenſu loquitur D.
Ad Corinth. Paulus 1. ad Corinth. 3. *Vnuſquiſque autem propriam mercedem accipiet ſecundum ſuum laborem; Dei enim ſumus adiutores.* Et, ſicut, licèt Chriſtus ſit *lux vera, quæ illuminat omnem hominem,* dixit tamen diſcipulis: *Vos eſtis lux mundi:* &, cùm idem ſit paſtor bonus, & verus Magiſter; alios tamen conſtituit doctores, & paſtores: ita ipſe eſt quidem Mediator perfectus iuxta

A illud ad Timotheum: *Vnus eſt mediator Dei, & hominum homo Ieſus Chriſtus;* ſed tamen, vt expreſsè ait D. Thom. q. 26. ar. 1. in corpore, nihil prohibet aliquos alios ſecũdùm quid dici mediatores inter Deũ, & homines, prout, ſcilicet, cooperantur ad vnionem hominum cum Deo diſpoſitiuè, vel miniſterialiter. His ſuppoſitis, Ad Timoth.

Dico primò, Virginem, compatiendo Chriſto, cooperatam eſſe humanę redemptioni. Ita reuelatum habemus S. Brigittæ lib. 1. c. 35 vbi ſic illam alloquitur Deipara: *Dolor Chriſti erat dolor meus, quia cor eius erat cor meum: ſicut enim Adam, & Heua vendiderunt mundum pro vno pomo, ſic Filius meus, & ego redemimus mundum* Concluſio prima affirmatiua. Reuel S. Brigittæ.
B *vno corde.* Ita & Lanſperg. homil. 48. de Lanſpergius.
paſſione Domini: *Voluit Chriſtus Matrem adeſſe ſibi in doloribus, vt ex his, quæ foris oculis cerneret, intus animo vulneraretur, vt ſic Chriſti paſſionis, redemptioniſq; noſtræ particeps fieret, & cooperatrix.* Arnold. Carnot. de laud. Mariæ: *Diuidunt coram Patre inter ſe ſe Mater, & Filius pietatis officia, & miris allegationibus muniunt redemptionis humanæ negotium, & condunt inter ſe reconciliationis noſtræ inuiolabile testamentum. Maria Chriſto ſe ſpiritu immolat, & pro Mundi ſalute obſecrat; Filius impetrat, Pater condonat.* Probatur, quia ſatisfactio pro alijs genus quoddam redemptionis, ſeu cooperationis redẽptio-
C ni eſt, quandoquidem, ſoluto pretio, alter à debito liberatur: ſed B. Virginis cõpaſſio fuit quædam ſatisfactio pro peccatoribus; ergo, &c. Minor probatur, tũ quia omnino veriſimile eſt, quòd B. Virgo talẽ compaſſionem procedentem ex perfectiſſima charitate ipſius in Chriſtũ, atq; adeo valde apta ad ſatisfaciendum, tunc applicuerit pro peccatoribus, quorum ſalutem ſummoperè exoptabat; quod bene indicat Arnold. Carnot. tract. 6. de verbis Domini Arnoldus Carnot.
in cruce: *Cooperabatur,* aiens, *plurimùm ſecundum modum ſuum ad propitiandum Deum ille Matris affectus, cum tã propria, quam Matris vota charitas Chriſti proferret ad Patrem, cum quod Mater peteret, Filius*
D *approbaret, Pater donaret:* cùm etiã quia talis cõpaſſio, ſicut & cætera opera ſatiſfactoria B. Virginis, in theſauro Eccleſiæ meritis Chriſti principaliter locupletato, repoſita poteſt per claues Eccleſiæ fidelibus applicari ad indulgentiam, & remiſſionem pœnarum.

Dico ſecundò, B. Virginem maximè cooperatam eſſe redemptioni humani generis offerendo vitam, & ſanguinem Filij ſui æterno Patri pro ſalute hominum. Probatur primò: Chriſtus, vt verus Filius Mariæ, erat aliquid ipſius Mariæ, pars .n. paren- Concl. ſec.

paren-

parentum ſunt filij, ex Ariſtotele, & Chriſtus etiam ſponte erat ſubditus eidē Mariæ; ergo ipſa obtulit pro redemptione noſtra aliquid, in quo aliquod ius habebat, & ſic maximè cooperata eſt noſtræ redēptioni. Probatur ſecundò; tota Trinitas contulit Chriſto humanam vitam, & ſanguinem, atque adeo pretium, quo nos poſſet redimere, eademq; inſpirauit voluntatem moriendi pro nobis, & cooperata eſt, vt ſe ipſum pro nobis offerret in pretium redemptionis, quam ob cauſam D. Thomas loco citato à principio quæſtionis dicit, quòd ipſa redemptio poteſt attribui toti Trinitati, ſicut primæ cauſæ: ſed ſimili modo, ſeu ſecundùm quamdam proportionem poſſumus diſcurrere de B. Virgine, quòd, nimirum, illa, gignendo, parturiendo, lactando, educando eumdem Chriſtum, in eius vitam influxit, & voluntatem ſuam maximè tempore paſſionis cum voluntate, quæ erat in Chriſto moriendi pro nobis, copulando, cooperata eſt, vt ipſe Chriſtus ſe pro nobis offerret in pretium redemptionis! ergo Virgini attribui poteſt, tamquam cauſæ aliquo modo influenti in Chriſti redemptionem, maxima ſaltem cooperatio eidem redemptioni. Porrò fuit adeo perfecta, & eminens illa maternæ voluntatis cum Filij voluntate coniunctio, vt ab Arnoldo Carnotenſe tract. de Virgin. laud. vna omnino vtriuſque cenſeretur: perpende ejus verba, quæ etiam ſupra citauimus: *Omnino tunc erat vna Chriſti, & Mariæ voluntas, vnumq; holocauſtum: ambo pariter offerebant Deo, hæc in ſanguine cordis, hic in ſanguine carnis*. Huc etiā tendit modus ille loquendi, quo vtitur ipſamet Virgo Reuelationum S. Brigittæ loco ſupra cit. *Cor eius erat cor meum: ſicut enim Adam, & Eua vendiderunt mundum pro vno pomo, ſic Filius meus, & ego redemimus mundum quaſi vno corde, &c.*

Arnoldus Carnot.

Reuel. S. Brigittæ.

Collige primò, hunc modum cooperandi humanæ redemptioni in hac ſecunda concluſione explicitum ita eſſe propriū B. Virginis, vt nulli alij creaturæ competat. Ad hoc reſpexiſſe videtur Albertus Magnus ſuper *Miſſus eſt* dicens: *Hoc priuilegium ſolum attribuitur Mariæ, quando ipſa eſt adiutrix redemptionis*. In hoc ſenſu etiam accipienda ſunt dicta Patrum, in quibus opus redemptionis videntur referre in Virginem, tamquam in cauſam, vt D. Baſilius orat. ad Virgin. *Tu captiuorum redemptio, & omnium ſalus. Aue pax, ſalus mundi, aue Mediatrix glorioſiſſima, aue vniuerſi terrarū orbis conciliatrix*. D. Bernard. ſerm. de Aſſumpt. *Ad reſtaurationem generis humani ſufficere poterat ſolus Chri-* A *ſtus, ſicut omnis ſufficientia noſtra ex ipſo eſt: ſed bonum non erat nobis hominem eſſe ſolum, congruum magis erat, vt adeſſet noſtræ reparationi ſexus vterque, quorum corruptioni neuter defuiſſet*. Petrus Damianus ſerm. de Annunc. *In ipſa* (hoc eſt in Virgine) *hoc totum faciendum decernitur, vt, ſicut ſine illo* (ſcilicet Deo) *nihil factum eſt, ita ſine illa nihil refectum ſit*. D. Anſelm. de excell. Virgin. cap. 9. *Quis igitur iſta perpendens exiſtimare queat qua laudē digna ſit, quæ tantorum beneficiorum ſola præ cunctis effici debuit mediatrix?* D. Hieron. in epiſt. de Aſſumpt. *Veneramur ſalutis auctricem*. Irenæus lib. 3. contra Valentinum cap. 33. *Vniuerſo generi humano cauſa ſalutis facta eſt*. B S. Ephrem de laud. Virgin. Mariæ: *Captiuorum Redemptrix, & omnium ſalus*. B. Laurent. Iuſtin. ſerm. de Annunc. *Effecta eſt Paradiſi ſcala, Cæli ianua, inuentrix mundi, Dei, atque hominum veriſſima mediatrix*. Sergius Hieroſolym. de Natiuit. Virgin. *Expultrix tenebrarum, reparatrix Adæ, reuocatrix Euæ, immortalitatis fons, corruptionis interitus*. Similia alij.

Albertus Magnus.

D. Baſilius.

D. Bernard.

Petrus Damian.

D. Anſelm.

D. Hieron.

Irenæus.

S. Ephrem.

B. Laurent. Iuſtin.

Sergius Hieroſolym.

Collige ſecundò quid in Virginis præconium intendat Spiritus Sanctus in illis verbis Cant. 7. *Quam pulchri ſunt greſſus tui in calceamentis, Filia Principis!* Memineris, Moyſi fuiſſe præceptū (Exodi 3.) vt non niſi ſolutis calceamentis ad rubum C incombuſtum accederet. Per rubum ſignificatum fuit Moyſi myſterium redemptionis; ſoluere autem calceamenta apud Antiquos erat idem ac cedere iuri ſuo (vnde Cyprian. & Ambroſ. volunt, indicatum tunc fuiſſe Moyſi, quòd Eccleſiam, cuius liberationem ingrediebatur, non ſibi vindicare, ſed Chriſto debebat concedere). Moyſi igitur ſoluenda fuerunt, antequam ingrederetur, calceamenta ſua in argumentum, quòd nihil iuris haberet in opere redemptionis. Verùm B. Virgini datur ingredi in hoc myſterium cum calceamentis in pedibus: *Quam pulchri ſunt greſſus tui in calceamentis, Filia Principis!* ac ſi dicat: quantum tibi gloriæ, ac pul- D chritudinis accedit ex eo, quòd tibi datū eſt ius aliquod retinere in opere redemptionis!

Cantic.

Exod.

D. Cyprian.
D. Ambroſ.

Collige tertiò quid cauſæ fuit, quòd voluit Spiritus Sanctus, ſicut ſupra declarauimus cap. 3. quæſt. 3. vt vbi vulgata editio Scripturæ Geneſ. 3. haber: *Et ipſa cōteret caput tuum*: ex hebræo vertatur etiā: *Ipſe*, ſeu, *ipſum conteret caput tuum*. Diximus cap. & quæſt. ſupradictis, per hoc conterere caput indicatum fuiſſe myſterium immaculatæ Conceptionis, &c. Verùm hoc idem conterere caput ſerpentis

Geneſ.

Digitized by Google

in re noſtra etiam ſignificat myſterium redemptionis, quod, caput inferni ſerpentis conterendo, conſummauit Chriſtus. *Ipſe* igitur *conteret caput tuum*, hoc eſt, Chriſtus opus redemptionis perficiet ſolus, & verus redemptor: vertit vulgata: *Et ipſa conteret caput tuum*, hoc eſt, aderit & mulier; quæ huic redemptioni cooperabitur, per quam caput tuum, ô ſerpens, conteretur.

B.V. ab originaria labe probatur immunis.

Collige quartò, Beatam Virginem ex hoc etiam ſpeciali capite, quòd modo peculiari, & adeo eminenti electa fuerat in redemptionis humanæ cooperatricem, ab omni, vel etiam originalis peccati, labe omnino fuiſſe præſeruandam, vt ſic maiori pro dignitate poſſet cooperari.

Quanta cum fiducia cõfugere poſſimus ad Virginẽ pro redemptionis fructibus pcipiendis.

Collige quintò, quanta cum fiducia cõfugere poſſimus ad Virginem pro redemptionis fructibus percipiẽdis. certè enim idcirco voluit Chriſtus illam in redemptionis humanæ conſortium ſibi adſciſcere, vt magis liberè de fructibus redemptionis hominibus diſpenſaret. Quòd ſi, ſuadente Eua, mortiferum pomum comedit Adam, virusq; in vniuerſam ſobolem transfudit; ſic Mariæ ſuaſu vitalis fructus redemptionis in vniuerſam Catholicorũ ſobolem erat communicandus. Sed

Quantæ fuerit gloriæ B. Virgini humanæ redẽptioni cooperatio.

Quæres: quantæ gloriæ fuit Deiparæ ſic humanæ redemptioni cooperari?

Reſpondeo, magnitudinis huius gloriæ illum ferre poſſe iudicium, qui eam gloriam metiri poteſt, quam retulit Chriſtus ex opere redemptionis, ad eam enim propiùs ſupra omnes acceſſit gloria Deiparæ, vt patet ex dictis. Porrò tanta fuit Chriſti gloria ex opere redemptionis; vt ipſe illam vicina paſſione conſecuturus voluerit priùs Apoſtolorum abluere pedes, operique, quo humilius numquam præſtiterat, ſe ſubijcere, innuens, quòd, ſi tempus vllum erat, quo periculum maius adeſſet (ſi fieri potuiſſet) in Chriſto ſuperbiendi, illud erat, quo munus redemptionis altiſſimorum altiſſimum præſtandũ erat: quod optimè attingens Cyprian. lib. 3. epiſtol. *Imitemur*, ait, *Dominum, qui tempore paſſionis non ſuperbior, ſed humilior factus pedes diſcipulorum ſuorum lauit*. Tanta, inquam, fuit, vt ipſe Chriſtus, cùm tempus illius aſſequendæ appropinquaret, exultabundus ſic gloriaretur: *Et ego ſi exaltatus fuero a terra, omnia traham ad me ipſum*. Quare ſilentio potiùs, quàm verbis nobis celebranda eſt gloria Deiparæ, quam ex huiuſmodi cooperatione reportauit. Illius ſanè magnitudinẽ agnoſcens Spiritus Sanctus, poſtquam talem cooperationem expoſuit: *Vadam*, aiens, *ad montem myrrhæ, & ad collem thuris*, vbi legit Rabbi Salomon: *Vadam ad montem Mor*, in quo Abraham obtulit filium, & Chriſtus fuit cruci affixus (quod de Beata Virgine pergente ad montem Caluariæ exponit Gregor. Nyſſen. orat. 7. in Cantica) neceſſarium duxit immediatè poſt declarare, nullam inanis complacentiæ maculam Virgini ex hoc adhæſiſſe in tanta gloria, ſtatim ſubiungens: *Tota pulchra es, amica mea; & macula non eſt in te*.

D. Cyprian.

Ioan. 12.

Cantic. 4.

QVAESTIO XV.

Quibus nam de cauſis permiſerit Deus Virginem tam acerbis angi doloribus.

Afferuntur cauſæ.

DICO, plures ob cauſas ex diuina ordinatione B. Virginem ſumma fuiſſe triſtitia excruciatam. Prima fit vt innoteſceret quanto Deus amore illam proſequeretur. Etenim argumentum eſſe diuini amoris afflictiones tunc maximè, cùm feruntur in inſontes; ita certum eſt, vt ſine errore negari non poſſit: *Quia acceptus eras Deo, neceſſe fuit, vt tentatio probaret te*; ait Angelus Tobiæ 12. & B. Laurent. Iuſtin. de caſto connub. cap. 19. *Hoc* inquit, *naturalis teſtatur ratio, hoc Sanctorum, & maximè Verbi exempla confirmant, quod quiſque durius in præſenti flagellatur, quò arctius amatur*. Quare, vt intelligeretur, maximum eſſe Dei amorem in Virginem; opportuit, vt maximis affligeretur anguſtijs: qua enim menſura metitur Deus amorem ſuum erga creaturas, metitur & tribulationes, quibus illas affligit. Amabat Filium ſuum ſuper omnes, & ſuper omnes illum afflictum voluit: diligebat intenſiùs poſt Chriſtum Virginem, atque ideo intenſiores in illam congeſſit dolores. Secunda cauſa fuit vt præberetur occaſio Deiparæ inſignium virtutum exercendarum, vt reſignationis propriæ voluntatis in diuinam, quæ eò eminentior cenſenda, quò in aſperioribus, ac toleratu difficilioribus perferendis adhibetur; profundiſſimæ humilitatis in participandis irriſionibus, opprobrijs, atque ignominijs, quibus Chriſtus publicè afficiebatur; dilectionis inimicorum, eorum ſcilicet, qui Chriſtum tot cruciatibus, & opprobrijs affligebant; commiſerationis erga eoſdem Chriſti perſequutores, & crucifixores, fortitudinis, magnanimitatis, fide-

Tob. 12.

B. Laurent. Iuſtinian.

Vtilitas tribulationum.

fidelitatis in illa Filij ſui derelictione, &c. Hinc eſt quòd à Spiritu Sancto B. Virgo ad tot virtutum exercitia in proximorum vtilitatem anhelans deſcribitur illis verbis Cantic. 4. *Surge Aquilo, & ueni Auſter, perfla hortum meum, & fluent aromata illius*; ac ſi diceret: eia age, inſuffla, frigide Aquilo, exerat in Filium meum ſuos impetus Iudaicæ gentis odium; veniat & Auſter calidus, ſpiret amor feruens, qui patientis Filij, Matriſq; compatientis dolores miſcens vtriuſque exacerbet cruciatus: *& fluent aromata*, ſic enim flante huiuſmodi aura, diffundam hac occaſione virtutum plurimarum odoramenta, quæ fidelium animos ad ſe allicient, & ad ipſarum virtutum ſtudia proſequêda ſuauiter pertrahent. Tertia cauſa fuit vt ipſa Virgo omnem triſtitiam, & compaſſionem ſuppleret, quam omnes, pro quibus Chriſtus paſſus eſt, grati animi lege ſentire debuiſſent. Audiamus Vtinum lib. 4. c. 15. *Cùm ipſa eſſet Aduocata mundi, tantum dolorem Spiritus Sanctus ſuis infudit viſceribus, quantus ſufficiebat omnium electorum Genitrici ad excuſandam ingratitudinem, quia ſic dura morte de ſui fabrica ſuum expellebant Auctorem, qui ad ipſos eruendos ex faucibus mortis de ſinu Patris aduenerat, ſeruilem aſſumendo naturam: vnde ipſa pro ſe, & pro toto mundo dignum morienti, & de ſe genito exhibebat tamentum.* Quarta cauſa vt promptiùs Virgo miſeris ad ſe confugientibus compareretur, compaſſaque ſubueniret. Etenim maxima quædã prouocatio eſt ad compatiendum, & leuamen afflictis afferendum, miſerias, & afflictiones pertuliſſe: vnde Apoſtolus ad Hebr. 2. ſimili argumento ſuadet Chriſti propenſionem ad miſericordiam, opemq; ijs præſtandam, qui tentationibus concutiuntur, ait enim: *Debuit* (ſcilicet Chriſtus) *per omnia fratribus ſimilari, vt fieret miſericors, & fidelis Pontifex ad Deum, vt repropitiaret delicta populi: in eo enim, in quo paſſus eſt ipſe, & tentatus, potens eſt & eis, qui tentantur, auxiliari.* Quare quò maiores afflictiones ex diuina ordinatione perpeſſa eſt Virgo, eò maior, & eminentior in ipſa eſt exiſtimanda ad commiſerandum, & ſuccurrendum propenſio. Quinta cauſa vt faciliùs huius mortalis vitæ ærumnas toleraret vnuſquiſque noſtrû; ad quas alacri animo ſuſtinendas hortatur quidem Cicero, propoſita conditione humanæ vitæ, quæ neceſſariò calamitatibus eſt ſubiecta; ſic enim in quadam epiſtola familiari Titio ſcribit: *Homines nos eſſe meminerimus ea lege natos, vt omnibus telis fortunæ propoſita ſit vita noſtra, neque eſſe recuſandum, quominùs ea, qua nati ſumus, conditione viuamus; neve tam grauiter eos caſus feramus, quos nullo conſilio vitare poſſumus.* Nobis verò efficacius argumentum erit ad quaſcumque humanæ vitę miſerias perferendas exemplum Deiparæ, quæ dolorum acerbitate fuit excruciata: dum enim in illam innocentiſſimam, nulliuſq; omnino culpæ ream, ac tot tamen anguſtijs afflictam, mentis oculos conijcimus, fieri non poteſt, vt noſtræ non leniantur afflictiones, maximè cùm eæ non ſine noſtra culpa patiamur. *Facilis*, inquit, S. Gregor. in regiſt. *erit conſolatio, ſi inter flagella, quæ patimur, quæ fecimus ad memoriam delicta reuocemus, atque hæc non flagella, ſed dona cognoſcamus*: & ipſe Ouidius:

Leniter, ex merito quidquid patiare, ferendum eſt;
Quæ venit indignè, pœna dolenda venit.

Collige primò quàm grato in Virginem animo eſſe debeamus, cùm ipſa id, quod in nobis deeſt cõpaſſionis in Chriſti paſſionem, abundè ſumma ſua, qua affecta eſt, triſtitia ſuppleuerit.

Collige ſecundò, nos habere quò confugiamus, quando in Chriſti paſſione meditanda eos, quos velimus, compaſſionis affectus non ſentimus: ſed quo? ad Virginem, illam ſupplices exorantes, vt vel aliquem ex ijs, quos tam abundè in ſe habuit, compaſſionis affectum in vicem noſtræ ariditatis offerat Filio, vel nobis impetret, vt condoleamus.

QVAESTIO XVI.

Vtrùm B. Virgo eo affectu compaſsionis dolores perpeſſa ſit, vt maiores etiam perferre exoptaret.

DICO affirmatiuè. Probatur: Chriſtus ita paſſus eſt dolores ſuæ paſſionis, vt ad maiores anhelaret: ſed B. Virgo ſtudebat ſe in omnibus conformare Filio; ergo, ſicut hic maiores ſitiebat dolores, ita & illa. Maiorem communiter tradunt Patres, & præcipuè hi, qui explicant illud verbum Chriſti, *Sitio*, de ſiti maiorum dolorum; vnde etiam habemus ex Cantic. 7. *Aquæ multæ non potuerunt extinguere charitatem, nec flumina obruent illam*; quod itèm de ardentiſſimo deſiderio, quo tenebatur Chriſtus, patiendi vnanimiter intelligitur; hoc enim non fuit

Cantic. — Vtinus. — Ad Hebr. — Cicero. — D. Gregor. — Ouidius. — Quàm grato in Virginem animo eſſe debeamus. — Affirmatiu. — Cantic.

fuit extinctum paſſionis tempore, licèt aquæ, & flumina dolorum, & iniuriarum inundarint. Minor ex ſe patet, perfecti enim amoris eſt amantes in omnibus cõformes efficere; quod etiam indicatum habemus verbis illis Cantic. 4. *Vulneraſti cor meum*; vertit Tigurina, *Tibi vindicaſti cor meum*: cor accipitur pro voluntate in ſacris paginis; *Fili, præbe mihi cor tuum*; vnde *Tibi vindicaſti cor meum* idẽ erit, ac, tibi vindicaſti voluntatem meam. Huc etiam reuocari poteſt quod in ſuperioribus attulimus ex Arnoldo Carnot. *Omninò tunc erat vna Chriſti, & Mariæ voluntas, vnumq; holocauſtum, &c.* & illud ex Reuelationibus S. Brigittæ: *Quia cor eius erat cor meum.* Hanc ſitim maiora patiendi ſignificare voluiſſe reor Spiritũ Sanctum, dum Virginem Cantic. 1. ſic loquentem introduxit: *Faſciculus myrrha dilectus meus mihi, &c.* per faſciculũ myrrhæ indicari paſſionem tritum eſt apud Patres: quomodo ergo vſa eſt Virgo ad Filij paſsionem exprimendam diminutiuo illo *faſciculus?* adeo ne leue fuit quod paſſus eſt Chriſtus, vt non ſaltem faſcis myrrhæ dici poſſet? quare ergo ait Virgo, eiuſmodi paſſionem eſſe ſibi faſciculum? Vtique quia exiguus illi dolor videbatur, quem perferebat ob Filij paſſionem, reſpectu illius deſiderij, quo flagrabat eius animus, maiora ſuſtinẽdi. Suadebat amor Chriſto parum eſſe quod patiebatur; ſuadebat idem Matri parum eſſe quod compatiendo ſuſtinebat. Si Chriſtus quinque millia verberum ſuſtinuit, vt referunt Lodulphus in vita Chriſti 2.p.c.58. Ecchius in ſerm. de paſſione Domini, & alij, nec deerat illi affectus quinque milliũ millia perferendi; ſic & B. Virgini nõ deerat amor, & affectus Filium ad illa offerendi. Si caput Chriſti ſeptuaginta duabus ſpinis fuit transfixum, & non deerat eidem voluntas ſeptuaginta earum millia ſuſtinendi; ad totidem illum offerendũ parata erat Virginis voluntas. Si Chriſtus tres horas exegit in cruce inter dolores omni ex parte acerbiſſimos, & paratus erat ter mille horas, & plures ibidem perſeuerare; prõpta erat Virgo ad Filium ijs omnibus offerendum: tantum nempe erat deſideriũ, quo tenebatur, maiores vnà cum ipſo Filio patiendi dolores. Placet pro re noſtra figuram ſubijcere, duos illos ſcilicet Seraphim, de quibus ait Iſai. 6. *Sex alæ vni, & ſex alæ alteri; duabus velabant faciem eius, & duabus velabant pedes eius, & duabus volabant.* Alæ ſic ſupra, atque infra, & ad latera extenſæ crucis formam repræſentabant: horum Seraphim alter Chriſtum cruci affixum, alter ſpiritualiter crucifixam Matrem per compaſsionem indicabant: ſed myſterium eſt, quomodo cruci affixi ij Seraphim adhuc tamen volabant. Per volatum ſignificatur deſiderij, ſicut per quietem ſatietas: adhuc igitur volabant, licèt cruci affixi, duo Seraphim, vt intelligeremus, Chriſtum, & Matrem eius, quorum erant ſymbolum, licèt ambos cruci affixos, corporaliter alterum, alteram ſpiritualiter, adhuc tamen maiores, ac maiores exoptaſſe dolores.

[Margin: Cantic. — Arnold. Carnotenſ. — Reuel. S. Brigittæ. — Cantic. — Lodulphus, Ecchius. — Iſai.]

Collige primò, plurimum nos quidẽ debere Chriſto, ac Deiparæ ob eos cruciatus, quibus ſe pro nobis ſubdiderunt; ſed multò magis nos iiſdem eſſe deuinctos ob ea, quæ adhuc pati deſiderabant, ſi Pater æternus voluiſſet: magnitudo enim beneficij non ex re accepta, ſed ex affectu cõferentis ponderanda eſt, vt eruditè monet Seneca lib. de benef. *Itaque nec aurum, inquit, nec argentum, nec quicquam eorum, quæ à proximis recipiuntur, beneficium eſt, ſed ipſa tribuentis voluntas.* (Seneca.)

Collige ſecundò, quantum promeruerit B. Virgo in compaſſione Filij ſui, non ob id tantùm, quod realiter pertulit, quod fuit maximum, ſed ob id etiam, quod perferre inſuper deſiderauit. Etenim Dei proprium eſt eodẽ præmio, ac effectus, efficacia deſideria compenſare. Vnde tanti duxit Deus voluntatem Abrahæ filium ſacrificandi, quanti duxiſſet effectum; ac propterea dixit illi, Geneſ. 22. *Quia feciſti hanc rem, & non pepercisti vnigenito filio tuo propter me, &c. Quomodo*, ait D. Hieronym. epiſt. 34. ad Iulian. *dicit Dominus, Quia non pepercisti vnigenito, cùm illum non mactauerit, ſed vtique pepercerit? reſpondet, &, voluntate, inquit, iugulauit:* & D. Chryſoſt. homil. 47. in Geneſ. *Non euentum, ait, conſiderat, ſed voluntatem, qua faciebat.* Ita diſcurrendum de Virgine: non euentum Deus eorum, quæ pati non potuit, in illa conſiderauit, ſed voluntatem, ac feruens deſiderium, quo maiora patiendi tenebatur. (Geneſ. — D. Hieron. — D. Chryſoſt.)

Collige tertiò modum à Virgine, quo nos gerere debemus in maioribus, quas poſſimus, grati animi vicibus pro diuinis beneficijs rependendis. Modus eſt, vt quæ aſſequi non poſſumus factis, vehementibus attingamus deſiderijs: vnde benè ait Ambroſ. lib. 1. de offic. cap. 32. *In beneficio reddendo plus animus operatur, quam cenſus.* (D. Ambroſ.)

QVAE.

QVAESTIO XVII.

An nobis plurimùm conducat ſæpiùs Deiparæ dolores mente reuoluere.

Affirmatur.

DICO, magnam eſſe diſpoſitionem ad vberrimos diuinæ gratiæ influxus recipiendos B. Virginis dolores, quos tempore Chriſti paſſionis perpeſſa eſt, pio ſæpiùs affectu recolere. Peruenuſtè B hoc indicauit Spiritus Sanctus, dum ſic Virginem loquentem introduxit in Canticis: *Faſciculus myrrhæ Dilectus meus inter vbera mea commorabitur*, quaſi dicat: vbera mea dulci quidem turgent diuinæ gratiæ, ac conſolationis lacte, ô fideles; verùm inter illa commoratur faſciculus myrrhæ, Dilectus meus, nimirum, paſſionis ſuæ doloribus afflictatus, cuius crucem in corpore meo porto. Si vultis itaque plena gratiarum lacte vbera exugere, accedite: ſed ſimul experturi eſtis huius myrrhini faſciculi amarorem, paſſionem Filij mei, quæ me tot compaſſionis doloribus excruciat. Hos compaſſionis meæ cruciatus ſedula meditatione recolentes, C dulciſſimum lac vberum meorũ, me exhibente, poteritis ſorbillare. Facit & ad hanc rem verſio illa loci illius Prouerb. 8. ex Caldæo: *Eram in latere eius nutritia*; vbi vulgata legit: *Cum eo eram cũcta componens*. Nomen hoc *nutritia* ſonat perſonam, quæ nutritur, & nutrit: ſtat igitur Virgo in aperto Chriſti latere nutrita, quia ex illo in præmium ſuæ compaſſionis hauſit copioſiſſimos gratiæ fluxus, quibus in vita ſpirituali miris profecit incrementis. Stat ibi & nutriens, quia dilectos ſuos ad ſe ſic in latere per compaſſionis affectum commorantem ſtudioſa meditatione accedentes nutrit compunctionis, lacrymarum, amoris, conſolationis, aliarumq; gratiarum pabulo, quo virtute, & D meritis grandiores facti felici curſu culmen perfectionis attingant. Meritò quiſquis talibus reficitur alimentis, vindicare ſibi poteſt illud Auguſtini: *Hinc paſcor a vulnere, hinc lactor ab vbere*. Probatur, quod concluſimus, ratione. B. Virgo, vt diximus in ſuperioribus, tam copioſè cõdoluit, noſtri etiam cauſa pluribus ex capitibus, Filio patienti; vnde dolores illos meditari erit gratitudinis exercitium: ſed nulla melior diſpoſitio eſt ad gratiam

Cantic. 1.

Prouerb.

D. Auguſtin.

A prouocandam, quàm gratitudo; ergo facilem reddet Virginẽ ad gratias ſibi elargiendas qui eius cõpaſſionis dolores meditabitur. Minor probatur: etenim, ſicut *ingratitudo eſt hoſtis gratiæ, & inimica ſalutis*, teſte Bernardo ſerm. 24. ita gratitudo gratiæ conciliatrix erit, & amica ſalutis. Confirmatur hoc ex Apoſtolo 2. ad Corinth. 1. vbi: *Sicut*, ait, *ſocij eſtis paſſionum, ita eritis & conſolationum*: ergo, ſi ſocij erimus in compaſſione Virgini per eius meditationem, ſocij ei erimus & in conſolationibus. Probari ſecundò poſſet ex eo, quod ex varijs Auctoribus refert Carthag. to. 3. lib. 12. homil. 1 ſanctæ Eliſabethæ fuiſſe reuelatum, quòd Virgini, B ſcilicet, conceſſum fuit à Chriſto Domino, vt dolores ipſius Virginis recolenti quemcumque fauorem ad eius ſalutem conducentẽ poſſet liberè elargiri, atque hoc præcipuè, vt non, niſi peracta de admiſſis culpis vera pœnitentia, è vita migraret: vide Pelbartum in ſtellar. lib. 3. p. 3. ar 3. huiuſmodi Reuelationem enucleatius proſequentem, placet tamen huiuſmodi non nimiùm inniti). Sed quid plura? hoc ſuo Ioannes comprobat exemplo, qui, dum adſtaret afflictæ Virgini ſub cruce, in eiuſdem Filium meruit cooptari. Aliud etiam exemplum ſubdam in eorum conſolationem, qui pio hoc, ac laudabili detineri ſolent exercitio. Refert C Syluanus Razzius lib. 1. miracul. Clericum quemdam eò, quòd non religioſè admodum vixiſſet, ad vitæ ſuæ exitum redactũ cæpiſſe de ſua ſalute non leuiter dubitare. Conſueuerat hic ſæpiſſimè Virginis dolores animo ſecum reuoluere; ac proinde ſimplici, ac pio quodam affectu illam conſolari his verbis conabatur: *Gaude, quia ab Angelo fuiſti annuntiata: gaude quia ab Eliſabeth Mater Dei fuiſti appellata: gaude, quia mundi Saluatorem peperiſti.* In huius tam amoroſi affectus mercedem Virgo præſentiam ſuam illi æternæ ſalutis dubio ſic anguſtiato conceſſit, atque in ſpem firmam gloriæ conſequendæ reuocatum ad exoptatam Paradiſi patriam D ſaluum, incolumenq; perduxit: nos ex hoc monens quàm ingens præmium ijs ſit præparatum, qui ſuos dolores, quos, dilectiſſimo Filio ſuo compatiendo, pertulit, ſeduli meditantur.

D. Bernard.

Ad Corinth.

Carthagena.

Pelbartus.

Syluan. Razzius.

Quàm grata ijs ſit Deipara, qui ſuis compaſſionis dolorib. compatiuntur.

Aduerte, quòd, etſi quandoque nõ poſſimus ita ſentire in nobis Virginis compaſſionem, vt affectus doloris eliciamus, cùm ſit hoc ſpeciale donum (ſicut etiam ſentire paſſionem Domini, vt habetur Zachariæ 12.) non tamen ceſſandum eſt ab illius deſiderio, & poſtulatione: neque enim eos præmio carere permittet Virgo,

Animaduerſio.

Zachar.

Virgo, in quibus, licèt non compaſſionem, ſtudium tamen aſpiciet compaſſionis. Imitemur in hoc D. Bonauenturam, qui in ſtimulo amoris de planctu Virginis cap. 4. quantùm cum afflicta Deipara dolere exoptaret his declarat. *Tu vulnerata es, Chriſti Mater, vulnera & ſeruum ſine vulneribus miſerum, & nil aliud præter vulnera poſtulantem. Non peto cælum, non terram, non lunam, non ſydera, ſed vulnera: nonne tu es Domina ſpes noſtra? nonne tu es Domina Regis? nonne tu es Mater præmij? nonne tu es, quæ nos exaltari deſideras? Si ergo nos vis facere glorioſos, imò, quia vis, quare negas nobis cauſam? nam abſque vulnere ſaluari non poſſumus. O Domina mea, ò vita mea, ò ſpes mea, ò dulcedo mea, ò bona Domina, vulnera corda noſtra. Nonne plus ſine comparatione nos diligis, ac bona noſtra procuras, quam mater carnalis? Quid enim aliud habes facere, quàm corda noſtra vulnerare? non enim poſſumus ſine vulnere Filij tui, fratris noſtri, ſtare. Verecundum enim nobis valde eſt videre Filium tuum Dominum noſtrum ſic vulneratum, & te Dominam noſtram ſic crudeliter vulneratam, & nos peccatores, ſeruos veſtros viliſſimos, ſic liberos pertranſire, & illæſos, &c.*

D. Bonau.

QVAESTIO XVIII.

Vtrùm Angelus, qui confortauit Chriſtum in horto, etiam ad Deiparam conſolandam acceſſerit.

Gerſon.

QVAESTIONEM hanc excitauit Gerſon de paſſione Domini in expoſitione textus 2. & partem affirmatiuam ſic ſuaſit. *Nonne religioſè cogitari poteſt, Angelum te Mariam illa hora confortaſſe, quemadmodum hic dicit Euangelium, Angelum tuum de cælis confortaſſe Filium? Si cæleſtis Angelus tã benignus erat, & miſericors, vt Ieſu confortaret ſenſualitatem, tametſi opus non eſſet, cùm diuinitas ſufficeret ad dandam talem conſolationem, qualis ad eum pertinebat; veriſimile eſt, te Dominam, quæ potiori conſolatione indigebas, & confortatione, non, quin conſolationem reciperes a bono, qui te cuſtodiebat, Angelo, & amabat, ſolam remanſiſſe, aut ſaltem ab aliquibus alijs Angelis, cùm eis eſſes familia-* A *riſſima, cùm ratione puriſſimæ tuæ Virginitatis, quæ Angelis dicata eſt; tum ratione Dei, cui ipſi ſubiecti ſunt, & cuius tu es Mater; tum etiam quia eorum officium eſt & proprietas conſolari deſolatos in eorum tribulationibus, & confortare.* Et infra ſic concludit. *Apparet mihi abſque præiudicio credi poſſe, te ipſam Gabrielem viſitaſſe dicendo: Ne timeas Maria, &c.*

Concluſio affirmatiua.

Dico, præexpoſitam opinionem Gerſonis piam, ac probabilem eſſe: ad cuius comprobationem præter allata ſic poſſumus diſcurrere. Quando opus redemptionis in Verbi incarnatione fuit initiatum, diuina ordinante prouidentia, Gabrielis Angeli miniſterium interceſſit (Luc. 2.): Luc. B ergo rationi conſonum videtur, quòd talis miniſterij munus perdurauerit vſque ad tempus, quo redemptionis opus per Chriſti paſſionem perficeretur; & conſequenter magna cum probabilitate affirmari poteſt, quòd idem Angelus Gabriel, vt muneri ſibi demandato plenè ſatisfaceret, ad confortandum Chriſtum in agonem paſſionis ingreſſum venerit, ac ſimiliter ad Deiparam, vt potè redemptionis cooperatricem, & ob Redemptoris Filij paſſionem afflictatam, acceſſerit. Confirmatur primò, quia Filius, & Mater cenſentur vnum quid moraliter; ergo, ſi Angelus ſolum Filium confortaſſet, relicta Matre, non tam completè conſolatoris munere functus fuiſſet. C Confirmatur ſecundò: neque enim veriſimile eſt, quòd Chriſtus voluerit admittere aliquam conſolationem, quam cum Matre non haberet communem, ſicut & dolores ſuæ paſſionis cum Matre voluit habere communes: ergo par erat, vt Angelus cupidus pro viribus exhibendi Chriſto completã conſolationem, ad eiuſdem etiã Matrem conſolandam ſe conuerteret. Confirmatur tertiò: Angelus Gabriel Deiparam ſuauiter allexerat ad præſtandum conſenſum, vt Filius Dei ex ipſa carnem ſumeret, annunciando illi gaudium, & felicitatem ex tali ſobole prouenturam: *Aue gratia plena, Dominus tecum, benedicta tu* D *in mulieribus*: ergo, quando vidit eam ob imminentem paſſionem talis Filij inter omnes alias afflictiſſimam, iure fidelitatis obſtrictus fuiſſe videtur ad illam maiore, quo poſſet, conatu confortandam, rationesq; adducendas, ob quas illi ſimul gaudendum eſſet eo etiam tempore, quo Filio ſub paſſionis pondere afflictato cõpatiebatur. Confirmatur quartò: ſi enim Angelus animaduertens, Deiparam aliquantulùm turbari in annunciatione: *Quæ cùm audiſſet, turbata eſt*: ſtatim illam tranquillare ſtuduit: *Ne timeas Maria, &c.* ergo

ergo multò magis ad illam in extremis anguſtijs conſolandam, veriſimile eſt, acceſſiſſe eumdem Angelum. Hanc rationem tetigit Gerſon citato loco. Sed

Quæſtio ſub-orta.

Quæres: quomodo Angelus potuit cõfortare Chriſtum, & Deiparam?

Ratio dubitandi eſt. quia nullas rationes potuit Angelus adducere ad Chriſtum confortandum, leniendumq; dolorem Deiparæ, quæ non multò clariùs ipſi Chriſto, ac Deiparæ innoteſcerent: ergo non apparet quomodo potuerit Angelus illos confortare. Antecedens patet: Chriſtum enim, conſtat, hic, etiam vt hominem, habuiſſe ſcientiam à Deo immediatè infuſam, quia, vt inquit D. Thomas p. 1. quæſt. 12. art. 4. in corpore, *Sicut ſupra communem modum creaturæ anima illa vnita eſt in Verbo vnitate perſonæ, ita ſupra communem modum hominum immediatè ab ipſo Dei Verbo repleta eſt ſcientia, & gratia, non autem mediantibus Angelis, qui ex influentia Verbi rerum ſcientiam in principio acceperunt.* Imò ipſi Angeli circa myſterium Incarnationis edocentur immediatè à Chriſto, vt tradit Dionyſius c. 7. de cæleſti hierarch. relatus à S. Doctore. Beatæ item Virginis intellectus diuinitùs adeo illuſtratus, ac talibus fuit ornatus ſcientijs infuſis, vt Angelos cognitione longè ſuperaret, quod indicat D. Bernar. ſerm. *Signum magnum*, dicens: *Iure ergò Maria ſole perhibetur amicta, quæ profundiſſimam diuinæ ſapientiæ vltrà, quam credi valeat, penetrauit abiſſum, vt, quantum ſine perſonali vnione creaturæ conditio patitur, luci illi inacceſſibili videatur immerſa.* Ex quibus ſatis apertè colligi poteſt, quòd ipſa (vno excepto Chriſto, cui ob vnionem hypoſtaticam maior conueniebat ſcientia) omnes puras creaturas cognitione diuinitùs ſibi conceſſa exceſſit. Sed de hac re fuſiùs tom. 2. in cap. de ſcientia Deiparæ. Ob præallatam rationem variant Auctores in exponendo modo, quem adhibuit Angelus in Chriſto confortando.

D. Thom. — D. Dionyſ. — D. Bernard.

Opinio nõnullorum. — D. Epiphan.

Aliqui dicunt, quòd Angelus confortauit Chriſtum admirando fortitudinem eius, illamq; laudando. Ita Epiphanius hæreſi 69. *Quapropter*, inquit, *admiratione ductus Angelus dicebat ad ipſum glorificans, ac benedicens proprium Dominum in tali ſtadio, ac miraculoſa actione conſiſtentem: Tua eſt adoratio, tuum eſt dominium, tua eſt potentia, tua eſt fortitudo; vt impleret id, quod a Moyſe ſcriptum eſt: Confortent ipſum omnes Angeli Dei:* & paulò ante dixerat: *Porrò de eo, quòd viſus eſt ab Angelo confortari, & quid hoc magis proprium eſt, quid verò magis neceſſarium.* *Ecce enim inuenimus impleri dictum magni cantici a Moyſe conſcripti, vbi dicit: Expectetur velut pluuia ſententia tua:* & paulò poſt rurſus dicit: *Adorent ipſum omnes Filij Dei, & confortent ipſum omnes Angeli Dei: non vt dent ipſi robur Angeli, non enim indigebat Angelorum confortatione; ſed confortent ipſum, hoc eſt, confitendo, proprium ipſius robur ipſi attribuant.* Et confirmat ex noſtro loquendi modo ſubdens: *Non nos fortitudinem exhibemus Deo, ſi dixerimus, tua eſt fortitudo, neque potentiam ipſi damus, neque Deum benedicimus, ſi dicamus tua eſt potentia, tua eſt benedictio: ſed confortantes, & potentem facientes potentiam ipſius confitemur, & Deo fortitudinem attribuimus.* Ab hac expoſitione non diſſentiunt Theophylactus in cap. 22. Lucæ, & Titus: ſuffragatur etiam Chryſoſtom. tom. 5. homil. de Trinit.

Theophylactus, Titus, Chryſoſt.

Diuerſa à priore ſententia.

Alij propriè accipiunt verbum *confortans*, quod in Euangelio Lucæ habetur, voluntq; ſignificet fortem efficere, & roborare, dolorem, vel triſtitiam leniendo: vnde ſic explicant, quòd Angelus confortauit Chriſtum, rationes adducendo, quæ ipſum poſſent conſolari, & in illa afflictione confortare. Communior eſt hæc expoſitio, quam etiam innuere videtur D. Thom. 3. par. quæſt. 12. art. 4. ad primum ex Beda dicens: *Creator enim creaturæ ſuæ non eguit præſidio, ſed homo factus, ſicut propter nos triſtis eſt, ita propter nos confortatur, vt, ſcilicet, in nobis fides Incarnationis confirmetur.* Pro hac eadem expoſitione vide Cyrillum Alexandrin. epiſt. 9. Damaſcenum lib. 3. de fide cap. 20. Bernardum ſerm. 1. de ſancto Andrea, & Hieronymum dial. 2. contra Pelagianos. Eodem modo exiſtimat Gerſon ſupracitato loco, quòd Angelus Deiparam confortarit, ait enim: *Apparet mihi abſque præiudicio credi poſſe, te ipſam Gabrielem viſitaſſe dicendo: Ne timeas Maria; & incepiſſe recenſere fructum ex hac paſſione proceſſurum, gloriam, & gaudium, quod poſt Ieſu Chriſti reſurrectionem eſſet viſura. Nec id dixerim, Chariſſimi, tamquam Maria totius myſterij fuerit ignara, quod melius callebat etiam ipſo Angelo ob eam, quam habuerat, experientiam; ſed quoniam ita accidit, quòd amicorum colloquium in qualibet aduerſitate eſt ſolatium, tametſi nil noui narretur, aut prius ſcitum ſit; imò ſola præſentia delectabilis eſt.*

D. Thom. — D. Cyrill. Alex. — Damaſc. — Bernard. — Hieron. — Gerſon.

Reſponſio.

Reſpondeo; probabiliſſimum mihi videri, quòd Angelus confortans Chriſtum, & Deiparam, primò fortitudinem, & inuictam conſtantiam, quibus & Chriſtus, & Deipara excellebant, commendarit, ac poſtea rationes propoſuerit, quibus con-

ſolatio in illis excitari poſſet. Probatur: A vterque modus affertur à Patribus, vt vidimus; ſed alter alteri non repugnat, imò valde congruit; ergo maxima cum probabilitate aſſeritur, quòd Angelus vtroque ſit vſus. Quòd modus alter alteri cõgruat, patet ex eo, quòd in Chriſto, & Deipara ſemper fuit fortitudo, & conſtantia ſummè laudabilis, licèt paſſionis tempore ambo tali afflictione angerentur, vt conſolatore viderentur indigere: quare maximè decebat, vt Angelus, habita ratione dignitatis Chriſti, & Deiparæ, conſolatoris munus obiret, eorum priùs fortitudinem commendando, & poſtea rationes proponendo, quibus ſolatium aliquod afferri poſſet. Adde quòd inter alia, quæ B aliquem ad fortiter ſe gerendum inducere ſolent, illud efficaciſſimum eſt, quòd illi in mentem reuocetur fortitudo, quam aliàs exercuit. Quod optimè præſtitit Aeneas, vt canit Virgilius, in ſuos milites:

Virgilius Aeneid. 1.

O ſocij, neque enim ignari ſumus ante malorum, &c.

Aeneid. 6.

& Sybilla in ipſum Aeneam:

O tandem magnis pelagi defuncte periclis,
Sed terra, &c.

Et virtus vera, cùm commendatur, augeri ſolet: vnde Ouidius:

Ouidius.

Laudataq; Virtus
Creſcit, & immenſum gloria calcar habet.

Quare, cùm Angelus proponere deberet rationes, quibus, quantum in ſe erat, ad C fortiter agendum in mortis agone alliceret Chriſtum, & Deiparam ad conſtanter perferendos dolores, quos ſibi ex Chriſti paſſione prouenturos animaduertebat, potuit primò vtriuſque celebrare fortitudinem, proſequens deinde in munere confortantis.

Satisfit rationi dubitandi.

Ad rationem dubitandi dico, non potuiſſe quidem ab Angelo vllas conſolatorias rationes afferri, quas nõ multò meliùs ipſe Chriſtus sciret, & ex ſe recolere poſſet; vt enim bene dictum eſt, ſcientia Chriſti ſcientiam Angelorum longè ſuperabat. Verùm, quia Chriſtus in eas ita ſe ſponte coniecerat anguſtias, vt non permitteret, triſtitiam, qua afficiebatur, ex- D tremam rationibus à ſe conſideratis leniri, vt magis de veritate ſuæ paſſionis cõſtaret, charitatemque, ac humilitatem oſtenderet admirabilem, voluit, angelico miniſterio rationes ſibi cõſolationis proponi, & quaſi in memoriam reuocari, illaſq; ſummiſsè excipere. Sic etiam Deipara ſapientiſſima in ſumma illa afflictione, licèt optimè teneret rationes omnes, quas Angelus ipſi ad conſolationem ſuggerebat, ob imitationem tamen Chriſti ſubmiſſa aure eas audiebat.

A Collige ex propoſito Chriſti, ac Virginis exemplo, eò nos demittere debere, vt à quocumque excipere conſolationem non renuamus, etiamſi minùs ille nobis ſit ſapiens, vel prudens, noſq; æquè ac ille, vel etiam meliùs ea noſcamus, quæ ad noſtri conſolationem ſuppeditantur. Quis enim non erubeſcat nimis ſibi videri velle ſapientem, vt conſolatorem ſe inferiorem expellat, ſi conſideret, Saluatorem noſtrum ſapientiſſimum, qui eſt conſolatio, ac fortitudo Angelorum, & hominum, Virginemq; Deiparam, quæ *Sedes* eſt *ſapientiæ, & Conſolatrix afflictorũ*, Angelum confortantem, ac ſi conſolatione ea indigeant, admittere.

Quomodo gerere nos debeamus in inferiorum cõſolatorijs officijs admittendis.

B

QVAESTIO XIX.

Vtrùm B. Virgo, dum Filius ſuus patiebatur, non ſolùm doleret, ſed etiam gauderet.

EGIMVS hucuſque de doloribus, quos perpeſſa eſt Virgo Deipara ob Chriſti Filij ſui paſſionẽ: C nunc videndum eſt, an cum illis aliquam ſimul lætitiam Virgo ipſa perceperit.

Ratio dubitandi eſſe poteſt quia, cùm omnis Deiparæ affectus eſſet in cruciatibus Chriſti, non videtur quòd potuerit vlli locus eſſe lætitiæ. Quod & tueri videtur D. Bonauentura in curſu de compaſſione Virginis Mariæ lect. 1. dicens: *Conſolari Mater non potuit ſic tractatum videns, quem genuit.*

Ratio dubitandi.

D. Bonau.

Dico, tempore paſſionis Chriſti Beatam Virginem etiam fuiſſe gauiſam. Innuitur hoc à Spiritu ſancto Cantic. 2. dum ipſa Virgo lilio inter ſpinas poſito comparatur: *Sicut lilium inter ſpinas, &c.* Spi- D næ enim ſignificant B. Virginis dolores ex Chriſti paſſione, vt bene adnotat Martinus del Rio in eundem locum Cantic. cuius verba placet referre: *Fuit ipſe Chriſtus (vt perpendit Rupertus) lilium inter ſpinas, quando tolerauit tot, & tantas impiorum blaſphemias, ſuſtinuit probra, alapas, flagella, coronatus inſuper corona ſpinea. Sic quondam Pater Abraham leuans oculos vidit poſt ſe (quia nondum venerat, ſed ſuo tempore venturus) arietem (animal innoxium præfigurabat innocens hoc lilium) inter vepres (blaſphemias, maledicta, &*

Concluſio affirmatiua.

Cantic.

Martin. del Rio.

ſpinas

Digitized by Google

ſpinas illas) hærentem cornibus (manus, totumq; corpus vinctum). Sed & Maria fuit lilium inter ſpinas, quia quæcumque ſpinæ Filium, eædem Matrem confixerunt, & lacerarunt vulneribus condolentiæ, & compaſſionis : hæc del Rio. Lilium verò eſt ſymbolum lætitiæ, vt inter alios aduertit

Guilhelmus. Guilhelmus in ipſum locum Cantic. cuius ratio eſt quia albedine mira decoratur, quæ ſemper lætitiæ fuit ſignum apud Antiquos; ſolebant enim dies, quibus lætum aliquid, & proſperum ſibi eueniebat, albo ſignare lapillo; eos verò, quibus aliquid aduerſum, nigro. Dicamus igitur, quòd Virgo, dum inter compaſſionis ſpinas degebat, ſimul erat inſtar lilij, hoc eſt, læta, & gaudens. Hoc idem adumbratum fuit Cantic. 1. dum Virgo à Spiritu ſancto introducitur ſuam ſic ſummiſsè iactans pulchritudinem: *Nigra ſum, ſed formoſa, ſicut tabernacula Cedar, ſicut pelles Salomonis*. Cedar idem eſt apud Interpretes, ac triſtitia, & mæror: illæ verò Salomonis pelles arcam typicam, in qua recludebatur manna, vt notat Hailgrinus, continebant.

Hailgrinus. Igitur formoſa erat Deipara, ſicut Cedar, quia ob illam, qua tempore paſſionis affecta eſt, triſtitiam ſpecioſior apud Deum facta eſt: formoſa ſimul dicitur, ſicut pelles Salomonis, quia, ſicut illæ arcam manna dulciſſimum continentem cooperiebant, ita Virgo ſciuit tempore eodem, quo mærore compaſſionis maximo angebatur, dulciſſimum lætitiæ manna corde incluſum occultare. Sed clariùs eodem capite ſignificatur admixta dolori lætitia in B. Virgine illis verbis: *Faſciculus myrrhæ Dilectus meus mihi; inter vbera mea commorabitur; botrus Cypri Dilectus meus mihi; &c.* Per myrrham enim amaritudo doloris, per botrum Cypri dulcedo gaudij vno, eodemq; tempore aptè innuitur in Virgine. Probatur ex Reue-

Reuel. S. Brigittæ. latione S. Brigittæ lib. 1. cap. 10. vbi Virgo ſic loquitur: *Quando verò conſiderabam loca clauorum in manibus, & pedibus, quos ſecundùm Prophetas crucifigendos audiui, tunc oculi mei replebantur lacrymis; & cor meum quaſi ſcindebatur præ triſtitia: &, cùm Filius meus oculos meos lacrymãtes videret, triſtabatur vſque ad mortem. Cùm verò conſiderarem potentiam deitatis eius, conſolabar iterum ſciens, quòd ipſe ſic vellet, & ſic expediret; & omnem voluntatem meam conformaui voluntati eius: & ſic ſemper erat lætitia mea mixta cum dolore*. Præuideo obiectionem, Virginem, ſcilicet, hic non loqui de tempore paſſionis Filij ſui, ſed tantùm de illius futuræ prophetica contemplatione: ſed, vt par omnino eſt ratio, ita idem dicendum de vtro-

A que, vt liquet conſideranti. Probatur auctoritate Gerſonis in Canticord. to. 2. versus finem. *Porrò*, inquit, *de luctu teſtimonium habemus ſancti Senis: Tuam ipſius animam pertranſibit gladius; & hoc per lamentum, cùm multis temporibus Maria cecinerit flendo cum flente Ieſu, ſicut gaudebat cum gaudente. Præcipuè tamen hoc inſonuit tempore paſsionis benedicti Filij ſui, dum cum clamore valido, & lacrymis orans exauditus eſt pro ſua reuerentia: nihilominus fuit eo tunc tam in Filio, quam in Matre cum cantico profundiſsimæ lamentationis canticum altiſsimæ exultationis*. Et in eodem Canticord. to. 3. *Erige cordis aures ad voces ſpiritus ſui, dum proprium Filiũ,* Gerſon.

B *dum dilectum cordis ſui, viſcerum quoque ſuorum, & votorum, conſenſit crucifigi pro redemptione noſtra, dans nobis illum vtique cum gaudio, & exultatione, quæ ſummam ſuperabant carnis anguſtiam. Alioquin qualiter impleſſet, quod dicitur: Hilarem datorem diligit Deus?* Subſcribit Abulenſis in cap 9. Deuter. quæſt. 4. dicens: *Erant in ea ſimul gaudium, & dolor, vtrumque magnum, ſed ſatis vnum alteri concordabat*. Abulenſ.

Admirabilis fuit concentus ille, quem, vt auctor eſt Suetonius in Caligulam, quidã adoleſcens, dum iuſſu Caligulę verberibus petebatur, efformabat: *Vocem*, ait Suetonius, *formabat etiam in fletu, gemituq; prædulcem*. Sed quid cum eminenti illa Suetonius.

C harmonia, quam B. Virgo ex iuſtiſſima lamentatione, & rationabili gaudio attemperabat? Hæc harmonia ſub voce turturis egregiè inſinuatur Cantic. 2. *Vox turturis audita eſt in terra noſtra*: turturis enim idem eſt cantus, ac gemitus. Probatur vltimò ratione noſtra concluſio. Cantic.

Gaudium oritur ex aliquo bono pręſenti; ſed in paſſione Chriſti multa bona habebat B. Virgo præſentia; ergo multiplex, ac magnum erat eius gaudium. Maior eſt certa, & ab omnibus cõmuniter recepta. Minor patebit ex infra dicendis quæſt. 21. in qua varia gaudendi motiua, quæ in B. Virgine tempore Chriſti paſſionis erant, recenſebimus.

D Ex dictis patet reſponſio ad rationem dubitandi: affectus enim Deiparæ partim erat in dolore, partim in gaudio. Diuus verò Bonauentura tantùm dicere intendit, talem fuiſſe Virginis dolorem ex Chriſti paſſione, vt nullo ſolatio ſubleuari poſſet: quod quomodo verum ſit quæſt. 22. infra diſputabimus.

QVAESTIO XX.

Quomodo in B. Virgine ſimul eſſe potuerint gaudium, & dolor.

Variæ viæ afferuntur ad ſaluãdum, quomodo in B. Virg. fuerint gaudium ſimul & dolor.

DIFFICVLTAS in eo ſita eſt, quòd gaudium, & dolor videntur eſſe contraria, & conſequenter incompoſſibilia in eodem ſubiecto.

Variæ excogitari poſſunt viæ ad ſaluãdũ quomodo ſimul in homine poſſint eſſe (B) gaudium, & dolor.

Prima via.

Prima via eſt, ſi admittatur gaudium in parte ſuperiore animę rationalis, dolor verò in parte inferiore. Sed hæc via non plenè ſatisfacit: cùm enim pars ſuperior animæ rationalis à parte inferiore non diſtinguatur realiter, ſed tantùm ratione, adhuc remanet difficultas, quomodo ab eadem potentia poſſint elici ſimul actus contrarij. Adde quòd in re noſtra eiuſmodi diſtinctio nihil facit, quia tempore, quo Chriſtus patiebatur, in parte ſuperiore animæ B. Virginis erat & dolor de interitu Iudæorum, de paruitate fructus ex paſſione in homines prouenturi, & de grauitate peccati, quod cooperãtes (C) Chriſti morti committebant; atque alijs huiuſmodi, de quibus in ſuperioribus diximus; erat & ibi gaudium de ſpe reſurrectionis, de opere redemptionis, quod Chriſtus conſummabat, deq; alijs obiectis, quæ ad partem animæ ſuperiorem ſpectabant.

Reijcitur.

Secunda via.

Secunda via eſt, quòd, licèt triſtitia, & gaudium ex ſe quidem pugnent ad inuicẽ, diuina tamen virtute fieri poteſt, vt in eadem voluntate ſimul coniungantur. Hanc viam ſectatur Paludanus in 3. diſt. 15. quæſt. 2. vbi vniuerſaliter affirmat, poſſe Deum in eodem ſubiecto ponere duas contrarias formas in quocumque gradu, ſicut in eodem loco poteſt ponere duo (D) corpora naturaliter repugnantia. Confirmatur hæc via, quia gaudium, & dolor, vt ſunt quædam entitates, poſſunt à Deo fieri ſine conſortio creaturæ cum ipſo efficientis: ergo & poni poſſunt, & conſeruari à Deo in eodem ſubiecto. Hæc conſequentia ſatis clara videtur; nulla enim apparet repugnantia. Antecedens eſt Soncinatis 9. Metaph. quæſt. 20. vbi docet, non eſſe de ratione actus immanentis fieri effectiuè ab eo, in quo eſt; & Suarij in Metaph. diſput. 48. ſect. 2. nu. 12. Et pro-(A)batur primò ex communi illo axiomate: Quidquid poteſt facere Deus cum cauſa ſecunda, poteſt etiam facere ipſe ſolus. Probatur ſecundò, quia Deus continet eminenter omne eſſe participabile, & cõtinet ſe ſolo abſque dependentia à creatura: ergo ex ſe abſque conſortio creaturæ potens eſt efficere quodlibet eſſe; ergo ex ſe ſolus potens eſt efficere eſſe gaudij, & doloris, quatenus ſunt quædam entitates, abſque concurſu effectiuo principij vitalis.

Paludanus.

Soncinas, Suar.

Repellitur.

Sed nec iſti viæ acquieſco: dato enim etiam, quòd gaudium, & dolor, vt ſunt quædam entitates, produci poſſint à ſolo Deo abſque concurſu effectiui prin-(B)cipij creati, & vt ſic etiam ab ipſo poni ſimul, & conſeruari in vno aliquo ſubiecto; non idcirco ceſſat difficultas; neque enim quærimus, vtrùm dolor, & gaudiũ, vt entitates ſunt, poſſint eſſe ſimul in eodem ſubiecto, ſed vtrùm dolor, & gaudium, prout ſunt actus vitales, ſeu prout exercent munus actus vitalis: quæ, vt eiuſmodi ſunt, habent eſſentialem dependentiam effectiuam ab intrinſeco principio vitæ, & à Deo ſolo fieri non poſſunt. Cuius ratio eſt, quia ex communi conceptu viuens, quatenus viuens, per hoc primò diſtinguitur à non viuente, quòd viuens habet in ſe proprium, & intrinſecum principium ſe mouendi, ac proinde actus vi-(C)talis: ergo in creatis non poteſt intelligi viuens, quatenus actu viuens, niſi actus vitæ, per quem actu viuit, procedat ab intrinſeco effectiuè; ergo actus vitæ, quatenus exercens ſuum munus, pendet eſſentialiter effectiuè à principio vitali. Adde quòd nos hic loquimur de dolore, & gaudio B. Virginis, quæ erant actus creati vitales, & liberi, & quatenus liberi, pendebant neceſſariò effectiuè à principio vitali intrinſeco, nempe à voluntate ipſius Virginis, & ad hoc, vt illa liberè cõſtitueretur volens, debuerunt eſſe tales actus doloris, & gaudij in poteſtate operantis, ſcilicet ipſius voluntatis Deiparæ; nec potuerunt de potentia abſoluta actus (D) illi eſſe liberi, niſi effectiuè producti eſſent à potentia libera, cuius fuerunt actus. Hoc ergo poſito, adhuc viget difficultas, quomodo, ſcilicet, eadem potentia libera potuerit dolorem, & gaudium ſimul elicere: cùm enim dolor, & gaudium ſint actus vitæ contrarij, ſpecialem videntur inuoluere repugnantiam, vel quia ſpeciali modo afficiunt ſubiectum per intrinſecam quandam emanationem ab illo, vel quia ex parte obiectorum includunt immediatam contradictionem; exempli gratia, ſi intellectus ſimul eliceret actum aſſenſus, & diſ-

ſenſus

A ſenſus reſpectu eiuſdem propoſitionis, ſimul poneret in obiecto eſſe, & non eſſe: vnde, ſicut inuoluit contradictionem eodem aſſenſu iudicare idem eſſe, & non eſſe, ita dicit implicantiam ſimul habere illos duos actus: & ſic diſcurrendum eſt de alijs ſimilibus contrarijs.

Tertia via.

Tertia via ad dirimendam excitatam controuerſiam eſt, quòd gaudium, & dolor non poſſunt quidem ſimul eſſe, ſi verſentur circa vnum, & indiuiſibile obiectũ formale, hoc eſt, ſi ex vno, eodemq; motiuo formali ſub vna, & eadem formali ratione eliciantur: ſecùs verò, ſi verſentur circa diuerſa obiecta formalia. Et ratio eſt quia, ſicut implicat odium, & amor eiuſdem ſecũdùm idem, ita implicat gaudium, & dolor eiuſdem ſecundùm idem: ſicut enim amor reſpicit bonum, quo præſente, fit gaudium; ita odium reſpicit malum, quo præſente, fit triſtitia: ergo, ſicut implicat eſse amorem, & odium reſpectu eiuſdem ſecundùm idem, quia idem ſecundùm idem implicat eſse bonũ, & malum; ita & gaudium, & triſtitiam eſse reſpectu eiuſdem ſecundùm idem. Quando verò obiecta formalia ſunt diuerſa, ſicut non implicat amor, & odium circa talia obiecta, ita nec gaudium, & triſtitia. Exempli gratia impietas Tyrannorũ ſæuientium in Martyres cognita vt offenſa Dei non poterat & amari, & odio haberi ſimul à Martyribus; nec ijdem poterant ſimul gaudere, ac triſtari ob eandem impietatem actu ſæuientem, & cognitam ſub ratione tantùm offenſæ Dei: rurſus verò eadem impietas Tyrannorum cognita vt cauſa oblata perferendi pro Chriſti nomine tormenta in teſtimonium fidei poterat amari à Martyribus; & ijdem ipſa impietate actu ſæuiente gaudere poterant, tamquam occaſione exhibita actu oſtendendi amorem Dei, & conſtantem fidei profeſſionem.

Ex his facile erit reſpondere titulo propoſitæ quæſtionis. Quare

Conclusio tertiæ viæ adhærens.

Dico, B. Virginem eodem tempore, quo Chriſtus patiebatur, & doluiſſe, & ſimul lætatam fuiſſe, ex diuerſis obiectis formalibus; ſeu ſub diuerſis formalibus motiuis. Etenim, quia B. Virgo ſummè diligebat Deum, & videbat, diuinæ eſſe voluntatis, vt Chriſtus pateretur; paſſionemq; ipſam redemptionis humanæ eſſe pretium, mediumq; ad Chriſtum exaltandum; non poterat, quin illa gauderet: rurſus, quia Deum Virgo diligebat, videbatq; mortem Chriſto non ſine peccato illaturos eſſe Iudæos; illa dolere cogebatur. Sic de alijs motiuis doloris ſupra enumeratis quæſt. 20. deq; alijs motiuis gaudij ſequenti quæſt. adducendis, diſcurrendum eſt.

QVAESTIO XXI.

Quænam motiua gaudendi fuerint in Beata Virgine tempore Chriſti paſſionis.

NONNVLLA gaudendi motiua, quæ fuerunt in B. Virgine eo tempore,
B quo Filius Chriſtus patiebatur, recenſet Gerſon in Canticord. to. 3. vbi hæc habet: *Deſiderium, quod habuerit, cũ Filio nos per crucem redimi, dum implebatur, non ne, quæſo, delectabat? Nunquid non propterea crediderimus eam congratulaſſe ſaluti latronis, cùm audiuit à Filio; Hodie mecum eris in Paradiſo? cùm orauit inſuper Filius pro perſequentibus: Pater, dimitte illis, quia neſciunt quid faciunt?*

Gerſon.

Alij dicunt, B. Virginem lætatam eſſe ſpe, quam de futura Chriſti reſurrectione habebat: quod inter alios eleganter ediſſerit Rupertus ſuper illud Cant. 1. *Faſciculus myrrhæ Dilectus meus mihi: Verumtamen*, inquit, *& illud ſciebam, quòd eſſet reſurrecturus: huius rei præſcientia dulcis erat. Igitur Dilectus meus mihi, & faſciculus myrrhæ, quia moriturus; & botrus Cypri erat, quia reſurrecturus, & vltra non moriturus: botrus, inquam, Cypri, videlicet terræ, vel inſula botros prædulces, vinumq; optimum afferentis; quia non qualecunque, ſed optimum eſt vinum reſurrectionis, &c.* Præter allata.

Rupertus.

C

Concluſio plura alia motiua gaudij afferens.

Dico, plura alia fuiſſe motiua, ex quibus B. Virgo gauiſa eſt tempore Chriſti paſſionis. Et primò gaudebat B. Virgo reparatione diuini honoris, quam ſequi videbat per Chriſti paſſionem, per quam ſatisfactum fuit Deo pro offenſa illi illata
D per peccatum; vt enim egregiè docet D. Thomas 3. p. quæſt. 48. art. 2. in corpore: *Ille propriè ſatisfacit pro offenſa, qui exhibet offenſo id, quod æquè, vel magis diligit, quam oderit offenſam: Chriſtus autem, ex charitate, & obedientia patiendo, maius Deo aliquid exhibuit, quam exigeret compenſatio totius offenſæ humani generis, primò quidem propter magnitudinem charitatis, ex qua patiebatur; ſecundò propter dignitatem vitæ ſuæ, quam pro ſatisfactione ponebat, quæ erat vita Dei, & hominis; tertiò propter generalitatem paſſionis, & magnitudinem*

D. Thom.

doloris

doloris aſſumpti, vt ſupra dictum eſt. Atque adeo paſſio Christi non ſolùm ſufficiens,
ſed etiam ſuperabundans ſatisfactio fuit pro
peccatis humani generis: 1. Ioannis 2. Ipſe
eſt propitiatio pro peccatis noſtris, non pro
noſtris autem tantùm, ſed etiam pro totius
mundi. Hæc S. Doctor. Quòd autem
gauderet B. Virgo ex hoc motiuo, patet,
quia gaudemus, & iocundamur, quando
bonum illud, quod amamus, fit præſens:
ſed Beata Virgo ſummè amabat diuini
honoris reparationem; ergo, dum honor
diuinus per Christi paſſionem reſtaurabatur,
ipſa ſummè gaudebat. Secundò
lætabatur Beata Virgo non ſolùm liberatione
humani generis, quæ per paſſionem
Christi conſummabatur, ſed etiam quia
videbat, id non potuiſſe conuenientiori
D. Auguſtin. modo fieri: ait enim D. Auguſtinus 13. de
Trinitate: *Sananda noſtra miſeria conuenientior*
modus alius non fuit, quàm per
Christi paſſionem. Rationes autem huius
maximæ conuenientiæ ſubijcit Diuus
D. Thom. Thomas 3. par. quæſt. 46. art. 3. in corpore.
Prima quia per Christi paſſionem homo
cognoſcit quantùm hominem Deus diligat;
Ad Roman. quod Apoſtolus ad Romanos 5. notat:
Commendat, inquit, *ſuam charitatem*
Deus in nobis, quoniam, cùm inimici eſſemus,
Christus pro nobis mortuus eſt: & per
hanc amoris oſtenſionem excitatur homo
ad redamandum Deum; nulla enim
maior eſt ad amandum prouocatio, quàm
amoris præuentio. Secunda quia, dum
Christus tormenta, & crucem patiebatur,
plurimarum virtutum nobis exempla
exhibebat, ſcilicet obedientiæ, humilitatis,
constantiæ, iuſtitiæ, &c. vnde dicitur
Petr. 1. Petri 2. *Christus paſſus eſt pro nobis,*
vobis relinquens exemplum, vt ſequamini
veſtigia eius. Tertia quia Christus per paſſionem
ſuam non ſolùm hominem à peccato
liberauit, ſed etiam gratiam iuſtificantem,
& gloriã beatitudinis ei promeruit.
Quarta quia per eamdem paſſionem
Homini (inquit S. Doctor) *inducta eſt*
maior neceſſitas ſe immunem à peccato conſeruandi,
qui ſe ſanguine Christi redemptum
cogitat à peccato, ſecundùm illud 1. ad
Corinth. 6. Empti enim eſtis pretio magno
glorificare & portare Deum in corpore veſtro.
Quinta quia virtute Christi paſſionis
ad maiorem dignitatem eleuabatur
homo, quatenus proſterneret, & vinceret
Dæmonis aſtus, à quibus fuerat iam
aliquando deuictus, quod indicat idem
Ad Corinth. Apoſtolus 1. ad Corinth. 15. *Deo gratias,*
qui dedit nobis victoriam per Dominum
noſtrum Ieſum Christum. Lætabatur ergo
Deipara videns, tot bona ex Christi paſſione
in genus humanum, quod ipſa ma-

A ximè diligebat, promanare. Tertiò gaudebat
Beata Virgo eo tempore, quo Christus
cruciatus, mortemq; perferebat, quia
optimè agnoſcebat, Christum per ſuam
paſſionem promereri ſui exaltationem,
iuxta illud ad Philip. 2. *Factus eſt obediens* *Ad Philipp.*
vſque ad mortem, mortem autem crucis;
propter quod & Deus exaltauit illum, & dedit
illi nomen, quod eſt ſuper omne nomen,
&c. Hanc exaltationem, quam per ſuam
paſſionem ſibi meruit Christus, ad quatuor
capita redigit S. Tho. 3. p. quæſt. 49. *D. Thom.*
art. 6. in corpore, ſcilicet ad reſurrectionem
glorioſam, ad aſcenſionem in cælum,
ad conſeſſum paternæ dexteræ, & ad iudiciariam
poteſtatem. Gaudebat, inquã,
B B. Virgo hac Christi exaltatione, quia
bonum Christi magis, quàm proprium,
adamabat. Quartò gaudebat B. Virgo
gaudio, quo Christus, dum tormenta, &
crucis ſupplicium ſuſtinebat, afficiebatur.
Licèt enim Christus in parte inferiore ſic
affligeretur, vt nullum prorſus ſolatium
illuc admitteretur ad afflictionem ſubleuandam
(quod colligitur ex illis verbis ab
ipſo in cruce pendente prolatis, *Deus*
Deus meus, vt quid dereliquiſti me?) tamen
in parte ſuperiore mirum in modum
iocundabatur, non ſolùm quia eius anima
viſione beatifica fruebatur, ſed etiam
quia alia bona aſſequebatur per illam,
quam tunc ſuſtinebat, paſſionem: quod
C egregiè inter alios teſtatur Petrus Cellenſis *Petr. Cellenſis.*
de Pan. cap. 22. *Pungebatur* (ſcilicet
Christus) *cruentabatur, crucifigebatur,*
flagellabatur, conſpuebatur, impinguabatur.
Et quidem quòd gaudium Christi in Matrem
redundaret, ſatis patet ex efficaci
virtute amoris, ob quam etiam in ſuperioribus
diximus, eiuſdem Christi dolores
in Matrem refluxiſſe. Quintò gaudebat
Deipara, quia optimè agnoſcebat, quòd
Christus, cruciatus, & mortem ſubeundo,
ſatisfaciebat pro innumeris gratijs,
& prærogatiuis, quibus ipſa virtute, &
merito paſſionis eiuſdem Christi fuerat
decorata, inter quas prærogatiuas illa
maximè eminebat, quòd à peccato ori-
D ginali fuerat præſeruata. Sextò lætabatur
Virgo actibus virtutum, quos eo paſſionis
tempore ipſa eliciebat, de quibus in
ſuperioribus. Etenim operari ex habitu
delectabile, & valde iucundum eſt, eoq;
delectabilius, ac iucundius, quò ſunt habitus
perfectiores: ſed Beata Virgo actus
virtutum plurimos eo tempore elicuit, &
elicuit ex habitibus, & habitibus perfectiſſimis,
tum infuſis, tum acquiſitis; ergo
maxima erat iucunditas, quam ex tali
virtutum exercitio percipiebat. Indicatum
hoc habemus Cantic. 4. *Emiſſiones* *Cantic.*
tua

Digitized by Google

A *tuæ Paradiſus malorum punicorum cum pomorum fructibus, cypri cum nardo: nardus, & crocus; fiſtula, & cinnamomum cum vniuerſis lignis Libani; myrrha, & aloe cũ omnibus primis vnguentis.* Per emiſſiones actus virtutum à Virgine tempore paſſionis emiſſi intelliguntur. Porrò dicuntur huiuſmodi emiſſiones *Paradiſus*, quia tanta erat iucunditas, quam percipiebat Virgo ex tali virtutum emiſſione, vt illi voluptuarius verè eſſet Paradiſus.

Alcuinus. Coincidit in hoc nobiſcum Alcuinus in præallata verba. *Per emiſſiones*, inquit, *ſignificantur bonæ operationes, quæ ſunt Paradiſus, id eſt delectabiles, quia hebraicè Eden ſignificat hortum delitiarum. Et quidem Paradiſus malorum punicorum dicitur,* B *quia, ſicut malum punicum exteriùs rubrũ eſt, & in vno cortice multitudinem habet granorum; ſic in Virgine multitudo bonarum operationum intra fidem dominicæ paſſionis tenetur incluſa: cum pomorum fructibus, hoc eſt honeſtis, & pudicis eius locutionibus, ex quibus in mentes fidelium fructus informationis proceſſit; nempe cyprus ſignificans virginitatem, nardus veram charitatem, crocus diuinam ſapientiam, fiſtula humilitatem, & patientiam, cinnamomum internæ contemplationis dulcedinẽ, vniuerſa ligna Libani omnes alias virtutes, quæ aliquod robur habent, & mentem ſpiritualiter dealbant; myrrha, quæ ſignificat* C *carnis mortificationem, aloë bonam opinionem, prima vnguenta dona Spiritus ſancti.* Hæc eadem iucunditas, qua in virtutum actibus eliciendis perfundebatur Virgo,

Prouerb. ſignificatur Prouerbiorum 8. illis verbis: *Ludẽs coram eo omni tempore*; quod Beatæ Virgini tribuit Eccleſia: ludere enim eſt

Terentius. cum voluptate operari: Terentius in Formione: *Quia enim in illis fructus eſt,*

Donatus. *in illis opera luditur*, id eſt, vt notat Donatus, exercetur cum voluptate. Septimò gaudebat Virgo tempore paſſionis eo, quòd humano generi plurimùm benefaciebat, cooperando illiùs ſaluti, ac redemptioni: veriſſimum enim eſt illud axioma: *Iucundum eſt benefacere.*

QVAESTIO XXII.

Vtrùm gaudium, quo afficiebatur Deipara tempore paſſionis Filij ſui, compaſſionis dolorem in ipſa minueret.

AFFIRMAT S. Anſelm. de excellentia B. Virginis cap. 5. *Vtique*, inquit, *pia Domina, non crediderim, te potuiſſe vllo pacto ſtimulos tanti cruciatus, quin vitam amitteres, ſuſtinere; niſi ipſe Spiritus vitæ, Spiritus conſolationis, Spiritus, ſcilicet, dulciſſimi tui Filij, pro quo moriente conquerebaris, tantoperè torquebaris te confortaret, te conſolaretur, te intùs doceret, non eſſe mortem eum abſumentem, ſed magis triumphum omnia ei ſubijcientem, quod in ipſo fieri coram moribundo videbas.* Subſcribere videtur Suarez tom. 2. in 3. p. diſp. 41. ſect. 2. quatenus ait: *Quãuis acerbiſſimè doleret* (ſcilicet Virgo) *ita tamen moderabatur affectum ſuum, diuinum beneplacitum, ac gloriam, fructumq; paſſionis, & hominum ſalutem conſiderando, vt poſſet corpore, & anima inter dolores conſtans permanere.* — Opinio affirmatiua. S. Anſelmus. — Suar.

Notandum, duplici modo dolorem Virginis ab ipſius gaudio potuiſſe imminui. Primò ſi dicatur, quòd B. Virgo quandoque à conſideratione actuali eorum, quæ dolorem illi afferebant, ceſſaret, & ad ea contemplanda applicaret mentem, quæ hilaritatis, & gaudij affectus in ſe excitarent. Secundò ex eo, quòd virtus animi limitata, & finita, quò maiori intenſione alicui operationi ſe addicit, eò remiſſiùs ſe habeat circa aliam operationem, vt patet in ecſtaſi, in qua virtus animi in ſuperioribus viribus altiſſimę contemplationi D maxima attẽtione intentis ita colligitur, vt ſenſus externi deſtituantur, & feriantur. Hoc ergo poſitò, ſi intelligatur in B. Virgine virtus animi partim eorum cõſiderationi, quæ dolorem cauſabant, partim contemplationi eorum, quæ gaudium producere poterant, applicita, videtur, quòd ex hoc dolor debuerit imminui; maximè verò ſi admittatur, quòd Virgo remiſſiùs ſe haberet in perpendendis ijs, quę dolorem inducere poterant, intenſiùs verò attenderet ſingula, quæ gaudium poterant excitare.

Dico,

Concluſio in partem negatiuam inclinans.

Dico, probabilius mihi videri, compaſſionis dolorem in B. Virgine non fuiſſe imminutum à gaudio, quo ipſa Virgo afficiebatur ex bonis reſultantibus ex Chriſti paſſione. Inſinuari videtur hoc à Spiritu ſancto illis verbis Cantic. 2. *Sicut lilium inter ſpinas, &c.* quibus, vt ſupra vidimus, ſignificatur gaudium, & dolor B. Virginis. Sicut enim ſpinæ ex eo, quòd obſident lilium, ac cum illo veluti coniunguntur, non molleſcunt, aut candeſcunt, ſed ſemper rigent; ita dolores in B. Virgine per ſpinas adumbrati, licèt ſimul eſſent cum gaudio, cuius lilium eſt ſymbolum, non tamen idcircò aliquid de propria acerbitate deponebant. Diximus item ſupra quæſt. præced. quòd B. Virgo dolorem, quem ob Chriſti paſſionem pertulit, indicauit Cant. 1. per faſciculum myrrhæ; gaudium verò, quo eodem ſimul tempore affecta eſt, per botrum Cypri, inquiens: *Faſciculus myrrhæ Dilectus meus mihi, inter vbera mea commorabitur, botrus Cypri Dilectus meus mihi.* Porrò ad hanc rem, ſicut botrus Cypri dulcedinem ſuam intra corticem continet, nec, licèt faſciculo myrrhę proximus, illam ipſi communicat; ita dulcedo gaudij in B. Virgine ſic in proprijs cancellis fuit detenta, vt ad dulcorandum dolorem, licèt vnà cum illo eſſet, non effluxerit. Fauent huic parti Patres, dum aſſerunt, animam B. Virginis tempore Chriſti paſſionis doloribus fuiſſe im- C merſam; & dum alijs huiuſmodi loquendi formulis vtuntur in hac re; vt D. Bonauentura in ſtimulo amoris de planctu Virginis iuxta crucem cap. 4. *Tota quippe es in vulneribus Ieſu Chriſti:* & paulò poſt: *Cor tuum vndique vulneratum:* idem in curſu de compaſſione B. Mariæ Virginis lect. 1. *Prolem in cruce pendentem mœſta Mater aſpiciens lacrymatur inceſſanter:* & lectione 2. *Dum videret ſupplicia prolis exquiſita, torquetur & anguſtia Mater infinita.* Et D. Bernardus de lament. Virginis Mariæ: *In mente eius* (ſcilicet Virginis) *creuerant immenſi dolores.* Hi, inquã, loquendi modi ſatis innuunt, dolorem B. Virginis ex vllo capite non fuiſſe imminu- D tum. Probatur ratione: ſicut enim dolor contritionis non minuitur ob gaudium, quo ſimul aliquando afficitur contritus, quia tunc dolor, & gaudium ex diuerſis motiuis procedunt: ita non fuit, cur dolor B. Virginis ab eiuſdem gaudio imminueretur; militat enim eadem ratio de diuerſis motiuis. Confirmatur, quia veriſimile omnino eſt, quòd ex nullo capite eorum, quæ ſupra notauimus, dolor in B. Virgine à gaudio fuerit imminutus. Et quidem quo ad primum caput, ſcilicet

D. Bonau.

D. Bernard.

Cantic.

A quòd B. Virgo non interruperit actualem eorum conſiderationem, quę Chriſtus patiebatur, ſatis ex eo ſuadetur, tum quòd ſemper adfuit Chriſto patienti, atque adeo obiectum ſemper fuit præſens; ex quo ſenſus externi, ac phantaſia continuò mouebantur; ergo & intellectus ex actuali phantaſiæ operatione excitabatur ad actualem conſiderationem eiuſdem obiecti; talis enim eſt conſuetus modus operandi in homine: cùm etiam quia, quando B. Virgo gaudebat bonis ex Chriſti paſſione reſultantibus, cognoſcebat & talia bona ex Chriſti paſſione pendere; ergo eam ſimul contemplabatur. Confirmatur, quia, cùm actualis Chriſti paſſionis B conſideratio à voluntate imperaretur, tãquam actus continuato amori, quo B. Virgo ferebatur in Chriſtum, valde conueniens, & maximè meritorius, valde rationabiliter affirmatur, quòd nunquam fuerit à B. Virgine interruptus eo tempore, quo Chriſtus paſſus eſt. Nec ex altero capite imminutus fuit dolor B. Virginis à gaudio, ex virtute, ſcilicet, animæ limitata, & applicita, tum conſiderationi eorũ, quæ dolorem excitabant, tum eorum contemplationi, quæ gaudium progignebant. Licèt enim virtus animæ ſit finita, non tamen hinc fit, vt non poſſit eadem anima ſimul ſummè gaudere, ac ſummè dolere; vt conſtat de anima Chriſti, quæ & ſummè C lætabatur non ſolùm ob viſionem beatificam, ſed etiam ob alia motiua gaudij, & ſummè etiã triſtabatur tempore ſuæ paſſionis. Nulla verò ratio ſuadet, quòd remiſſiùs ſe habuerit Deipara in his, quæ dolorem excitare poterant, perpendendis, intenſiùs verò in eorum contemplatione, quæ apta erant ad lætitiam ingerendam. Imò rationi magis conſentaneũ eſt, quòd ea plane ratione, qua Chriſtus nullo modo impediuit cauſas ſuorum cruciatuum, nec vllo pacto auertit interiorẽ mentis, ſeu imaginationis appræhenſionem; ſed potiùs eorum ſe conſiderationi addixit, quæ dolorem augere poſſent; ſic & B. Virgo ſtudioſa in omnibus Chriſti D imitatrix non remiſsè, ſed toto mentis, ſeu imaginationis conatu conſiderarit, & appræhenderit ea omnia, quibus dolor in ſe augeri poterat. Imò ob hanc rationem probabiliſſimum puto, quòd ipſa cohibuerit, ſeu retinuerit gaudium in parte ſuperiore, nec permiſerit illud deſcendere in appetitum ſenſitiuum, vt ſic ſimilior fieret Chriſto, qui in ſenſitiuo appetitu extremis doloribus affligebatur omnis prorſus expers ſubleuaminis. Quod facilè ſuſtineri poteſt, ſi dicamus, B. Virginem ea, quæ erant gaudij motiua, me-

ditaram

ditatam eſſe ſine conuerſione ad phantaſmata: illa enim cognitio à phantaſmatibus libera, & actus voluntatis ex præuia eiuſmodi cognitione eliciti, nullam cum corpore habent communionem, & conſequenter non eſt, cur communicent cum ſenſitiuo appetitu. Quod verò B. Virgo vteretur aliquandò cognitione à phantaſmatibus independente, videbimus to. 2. cùm de eius ſcientia agemus.

QVAESTIO XXIII.

Vtrùm in ſuperiore parte B. Virginis lætitia maior fuerit, quàm triſtitia, eo tempore, quo Chriſtus patiebatur.

Prima aſſertio.

DICO primò, ſi conferamus ſolùm dolorem, quo B. Virgo torquebatur cõpatiendo Chriſto in paſſionis ſuę ſenſibilibus cruciatibus depræhenſo, cum gaudio, quo ipſa afficiebatur ob Chriſtum ſua paſſione propriam exaltationem promerentem, maius fuiſſe hoc gaudium, quàm ille dolor. Innuitur hæc concluſio peruenuſtè à Spiritu ſancto Cantic. 1. dum Virginem ſic loquentem introducit: *Faſciculus myrrhæ Dilectus meus mihi, botrus cypri in vineis Engaddi.* Nominatur hic Chriſtus Virginis dilectus *faſciculus myrrhæ*, quia ſua paſſione myrrhinum doloris amarorem attulit ipſi Virgini: ſtatim verò botrus cypri, quia ipſe Chriſtus, prout exaltandus erat ex paſſione, gaudij ſimul dulcedinē animo Matris inſtillabat. Nunc quæro, cur Virgo in indicando dolorem, quem ex paſſione Filij hauſtura erat, vtitur diminutiuo illo *faſciculus*, cùm dicere poſſet, faſcis; ſignificatura verò gaudium, quod eodem tempore ſimul erat perceptura, non item vtitur diminutiuo, ſed, *botrus*, inquit, *cypri*, non botrulus? Sanè quia ceſſurus erat dolor ille lætitiæ, quam habitura erat ex Chriſto promerente ſibi ſua paſſione exaltationem. Probatur ratione: menſura gaudij, & doloris, quibus B. Virgo afficiebatur in hac mortali vita, deſumenda eſt penes id, quod Chriſto accidebat ſecundùm rationem boni, & mali; ſed maius bonum erat Chriſto mereri patiendo propriam exaltationem, quàm malum illi eſſet cruciatibus ſauciari, cruciſq; mortem ſubire; ergo magis illo bono gaudebat B. Virgo, quàm doleret hoc ma-

Cantic.

A lo. Maior patet: cùm enim B. Virgo plus Chriſtũ amaret, quàm ſe ipſam, plus bono eius gaudebat, pluſq; ex malo eius triſtabatur, quàm ex proprio. Minor probatur, quia id, quod habet rationem finis intenti, ſecundùm regulas veræ ſapientiæ plus habet bonitatis; minus verò habet mali id, quod tamquam mediũ ad finem aſſequendum eligitur: ſed Chriſtus, qui ſemper ſapientiſſimè operabatur, tamquam mediũ volebat ſuam paſſionem ad promerẽdam ſibi exaltationem; ergo maius erat illi bonum mereri patiendo propriam exaltationem, quàm malum illi eſſet cruciatibus affligi, mortemq; ſubire. Confirmatur, quia paſſio Chriſti, vt ipſius afflictiua, erat
B malum ſenſus, meritum autem Chriſti erat bonum ſpirituale.

Secunda aſſertio.

Dico ſecundò, ſi comparetur prædictus compatientis Virginis dolor cum eò gaudio, quo ipſa perfundebatur ob ſatisfactionem, quam Chriſtus ſua paſſione pro peccatis hominũ offerebat Deo, hoc gaudio minorem fuiſſe illum dolorem. Suaderi põt primò hæc concluſio præallatis Cant, verbis: *Faſciculus myrrhæ Dilectus meus mihi, botrus cypri, &c.* vt patet conſideranti, & huc applicanti ſuperiorem expoſitionem pro præcedenti concluſione allatam. Probatur ratione. Plus amabat B. V. diuinum honorem, qui per Chriſti paſſionem reparabatur, quàm corpus, & vitam
C Chriſti corporalem: ergo magis lætabatur eiuſmodi reparatione, quàm doleret cruciatu corporis Chriſti, eiusque vitæ amiſſione. Antecedẽs patet, quia B. Virgo ordinate amabat, & conſequenter quod erat magis amabile amabat magis: ſed reparatio diuini honoris bonum erat magis amabile (vtpotè bonum immediatum ipſius Dei) quàm corpus, & vita Chriſti, quæ tantùm erant bona immediata ipſius Chriſti, vt hominis, licèt mediatè ob vnionem hypoſtaticam dici poſſent bona Dei; ergo, &c.

Cantic.

Aſſertio tertia.

Dico tertiò, ſi conferatur dolor, quem B. Virgo ſentiebat ob iniuriam illatã Deo per peccata hominum, cum gaudio, quo
D ipſa afficiebatur ob ſatisfactionem, quam Chriſtus Deo pro illis exhibebat, hoc gaudium fuiſſe maius illo dolore. Probatur. Satisfactio Chriſti pro peccatis erat non ſolùm ſufficiens, ſed etiam ſuperabũdans, & altioris ordinis, quàm fuerit peccati iniuria; ergo B. Virgo magis tali ſatiſfactione gaudebat, quàm doleret iniuria per peccata hominum Deo illata. Hæc conſequentia liquet: optimè enim cognoſcebat Virgo perfectionem illius ſatisfactionis à Chriſto exhibitæ, & conſequenter per eam, ſciebat, non ſolùm ad æqualitatem,

ditatem, ſed etiam ſuperabundanter, & perfectiori modo reparari diuinum honorem per peccata hominum læſum; ergo ipſa diuini honoris amantiſſima magis gaudebat tali reparatione, quæ per ſatisfactionem Chriſti ſuperabundantem, & altioris ordinis fiebat; quàm doleret læſione diuini honoris per peccata hominum illata; hæc enim erat magis Deo extrinſeca, & inferioris ordinis. Antecedens primi enthymematis fundatur in doctrina D. Thomæ 3. par. quæſt. 48. art. 2. & duplici ratione probatur: Prima eſt quia, dum Chriſtus ſatisfaciebat ſuſtinẽdo cruciatus, & mortem, intrinſecè perſona diuina, atque adeo Deus concurrebat ad talem ſatisfactionem; iniuria verò per peccata hominum Deo illata extrinſecè tantùm ad Deum terminabat: quam rationem ſatis fusè declaraui ſupra cap. 12. de Virgine cooperante Chriſti circumciſioni quæſt. 4. concluſ. 3. Secunda ratio, propter quam ſatisfactio fuit ſuperabundans, & altioris ordinis, quàm iniuria peccati, eſt quia operationes Chriſti etiam in ratione ſatisfactionis acceptæ habent valorem infinitũ ex re oblata infinitè digna. Colligitur ex citato D. Thoma 3. p. quæſt. 48. art. 2. in corpore; vbi valorem operum Chriſti non ſolùm conſiderat ex dignitate perſonæ offerentis, & ex magnitudine charitatis, ex qua ipſe Chriſtus patiebatur; ſed etiam propter dignitatem vitæ eius, quæ pro ſatisfactione poſita eſt; eratq; vita Dei, & hominis. Probatur idem extrauag. *Vnigenitus*, in qua affirmatur, modicam guttam ſanguinis Chriſti ſatisfeciſſe pro redemptione totius humani generis propter vnionem hypoſtaticam, vbi & Pontifex infinitum valorem meritorum Chriſti, de quo ibi eſt ſermo, paulò poſt tribuit rei oblatæ, quæ eſt ſanguis Chriſti Verbo vnitus. Id ipſum ſatis apertè docent Patres, qui promiſcuè tum ad perſonæ operantis dignitatem, tum ad dignitatem rei oblatæ, tribuunt abundantem valorem operum Chriſti: vnde corpus, & ſanguinem Chriſti in cruce pro nobis oblatum appellant pretium ingens, & ſuperabundans ad redimendum. Confirmatur denique ratione: ideo operatio Chriſti ſumit infinitum valorem à perſona operante, quia perſona operans intrinſecè coniungitur cum ſua operatione, vt forma moralis dignificans: ſed etiã res oblata vnita Verbo intrinſecè coniungitur cum oblatione Chriſti, vt forma moralis dignificans; ergo, &c. Maior conſtat. Minor probatur, quia cum actu oblationis, quem Chriſtus eliciebat, non minùs intrinſecè cõiungebatur ipſius corpus, & ſanguis Verbo vnitus, quàm perſona ipſa Verbi: ſiquidem ille coniungebatur cum oblatione Chriſti, vt effectus moraliter oblatus intrinſecè coniunctus cum oblatione ipſa; hæc vt principium intrinſecè offerens, & coniuncta cum oblatione; ergo non minùs ille, quàm hæc infinitè dignificabat oblationem. Quo fit, vt, ſi ab operibus Chriſti per intellectum præſcindas infinitum valorem prouenientem ex dignitate perſonæ operantis, adhuc remanet infinitus valor ex infinitate rei oblatæ proueniens. Sed

D.Thom.

Extrauag.

Obiectio prima.

Obijcies primò contra id, quod dictum eſt, ſatisfactionem ſcilicet, Chriſti fuiſſe altioris ordinis, quàm peccati iniuriam; in eodem iniuriæ ordine conſtituitur peccatum, in quo eſt obiectum, ad quod peccãs affectu tendit: ſed obiectum, ad quod peccans affectu tendit, eſt deſtructio Dei in propria natura, quæ compenſabilis nõ eſt per ſatisfactionem Chriſti; & ratio eſt quia plus eſſet mali in deſtructione deitatis, quàm boni in ſatisfactione Chriſti; hæc enim ſolùm continet bonum morale infinitum, non phyſicum, quod reverà à peccato deſtrueretur, ſi re vera efficeret, quod intendit. Maior probatur, quia, licèt peccatum totam ſuam malitiam non ſumat ex obiecto, ſumit tamen ex eo ordinem, quia in eo ordine eſt peccatum, in quo eſt obiectum.

Solutio.

Reſpondeo, peccatum non vniuocè, ſed analogicè eſſe in eo ordine, in quo eſt obiectum, ſicut & charitas non eſt in eodem ordine vniuoco, ſed tantùm analogo, & proportionali cum obiecto increato, ad quod tendit. Quod ſic explicatur: ſicut obiectum in ſuo ordine excedit omnia obiecta creata; ita actus circa tale obiectum in ſuo ordine proportionali excedit omnes alios actus creatos: & huius ratio eſt quia obiectum non ſpecificat intrinſecè actum, dando illi immediatè ſuam ſpeciem, ſed extrinſecè terminando intrinſecum ordinem actus. Ad illud verò, quod dicitur, peccans affectu tendit ad deſtructionem Dei, explico; tendit ad deſtructionem Dei peccans, quatenus conſtituit ſibi vltimum finem in re creata; & concedo: ex hoc tamen ſequitur tantùm, quòd peccans priuet Deũ hac perfectione, & honore extrinſeco; neque enim peccans tollit ab ipſo Deo intrinſecam perfectionem finis, quæ eſt ipſius increata bonitas. Rurſus ex eo, quòd peccans tendit affectu ad deſtructionem Dei, non ſequitur, quòd peccans ſit reus deſtructionis Dei, quia, quotieſcumque damnum, quod alteri deſideratur, nequit moraliter inferri, non poteſt quantitas

titas iniuriæ deſumi ex quantitate damni, quod deſideratur; ſed ex quantitate affectus, quo deſideratur: ergo, cùm damnum, quod ſaltem implicitè peccans Deo deſiderat inferre, illi inferre nequeat, non poterit quantitas iniuriæ deſumi ex quantitate damni, quod Deo ille deſiderat, ſed ex quantitate affectus, quo deſiderat. Patet hoc inductione: nam qui deſiderat deſtruere totum mundum, non cenſetur reus deſtructionis totius mundi; nec qui deſiderat annihilare Angelum, cenſetur reus annihilarionis Angeli: ergo nec qui per peccatum cupit Deum deſtruere, cenſetur reus deſtructionis Dei, ſed cuiuſdam odij ſuperni ordinis, ex quo talia deſideria dimanant. Confirmatur à contrario: etenim qui deſiderat alicui bonum, quod illi moraliter nequit conferre, non deſumitur menſura eius meriti ex quantitate boni, quod deſiderat, ſed ex quantitate affectus, quo deſiderat; vt conſtat de noſtro actu charitatis, qui tendit ad infinitum bonum, quod Deo conferre vellet; ſed limitatur ex affectu, quo tendimus. Eadem autem ratio eſt de affectu, quo bonum volumus, & quo malum alicui deſideramus.

Obiectio ſecunda.

Obijcies ſecundò: ſatisfactio vt ſic dicit inferioritatem eius, qui ſatisfacit: ergo ſatisfactio Chriſti non potuit eſſe à Chriſto vt Deo; ergo fuit à Chriſto vt homine; ergo fuit inferioris ordinis ſatisfactio, quã peccati iniuria. Hæc conſequentia vltima probatur: peccatum eſt contra Deum vt Deum: ſed ſatisfactio Chriſti fuit à Chriſto non vt Deo; ergo ſatisfactio Chriſti fuit inferioris ordinis, quàm peccati iniuria.

Confutatio.

Reſpondeo cõcedendo, ſatisfactionem dicere inferioritatem eius, qui ſatisfacit: hanc tamen inferioritatem dicit Chriſtus ratione naturæ humanæ, per quam phyſicè ſatisfacit; non ratione perſonæ diuinæ, per quam ſatisfacit moraliter. Ad primam conſequentiam dico, ſatisfactionem nec eſſe à Chriſto vt homine tantùm, nec vt Deo tantùm; duo enim ad ſatisfactionem requiruntur, phyſica entitas actus ſatisfactorij, & moralis dignitas eiuſdem: prior profluit ab humanitate, poſterior promanat à ſuppoſito diuino in phyſicam entitatem actus, & quidem perfectiori modo, vt ex ſupradictis patet, quàm in actum peccati à perſona offenſa deriuatur iniuria.

Aliæ comparationes fieri poſſunt inter gaudia, & dolores B. Virginis, vt colligi poteſt ex quæſt. 20. & 22. huius capitis: verùm tum ex dictis in duabus illis quæſtionibus, tum ex hic poſitis, facilè conſtare poterit de maioritate, aut minoritate gaudij, vel doloris.

QVAESTIO XXIV.

Cur Chriſtus, dum è cruce pendebat, Virginem nomine mulieris, & non matris, appellauerit dicẽs: *Mulier, ecce filius tuus.*

Ioan 19.

DIVVS Chryſoſt. homil. 48. in Ioan. to. 3. ait, B. Virginem nomine mulieris à Chriſto fuiſſe nuncupatã, ne doloribus dolores ſuperadderẽtur, ſi dulci nomine matris fuiſſet appellata. Aſſentitur Gerſon de paſſione Domini dicẽs: *Si enim dixiſſet, Mater, cor defeciſſet Mariæ, nec potuiſſet, quin diuiſum fuiſſet, aut ruptum pietate, quam videbat.*

D. Chryſoſt.

Gerſon.

D. Cyrillus vult, ideo B. Virginem matris nomine non fuiſſe à Filio donatam ob ſublimem humilitatis virtutem, qua ipſa maximè delectabatur.

D. Cyrillus.

Alij alios afferunt ſenſus, quos breuitatis cauſa omitto: aliquos adducam, qui mihi occurrunt.

Prima cauſa.

Dico primò, quòd ideo Chriſtus moriturus in cruce B. Virginem mulierem, & non Matrem nuncupauit, vt inſinuaret, mentis ſuæ eſſe, quòd illa affectum maternum, quem erga ſe ipſum vt filium habebat, ad fideles, quos tamquam filios in perſona Ioannis illi tunc conſignabat, cõuerteret. Fauent huic concluſioni ipſa verba ſacri textus, quæ ſubſequuntur: *Ecce filius tuus: deinde dicit diſcipulo: ecce Mater tua.* Dum enim illam tamquam filius ſciſcitatur, nomen matris tacet ſolo illam mulieris nomine appellans: dum autem filios illi in Ioanne adoptat fideles, nomen ipſorũ matris illi tribuit. Et quidem quòd in Ioanne intenderet Chriſtus omnes homines Virgini commendare, videbimus quæſt. ſequenti. *Mulier,* inquit, *ecce filius tuus:* ecce ſcil. genus humanum, quod in Ioanne tibi commendo: mulierem te dixi, non matrem; nunc enim mihi ſummoperè placet, vt affectum illum maternum, quo me amantiſſima hucuſque es proſequuta, in fideles, quos tibi in Ioanne tamquam filios trado, tranſmittas. Tuq; ò humanum genus, quod in Ioanne agnoſco, *ecce Mater tua,* ad illius ſinum confuge, ſinum miſericordiæ ſalutarem.

Ioan.

B. V. Adiutrix Redemptionis. Albertus Magn. Oroſius. B. V. quaſi plus, quàm Deus dicta.

Collige primò quàm aptè B. Virgo ab Alberto Magno ſuper *Miſſus eſt*, *Adiutrix redemptionis* nuncupetur, ac quo in ſenſu dicatur ipſa Virgo ab Oroſio in Cantic. quaſi plus, quàm Deus: *Maria ſiquidem non ſolùm ſicut Deus, ſed quaſi plus, quam Deus*; en ratio in noſtram concluſionem coincidens: *quos enim non poteſt ſaluare Deus per iuſtitiam, ipſa per ſuam ſaluat miſericordiam*. Similis ferè ſententia tribuitur D. Anſelmo. Vtraque tamen cautè accipienda ſunt, & ab Idiotarum auribus longè retinenda.

Quo affectu nos protegat B. V.

Collige ſecundò quo affectu nos protegat, nobisq; ſubueniat Deipara, cùm præter propenſionem, quam habet miſericordiæ exercendæ, accedat & hoc motiuum, vt Filio id ſibi imponenti obediat, ac gratificetur. Imò perpende, quæſo, quantum attulerit conſolationis ipſi Virgini ore Filij commendatum ſibi genus humanum, vt in illud omnia pietatis munera exercere poſſet, quæ in Filium eo tempore, quo maximè indigebat, præſtare non poterat. Sicut enim illi ante omnia gratiſſimum fuiſſet poſſe Filium aliqua ratione in tot doloribus ſubleuare; ita offerri ſibi à Filio homines, in quos quicquid pietatis exerceret, in ſe idem Filius exiſtimaret exercitum, non potuit non maximæ eſſe Virgini conſolationi.

Secunda cauſa.

Dico ſecundò, à Chriſto Virginem mulieris, & non matris nomine fuiſſe nuncupatam, vt ſponte ſe Chriſtus priuaret illo honore, qui ſibi, vt tantæ Matris Filio, deferendus videbatur. Probatur: ſi enim ob humilitatis exercitium, vt tali honori cederet, ſæpiùs ſe Filium hominis, teſtibus paſsim Euangeliſtis, prædicabat, & in nuptijs Canæ Galilææ Virginem alloquẽs nomen matris reticuit aiens: *Quid mihi, & tibi, mulier?* Ergo multò magis eo tempore, quo moriturus ſummum humilitatis tenebat, & quo opprobrijs ſaturandus erat, eidem honori debuit renunciare.

Tertia cauſa. B. V. in deuouendo in humanam redẽptionem Filio ſe geſſit, ac ſi Mater non eſſet.

Dico tertiò, Chriſtum, dum è cruce pendens Virginem mulierem, & non matrem nominauit, voluiſſe indicare, in ea affectum humanum matris adeo miro animi fortitudine fuiſſe cohibitum, vt ipſa in deuouendo tunc proprio Filio ſe gereret, ac ſi mater non eſſet. Fauet huic noſtræ concluſioni D. Antonin. p. 4. Theolog. tit. 15. cap. 41. §. 1. quatenus ait: *Stabat Virgo ita diuinæ voluntati conformis, quòd (vt Anſelmus ait) ſi oportuiſſet ad implendam ſecundùm rationem voluntatem Dei, ipſa Filium in cruce poſuiſſet, ac obtuliſſet: neque enim minoris fuit obedientiæ, quam Abraham*. Suffragatur etiam illud Ambroſij: *Stabat non degeneri animo Mater ſpectaculo*; hoc eſt B. Virgo, quæ Mater naturalis erat, & ſpiritualis filia Chriſti (*fuit enim*, inquit Auguſtinus de S. Virginitate cap. 6. *Mater ſpiritu non capitis noſtri, quod eſt ipſe Saluator, a quo illa magis ſpiritualiter nata eſt*) ab ipſo non degenerabat. Vnde, ſicut Chriſtus à ſe abdicarat omnem illum naturalem affectum, quo retardari poterat à ſponte ſubeunda morte, ob quam à iucundiſſimo ſanctiſſimæ Matris conuictu erat ſeparandus: Ita Deipara non degeneri ſpiritu ſtabat iuxta crucem, ſecluſo omni illo tenero matris affectu, qui eam ab offerendo in ara crucis Filio naturaliter vel impedire, vel retardare potuiſſet. Pulcherrima huius rei figura habetur Exod. 23. vbi Dominus præceperat, ne agnus coqueretur in lacte matris ſuæ. Agnus ille ſignificat Chriſtũ, vt notat D. Auguſtinus: per hoc verò, quòd non eſſet coquendus agnus in lacte matris ſuæ, indicabatur fore, vt immolandus eſſet Chriſtus, non interueniente tenero illo Matris affectu, qui fortitudinem animi ſolet eneruare. Hoc idem inſinuare vult ipſamet Deipara, dum à Spiritu ſancto introducitur Eccleſiaſt. 24. ſic loquens: *Sicut cinnamomum, & balſamũ aromatizans odorem dedi*: & paulò poſt: *quaſi balſamum non mixtum odor meus*. Ea enim eſt vis balſami, vt lac coagulet, teſte Plinio lib. 12. naturalis hiſtoriæ cap. 25. *Summa*, inquit, *probatio ſinceri* (ſcilicet balſami) *eſt vt lac coagulet*: coagulatio autem lactis aptè ſignificat abdicationem materni affectus, ſicut, auctore Iſidoro epiſt. lib. 3. epiſt. 180. veri partus argumentum certiſſimum eſt lactis profluuiũ; & conſequenter ſymbolum materni affectus: dum ergo virtus Deiparæ balſamo comparatur, bene indicatur, quòd illa erat tantæ efficacitatis, vt lac materni affectus coagularet, hoc eſt tali conſtantia eſſet corroborata Virgo ipſa, vt illam à deuouendo morti proprium Filium affectus matris haud poſſet retardare. Huc etiam referri poteſt illud Pſalm. 67. *Mons coagulatus, mons pinguis*: applicationem iudicio conſiderantis relinquo. Mirantur, & meritò, non pauci hiſtoriarum ſtudioſi pluſquam virilem illam mulierum Amazonum fortitudinem, de quibus Virgil. Aeneid. 2.

D. Antonin. D. Ambroſ. D. Auguſtin. Exod. Eccli. Plinius. Iſidorus. Virgilius.

Pulſant, & pictis bellantur Amazones armis.

hæ enim, vt in prælio eſſent expeditiores, liberiùsq; contrectare lanceas, euibrare enſes, ſagittas eiaculari, cæteraq; belli munera poſſent exercere, dextram ſibi mammam amputabant. Verùm quid ni

magis

magis Virginem Deiparam, eiuſq; in inito aduerſus tartaream tyrannidem paſſionis dominicæ prælio conſtantiam inexplicabilem ſuſpiciamus? Ipſa etenim eminentiori longè, quàm Amazones, fortitudine, cùm ſibi, vt redemptionis Cooperatrici, datũ eſſet vnà cum Filio manus conſerere, vt liberiùs hoc fungi munere poſſet, dexteram ſibi abſcidit mamillam, affectum ſcilicet maternum, qui ſe ab offerendo æterno Patri in ara crucis Filio, atque illius paſſioni, qua Satanæ expugnabatur imperium, conſentiendo, aliqua ratione potuiſſet temorari. Quòd ſi Amazones ſuos partus lactandi gratia ſiniſtrũ vber retinebant; Virgo etiam, vt nos donorum ſuorum lacte enutriret, ſiniſtram retinuit mammam, hoc eſt affectum erga fideles omnes, quos illi in Ioanne commendauit Chriſtus: *Ecce filius tuus*.

QVAESTIO XXV.

Vtrùm Beata Virgo conſtituta ſit Mater Ioannis, ac cæterorum fidelium per illa verba; *Ecce Mater tua*.

NON defuerunt qui affirmarunt, tantæ efficacitatis fuiſſe hæc Chriſti verba, vt proprium, & phyſicum effectum produxerint, quem ſignificabant, ita, vt & phyſicas relationes matris, & filij Virgini, atque Ioanni impreſſerint.

Cõcl. prima.

Dico primò, fieri non potuiſſe, vt per prædicta verba veræ, & phyſicæ relationes matris, & filij inter B. Virginem, & Ioannem reſultarent. Ita Suar. to. 2. in 3. p. diſp. 37. ſect. 4. & Barradius to. 4. lib. 7. cap. 16. Ratio eſt euidens: neque enim poſſunt reſultare veræ, & phyſicæ relationes matris, & filij, ſecluſo fundamento proximo, ſeu ratione fundandi: ſed in re noſtra per prædicta verba nullum huiuſmodi interfuit fundamentum, aut ratio fundandi; ergo nulla potuit vera, & phyſica reſultare relatio. Minor patet, fundamentum enim proximum relationum matris, & filij eſt phyſica generatio, &c.

Suar.
Barrad.

Concl. ſec.

Dico ſecundò cum eodem Suario, veriſimile eſſe, quòd Chriſtus illis verbis ad Matrem: *Mulier, ecce filius tuus*: & ad Ioannem: *Ecce Mater tua*; impreſſerit Virgini, & Ioanni ſingularem quemdam, A & mutuum affectum maternum, ac filialem. Videtur expreſſa ſententia D. Cyrilli in 19 Ioan. *Commendauit*, inquit, *Chriſtus Matrem Diſcipulo, vt officium filij in eam ſeruaret. Matrem ſimiliter admonuit, vt parentis in Diſcipulum auctoritatem haberet: amore viciſſim, atque charitate non minus illos coniungi voluit, quam ſi natura maxima propinquitate coniuncti eſſent.* Fauet etiam Barradius loco cit. vbi dicit: *Facta eſt Virgo mater Ioannis affectu, & cura: factus eſt Ioãnes filius Virginis dilectione, & obſequio.* Suadetur, quia talis amor mutuus matris, & filij inter ſanctiſſimam Virginem, & Ioannem videbatur maximè conuenire ad eos fines, quos Chriſtus in- B tendebat, dum ipſam Virginem Ioanni, & Ioannem Virgini commendauit. Voluit enim Chriſtus ex eo, quòd Virginem Ioanni commendauit, declarare, ſe Matrem, quantum poſſet, honoratam relinquere, vt docent Patres: D. Ambroſ. lib. cui titulus eſt *Virginis inſtitutio*: *Teſtatur*, ait, *de cruce Dominus Ieſus, & paulisper publicam differt ſalutem, ne Matrem inhonoratam relinquat*: Cyprian. tract. de paſſione; *Nunc*, inquit, *Domine, materno moueris affectu, & thalamum humanitatis tuæ Cubiculario dilecto commendas, & prouides ſedulò benedictæ inter mulieres apoſtolicam clientelam, & obſequium Virginis virgini Diſcipulo tradis*: ſed, ſi dicamus, quòd Io- C anni Chriſtus impreſſerit talem amorem, quem habet filius erga matrem, magis idoneus redditur Ioannes ad honorandã Virginem; ergo veriſimile eſt, talem amorem à Chriſto Ioanni fuiſſe impreſſum. Adde, quòd, cùm Ioannes in locum Chriſti ſubſtitueretur, maximè decebat, vt eo amore in Virginem, quo filius in matrẽ, afficeretur. Præterea Chriſtus commendans Virgini Ioannem intendebat, vt nouo illum titulo diligeret: ergo veriſimile eſt, quòd Chriſtus Virgini talem indiderit amorem erga Ioannem, vt illum tãquam verum filium diligeret. Imò & hoc ſignificatum fuiſſe videtur ab ipſo Chriſto eo, quo vſus eſt, loquendi modo: *Mulier, ecce* D *filius tuus*.

D. Cyrill.

Barrad.

D. Ambroſ.

D. Cyprian.

Concl. tert.

Dico tertiò, B. Virginem omnium fidelium Matrem fuiſſe conſtitutam, quando Chriſtus filium illi ſubſtituit Ioannem per illa verba: *Mulier, ecce filius tuus*. Ita Rupertus expendens illud: *Mulier, cùm parit, triſtitiam habet*: *Proinde*, inquit, *quia ibi dolores vt parientis ſuſtinuit in paſſione Vnigeniti ſui, omnium noſtrum ſalutem B. Virgo peperit. & facta planè eſt omnium noſtrum Mater*: & S. Bernardin. Senenſ. to. 1 ſerm. 55. de paſſione Chriſti: *Mulier, ecce filius tuus*: *vt excluſa omni ſuperfluitate*

Rupert.

D. Bernardin.

tate verborum, ſecretum myſterij penetremus; myſticè igitur in Ioanne intelligimus animas electorum, quorum per dilectionem B. Virgo facta eſt mater. Suffragatur il- A
Cantic. lud Cantic. 8. vbi in noſtra vulgata habetur: *Sub arbore malo ſuſcitaui te; ibi corrupta eſt mater tua*: Septuaginta, & Theodoretus legunt: *Sub malo exuſcitaui te; ibi peperit te mater tua; ibi peperit te, quæ genuit te. Sub malo*, ideſt ſub ligno crucis,
Guilhelm. vt bene exponit Guilhel. in dictum locũ.

Obiectio. Obijcies dicendo, B. Virginem eo tempore effectam fuiſſe matrem fidelium, quo conſenſit, vt Verbum ex ſe carnem ſumeret: quod apertè teſtatur idem S. Bernar-
D. Bernardin. dinus to. 3. ſerm. 6. art. 2. cap. 2. dum: *Virgo*, inquit, *per hunc conſenſum in Incarna-* B *tionem Filij, omnium electorum ſalutem viſceroſiſſimè expetijt, & procurauit, & omnium ſaluti per hunc conſenſum ſe ſingulariſſimè dedicauit ita, vt ex tunc omnes in ſuis viſceribus baiularet, tamquam veriſſima mater filios ſuos*. In eamdem coinci-
Guilhelm. dit ſententiam Guilhel. ſuper illud Cant. 8. *Ego murus, & vbera mea turris*, hæc in perſona Virginis referens. *Porrò, ex quo ſenſi me in vtero habere de Spiritu ſancto, procul dubio tanta excellentia, tanta potentia, tantaq; clementia facta ſum, vt omnibus ad me cõfugientibus non tantùm murus ſim ad muniendum, ſed & mater ad nutriendum; & talis mater, cuius vbera ſunt ſicut turris, ideſt cuius materna pietas* C *non tantùm paruulos nutriet, ſed etiam, dum adhuc in nutrimentis ſunt, & minus apti ad prælium, hoſtibus inacceſſibiles faciet, cùm creuerint, fiducialiter proceſſuros in campum, non tantùm carnem, & ſanguinem, ſed & ſpiritualia nequitiæ in cæleſtibus prouocaturos ad prælium*. Item affirmat idem Guilhel. B. Virginem in matrem fidelium euaſiſſe eo tempore, quo Chriſtum corporaliter peperit; ita enim ſcribit in expoſitione illorum verborum Cantic. 4. *Emiſſiones tuæ Paradiſus, &c. In vno Saluatore omnium Ieſu plurimos Maria peperit ad vitam. Eo ipſo, quòd mater eſt capitis, multorum membrorum mater eſt. Mater Chriſti mater eſt mem-* D *brorum Chriſti, quia caput, & corpus vnus eſt Chriſtus: corporaliter caput parturiendo, ſpiritualiter membra peperit. Vnde etiam ab omnibus Mater appellatur, & ab omnibus cultu debito vt Mater honoratur*. Eiuſdem
D. Ambroſ. etiam ſententiæ videtur eſſe D. Ambroſ. ſerm. de Annunc. *Eia*, inquiens, *chariſſimi, omnes nunc gaudeamus, nunc omnes gaudendo dicamus: benedictus frater, per quem Maria eſt noſtra mater; & benedicta mater, per quam Chriſtus eſt noſter frater*.

Explanatio. Reſpondeo, rationem, ob quam B. Vir- A go mater eſt ſpiritualis fidelium, eſſe quia cooperata eſt charitate ſua, vt fideles in Eccleſia naſcerentur, vt optimè docet S. Auguſtinus lib. de ſancta Virginitate: ſed, quando conſenſit, vt Verbum ex ſe carnẽ aſſumeret, cooperata eſt charitate ſua, vt fideles in Eccleſia naſcerentur; ergo verè tunc fidelium mater effecta eſt; tunc enim ſimul & conſenſit, vt diximus in capite de Annuciat. oblationi, quam Chriſtus de ſe ipſo pro ſalute hominum in ara crucis conſummaturus erat: & idem diſcurſus vim facit pro Virgine Chriſtũ corporaliter parturiente. Rurſus verò ipſa Virgo, quando ſtabat iuxta crucem, in qua Chriſtus opus redemptionis perfi- B ciebat, eumdem Chriſtum pro hominum ſalute litabat, vt diximus in præcedentibus, & ſic maximè cooperabatur fideliũ ſaluti, & ad conſummationẽ humanæ redemptionis concurrebat, atque adeo, cùm completum fidelium Matris titulum per hoc eo tempore aſſequeretur, meritò tũc Mater fidelium dicitur conſtituta, ideſt modo quodam completo.

Inſtabis aſſerendo Guaricum Abbatem ſerm. de Natiuit. dicentem: *Hoc ipſum &* Inſtatur. Guaricus Abbas. *Maria ſapere videtur, quæ dilectum votorum ſuorum inſinuare cupiens affectibus hominum, cupit formare iterum Vnigenitum ſuum in omnibus filijs adoptionis, qui, etſi geniti ſunt verbo veritatis, nihilominus* C *parturit eos quotidie deſiderio, & cura pietatis, donec formetur in illis Chriſtus*: ex quibus colligi videtur, quòd B. Virgo non tempore paſſionis, ſed quotidie mater fidelium euadat. Vrgebis dicendo, quòd Virgo tunc fideles parturit, cùm in regnum cælorum ipſi ingrediuntur: ergo B. Virgo Mater fit fidelium tunc, cùm fideles moriuntur, ſalutemq; aſſequuntur æternam, & non priùs.

Reſpondeo, eò tendere verba Guarici, Occurritur. vt ſuadeant, in B. Virgine maternum in nos affectum ſæpiùs renouari, eaque, quæ matris ſpiritualis ſunt, ab ipſa quotidie obiri. Verum item eſt, quòd B. Virgo maximè tunc parit fideles, quando ſalute D potiuntur æterna; tunc enim præcipuè B. Virgo ſua charitate cooperatur, vt fideles in triumphanti Eccleſia æternam vitã nanciſcantur. Referunt naturæ animantium ſeduli inueſtigatores, vt videre eſt apud Maiolum in diebus canicularibus, Maiolus. quòd Balenæ tanto amore proſequuntur partus ſuos, vt, ſæuiente maris tempeſtate, illos intra ſua iterum viſcera receptos non priùs emittant, quàm, ſedatis procellis, nullum proli imminere videant Quàm pia, & ſedula ſit B. V. fidelium morientium Protectrix. periculum. Sic B. Virgo fidelium pijſſima mater, quos tanto cum dolore iuxta crucem

cem peperit, in mortis agone poſtea conſtitutos, furente tentationum tempeſtate, materno affectu veluti intra propria viſcera recipit, receptos protegit, nec dimittit, donec, tranquillato periculorum mari, in fortunato beatitudinis æternæ portu reponat fruituros æternùm. Quare duplici præcipuè modo videtur eſſe B. Virgo mater fidelium: primo dum ſua charitate cooperata eſt, vt iidem per gratiam ſpiritualiter naſcerentur: ſecundo, dum eoſdem ſuo patrocinio ad æternam, & glorioſam vitam perducit.

Quantæ fidelibus eſſe debeat conſolationi eãdẽ, quam Filius Dei, Matrem habere.

D. Bonau.

Collige primò, quàm magnæ nobis eſſe debeat conſolationi, quantamq; excitare in nobis debeat fiduciam, eamdem, quam Filius Dei, Matrem habere. Deuotè id perpendit S. Bonauentura in ſpeculo, vbi: *Sed numquid*, ait, *ſolius Chriſti mater eſt Maria? Imò certè, quod iucundiſſimum eſt, Maria non ſolum eſt mater Chriſti ſingularis, ſed etiam mater omnium fidelium vniuerſalis*: & in ſoliloq. ex S. Anſelmo ait: *Dic, anima mea, cum magna mentis fiducia; exultabo, & lætabor; quia quicquid iudicabitur de me, pendet ex ſententia Matris, & Fratris mei.*

Collige ſecundò ſublimem dignitatem, ad quam euehitur fidelis, dum in tantæ Matris filium adoptatur: quæ dignitas vnumquemque noſtrum velut frænum coercere debet, ne ab ea per peccatum degeneremus in vilem Dæmonis ſeruitutem.

Collige tertiò, ſpecialem quamdam obediendi obligationem tantæ Matri ratione prædictæ adoptionis à nobis contrahi. Habemus in Inſtit. de adoption. §. 1. *Non ſolùm naturales liberi ſecundùm ea, quæ diximus, in poteſtate noſtra ſunt, verùm etiam ij, quos adoptamus*. Exequutioni igitur mandemus ea, quæ Chriſtus nobis iniunxit; ſic enim & Virgini Matri noſtræ obediemus; quod ipſa declarauit in nuptijs Canæ Galilææ illis verbis: *Quacumque dixerit vobis, facite.*

Inſtit. de adopt.

Quomodo B. Virgini fideles obedire debeant.

Quàm beneficia in fideles B. V. etiam nolentes.

Seneca.

Collige quartò, quot, ac quanta beneficia fidelibus ratione ſpiritualis huiuſce maternitatis etiam neſcientibus, & nolentibus B. Virgo impendat. Etenim, ſi de parentibus carnalibus ait Seneca lib. 2. de benef. *Maiora beneficia a parentibus recipimus, cùm aut neſcimus, aut nolumus*; profectò, cùm ſpiritualis Deiparæ maternitas longè præſtet carnalibus cũctis maternitatibus, dicendum erit, maxima, & innumera eſſe beneficia, quæ à ſpirituali hac Matre recipimus, cùm neſcimus, aut etiam, quod maius eſt, nolumus. Cuius rei exemplis, ſicut plena circumferuntur volumina, ita exponendis non immorabor. Illud tantùm ad memoriam reuocemus, quòd ius huius ipſius maternitatis in homines tunc Virgo voluit ſibi ore Filij demandari, cùm iidem homines ipſum Filium ſuum vita ſua ſibi cariorem inaudito ingrati animi genere diriſſimè excruciatum ad extremum vitæ perduxerant.

Quæſtiuncula ſuboritur.

Quæres: ſi B. Virgo eo tempore, quo ſtabat iuxta crucem, omnium fidelium mater eſt conſtituta, vt dictum eſt, cur ſolius Ioannis Mater à Chriſto declaratur illis verbis: *Mulier, ecce Filius tuus: deinde dicit diſcipulo: Ecce Mater tua?*

Reſponſio. Quo affectu vnumquẽq; noſtrum diligat B. V.

Reſpondeo, ſummam Chriſti ſapientiã tali loquendi formula inſinuare voluiſſe, tantæ perfectionis eſſe maternum B. Virginis amorem in fideles, vt, licèt omnes vt filios diligat, ita tamen vnumquemque diligat, ac ſi ſolum illum diligeret, & illius ſolius mater eſſet.

QVAESTIO XXVI.

Cur Beata Virgo nihil reſponderit Chriſto ipſam ſic alloquenti; *Mulier, ecce Filius tuus.*

RATIO hoc inquirendi eſſe poteſt quia taciturnitas non eſt ſufficiens ſignum ad obligandum aliquem, vt docet Gloſa l. *filius familias* 8. verbo *non probabatur* ff. *de procurat.* Dynus reg. *is, qui tacet* 44. de reg. iur. in 6. num. 3. Bald. l. *ſi ſine* num. 4. Cod. *ad Senat. Conſult.* & alij communiter Iuriſperiti: ſed in rẽ noſtra agebatur de obligatione, quam contractura erat B. V. adoptando ſibi fideles in filios; ergo in ipſa aliquod ſignum externum requiri videbatur, quo adoptionis prædictæ conſenſus exprimeretur.

Gloſ. l. filius fam.

Dynus, Bald.

Salmeron.

Pater Salmeron to. 3. tract. 41. verſus finem ſimilem ferè quæſtionem excitat, & ſoluit his verbis. *Quarta dubitatio, cur potiùs dicitur: Accepit eam Diſcipulus in ſuam; quam, accepit Mater Diſcipulum in ſuum. Dicendum eſt, quòd illa ob honorem, quem deferebat verbis Chriſti, procul dubio accepit Ioannem in filium. nam, cum Chriſtus ſit paſtor, & Maria ouis, Maria vocem paſtoris agnouit ſui: &, cum Chriſtus eſſet agnus, & Mater ouis, quæ balatus agni ſui agnoſcit, ita Maria accepit Ioannem in filium. Quia verò dubitari poterat, an Ioannes in ſuam acceptaret, quoniam adhuc nondum plena lux illuxerat, neque Spiritus ſanctus eum donis ſuis illuſtrauerat, expreſſit, quod ma-*

ius

Digitized by Google

ius dubium eſſe poterat, tacuitque quodminus erat dubium.

Concl. prima. Dico primò, non fuiſſe neceſſarium B. Virginis reſponſum ad indicandum, quòd ipſa annueret Chriſti dictis. Cùm enim vnā veluti cum Chriſto voluntatem haberet, ſtatim, atque Chriſtus verbis declarauit quid vellet, ſatis conſtabat, quòd & ipſa idem vellet.

Concl. sec. Dico ſecundò, B. Virginem ſua taciturnitate ſatis declaraſſe, quòd Ioannem in filium, & in ipſo fideles ſibi adoptaret. Probatur, quia tacens cenſetur conſentire inquantum eſt in ſui fauorem, reg. *qui tacet* de reg. iur. in 6. ſed hic agebatur de re, quæ cedebat in fauorem B. Virginis, dum ipſa mater Ioannis, & fidelium conſtituebatur; ergo, &c. Minor probatur, quia B. Virgo fauori ſibi tribuebat, & quòd ſic honoraretur à Chriſto, à quo ſibi Ioannes in filium per dilectionem, & obſequium tradebatur; & quòd fideles vt ſubſtituti filij in Ioanne ſibi aſſignarentur, quibus ob amorem eiuſdem Chriſti poſſet maternæ charitatis munera impendere, quod maximè ipſa Virgo habebat in votis. Et ex his patet quid reſpondendum ad rationem dubitandi.

QVAESTIO XXVII.

Vtrùm Beata Virgo per mortem Filij ſui deſtituta fuerit relatione maternitatis.

SVPPONENDVM eſt primò cum communi, & vera ſententia, dari in rebus creatis relationes aliquas, quæ ſunt accidentia realia; ab ipſis rebus abſolutis eſſentialiter diſtincta. Probatio potiſſima hæc eſt. Potentia creata actiua, ſeu agens creatum, habet inclinationem, & ordinem tranſcendentalem ad ſuam actionem, tamquam ad quoddam complementum, & bonum, ſeu finem, ad quem potentia agentis creati ordinatur eſſentialiter, & à quo ſpecificatur: ergo potentia creata actiua, ſeu agens creatū habet ordinem, & relationem prædicamentalem ad ſuam actionem. Hæc conſequentia probatur, quia, poſita actione, ſeu effectu in actu, iam potentia ipſa habet adhuc inclinationem, ſeu ordinationem ad ipſum, tamquam ad actuale ſuum bonum, & complementum, & finem actu exiſtentem: ſed inclinatio, & ordo potentiæ actiuæ creati agentis ad actualem effectū, ſeu ad actionem actu exiſtentem, eſt vera relatio prædicamētalis; ergo, &c. Minor probatur, quia talis inclinatio, prout terminata formaliter ad actionem, ſeu ad effectum in actu exiſtentiæ poſitum, habet omnes conditiones relationis prædicamentalis; eſt enim talis ordo ſaltem metaphyſicè extra conceptum fundamenti, ſeu potentiæ, quia non eſt de conceptu eſſentiali potentię reſpicere effectum actu exiſtentem; ſed ſufficienter ſaluatur ratio potentiæ per reſpectum ad effectum poſſibilem. Præterea talis inclinatio, ſi conſideretur ſub præciſo conceptu inclinationis, ſeu ordinis in actuale complementum, & bonum potentiæ, eſt pura ratio referendi potentiā actiuam agentis creati in effectum actu exiſtentem, tamquam in bonum actuale, neque exercet vt ſic aliud munus circa ipſum terminum. Neque dici poteſt, quòd prædicta inclinatio tribuat eſſe ipſi termino ſeu effectui; nam hoc munus exercet potentia actiua, quatenus eſt virtus quædam phyſicè habilis ad ponendum effectum illum in rerum natura, concurrentibus omnibus requiſitis; & priùs intelligitur effectus ipſe, vt actu poſitus virtute potentiæ phyſicæ, quàm intelligatur illa inclinatio potentiæ, vt præciſè terminata ad talem effectum exiſtentem, tamquam ad actuale bonum potentiæ, quia tale bonum eſt quoddam ſpecificatiuum illius inclinationis, ad quod ipſa terminatur.

Supponendum ſecundò, in B. Virgine fuiſſe veram, & phyſicam relationem maternitatis terminatam ad Chriſtum Filiū. Patet, quia omnia concurrerunt neceſſaria ad conſtituendam talem relationem, ſcilicet ſubiectum, fundamentum, terminus, & ratio fundandi. Subiectum fuit ipſa Virgo, fundamentum potentia generatiua, terminus filius genitus Chriſtus vt homo, ratio fundandi ipſa generatio, qua B. Virgo genuit Chriſtum. Et, licèt ipſa virtute Spiritus ſancti, atque illibata virginitate conceperit, de cætero tamen, ſicut aliæ veræ matres, operata eſt in humanam Chriſti generationem, eaque, quæ phyſicæ genitricis ſunt propria, præſtitit, vt diximus cap. de Annunc. quæſt. 18. His ſuppoſitis,

Dico, B. Virginem per mortem Chriſti filij ſui deſtitutam fuiſſe relatione maternitatis. Ita Suar. to. 2. in 3. p. diſp. 12. ſect. 3. Probatur: relatio deſtruitur, deſtructo termino, eſſe enim relationis eſt eſſe ad aliud: ſed per mortem Chriſti fuit deſtructus terminus relationis maternitatis in Virgine; ergo, &c. Minor probatur: Concluſio. Suar.

batur: terminus relationis maternitatis in Virgine erat Chriſtus vt homo, quem Virgo ipſa genuerat: ſed per mortem Chriſti deſijt eſſe hic homo; ergo, &c. Minor patet; licèt enim poſt Chriſti mortem remanſerit anima Chriſti vnita perſonæ Verbi, & corpus etiā vnitum eidem perſonæ, deſijt tamen eſſe hic homo, quia anima fuit à corpore per mortem ſeparata; ad conſtitutionem autem, & conſeruationem vnius hominis requiritur, vt anima rationalis ſit humano corpori vnita tam, quam forma informans. Maior etiam conſtat: etenim Chriſtus, vt homo, fuit effectus generationis maternæ; eſt enim hæc relatio cauſæ, relatio autem cauſæ terminatur ad effectum: ex quo ſequitur, quòd Chriſtus vt homo, vtpotè effectus generationis maternæ, ſit etiam terminus relationis maternæ.

B.V. deuonē. do Chriſtum morti, obtulit & cū illo æterno Patri priuationem relationis maternitatis Dei, quæ infiniti neſcio quid aliquo modo participat.

Collige, B. Virginem, morti ſponte deuouendo Chriſtum pro ſatisfactione diuinæ iuſtitię, & humani generis ſalute, conſenſiſſe, vt priuaretur prædicta relatione maternitatis, eāq; cum vita Filij in ſacrificium Deo obtuliſſe, & conſequenter voluiſſe ob Dei gloriam, & hominum ſalutem, carere illo actuali bono, & cōplemento, in quod, vt vidimus in primo ſuppoſito, agens creatū inclinat. Quod quidē bonum in re noſtra neſcio quid infinitatis aliquo modo participat, quia, licèt prædicta relatio eſſet eiuſdem ſpeciei cum relationibus aliarum matrum (habuit enim fundamentum, & terminum eiuſdem rationis, vt rectè perpendit Suar. cit. diſput. ſect. 1.) tamen illam conſequebatur infinita quædam excellentia, quatenus in hoc homine genito à Virgine erat perſona increata, & vita Chriſti infinitè digna: perſona enim Chriſti non quidem ſecundùm ſe, ſed vt cum humanitate componit hunc hominem, erat terminus huiuſce relationis maternitatis: &, quamuis verum ſit, quòd relatio per ſe primò, & formaliter reſpicit aliquem terminū, conſequenter tamen, & quaſi materialiter etiam reſpicit obiectum remotum, ſeu ſuppoſitum illius termini: exempli gratia homo albus eſt ſimilis rei albæ vt ſic, & ſimul etiam dicitur ſimilis Petro, quia eſt ſuppoſitum illius albedinis: ita in re noſtra relatio maternitatis reſpiciebat quidem humanitatem Chriſti primariò, & formaliter, conſequenter tamen & ſuppoſitum diuinum, cui coniungebatur illa humanitas. Apparet ex hoc, quàm eminēs fuerit charitas, quam B. Virgo exercuit, dum conſenſit, vt Filius ſuus pro ſatisfactione diuinæ iuſtitiæ, & humani generis reparatione, moreretur,

A B C D

QVAESTIO XXVIII.

Vtrùm per mortem Chriſti Beata Virgo deſierit terminare relationem filiationis ipſius Chriſti.

SVPPONENDVM eſt primò, dari etiam relationem effectus ad agens. Effectus enim, cùm primùm intelligitur actu poni in rerum natura, ſtatim perficitur à ſua cauſa, atque adeò habet inclinationem ad illam, vt ad ſuum bonum; quæ inclinatio eſt extra conceptum effectus ſpectati ſecundùm ſuam exiſtentiam; priùs enim intelligitur effectus ipſe, vt actu poſitus virtute potentiæ phyſicæ, quàm intelligatur illa inclinatio effectus ad ſuam cauſam: huiuſmodi verò inclinatio ſub præciſo conceptu inclinationis nō dicit niſi reſpicere, & conſequenter eſt relatio prędicamentalis, vt colligi poteſt ex his, quæ præcedenti quæſtione ſuppoſuimus.

Supponendum ſecundò, Chriſtū vt hominem referri ad Virginem matrem relatione reali, ſcilicet relatione effectus ad agens. Sicut enim, verbi gratia, in Petro eſt relatio filiationis ad Titiam matrem, quia Petrus eſt genitus, & natus ex Titia; ita in Chriſto eſt relatio filiationis ad Virginem Matrem, quia verè Chriſtus eſt genitus, & natus ex Virgine. Nec refert in re noſtra, quòd cauſalitas Virginis Matris nō verſetur per ſe circa ſubſiſtentiam Filij cauſandam, vel efficiendam; neque enim cauſalitas Titiæ matris verè influit ad efficiendam ſubſiſtentiam Petri; cauſalitas enim matris cuiuſuis in hominis generatione eſt actio materiam miniſtrans, diſponens, & attingens vnionem animæ, & corporis; materia autem ſupponitur ſubſiſtens, & anima priùs natura creatur ſubſiſtens. Sicut ergo per dictam cauſalitatem conſtituitur terminus adæquatus ſubſiſtens, ſcilicet hic homo, qui eſt filius; ita in caſu noſtro per cauſalitatem Virginis Matris (licèt hæc non effecerit perſonam Chriſti, quia erat æterna, & increata, ſed ſolùm verſata ſit circa miniſtrationem materiæ, & illius diſpoſitionem, atque vnionem animæ cum materia diſpoſita) conſtitutus fuit ſubſiſtens in hac humanitate, ideſt hic homo, qui verè dicitur productus à Virgine Ma-

Matre, atque adeò Chriſtus vt homo relatione reali creata refertur ad Virginē Matrem. Plura pro maiori confirmatione huius rei videri poſſunt apud Suar. to. 2.in 3.par.diſput. 12.ſect.2. His ita ſuppoſitis,

Suar.

Concluſio affirmatiua.

Dico, per Chriſti mortem B.Virginem deſiſſe terminare relationem filiationis, quæ erat eiuſdem Chriſti ad ipſam. Patet ex dictis: Chriſtus enim triduò illo, quo mortuus permanſit, deſijt eſſe hic homo, & conſequenter deſtructa fuit tunc relatio filiationis,& terminus eius.

B. Virginis ingens charitas in conſenſu, quem præſtitit Chriſti morti.

Collige ingentem B. Virginis charitatem: conſentiendo enim, vt Chriſtus pro Dei gloria, generiſq; humani redemptione mortem ſubiret, ſimul conſenſit ob eãdem Dei gloriam, hominumq; ſalutem, vt ceſſaret illa relatio, quæ erat inclinatio Chriſti hominis vt effectus in ipſam vt cauſam. Cæterùm quàm alioquin B. Virgo huiuſmodi inclinationem magnifaceret, vt par erat, iudicio præſuppoſita conſiderantis relictum volo.

Animaduerſio.

Aduerte, quòd, licèt ceſſarit hæc inclinatio naturalis Chriſti, vt effectus, in Deiparam, vt cauſam, non tamen per hoc amor Chriſti in Matrem vlla fuit ratione imminutus, imò verò auctus.

QVAESTIO XXIX.

Vtrùm Beata Virgo per mortem Chriſti dignitate Matris orbata fuerit.

QVAESTIONEM hanc prima fronte poterit aliquis opinari ex ſupradictis iam deciſam: eo enim, quòd oſtenſum eſt, in B. Virgine ceſſaſſe per Chriſti mortem relationem maternitatis ad Filium, & in Chriſto relationem filiationis ad Matrem, ſimul etiam probatum videtur, Matris dignitatem in Virgine fuiſſe ſublatam. Verùm

Notandum, maternitatem poſſe accipi, vt quid diuerſum à relatione maternitatis. Quamuis enim communiter receptum ſit apud Philoſophos dari relationes creatas paternitatis, maternitatis, & filiationis reales, non tamen omnino euidenti demonſtratione euinci poteſt: maternitas verò ab effectu generandi ſatis euidenter demonſtratur, ea enim verè eſt mater ex communi hominum conceptu, quæ genuit filium. Vnde bene

A aduertit Suar. tom.2. in 3.par. diſput.12. ſect.2. licèt ſine temeritate negari nequeat realis relatio maternitatis in Virgine ad Chriſtum filium, non tamen hoc eſſe de fide: *Quia, licèt*, inquit, *fides doceat, B.Virginem verè, ac realiter genuiſſe, & hoc ſenſu de fide ſit verè, ac realiter eſſe Matrem; ſiquis tamen negaret, inde eſſe conſequutam relationem realem, ſed appellari realiter Matrem tantùm a munere generandi, nihil diceret contra dogmata fidei; illis tamen ſuppoſitis, non conſentaneè philoſopharetur, quia in B. Virgine ſunt omnia, ex quibus hæc relatio reſultare ſolet.* Hoc notato,

Suar.

Concluſio.

Dico, accipiendo dignitatem Matris B Dei ſecundùm moralem conſiderationem, illam in B. Virgine ſemper perſeueraſſe etiam triduo illo mortis Chriſti. Ita expreſsè Suar. cit. diſput. ſect.3. hanc afferens rationem, quia, licèt tunc non eſſet hic homo, quem B. Virgo genuerat, verè tamen erat ille, quem genuit Virgo, habens vnitas ſibi partes illius humanitatis, quas ex Virgine accepit. Addo, quòd in alijs mulieribus dicitur moraliter perſeuerare maternitas, etiamſi filij mortui ſint; & è contra in hominibus non abolita cenſetur filiatio, etiamſi non ſit ſuperſtes illa, à qua fuerunt geniti, & in lucem editi, vt patet ex communi modo loquendi. Fauet nobis Petrus Chryſolo-C gus ſerm. 146. *Quomodo non ante conceptum mater, quæ poſt partum Virgo Mater? aut genitrix quando non, quæ ſæculorum genuit Auctorem?* perpende ad rem noſtram hæc vltima verba: *Genitrix quãdo non, quæ ſæculorum genuit Auctorem?* quaſi dicat, eo, quòd ſæculorum genuit Auctorem, nunquam Matris nomen illi poteſt adimi.

Petr. Chryſol.

QVAESTIO XXX.

An B.Virgo poſt Chriſti mortem permanſerit in Caluario, ibiq. ſanguinem, & aquam ex Chriſti ipſius latere promanantem collegerit.

D

VTRVMQVE affirmat Nicephorus lib.1.hiſt.Eccleſiaſt.cap.30.ſic ſcribēs. *Quùm verò metu homicidarum omnes profugiſſent, ſola ibi aderat Mater, & quem diligebat Diſcipulus, qui omnia, quæ*

Nicephor.

vel

Digitized by Google

vel ante, vel poſt mortem eius geſta eſſent, oculis ipſi ſuis ſpectarunt, ſanguinemque, & aquam è latere eius quaſi adhuc viuentis recens profluentem religioſè ſimul, & honorificè admodum vaſculo exceperunt. Idem teſtatur ex antiquis monumentis Metaphraſtes die 15. Auguſti dicens: *Cùm hæc noua, & admirabilia perſpecta eſſent oculis. Deipara, & poſt mortem Filij, perinde ac ſi viueret, ex eius latere ſanguis, & aqua ſcaturiret, illa eum quidem hauſit reuerenter, & diligenter*.

Metaphraſt.

Concl. prim. affirmatiua.

Dico primò, tamquam omnino certũ, B. Virginem interfuiſſe, quando ſanguis, & aqua exiuit ex Chriſti latere lancea perforato. Expreſsè id habetur in Reuelation. S. Brigittæ lib. 4. cap. 70. vbi hæc Deipara ipſa recenſet. *Modico autem tempore poſt, aperto latere, & extracta lancea, ſanguis in cuſpide quaſi brunei coloris apparuit, vt ex hoc intelligeretur cor transfixum; quæ punctura cor meum penetrauit, & mirum fuit, quòd & ipſum non erepuit*. Imò hoc etiam ſatis apertè colligitur ex Euangelio Ioannis 19. Ipſe enim Ioannes teſtatur ibi, ſe vidiſſe lateris apertionem, aquamque, & ſanguinem inde manantem. *Ad Ieſum autem* (inquit ille) *cùm veniſſent, vt viderunt eum iam mortuum, non fregerunt eius crura: ſed vnus militum lancea latus eius aperuit, & continuò exiuit ſanguis, & aqua: & qui vidit, teſtimonium perhibuit, & verum eſt teſtimonium eius, & ille ſcit, quia vera dicit*. Si ergo Ioannes adfuit tunc, quis negare poterit, cum eodem Ioanne Virginem Matrem ſimul interfuiſſe? Vtrumque paulò ante Chriſtus fuerat alloquutus, nec veriſimile eſt, quòd Virgo ſtatim poſt Chriſti mortem voluerit à Caluario diſcedere, vbi amatiſſimum illud pignus erat, ſcilicet corpus Chriſti, & Ioannes ipſe, quem paulò ante in filium ſuſceperat.

Reuel. S. Brigittæ.

Ioann.

Concl. ſec.

Dico ſecundò, omnino credibile eſſe, à B. Virgine ſanguinem, & aquam ex aperto Chriſti latere profluentem, ſi non totum, ſaltem partim, maiori, qua fieri potuit diligentia, fuiſſe collectum. Probatur primò auctoritate Nicephori, & Metaphraſtis ſupra citat. Suadetur ſecundò rationibus. Et primò hoc amor, pietas, & religio Virginis poſtulabat; erat enim ille ſanguis Verbo diuino vnitus, vt videbimus infra. Secundò Eccleſia, vt communiter docent Patres, tunc fuit fundata, cùm ex Chriſti latere ſanguinis, & aquæ ſalutaris vnda profluxit, iuxta verba Ioannis 5. *Hic eſt, qui venit per aquam, & ſanguinem, Ieſus Chriſtus, non in aqua ſolùm, ſed in aqua, & ſanguine*; quod ſic enucleat Cyprian. lib. de montibus Sina, & Sion:

Ioann.

D. Cyprian.

A *Percuſſus in latere lancea ſanguis, & aqua mixtus profuſus fluebat; vnde ſibi Eccleſiam ſanctam fabricauit*. Porrò, Chriſto iam demortuo, nulli magis competebat iacere Eccleſiæ fundamenta, quàm Virgini, quæ ad hoc ſpecialiter fuerat electa iuxta Cyrillum Alexandrinum, qui apertè illi Eccleſiæ Fundatricis nomen impertitur. Vnde, cùm tunc ſic Virgo fundatura eſſet Eccleſiam, iure, ac meritò penes illam pretium eiuſmodi fundationis, quod in ipſo Chriſti ſanguine ſitum erat, fuit deponendum: atque adeo ipſa, quæ ſuperni non erat ignara conſilij, ſanguinem illum tam profuſè ex Filij latere fluentem debuit excipere. Tertiò mater iuxta com-

B.V. Eccleſiæ Fundatrix.

D. Cyrillus Alex.

B munem legum diſpoſitionem filij hæres neceſſaria eſt, ſi patre careat, & liberis: Chriſtus nec patrem naturalem humanũ habebat, nec liberos; ergo in eius demortui bona ſuccedere debebat Virgo, quæ naturalis illi mater erat; ergo illius erat theſaurũ redemptionis humanæ pretioſiſſimum, qui in manante de Filij latere ſanguine conſtitutus erat, collectum retinere. Atque hinc eſt fortaſſe, quòd ipſe Chriſtus morti proximus, veluti de more teſtaturus è cruce, ſpiritum Patri, Matrem Ioanni commendauit; de ſanguine verò, quem ſciebat ab aperiendo ſibi poſt mortem latere proditurum, nihil diſpoſuit. Quartò ſanguis Chriſti magis pro

C Virgine redimenda effundebatur, quàm pro alijs omnibus, vt aliàs probauimus: ergo par erat, vt illa, cùm præſens eſſet, ſanguinem illum colligeret, vt in hoc etiã grati animi vices Filio rependeret. Quintò maximè decebat, vt effuſus ille ſanguis è Chriſti latere in ſacratiori loco aſſeruaretur: ſed nullus erat locus ſacratior in terris, quàm Virgo; ergo ipſa illum apud ſe aſſeruare debuit. Sextò Deus non ſolùm reſpicit quod offertur, ſed etiam offerentem: ergo, cùm Chriſtus iam eſſet defunctus, cuius erat ſanguinem ſuum Patri offerre, offerendus erat ille ſanguis à perſona, quæ eſſet omnium in terris exiſtentium digniſſima: ſed nullus in ter-

D ris dignior erat Virgine; ergo ab illa erat offerendus; ergo, vt meliùs hoc munere perfungi poſſet, æquum erat, vt ſanguinem ipſum ex lateris vulnere prodeuntem apud ſe colligeret. Septimò Virgo electa fuerat à Deo in Cooperatricem humanæ redemptioni iuxta Petrum Damianum ſerm. 1. de Aſſumptione dicentem: *Vt, ſicut ſine illo* (ſcilicet Deo) *nihil factum eſt; ita ſine illa* (hoc eſt Virgine) *nihil refectum ſit*; quod nos etiam fusè in ſuperioribus examinauimus: ergo, cùm ſanguis è latere Chriſti promanans pre-

Pet. Damian.

Ddd 2 tium

tiam eſſet, ac complementum redemptionis, congruum erat, vt ipſa Virgo, colligendo ſanguinem illū, in quo conſummabatur opus redemptionis, veluti vltimam manum imponeret muneri, quod ſibi demandatum fuerat, cooperandi. Octauò ſanguis ille, qui ex mortui Chriſti latere prodiuit, præterquamquòd pretium redemptionis continebat, erat etiam veluti fons, à quo emanabāt Sacramēta omnia, & gratiarum fluenta, vt docent Patres, inter quos audiendus Cyprian. ſerm. de paſſione Chriſti. *De latere tuo fons egreditur in vitam æternam proſiliens*: & infra: *Ex hoc fonte non tantum ablutionis primæ, qua initiantur accedentes ad Chriſtum, vndas haurimus, ſed etiam compunctionum, & lacrymarum perennes effluunt riui, miſericordiarum ſtramitatis, & totius pietatis effectus emanat. Tu, Domine, Sacerdos ſancte, qui in tempore iracundiæ factus es reconciliatio, ſancti huius ſanguinis permanentem plenitudinem reliquiſti, & beneficium huius ſancti liquoris in perpetuum tradidiſti; & conſtituiſti nobis inconſumptibiliter potum viuificum, crucis ſignum, & mortificationis exemplum*. Sed B. Virgo iuxta D. Bernardum eſt canalis, per quem quidquid gratiæ mortalibus impertiturus eſt Deus, ad illos excurrit: ergo ex latere Chriſti per Virginem debebat ſanguis ille ad nos effluere; atque ideo debuit illum Virgo colligere, & collectum aſſeruare.

D. Cyprian.

B. V. gratiarū à Deo in homines promanantium canalis. D. Bernard.

QVAESTIO XXXI.

Vtrùm B. Virgo exceperit ſanguinem è Chriſti latere fluentē ſeparatìm ab aqua, quæ ex eodem latere fluxit.

SVPPONENDVM eſt primò, quòd aqua è Chriſti latere profluxit non permixta cum ſanguine, ſed ab illo ſeparata. Colligitur ex modo loquendi ipſius textus, in quo dicitur: *Exiuit ſanguis, & aqua*. Præterea ait de ſe ipſo Ioannes: *Et qui vidit, teſtimonium perhibuit*: ſi autem non ſeparatim ab aqua ſanguis fluxiſſet, non potuiſſet Ioannes dicere, quòd viderit ſanguinem, & aquam manantem, niſi aſſereretur, aliud miraculum interfuiſſe, quod ſanè non eſt admittendū, cùm hoc nulla ratio, reuelatio, aut neceſſitas perſuadeat. Confirmatur primò auctoritate Cypriani ſerm. de paſſione Chriſti, vbi ſic Chriſtum alloquitur: *De latere tuo fons egreditur in vitam æternam proſiliens, & de eadem conſubſtantiali origine diuiſis limitibus aqua, & ſanguis emanant ad complementum, perfectionemq; totius iuſtitiæ*. Confirmatur ſecundò ratione. In dicto ſanguine, & aqua ſignificata ſunt duo ex præcipuis ſacramentis, baptiſmus, qui eſt ianua ſacramentorum; & Euchariſtia, quæ eſt finis, & conſummatio cæterorum ſacramentorum: baptiſmus per aquam, Euchariſtia verò per ſanguinem, vt inter alios bene aduertit Tertullianus lib. de baptiſmo cap. 16. *Promde*, inquit, *vt nos faceret aqua vocatos, ſanguine electos, hos duos baptiſmos de vulnere perfoſſi lateris emiſit, quia qui ſanguinem eius crederent, aqua lauarentur; qui aqua lauiſſent, etiam ſanguinem potarent*. Sed ad prædicta diſtincta ſacramenta diſtinctiùs ſignificanda magis apta erant ſanguis, & aqua impermixta; ergo rationabiliter aſſeritur, à diuina ſapientia præſcriptum eſſe, vt ſanguis, & aqua ſeparatim fluerent ab aperto latere Chriſti.

Ioan. 19.

D. Cyprian.

Tertullian.

Supponendum ſecundò, veriſimile eſſe, quòd prius ſanguis, & poſtea aqua profluxerint. Valde enim accommodatum ordini diuinæ ſapientiæ videtur, quòd priùs opus redēptionis humanæ ex parte Chriſti perficeretur per completam eius ſanguinis effuſionem; & mox aqua ex ipſius Chriſti latere promanaret, qua ſignificabatur baptiſmus à fidelibus ſuſcipiendus, vt ab illis redemptionis fructus perciperetur. Adde, quòd homines priùs debent credere virtutem ſanguinis Chriſti, quàm aqua baptiſmali luſtrentur; quod Tertullianus lib. de baptiſmo cap. 16. indicauit illis verbis ſupra relatis: *Quia qui ſanguinem eius crederent, aqua lauarentur, &c.* ergo congruum erat, vt priùs ſanguis effunderetur, quàm aqua. His ſuppoſitis,

Dico, probabiliſſimum videri, quòd B. Virgo ſanguinem ab aqua ſeparatum collegerit. Probatur ratione. Potuit Beata Virgo colligere ſanguinem ab aqua diuiſum, vt patet ex ſuppoſitis; & magnoperè decuit, vt ſic colligeretur; ergo de facto ita collectum fuiſſe probabiliſſimè affirmari poteſt. Quòd magnoperè hoc decuerit, ſuadetur ex eo, quòd æquum erat, vt cooperaretur Virgo rectę diſpoſitioni diuinæ ſapientiæ, iuxta quam, vidimus, ſanguinem aqua impermixtum debuiſſe ex aperto Chriſti latere effluere, imò quidem priùs ſanguinem, quàm aquam.

Concluſio affirmatiua.

QVAESTIO XXXII.

Vtrùm Beata Virgo depoſitioni Filij ſui de Cruce coopeꝛata ſit.

Prima aſſertio.

DICO primò, Deiparę hortatu inductum fuiſſe Ioſephum ad petendum corpus Chriſti à Pilato, vt illud è croce depoſitum tumularet. Probatur primò auctoritate Metaphraſtis, cui maximā fides habenda eſt, vtpotè qui ex antiquis monumentis plurima diligentiſſimè collecta poſteritati conſignauit: ita igitur ait inducens Deiparam cum Ioſepho loquentem: *Audacter pete illius corpus, vt deponatur, & mandetur ſepulturæ*. Probatur ſecundò ratione. Maternus amor nihil intentatum relinquere ſolet, vt filio obſequia præſtet; ergo amor, qui erat in Deipara erga Chriſtum ardentiſſimus, negligere minime potuit hoc pietatis munus, vt ſcilicet rogaret Ioſephum, vt ad Pilatum accederet pro facultate è cruce deponendi corpus Chriſti, depoſitumq; ſepulturæ mandandi; cum maximè noſſet Ioſephum, & Chriſti diſcipulum, & ob auctoritatem ſuam aptum ad trahendum in ſua vota Pilatum. Confirmatur: curare, vt humana cadauera ſepulchro condantur, inter miſericordiæ opera numeratur; ergo, vt omninò certum, tenendū eſt, quòd Deipara, quæ ob eminentem miſericordiam *Mater miſericordiæ* nuncupatur, modis omnibus curarit, vt corpus Chriſti è cruce depoſitum ſepeliretur; atque adeo Ioſephi auxilium, quod ad hoc oportunum agnoſcebat, adhibuerit.

Metaphraſt.

Aſſertio ſec.

Dico ſecundò, Deiparam, vt potuit, honeſtum, & decorum auxilium præſtitiſſe, dum Chriſti corpus è cruce deponebatur. Probatur primò auctoritate ſupra adducti Metaphraſtis citato loco dicētis. *Quin etiam in eo a cruce deponendo maternis manibus inſeruijt, & clauos, qui extrahebantur, ſuo ſinu accepit, & membra illius amplexa eſt, partim quidem vlnis ſtringens, partim autem ſuis quoque lacrymis plagas emundans, deinde etiam tota toti corpori circumfuſa*. Probatur ſecundò ex Reuelat. S. Brigittæ lib. 2. cap. 21. vbi inter aliā, quæ Deipara ipſi Brigittæ circa hoc meditanda proponit, hæc habentur. *Cogita quomodo deponebatur de cruce. Ii duo, qui deponebant eum de cruce, tres applicabant ſcalas: vna protendebatur ad pedes, ſecunda ſubtus aſcellas, & ad brachia, tertia ad medietatem corporis. Primus aſcendit, & tenebat eum per medium; ſecundus aſcendens per aliam ſcalam excuſſit primo vnum clauum de vno brachio, deinde, applicata ſcala, excuſſit clauum alterius manus; qui quidem claui longe vltra ſtipitem crucis protendebantur. Deſcendente igitur illo, qui ſuſtentabat onus corporis, paulatim, & modicè, prout poterat, alius aſcendit ſcalam quæ tendebatur ad pedes, & excuſſit clauos de pedibus. Cumque appropinquaret terram, vnus eorum tenuit corpus per caput, alius per pedes, ego verò, quæ Mater eram, tenui per medium, & ſic nos tres portauimus eum ad quamdam petram, quæ linteo mundo per me operta erat, in qua obuoluimus corpus: ſed non conſui linteum, ſciebam enim pro certo, quòd non in tumulo putreſceret, &c.* Probatur tertiò ex antiqua quadam, & pia traditione, qua adhuc Hieroſolymis oſtēditur locus, vbi B. Virgo Chriſtum è cruce depoſitum in gremium excepit, diſtans à loco, in quo crux ſita erat, tredecim greſſibus. Vide Adricomium in deſcript. Hieruſalem num. 255. Fauent & huic noſtræ concluſioni antiquæ picturæ, & ſatis receptæ, in quibus cernitur Chriſtus è cruce depoſitus, & Deipara in ſuum ſinum illius corpus excipiens: hæ enim picturæ vetuſtæ alicuius traditionis videntur eſſe argumentū. Vide Emericum de Campo doctorem Louanienſem, qui tractatum edidit de imagine Chriſti è cruce depoſiti, & in ſinu Matris funerali linteo inuoluti. Suadetur vltimò noſtra cōcluſio ratione. Decuit enim maximè, vt Deipara hac occaſione ſimul cum materno amore, quo ardebat in Chriſtum, exerceret fortitudinem, conſtantiam, & religionem. Actus religionis fuit linteo funerali mundiſſimo vel inuoluere, vel ab alio inuoluendum curare Chriſti corpus, cui ob vnionem ad Verbum latriæ cultus debebatur. Conſtantia, & fortitudo in eo elucebant, quòd mater propriis vlnis exciperet, perſtringeret, ac pertractaret Filium ſuum demortuum: quod benè adnotat Metaphraſtes loco citato ex antiqua traditione: *Dicunt enim*, inqui, *ij, qui de his rebus tractarunt, eam ab initio vſque ad finem ſe fortiter, & conſtanter geſſiſſe, honeſtè quidem, & non indecore vtentem motu animi, factis tamen ſe oſtendentem eſſe matrem, ſed omnino matrem illius, qui, amico mortuo, & oſtendit amorem, & motum animi certis finibus continuit*.

Reuel. S. Brigittæ.

Adricomius.

Emericus de campo.

Metaphraſt.

Colige primo quantum Deus per Deiparam

Quantā Deus hominibus conferre ſoleat per Deiparam fortitudinem, & conſtantiam. Ioann.

param cōmunicare ſoleat hominibus conſtantiæ,ac fortitudinis .Etenim Ioſephus, qui priùs Iudæorum inimicitias timens non audebat ſe Chriſti ſectatorem patefacere: *Erat,* inquit Ioannes 19. *diſcipulus, occultus autem propter metum Iudæorum:* ſuaſu Deiparæ ita roboratur, adeoq; fortis fit, & conſtans, vt iam Iudaici populi odia negligat, periculum mortis non curet, minitantes Chriſti hoſtes non pertimeſcat, apertè iam (non, vt priùs, occultè) non modò ſe Chriſti diſcipulum, ſed eiuſdem etiam fautorem oſtendat: *Audacter,* inquit ſacer text. Marci 14. *introiuit ad Pilatum, & petijt corpus Ieſu.* (Marc.)

Pura mente, mundoque corde, docet B.V. accedēdum eſſe ad Euchariſtiā. D. Hieron.

Collige ſecundò, Deiparam, inuoluendo Chriſti corpus in ſindone munda, docuiſſe, pura mente, mundoq; corde accedendum eſſe ad euchariſticam menſam,in qua Chriſti corpus ſumitur. Rectè enim D. Hieronymus in Matthæi cap. 27. *Ille,* ait, *Chriſtum in ſindone munda inuoluit, qui pura eum mente ſuſcepit.* Quod quidē documentum fidelium animis altiùs ſemper eſſet imprimendum; idq; Eccleſia indicat, dum corpus Domini ex eo, quòd in ſindone munda ſepultum ſuit, præcipit, vt ſacrificium altaris non in ſerico, aut in tincto panno, ſed in lino mundo celebretur. Vide cap. *conſulto* de conſecrat. diſtinct. 1. Rhabbanum Maurum lib. de inſtit. cleric. c. 33. Bedam in Marcum c. 44. Stephan. Duran. de ritibus Eccleſiæ lib. 1. c. 12. Burchard. lib. 3. c. 98. (Rhabban. Maur. Beda, Duran. Burchard.)

QVAESTIO XXXIII.

Vtrùm B. Virgo aſſeruarit clauos, quibus Chriſtus cruci fuerat affixus.

ALIQVI exiſtimant, clauos, ac ſpineam Chriſti coronam eiuſdem cum corpore ſepulchro fuiſſe incluſa eo, quòd apud Iudæos mos fuerit, vt ea, quæ damnatorum corporibus inhæſiſſent, vnà cum eis ſepelirentur. Ita Baron. anno Chriſti 34. num. 136. quem ſequitur Balduin. Iun. in ſuis chronicis moralibus eodem Chriſti anno 34. *§. cæterum.* (Baron. Balduinus Iun.)

Concluſio. Dico, Deiparam reuerenter excepiſſe quidem ſuo ſinu clauos, dum Chriſtus è cruce deponebatur, ſed poſtea diuinæ conſciam diſpoſitionis permiſiſſe, vt ſepelirentur. Ducor primò ex eo,quòd claui fuerunt reperti à S. Helena ſimul cum

A cruce Domini. Vide Ambroſium orat. in funere Theodoſij, Sozomenum lib. 2. hiſtor. cap. 1. Baron. to. 3. anno Chriſti 326. num. 45. Greg. Turonenſ. lib. 1. de gloria martyr. cap. 6. Theodoret. lib. 1. cap. 18. (Ambroſ. Sozomen. Baron. Gregor. Turon. Theodoret.) Quòd ſi B. Virgo illos aſſeruaſſet, veriſimile non eſt, quòd fuiſſent deinde cum cruce ſepulti. Ducor ſecundò hoc,quòd, vt dictum eſt, longa conſuetudine inoleuerat apud Hebræos ea, quæ damnati corpori inhæſiſſent, vnà cum eo ſepelire; cui conſuetudini Deiparam, vt potè humillimam, non contradixiſſe, omninò veriſimile videtur. An verò in ſepulchro Domini fuerint incluſi,pars negatiua probabilior mihi apparet, tum quia fuerunt B cum crúce reperti, vt prædiximus, ex quo inferri poſſe videtur, quòd cum eadem fuerint conſepulti; cùm etiam quia Ioannes ea deſcribens, quæ remanſerant in monumento, ex quo inde Chriſtus rediuiuus exierat, ſolùm de linteaminibus, & ſudario mentionem habet. (Ioann.) *Exijt ergo Petrus, & ille alius diſcipulus, &c. Et, cum ſe inclinaſſet, vidit poſita linteamina, &c. Venit ergo Simon Petrus ſequens eum, & introiuit in monumentum, & vidit linteamina poſita, & ſudarium, quod fuerat ſuper caput eius, non cum linteaminibus poſitum, ſed ſeparatim inuolutum in vnum locum.* Dum autem hæc adeo diſtinctè recenſet Euangeliſta, quæ in monumento C ſupererant, videtur, quòd, ſi adfuiſſent claui, & corona ſpinea, illorum etiam meminiſſet. Vnde multò credibilius puto,clauos ſimul cum cruce fuiſſe ſepultos. Quòd verò B. Virgo ſuo ſinu eoſdem clauos, dum Chriſtus è cruce deponebatur, reuerenter exceperit, & affirmat Metaphraſtes ſupracit. & conſentaneum videtur virtuti religionis, quæ in B. Virgine ad eminentiam elucebat.

QVAESTIO XXXIV.

An poſt, quàm Chriſti corpus ſepulchro fuit reconditum, illi D Deipara adſtare perſeuerarit, cæteris recedentibus.

AFFIRMAT Metaphraſtes die 15. Auguſti hæc ſcribens. *Cum ſic ergo nouo monumento diuinum corpus tradidiſſent, Ioſeph, & qui cum eo erat Nicodemus, aliique, qui cum eis aderant, ipſi quidem ſtatim recedunt a ſepulchro: Mater autem ſola remanſit ſepulchro adhærent, mi-* (Metaphraſt.)

nimè

Digitized by Google

A *nimè dormientibus oculis perſeuerans :* & paulò poſt : *Aliæ quidem tota nocte ad ſepulchrum ingreſſæ ſunt, & egreſſæ, & ea, quæ fiebant, Apoſtolis nunciarunt; quamobrem nec eis contigit videre plura miracula reſurrectionis. Illa autem* (ſcilicet Deipara), *quæ indiuiſa aſſidebat ſepulchro, omnia vidit apertè, & non ſtatim, ſed poſtea protulit in lucem, & renunciauit. Nã quomodo ſimul terræ motum, & Angeli momento temporis deſcenſum, & lapidis reuolutionem, & cuſtodum profundum ſoporem, & expergefactionem, & quorumdam in Vrbem reuerſionem, potuiſſent abeuntes mulieres, & rurſus reuertentes integrè perſpicere? Sed clarum eſt, hæc fuiſſe materni, &* B *ardentis amoris, quæ perpetuò aſſidens, & acriore ſpiritu vigilans omnia perfectè vidit, vt ſe habebant, quòd ne tantillum quidem, vt diximus, à ſepulchro receſſerit, donec ipſam viuificam vidit reſurrectionem.* Eamdem ſententiam tenet Euthymius cap. 27. Matth.

Euthym.

Alij verò negant, B. Virginem illo triduo aſſediſſe ſepulchro, eo, quòd, cùm ſepulchrũ militibus eſſet vndequaque circundatum, non videtur decuiſſe Virginem inter eos nocturno maximè tempore permanere. Pro hac parte eſt D. Bonauent. in medit. vitæ Chriſti cap. 83. *Appropinquante,* inquit, *autem nocte, dicit Ioannes Dominæ: non eſt honeſtum hic nobis morari, vel de nocte in ciuitatem redire; & ideo,* C *ſi vobis placet, Domina, recedamus. Tunc Domina ſurgens, & genuflectens, ſepulchrũ amplexatur, benedicensq; ſepulchrum dicit: Fili mi, non poſſum amplius ſtare tecum: ergo recommendo te Patri tuo: ſubleuatis etiam oculis in cælum, dicit cum lacrymis, & affectu magno: Pater, recommendo vobis Filium, & animam meam, quam dimitto: & recedere tunc cœperunt.* Sunt & huius ſententiæ ij, qui dicunt, B. Virginem inuiſiſſe ſepulchrum cum alijs mulieribus. Sedulius Poeta ſic cecinit:

D.Bonau.

Sedulius.

Hoc luminis ortu
Virgo Parens, aliæq; ſimul cum munere matres
Meſſis aromaticæ noctu venere gementes D
Ad tumulum.

Et D. Greg. Nyſſen. orat. 2. de reſurrect. atque Nicephorus lib. 3. cap. 33. Virginem Deiparam, inquiunt, appellari à Matthæo alteram Mariam illis verbis cap. 28. *Venit Maria Magdalena, & altera Maria videre ſepulchrum, &c.* Idem opinatur Theophylact. in illa verba Matth. 27. *Erãt ibi Maria Magdalena, & altera Maria ſedentes contra ſepulchrum.* Quod tamen mihi nulla ratione probatur. Etenim Virgo in Euangelio non altera Maria nũ-

Nyſſenus, Nicephor.

Theophylac.

A cupatur, ſed Mater Ieſu, vt benè aduertit Metaphraſtes. Adde, quòd Marcus cap. 15. explicat, quòd illa altera Maria erat Maria Iacobi. Gerſon quoque exiſtimat, B. Virginem apud ſepulchrum non permanſiſſe, ſed in locum ſe ſolitarium recepiſſe; in expoſitione enim paſſionis dominicæ verſus finem hæc habet. *Poſtremò B. Virgo ſe recepit ſola in ſuum ſecretum cubiculum, & oratorium, poſtquam gratiæ dictæ eſſent, & vale dixiſſet ipſa Ioanni fideli ſuo cuſtodi, qui ſimiliter aliã ſolitariam petijt cameram. Si rogent aliqui, quid facere potuerit B. Virgo ab illa hora ad horam vſque reſurrectionis, teneo, ipſam fuiſſe raptam in ſpiritu, & contemplatione.* B *Nec exiuit locum vnum, nec quemquam alloquuta eſt, nec amplius viſitabat ſepulchrum, quia certò ſciebat, ipſum reſurrecturum.*

Metaphraſt. Marc.

Gerſon.

Dico primò, cordis affectu Deiparam non modò adhæſiſſe ſepulchro, ſed etiam in eo cum ſepulto Chriſto habitaſſe. Etenim, ſi verum eſt, quòd vbi eſt theſaurus noſter, ibi & cor noſtrum reperitur, quis dubitare poterit, quin, cùm in illo ſepulchro theſaurus Deiparæ, ſcilicet Chriſti corpus, eſſet conditus, in eodem affectus etiam Virginei cordis ſimul reperiretur? Egregiè hoc ſcribit Guilhelmus in illud Cantic. 1. *Nardus mea dedit odorem ſuauitatis: Quod habuit,* inquit, *Maria Magdalena, hoc fecit; præuenit enim vngere corpus Domini in ſepulturam, & tunc nardus eius, nardus illa piſtica, fracto alabaſtro, effuſa dedit odorem ſuum, quia, vt ſcriptum eſt, domus impleta eſt ex odore vnguenti. At Virgo Mater multò plus habuit, & de multò pretioſiore alabaſtro multò pretioſiorem nardum in Filium iam mortuum, ſepultumq; effudit, tota illi commoriendo, & ſe totam illi per maternum conſepeliendo affectum.* Hunc eumdem Deiparæ affectum in Chriſtum demortuum, & ſepulchro incluſum conatur exprimere D. Bernard. de planctu Virginis. *Terminato,* inquit, *ſepulturæ officio, ſacrum ſaxum ſepulchri materna complectebãtur brachia,* D *rigabant oculi, oſculabantur labia, & totus geſtus corporis inter ſua præcordiã abſorbere videbatur ſepulchrum.* Idem præſtat D. Bonauentura in meditat. vitæ Chriſti cap. 82. *Modò ergo, Fili mi, diſiuncta eſt noſtra ſocietas, & me à te nunc oportet ſeparari. Sepeliam ergo te Mater tua mœſtiſſima: ſed poſtea quò ibo? vbi etiam morabor, Fili mi? Quomodo ſine te viuere poſſim? Tecum ergo libentius ſepelirer, vt vbicunque eſſes, ego ſimiliter eſſem tecum. Sed, ex quo non poſſum corpore, ſepeliar tamen mente, animam meam in tumulo ſepeliam*

Cõcl. prima. B V. cordis affectu Sepulchro Chriſti ſemper aſtitit, dũ in illo Corpus eius reperiebatur.

Guilhelm.

D. Bernard.

D. Bonau.

liam cum corpore tuo, eam tibi dimitto, eam tibi commendo.

Concl. ſec. B.V. non lõgè adeo à ſepulchro Chriſti receſſit, vt illud videre nequiret.

Dico ſecundò, veriſimile mihi videri, Deiparam non ita corporaliter à ſepulchro receſſiſſe, vt illud videre non poſſet: & ideò vel in aliqua domuncula, vel alio vicino, & congruenti in loco commoratam eſſe puto, donec Chriſtus rediuiuus ſurrexit. Moueor primò ad hoc, quia ſacra illa pignora non relinquere probatiſſimi amoris erat argumentum. Secundò ea perſpicere, quæ circa ſepulchrum euenirent, vt Apoſtolis poſſent enunciari, munus eſſe Deiparæ videbatur, vtpotè quæ electa erat in Apoſtolorum Magiſtram, vt de facto de ijs, quæ circa ſepulchrum acciderunt, à Virgine cõmonitos fuiſſe Apoſtolos, notat Metaphraſtes citat. Tertiò rationi valde conſentaneum eſt, quòd deſiderium, quo Deipara flagrabat, videndi rediuiuum Filium, illam prope ſepulchrũ detinuerit, vt prima omnium reſurgentem Filium poſſet intueri. Nec valet dicere, quòd dedeceret Virginem permanere inter milites ſepulchrum cuſtodientes, tum quia potuit, vt dixi, commorari in aliqua domuncula, aut loco aliquantulùm à militibus diſtante, vnde tamen ſepulchrum poſſet videri: cùm etiam quia ipſa optimè poterat inter milites illos perſiſtere, cùm tanta eſſet cæleſti puritate donata, vt in ijs, cum quibus verſabatur, non niſi amorem puritatis admirabilem excitaret ita, vt quicunque illam intuebatur, ad caſtitatem ſectandã intrinſecùs prouocaretur, quòd ſuo loco fuſiùs proſequemur.

B. V. in ijs, quibuscum verſabatur, affectum puritatis admirabilem excitabat.

QVAESTIO XXXV.

Vtrùm in ſola Virgine Deipara fides permanſerit tẽmpore Chriſti paſſionis, & mortis.

Alenſis, Turrecrem. D. Bernard.

AFFIRMANT aliqui, inter quos eſt Alenſ. 3. p. quæſt. vlt. art. 2. Turrecremata lib. 1. de Eccleſ. cap. 3. D. Bernardus de lamentatione Virginis inquiẽs: *Non deſperabat, ſed piè, & iuſtè dolebat, ſperans tamen firmiter, fortiterq; tenens, ipſum ſecundum promiſſum ſuum tertia die reſurgere. In ipſa enim ſola in triduo illo fides Eccleſia ſtabat, &, dum vnuſquiſque heſitabat, hec, qua fide concepit, fidem, quam à Deo ſemel ſuſcepit, nunquam perdidit, ſpeq; certiſſima Domini reſurgentis gloriam expectauit:* & D. Bonauent. in meditat. vitæ Chriſti cap. 84. *Domina ſtabat,* ait, *mente tranquilla, & pacata, quia certiſſimam ſpem habebat de reſurrectione Filij ſui, & in ea ſola remanſit fides in ipſa die ſabbati, & propterea dies ſabbati attribuitur ei.* Fauere videtur huic opinioni conſuetudo illa Eccleſiæ, quæ in officio hebdomadæ ſanctæ, reliquis candelis extinctis, vnam accenſam aſſeruat: Quorſum enim hoc, niſi ad inſinuandum, fidem in Deipara, velut lucernam inextinguibilẽ, nullo alienæ fidei lumine non extincto, ſemper eluxiſſe tẽpore paſsionis, & mortis Chriſti? Hocq; etiam inſinuare videntur Patres nonnulli, vt Bernard. ſerm. 2. de Aſſumpt. Damaſcen. oratione de dormit. Deiparæ, Cyrill. homil. 7. contra Neſtorium, appellantes Deiparam lampadem inextinguibilem. Imò Spiritus ſanctus Prouerb. 31. inter alia, quæ Deiparæ tribuit, encomia, ait, quòd *non extinguetur in nocte lucerna eius*: per noctem autẽ ſignificatur tempus paſſionis, & mortis Chriſti, quando *tenebræ factæ ſunt ſuper vniuerſam terram*, Matth. 27.

D. Bonau. D. Bernard. Damaſcen. Cyrill. B. V. lampas inextinguibilis. Prouerb. Matth.

Alij negant, fidem totius Eccleſiæ tempore Chriſti paſſionis, & mortis in ſola Virgine permanſiſſe. Inter hos eſt Toſtatus præfat. in Euang. Matth. quæſt. 14. qui tamen veriſimile putat, quòd fides explicita de Chriſti reſurrectione in ſola Virgine tunc fuerit.

Toſtatus.

Supponendum eſt primò, Eccleſiam nõ poſſe in vno indiuiduo conſiſtere. Vnde Bellarm. de Eccleſia militante lib. 3. cap. 2. ipſam Eccleſiam definiens dicit, eſſe *cœtum hominum eiuſdem chriſtianæ fidei profeſſione*, &c. Et quidem quòd Eccleſia eſſentialiter ſit exigitiua pluralitatis, colligitur ex Apoſtolo ad Romanos 12. dicẽte: *Sicut enim in vno corpore multa membra, omnia autem membra non eumdem actum habent: ita multi vnum corpus ſumus in Chriſto*: en multorum in Chriſto coniunctio: & ad Hebræos 3. *Chriſtus verò tamquam filius in domo ſua, quæ domus ſumus nos*: nihil clarius.

Bellarmin. Ad Rom. Ad Heb.

Supponendum ſecundò, viſibilem Eccleſiam non poſſe deficere. Cõſtat ex pluribus Scripturæ locis. Primæ ad Timotheum 3. *Vt ſcias quomodo te oporteat cõuerſari in domo Dei, quæ eſt Eccleſia Dei viui, columna, & firmamentum veritatis*: Matth. 16. *Super hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduerſus eam*: & eiuſdem Matth. vlt. *Ecce ego vobiſcum ſum vſque ad conſummationẽ ſæculi.* Plura de hac re vide apud Bellar-

Ad Timoth. Matth.

larmin. lib. 3. de Eccleſ. militante cap. 13. A
& 17.
Cócl. prima. Dico primò, tempore Chriſti paſſio-
nis, & mortis chriſtianam fidem non in
ſola Deipara, ſed in alijs etiam fuiſſe aſ-
ſeruatam. Probatur primò: ſi enim in
ſola Virgine reſtricta fuiſſet fides chri-
ſtiana, ſequeretur, quòd tunc Eccleſia
ceſſaſſet: ſed hoc nullo modo eſt admit-
tendum, vt liquet ex ſecundò ſuppoſitis;
ergo nec illud, vnde hoc ſequitur. Se-
quela patet: etenim, ſi Eccleſia in vno in-
diuiduo non poteſt ſaluari, vt diximus in
primo ſuppoſito; ergo, ſi fuiſſet fides in
ſola Virgine, Eccleſia defeciſſet. Proba-
Luc. tur ſecundò, quia Chriſtus Lucæ 22. te-
ſtatus fuerat, ſe Petro obtinuiſſe firmita- B
tem fidei tempore paſſionis: *Ego rogaui
pro te, vt non deficiat fides tua*. Et, licèt
Chriſtum abnegauerit, non tamen corde
tunc Chriſti fidem abiecit. Et dato, ſed
non conceſſo, quòd Petrus in fide defeciſ-
ſet, quando Chriſtum abnegauit; certum
eſt, quòd poſt duas, vel tres horas *egreſ-
ſus foras fleuit amarè*, ac ſemper poſtea
factum pertæſus fidelis fuit: vnde conſtat,
quòd triduo mortis Chriſti fides in Petro
perſeuerauit. Latro inſuper Chriſtum in
cruce confeſſus fuit, & in fide firmus ex-
ceſſit è vita. Præterea, ſaltem quando
Chriſtus Ioanni Matrem commendauit,
veriſimile omninò eſt, eum tunc eleua-
tum fuiſſe ad fidem non defecturam. Cer- C
tum quoque videtur, quòd eodem priui-
legio donata fuerit Maria Magdalena,
quæ non ſolùm cum Deipara ſtetit iuxta
crucem, ſed etiam ſola venit mane, cùm
adhuc tenebræ eſſent, ad Chriſti monu-
mentum. Idem dixerim de Ioſepho, &
Nicodemo, quorum primus audacter pe-
tijt à Pilato corpus Chriſti, ſecundus *ve-
nerat ad Ieſum nocte primùm*, & ad il-
lum ſepeliendum tulit *mixturam myr-
rhæ, & aloes quaſi libras centum*. Si enim
ij non credidiſſent, Ieſum eſſe verum
Meſſiam, difficile creditu videtur, quòd
talia in eius obſequium præſtitiſſent. Imò
perpende ad rem noſtram, quòd fides Io-
ſephi triduo mortis Chriſti potiùs aucta, D
quàm imminuta fuit: Chriſto enim vi-
uente, erat quidem Ioſephus eius diſcipu-
lus, ſed *occultus ob metum Iudæorum*:
illo verò mortuo, non modò ſe illius ſe-
ctatorem apertè prodidit, ſed & ante Pi-
latum illius cauſæ fautorem ſe oſtendit,
dum audacter petijt ab eodem corpus
Chriſti. Demùm nec Apoſtolos triduo
illo in fide defeciſſe ſatis conſtat. Licèt
enim Chriſtus illis dixerit (Matth. 26.)
Matth. *Omnes vos ſcandalum patiemini in me in
nocte iſta*; ſolùm illos admonere voluit

A de peccato, quod commiſſuri erant fu-
giendo, nimis timendo, vel etiam vacil-
lando indeliberata quadam animi mo-
tione, quæ tamen cum fide ſtare poterat.
Et de huiuſmodi vacillatione ſolùm locu-
tus eſt Gerſon ſerm. de quatuor domi-
bus dicens: *Dubitauerunt tamen* (ſcili- Gerſon.
cet Apoſtoli) *& vacillauerunt in hora do-
minicæ paſſionis*.

Dico ſecundò, Virginis Deiparæ fi- Concl. ſec. Fides B. Vir. tēpore paſſionis adeo eminens, vt ab illa detinerentur in ipſa fide Apoſtoli.
dem adeò firmam, inconcuſſam, ac fer-
uenti charitate informatam eminuiſſe
tempore Chriſti paſſionis, & mortis, vt
ab ea detinerentur, & corroborarentur
Apoſtoli, cæteriq; fideles in Chriſti fide.
Innuit hoc Ioannes 19. dum ait: *Stabant* Ioann.
B *iuxta crucem Ieſu Maria mater eius, & ſo-
ror Matris eius Maria Cleophe, & Ma-
ria Magdalene*: dum enim primam re-
cenſet Beatam Virginem, quæ ſtaret iux-
ta crucem, indicat, illam fuiſſe aliorum
in fidei conſtantia Anteſignanam, atque
adiutricem, qua aliæ duæ mulieres ani-
mabantur ad ſtandum ſine hæſitatione
iuxta crucem. Et ſanè quòd Beata Vir-
go induxerit, & confirmarit in Chriſti
fidem, & obſequium ipſas mulieres, ex-
preſsè teſtatur Metaphraſtes oratione
de vita, & dormit. Beatæ Mariæ Virginis
his verbis: *Cùm cruce condemnaretur* (ſci- Metapraſt.
licet Chriſtus), *Mater, ſicut in alijs ſupe-
rabat mulierem, ita etiam hic quoque vide-
C tur pluſquam mulier, quæ ab illo minimè
recedit, ſed propiùs ſequebatur, nihil ti-
mens, quod eſſet formidabile, non quòd tan-
tùm maternis vinceretur viſceribus, quàm
quòd potiùs diuino induceretur iudicio a-
deo, vt alias quoque mulieres, duas, in-
quam, Marias, vt docet Euangeliſta, ad
hoc adhortata ſit, &, vt ſecum verſarentur,
perſuaſerit, vt quæ eſſent forti, & genero-
ſo animo, & vellent adhærere huic ſponſo,
qui non videtur, & tamen, cùm non cer-
natur, appropinquat*. Quod de mulieri-
bus ait Metaphraſtes, dicendum puto
& de alijs, qui in fide tunc temporis
perſeuerarunt, ſicut, eodem teſte Meta-
phraſte, Ioſephus ab ipſa Virgine ani-
D matus fuit ita, vt qui priùs timebat ſe
Chriſti diſcipulum manifeſtare, audacter
Virginis ipſius ſuaſu Chriſti corpus pe-
tierit à Pilato. Faciunt pro hac re ver-
ba illa Cantic. 4. *Sicut turris Dauid col-* Cantic.
*lum tuum, quæ ædificata eſt cum propugna-
culis: mille clypei pendent ex ea, omnis ar-
matura fortium*: quibus à Spiritu ſan-
cto celebratur Deipara, quæ per col-
lum ſignificatur; vt enim in myſtico Ec-
cleſiæ corpore Chriſtus eſt caput, ita
Deipara collum, vt communiter admit-
titur. Dum ergo comparatur Deipara

Digitized by Google

turri Dauidicæ ædificatæ cum propugnaculis, eius fortiſſima fides commendatur. Sicut enim turris in altum erigitur, hoſtilesq; incurſus vndequaque propellit; ita Deiparæ fides in cælum erecta ferebatur in Deum, deſiderijs, & contemplatione ſenſilia, ac viſibilia mundi tranſiliens; ſemperq; contra quoſcunque inſultus inexpugnabilis conſpiciebatur: dum verò ſubditur: *Mille clypei pendent ex ea, omnis armatura fortium*; declaratur, quòd illa fuit ſemper vniuerſis commune refugium, munimenq; tutiſſimum, quo adiuti Chriſti aſſeclæ in fide conſtantes perſeuerarunt. *Mille*, inquit, *clypei pendent ex ea*, & meritò: illa enim illa eſt Virgo, quæ cuilibet fidelium opem ſuam in tentationibus imploranti porrigit clypeum, ſeu ſcutum fidei, in quo ignea ſtygij veteratoris tela extinguuntur: quæ quidem fidei ſcuta, & clypeos, paſſionis, & mortis Chriſti tempore præcipuè, ijs porrexit, quos facile erat ad ſæuientes tunc maximè infernalium hoſtium conatus in Chriſti fide titubare. Subſequitur: *Omnis armatura fortium*, hoc eſt, fides illa conſtantiſſima, quæ omni quidem tempore, ſed illo præſertim, quò poteſtas tenebrarum aduenerat, fuit veluti armatura illorum fortium in fide, quorum meminit D. Petrus epiſt. 1. cap. 9. *Fortes in fide reſiſtite Diabolo*. Huc reſpexiſſe videtur S. Ioannes Damaſcenus appellans Virginem *Fidelium Turrim*.

Petr.

D. Damaſc. B. V. Fideliũ Turris.

Concl. tert.

Dico tertiò, illo triduo, quo paſſus eſt Chriſtus, & ſepultus permanſit, fidem adeo explicitam, & inconcuſſam de futura Chriſti ipſius reſurrectione in Deipara extitiſſe, vt in alijs in terra tunc degentibus eius comparatione defeciſſe videretur. Prima pars concluſionis probatur primò ex Reuelationibus S. Brigittæ lib. 2. cap. 21. vbi Deipara ſic fatur: *Non conſui linteum* (quo ſcilicet, Chriſti corpus inuoluebatur); *ſciebam enim pro certo, quòd in tumulo non putreſceret*. Probatur ſecundò auctoritate Patrum. D. Bernardi, & Bonauenturæ à principio quæſtionis citat. Ruperti explicantis illud Cantic. 1. *Faſciculus myrrhæ Dilectus meus mihi*, &c. *botrus cypri*, & Virginem ſic fantem introducentis. *Verumtamen & illud ſciebam, quòd eſſet reſurrecturus: huius rei præſentia dulcis erat. Igitur Dilectus meus mihi faſciculus myrrhæ, quia moriturus; & botrus cypri, quia reſurrecturus, & vltra non moriturus*. Diui Anſelmi lib. de excellentia Virgin. cap. 5. ſic loquentis: *Pia Domina, non crediderim, te potuiſſe vllo pacto ſtimulos tanti cruciatus, quin etiam*

Eminens fides in B. V. de Chriſti reſurrectione tempore paſſionis.

Reuel. S. Brigittæ.

Rupertus.

D. Anſelm.

A *vitam amitteres, ſuſtinere, niſi ipſe ſpiritus vitæ, ſpiritus conſolationis, ſpiritus ſcilicet dulciſſimi Filij tui, pro quo moriente tantoperè torquebaris, te confortaret, te conſolaretur, te intus doceret, non eſſe mortem eum abſumentem, ſed magis triumphum omnia ei ſubijcientem, quod in ipſo fieri coram moribundo videbas*, &c. Probatur tertiò. B. Virgo eminentiſſima ſcientia diuinitùs donata fuerat, per quam Scripturarum arcana, & Prophetarum oracula optimè nouerat: ſed ex ſacris Scripturis, & Prophetarum oraculis habetur, quòd Chriſtus erat moriturus, & die tertia reſurrecturus; ergo hoc erat Beatæ Virgini expreſsè cognitum: vnde fa-

B tendum eſt, fuiſſe in illa fidem explicitam de Chriſto tertia die reſurrecturo. Maior ſupponitur hic, ſed, cùm de Deiparæ ſcientia tom. 2. agemus, probabitur. Minor conſtat ex pluribus ſacræ Scripturæ locis: Pſal. 3. *Ego dormiui, & ſoporatus ſum, & exurrexi, quia Dominus ſuſcepit me*: Pſal. 15. *Non dabis Sanctum tuum videre corruptionem*: Pſal. 29. *Quæ vtilitas in ſanguine meo, dum deſcendo in corruptionem?* Figura autem potiſſima Chriſti tertia die reſurrecturi fuit Ionas, qui tribus diebus fuit in ventre cœti. Probatur ſecunda pars concluſionis ex his, quæ leguntur apud Euangeliſtas de ſanctis Apoſtolis, & ex his, quæ hyperbolicè loquuntur ſancti Patres. Sic enim

Pſal.

C intelligendi, & benignè interpretandi ſunt D. Bernardus, & Bonauentura, affirmantes, in ſola Deipara reſtrictam fuiſſe illo triduo fidem Eccleſiæ, ſcilicet quòd loquantur de fide explicita, & eminenti reſurrectionis Chriſti, iuxta id, quod diximus initio concluſ. quòdq; velint in ſola Deipara fuiſſe fidem Eccleſiæ eò, quòd illa exemplo, & hortatu ſuo fuit cauſa, vt fideles tunc temporis in fide perſeuerarent, ita, vt, ſi Deipara titubaſſet, alij omnes defeciſſent. Vnde meritò à D. Laurentio Iuſtiniano de natiuitate *Fidei magiſterium* appellatur Virgo, & à Methodio Martyre *Fidelium fax*. Il-

D lam verò conſuetudinem, quæ in Eccleſia inoleuit, ſpeciali honore excolendi Deiparam à veſperis diei veneris vſque ad extremum ſabbati, dico, pluribus fundari rationibus (quas tom. 2. recenſebimus), inter quas locum habet proximè allata Bernardi, & Bonauenturæ expoſitio, quòd ſcilicet idcircò id fuerit introductum, vt recoleretur memoria, quòd ab hora veſperarum veneris, & per totum ſabbatum, quo Chriſtus mortuus permanſit, Deipara ſua fidei conſtantia multos in fide detinuerit, & cor-

B Laurent. Iuſtin.

B.V. fidei magiſterium, & fidelium fax appellata.

Methodius.

& corroborarit; & ob id etiam, quia in ipſa ſola fides de Chriſti reſurrectione tam excellens reperta fuerit. Quæ quidem rationes aſſignari poſſunt pro illa alia conſuetudine, quia in recitatione officij hebdomadæ ſanctæ conſeruatur fax vna accenſa, reliquis omnibus extinctis.

Fidei tentationibus agitatis cõfugiendum ad Virginem.

Collige, quando fidei tentationibus pulſamur, fideſq; noſtra dubietatum vndis agitata non modò interdum fluctuare, ſed penè obrui videtur, quod non minus moleſtiæ, quàm periculi afferre

A ſolet; nobis illico ad Deiparam eſſe confugiendum, quæ verè electa fuit ad detinendos, confirmandos, & corroborandos in fide credentes; quas quidem muneri ſui partes in ipſis tenellæ adhuc Eccleſiæ primordijs, vt ſupra vidimus, obire cœpit.

CAPVT DECIMVMNONVM.

DE IIS, QVÆ A CHRISTI RESVRRECTIONE vſque ad vitæ ſuæ extremum geſſit Deipara Virgo, illique euenerunt.

QVAESTIO PRIMA.

Vtrùm Chriſtus rediuiuus à mortuis primò apparuerit Matri ſuæ.

Marc. PARTI negatiuæ fauere videtur locus ille Marci 16. *Surgens autem manè prima ſabbati apparuit primò Mariæ Magdalenæ, de qua eiecerat ſeptem Dæmonia:* ſi enim primò apparuit Magdalenæ; ergo non primò apparuit Matri. Prætereà videtur Chriſtus illis primò apparere debuiſſe, qui electi erant teſtes oculati ad reſurrectionem conteſtandam. Sed non videtur, quòd Mater idonea eſſet ad Filij reſurrectionem teſtificandam (videtur enim Matris teſtificatio ſuſpecta): ergo, &c. Demùm illis primò conſpiciendus rediuiuus Chriſtus videbatur, qui in fide firmandi erant: ſed Deiparæ fides ſemper inconcuſſa perſeuerauerat; ergo nõ erat, cur rediuiuus Chriſtus Matri ſe primò videndum præberet.

Partem affirmatiuam tradunt multi, & grauiſſimi Patres, ſuadentq; rationes validiſſimæ. Quare

Concluſio affirmatiua. Dico, firmiter tenendum eſſe, quòd Chriſtus à mortuis rediuiuus priùs ſe Matri, quàm vlli alij ex tunc in terris viuentibus, apparuerit. Probatur primò

Reuel S.Brigittæ. ex Reuelat. S.Brigittæ, lib. enim 6. cap. 94. Virgo ipſa de ſe ſic loquitur: *Mihi verò, quæ ſum Mater Dei, cùm poſt mortem eius incomprehenſibili dolore mœſta eſſem, apparuit idem Filius meus prius, quam*

A *alijs, & palpabilem ſe oſtendit mihi, conſolans me:* & paulò poſt: *Iſta eſt rei veritas, quòd Filius meus reſurgens primò mihi apparuit, quam alicui alij.* Probatur ſecundò auctoritate Patrum. Metaphraſtes orat. de vita, & dormitione Deiparæ: *Clarum eſt,* inquit, *hæc fuiſſe materni, & ardentis amoris, quæ perpetuò aſſidens, & acriore ſpiritu vigilans, omnia perfectè vidit, vt ſe habebant, quòd ne tantillum quidem, vt diximus, a ſepulchro receſſerit, donec ipſam viuificam viderit reſurrectionem. Nam lapis quidem reuolutus eſt, &* Metaphraſt.

B *Angelus ei inſidens ab alijs quoque viſus eſt mulieribus: quando autem, & quemadmodum hæc facta ſunt, illæ quidem omninò neſciebant; ipſa verò ſola, vt quæ aſſideret, omnia accuratè proſpexit:* & paulò poſt: *Ipſa clariùs adſpiciet Filij reſurrectionem.* D. Bonauent. lib. 1. pharetræ cap. 5. *Vidit Maria reſurrectionem Domini, & prima vidit;* idq; ex Ambroſ. lib. de Virginibus refert. Nicephorus lib. 1. hiſtor. eccleſiaſt. cap. 32. *Primùm quidem a Matre, & reliquis conſpectus eſt mulieribus.* Simon de Caſſia lib. 14. de reſurrect. noſtram D. Bonau. D. Ambroſ. Nicephor. Simon de Caſſia.

C confirmat concluſionem, optimam adducens rationem; *Quòd ſi,* inquit, *Virgo prima fuit, quæ vidit, & adorauit Chriſtum natum, conueniens erat, vt prima videret eum renatum, & reſuſcitatum.* Rupertus Abbas lib. 7. de diuinis officijs cap. 25. *Veriſſimè,* ait, *igitur Matri Filius reſurgens apparuit; ſed illa, ſicut ab initio ... ita & nunc conſeruabat omnia verba ...* Rupert Abb.

con-

Digitized by Google

conferens in corde ſuo. Quod ſi idcircò verum non videtur, quia nullus Euangeliſtarum ſcriptis hoc atteſtatur, conſequens eſt, quòd nunquam poſt reſurrectionem ſuam viſus ſit Matri, quia, quando, vel vbi apparuerit illi, nullus eorum dixit. Sed abſit hoc ab illo, qui in lege ſua patrem & matrem honorare præcepit: abſit, inquam, vt Matrem propter ſe doloris gladio tranſuerberatam tam dura negligentia talis Filius inhonorarit. Non ſic Apoſtolica ſanctæ Romana Eccleſiæ ſenſit veritas, quæ hanc Beatam Hieruſalem in principio lætitiæ ſuæ poſuit. Sequuntur communiter & Theologi, & Hiſtorici noſtræ ætatis. [Suar.] Suar. tom. 2. in 3. p. diſput. 49. ſect. 1. aſſerit, abſque vlla dubitatione credendum eſſe, Chriſtum poſt reſurrectionem primùm omniũ Matri ſuæ apparuiſſe; & paulò poſt ſubdit: *Videtur hic fuiſſe perpetuus Eccleſiæ ſenſus, quia nullum reperimus initium, quando hoc cœperit in Eccleſia doceri.* [Baron.] Baronius tom. 1. Annal. anno Chriſti 34. hæc in corroborationem noſtræ concluſionis adnotat. *Porrò, quamuis non omnia, quæ in Chriſto ſunt geſta, Euangeliſtæ memoriæ fidelium commendarint, tamen vetus traditio per manus maiorum, ac per ſubſequentia ſæcula ad poſteros delapſa teſtatur, eumdem Dominum noſtrum apparuiſſe primò omnium ſanctiſſimæ Genitrici Mariæ, quod nemo prius negarit.* Probatur tertiò rationibus. Et primò ideo Maria Magdalena priùs, quàm aliæ mulieres, promeruit videre rediuiuum Chriſtum, quia magis, quàm illæ, eumdem Chriſtum amabat, vnde Eccleſia in hymno de ea canit: [Eccleſ. in hymn.]

Prima meretur gaudia,
Quæ plùs ardebat cæteris;

ergo Deipara, quæ magis abſque comparatione, quàm Magdalena, aut quilibet alius, amabat Chriſtum, debuit priùs, quàm Magdalena, aut quilibet alius, videre ipſum Chriſtum rediuiuum. Secundò proprium eſt filiorum parentes ardenter amantium gloriam ſuis præclaris partam facinoribus in ipſorum parentum honorem, & lætitiam dirigere: vnde de Coriolano triumphum agente hæc refert [Plutarch.] Plutarchus in eius vita. *Cæteris finis virtutis erat gloria, huic verò gloriæ finis materna exiſtimabatur lætitia; id namque ingentis tum honoris, tum felicitatis ducebat, vt matri eius audire laudes, & ſe coronis præditum ſpectare contingeret, ac ipſius præ gaudio lacrymantis aſtringeretur amplexibus.* Ergo cuinam dubium erit, quòd Chriſtus, cuius amor in Matrem omnes filiorum in ſuas matres amores excedebat, gloriæ, quam reſurgendo eſt aſſequutus, dilectiſſimam ipſam Matrem participem fecerit, illiusq; oculos iucundiſſima ſui præſentia recrearit? Tertiò habet hoc rerum ordo diuinitùs inſtitutus, vt quælibet cauſa operetur in id, quod eſt propinquius, vt docet D. Thomas par. 3. quæſt. 56. art. 1. in corpore: [D. Thom.] ſed caro Chriſti per reſurrectionem glorificata propinquior erat carni Mariæ, quia ex illa deſumpta fuerat (vnde Auguſt. ſerm. de Aſſumpt. [D. Auguſtin.] *Caro,* inquit, *Ieſu eſt caro Mariæ; quamuis gloria reſurrectionis magnificata fuerit, eadem tamen manſit, quæ de Virgine aſſumpta eſt:* & propter eamdem rationem affirmare nõ dubitat Petrus Damianus, [Pet. Damian.] Chriſtum in Maria eſſe per identitatem) ergo caro Chriſti per reſurrectionem glorificata in Mariam priùs, quàm in alios, gloriæ ſuæ radios iaculari debebat, illiusq; aſpectum exhilarare. Confirmatur à ſimili: ſicut, oriente ſole, illius aureo ſplendore altiora montium iuga priùs illuminari videmus; ita, reſurgente Chriſto, ſole diuinæ iuſtitiæ, illius gloriæ radijs priùs illuſtranda erat eminens illa montis ſummitas Maria, quæ *mons* eſt *in vertice montium.* Fauet hic nobis Rupertus Abbas [Ruper. Abb.] lib. 7. de diuinis officijs cap. 25. vbi Chriſtum ſtatim, atque à mortuis reſurrexit, ſic loquentem introducit. *Vadam ad montem myrrhæ & ad collem thuris. Quæ enim,* proſequitur, *ſui corporis parte altiùs poſt Chriſtum Eccleſia ſublimitas enituit, quàm ſingularibus huius Reginæ Angelorum meritis? & quo in vertice montium tantum myrrhæ, & thuris, idest mortificationis, & orationis, inueniri potuit, quantum in huius Virginis anima, quam ſingulariter dominicæ paſſionis gladius pertranſierat?* Quartò prima fuit Deipara inter alias mulieres, quæ ſtabant iuxta crucem, Anteſignana: *Stabant iuxta crucem Ieſu Mater eius, & ſoror matris eius Maria Cleophæ, & Maria Magdalene,* Ioan. 19. [Ioann.] ergo par erat, vt etiam prima illarum omnium fructus crucis, ſcilicet Chriſti rediuiui gloriam, deguſtaret. Confirmatur: Deipara prima fuit inter viuentes, quæ dolorem ex Chriſti paſſione, & morte percepit; ab eo namque tempore, quo Angelicæ legationi, qua ſibi Verbi Incarnatio annunciabatur, aſſentita eſt, ſciuit, Chriſtũ tormenta, & crucis mortem ſubiturum, vt prædiximus in cap. de Virginis Annunciatione quæſt. 40. ex cuius conſideratione ſæpiùs, ſæpiusq; afflicta fuit: ergo conueniebat, vt & prima eſſet, quæ ex viſione Chriſti rediuiui, glorioſi, & impaſſibilis, conſolationem perciperet. Quintò intueri carnem Chriſti rediuiui glorioſam maximum erat incitamentum ad amorem in Virgine erga Deum augendum, nouũq;

grati

A grati animi affectum excitandum (erat quippe Chriſti reſurrectio certiſſimum vniuerſalis hominum reſurrectionis argumentum, quod poſtea docuit Apoſtolus 1.ad Corinth. 15. *Nunc autem Chriſtus reſurrexit, primitiæ dormientium*): ergo debuit Chriſtus carnem ſuam glorioſam, quam primùm fieri potuit, Deiparæ conſpiciendam exhibere, vt ex hoc etiam capite ad ardentiorem in Deum amorem illa accenderetur, & prima poſt Chriſtum eſſet, quæ gratias Deo ageret pro ſingulari hoc beneficio. Sextò (ex Simone de Caſſia lib.14. de reſurrectione citato) *Si Virgo prima fuit, quæ vidit, & adorauit Chriſtum natum, conueniens erat, vt prima videret eum renatum & reſuſcitatum.* B Aliæ rationes pro hac concluſione adducentur infra quęſt.6.

ad Corinth.

Reſpondetur rationibus dubitandi ab initio allatis.

Reliquum eſt, vt reſpondeamus rationibus pro parte negatiua ab initio quæſtionis allatis. Primæ commodiùs ſatiſfaciemus quæſtione ſequenti. Secunda verò, & tertia ex dictis facilè confutari poſſunt: nó enim ob illas cauſas Chriſtus rediuiuus apparuit primò omnium Matri ſuæ, ſed ob alias, quæ tum è præcit. Patribus, tum à nobis fuerunt aſſignatæ. Sed

Quæſtiuncula ſuborta.

Quæres, vtrùm ſæpiùs Chriſtus rediuiuus, antequam ad cælum aſcenderet, Virgini Matri apparuerit.

Reſponſio.

Reſpondeo, partem affirmatiuam plurimum C congruentiæ præ ſe ferre. Quod enim conceſſit Apoſtolis, alijsq; mulieribus, quibus multotiès apparuit, Matri, quam præ omnibus cordi habebat, denegaſſe, quis aſſeret? Imò addo, veriſimile eſſe, illum eo tempore, quo in terris à reſurrectione vſque ad aſcenſionem moratus eſt, vt plurimùm cum Matre dilectiſſima côuerſatum fuiſſe, aureſq; eius, quas tempore paſſionis horribiles Iudæorum blaſphemię tantoperè exacerbarant, ſuauiſſimo, ac cæleſti colloquio demulſiſſe. Et auſim dicere, ſignificatum hoc fuiſſe à Spiritu ſancto tunc, cùm Cantic.3. Virginem ſic loquentem introduxit: *Inueni quem diligit anima mea; tenui eum, nec dimittam, donec introducam illum in domum* D *matris meæ*: ac ſi diceret: *Inueni* dilectum meum à mortuis rediuiuum, poſtquam illum, ſtillantibus ex oculis vbertim lachrymis, quæſiui per noctes (noctes voco tres illos dies, quibus mihi poſt mortis occaſum non illuxit meus ſol iuſtitiæ): *tenui eum*, nec à me abſentem eſſe patiar, donec introducatur in domũ matris meæ, cæleſtis Hieruſalem. Ritè vocat Virgo Empyreum domum matris ſuæ, quia in ortu ſuo, qui tot miraculis inſignis refulſit, plus à cælo habuit, quàm

Cantic.

A à terra: & in hoc ipſo; quòd per illud *domum matris meæ* iure intelligatur cæleſtis Hieruſalem, nobiſcum eſt Abbas Abſalon ſerm.6.in Natali Domini.

Abb. Abſalō.

QVAESTIO II.

Cur Euangeliſtæ ſcriptis expreſsè non conſignarint, Chriſtum rediuiuum Matri ſuæ apparuiſſe.

B DICO, huius rei varias afferri poſſe cauſas. Prima ſit quia ad côfirmandam Chriſti reſurrectionem inefficax videbatur eſſe Matris teſtimonium: maternus enim amor fictionis ſuſpicionem hominum animis in his ingerere ſolet. Adnotauit hoc Metaphraſtes orat. de vita, & dormitione Deiparæ: *Cauerunt*, inquit, *Euangeliſtæ maternum Chriſti afferre teſtimonium, ne videretur ſuſpectum, & propter coniunctionem fides ei minùs haberetur.* Sequitur Metaphraſtem Ianſenius in concord. cap.146. Suffragatur Rupertus C lib.7. de diuinis officijs cap.25. quatenus ait, Euangeliſtas ſolùm retuliſſe illas apparitiones, quæ ſequutæ ſunt in teſtimonium veræ reſurrectionis. Nec Euangeliſtarum munus fuit omnia, & ſingula officia, quæ Chriſtus Matri detulit, recenſere, quia non licet ſuſpicari, priuilegium quodcunque alijs conceſſum, Matri eminentiori modo fuiſſe collatum. Fauet Diuus Anſelmus de excellentia Virginis cap.6. vbi ait: *Si aliquis quærit, quare Euangeliſtæ non referant, ipſum piiſſimum Dominum à morte reſurgentem huic ſuæ dulciſſimæ, dilectiſſimæq; Matri, vt eius dolores mitigaret, primò, ac præcipuè apparuiſſe; dicemus, quòd à quodam ſapiente de hoc* D *ipſo ſciſcitantes accepimus ſic: Tanta eſt ſuſcitata auctoritas narrationis Euangelicæ, vt nihil in ea dependens, nihil inane, nihil ſuperfluum reperiatur: ita, quòd ſi Matri Domini, ſi Dominæ mundi ipſius Filius ab inferno reſurgens ſcriberetur, ſicut alijs cuilibet, apparuiſſe, tanquam de ſua reſurrectione docuiſſe; quis non tale ſuperfluum diceret, Reginam videlicet cæli, & terræ, omniq; creaturæ, coæquare illis, quibus apparuit, viro, aut mulieri?* Confirmatur primò, quia, cùm iam Ioannes deſcripſiſſet Virginem primam ſtatem iuxta crucem,

Afferuntur cauſæ.

Metaphraſt.

Ianſenius, Rupertus.

D. Anſelm.

dam

dum pendebat Chriſtus, atque adeo præcipuam, ac proximiorem paſſionum Chriſti ſociam, non erat cur aliud ab Euangeliſtis de apparitione rediuiui Filij Virgini exprimeretur: quis enim adeo rerum ignarus futurus erat, qui illud, tamquam ex prioribus conſequens, non inferret, iuxta celebre illud axioma Apoſtoli 2. ad Corinth. 1 *Scientes, quòd, ſicut ſocij paſſionum eſtis, ſic eritis, & conſolationis.* Confirmatur ſecundò ex eo, quòd Chriſtus videtur ijs primò apparuiſſe, qui magis vicem paſſionis ſuæ doluerant; primò enim exprimit Euangeliſta, illum apparuiſſe Mariæ Magdalenæ, quæ nempe & ſequuta erat ipſum patientem, & ſteterat ad monumētum foris plorans: tum alijs mulieribus, quæ Magdalenæ fuerant tempore paſſionis ſociæ, iuxta illud Matth. *Et ecce Ieſus occurrit illis dicens, Auete.* Secunda ratio eſt quia apparitio Chriſti B. Virgini nō fuit in confirmationem fidei (certiſſima enim ſemper fuerat in mente Virginis proximè futura Chriſti reſurrectio) ſed alijs de cauſis: Euangelici autem inſtituti erat eas apparitiones recenſere, quas ad ſuæ reſurrectionis agnitionem, ac fidem, Chriſtus indulſerat: ergo mirum non eſt, ſi apparitionem Filij Virgini Matri non narrauerunt Euangeliſtæ. Quòd cęteræ Chriſti rediuiui apparitiones fuerint in fidem reſurrectionis, non eſt, quòd in diſcrimen reuocetur; certum enim eſt, vt diximus ſupra, Apoſtolos omnes fidem reſurrectionis explicitam & inconcuſſam non habuiſſe: quò verò ad alias mulieres item extra dubium eſt; vnde D. Bernard. ſuper Cant. ſerm. 28. loquens de Maria Magdalena ait: *Meritò carnem rediuiuam Verbi tangere prohibetur mulier carnaliter ſapiens, plus quippe tribuens oculo, quam oraculo, ideſt carnis ſenſui, quam Verbo Dei; quem enim mortuum vidit, reſurrecturum non credidit.* Tertia ratio deſumitur ex Virginis humilitate, quæ adeo eminebat, vt libenter paſſa ſit, vt apparitio, qua ſe Filius ſuus rediuiuus à mortuis dignatus erat, non expreſsè ab Euangeliſtis narraretur. Teſtes huius ſint Reuelationes S. Brigittę lib. 6. cap. 94. vbi poſt, quàm Virgo affirmauit, Chriſtum rediuiuum ſibi priùs, quàm alijs, apparuiſſe, ſeq. palpabilem exhibuiſſe, ſubdit: *Hoc non eſt ſcriptum ob humilitatem meam.* Sed

ad Corinth. — Matth. — D. Bernard. — Reuel. S. Brigittæ.

Quæres, vtrùm Euangeliſtæ tacitè indicarint apparitionem Chriſti rediuiui Virgini Deiparæ.

Tacitè ne indicarint Euangeliſtæ apparitionē Chriſti rediuiui Virgini.

Reſpondeo affirmatiuè. Ratio huius eſt quia narratio apparitionis Chriſti ad Magdalenam, cæteraſq; mulieres, fuit veluti antecedens, ex quo prudens quiſque poſſet deducere, ipſum Chriſtum Matri primò, ac pręcipuè apparuiſſe. Nonnulla alia ex his, quæ ſupra diximus, in huius confirmatione habere poſſunt locum.

QVAESTIO III.

An B. Virgo Chriſti rediuiui plagas deoſculata ſit.

SVPPONENDVM eſt, tamquam certum, & de fide credendum, quòd reſeruatæ ſint in Chriſti rediuiui corpore quinque plagæ. Colligitur ex Ioan. 20. & Lucæ 24. & eſt communis Eccleſiæ, ac Patrum conſenſus. Vide Hilarium lib. 3. de Trinit. Leonem Pap. ſerm. 1. de reſurrect. Ignatium epiſtol. 10. ad Smyrnenſes, Ambroſium Luc. vlt. Auguſt. epiſt. 49. queſt. 1. & lib. 2. de ſymbolo ad Cathecum. cap. 8. Cyrill. Alexand. lib. 12. in Ioan. cap. 59. & Commentatores Ioan. 20.

Ioann. Luc. — Hilarius, Leo Papa, Ignatius, Ambroſ. Auguſtin. Cyrill.

Dico, omninò veriſimile videri, quòd Deipara deoſculata ſit ſacras vulnerum cicatrices, quando illi Chriſtus rediuiuus apparuit. Fauet nobis Rupert. Abb. lib. 7. de diuin. offic. cap. 25. vbi ſic ſcribit: *Pulchrè, & laudabiliter a pijs Maioribus traditum eſſe ſcribitur, vt religioſi quidā cunctis per annum Dominicis diebus, ac præſertim ſacro die Paſchatis, B. Genitricis Dei memoriam celebrent ſingularem, & eccleſiaſticam idcircò inſtituant proceſſionem. Mariam enim Deiparam eſſe, cui ante omnes alios rediuiuus Filius ſuam victoriam annunciarit, & dulcia carnis ſuæ vulnera, quam illa veram de carne ſua carnem conceptam pepererat, præbuerit deoſculanda.* Nec deſunt rationes, quæ huius rei fidem aſtruant. Et primò, ſi Maria Magdalena, & aliæ mulieres tenuerunt pedes Chriſti rediuiui (Matth. 28. *Et ecce Ieſus occurrit illis dicens, Auete: illæ autem acceſſerunt, & tenuerunt pedes eius*), & conſequenter eas pedum cicatricibus oſcula dediſſe omnino credibile videtur: ergo hoc idem, & multò meliùs, de Deipara, vt potè quæ pietate, religione, & amore in Chriſtum filium abſque comparatione Magdalenā, cæteraſq; mulieres ſuperabat, affirmari poteſt. Secundò, ſi Chriſtus incredulum Thomam ad tantum honorem euexit, vt manū ſuam in apertum ipſius latus, digitoſq; in foramina clauorum immiſerit: *Infer digitum tuum huc, & vide manus meas,*

Concluſio affirmatiua. — Ruper. Abb. — Matth. — Ioann.

meas, & affer manum tuam in latus meum:
quis non credet, quòd ipſe Chriſtus fide-
liſſimæ Matri, & apertum latus, & reli-
quas plagas contrectandas, ac deoſculan-
das exhibuerit? Tertiò oſculari eſt ſi-
gnum ſubmiſſionis, & recognitionis ali-
D. Bernard. cuius accepti beneficij (vnde D.Bernard.
explicans illud Iob 31. *Si oſculatus ſum*
manum meam ore meo, quod eſt iniquitas
maxima, & negatio in Deum; ſubdit:
Quod tunc fieri arbitror, cùm donum Dei,
quod eſt ſapientia, non Deo, ſed meritis a-
ſcribatur actionum): ergo maximè dece-
bat Deiparam, vt potè fidelium Matrem,
in gratiarum actionem illis vulneribus
oſcula figere, quæ Chriſtus in corpore
glorioſo retinere voluit, tum ad fidem
confirmandam, cùm etiam ad ſpem, &
fiduciam hominum in diuinam miſericor-
diam excitandam: pro qua re audiendus
D. Leo Papa eſt S.Leo Papa ſerm. 1. de reſurrectione:
Ideo, inquit, *fixuras clauorum, & omnia*
recentiſſima paſſionis ſigna monſtrabat, vt
agnoſceretur in eo proprietas diuina, huma-
naq; naturæ indiuidua permanere: D.
D. Cyprian. Cyprian. ſerm. de Baptiſmo Chriſti: *Vt*
ſemper reſeruatæ in corpore plagæ ſalutis
humanæ exigant pretium, & obedientiæ
D. Bernard. *donatiuum requirant*: & D. Bernar. ſerm.
61. in Cantic. *Ego verò fidenter, quod ex*
me mihi deeſt, vſurpo mihi ex viſceribus
Domini, quoniam miſericordia affluant,
nec deſunt foramina, per quæ effluant.
Quartò, ſi vulnerum cicatrices in rediui-
ni Chriſti corpore etiam propter gloriam
accidentalẽ illius fuerunt aſſeruatæ, cùm
ibi tamquam perpetuum victoriæ, ac
Beda. triumphi inſigne refulgeant, vt cum Beda
D. Thom. notat D.Thom. 3. par. quæſt. 54. art. 4. in
corpore; par certè erat, vt Deipara, ve-
lut gratulabunda, lætitiæ oſculum illis
glorioſis ſtemmatibus daret.

QVAESTIO IV.

Vtrùm B. Virgo oculis corporeis viderit claritatem corporis Chriſti rediuiui, ac glorioſi.

SVPPONENDVM ex ſa-
cris paginis, & communi
Patrum, ac Theologorum
conſenſu, corpus Chriſti
Domini in reſurrectione
ſua varijs donis, ac quali-
tatibus ſupernaturalibus fuiſſe decora-
tum; præcipuè verò illis quatuor doti-
A bus, claritate, impaſſibilitate, agilitate,
& ſubtilitate. Eiuſmodi verò claritas eſt
lux interna corporis glorioſi, ac perfectiſ-
ſima qualitas ipſi inhærens, & longè ma-
ior ſplendore ſolis, ac excedens ſine com-
paratione claritates, & fulgores aliorum
corporum glorioſorum, vt notat D. Au- D. Auguſtin.
guſt. ſeu Auctor libri de cognit: veræ vi-
tæ cap. 46. dicens: *In hac claritate tan-*
tum quiſque ab alio pro meritis differt,
quantum ſtella a ſtella: corpus autem Chri-
ſti tantum in hac claritate omnia excellit,
quantum Creator creaturas excellit.

Dico, certum mihi videri, Chriſtum Concluſio affirmatiua.
rediuiuum glorioſum ſui corporis fulgo-
rem Deiparæ oculis conſpiciendum ex-
B hibuiſſe. Fauet nobis Ludouic. de Ponte Ludouicus de Ponte.
lib. 5. in Cantica exhort. 30. *Audiuit Fi-*
lius precationem Matris, & ſubitò die ter-
tia apparuit illi diluculò, oſtenditq; ei fa-
ciem glorioſiſſimam, vultumq; ſplendidiſſi-
mum, totum corpus pulcherrimum, & quin-
que petræ foramina ſapphiris ſpecioſiora,
& fulgentiora carbunculis. Probatur pri-
mò: proprium eſt filiorum, qui magno in
parentes afficiuntur amore, gloriam præ-
clarè geſtis partam, vel alia bona pro-
pria virtute acquiſita, eiſdem, quantum
fieri poteſt, communicare; vt patet exẽ-
plo Coriolani quæſt. 1. huius capitis ad-
ducto; & ex eo, quod relatum habemus
de Samſone, qui mel inuentum in ore
C leonis, quem interemerat, parẽtibus præ-
buit deguſtandum, Iudic. 14. ergo maxi- Iudic.
mè decebat Chriſtum Matris dilectiſſimæ
oculis glorioſum ſui corporis ſplendorẽ,
quem ſuis ſibi præclaris virtutibus pro-
meruerat, conſpiciendum exhibere.
Probatur ſecundò, quia, ſi ideo Chriſtus
rediuiuus parenti ſuæ apparuit, vt iuxta
menſuram dolorum, quos ipſa perpeſſa
erat, conſolationes illam lætificarent; er-
go par erat, vt, ſicut illa videndo corpus
Chriſti excoriatum, laniatum, verberi-
bus, vulneribusq; afflictum, ſpeciali do-
lore fuerat excruciata; ità idem cor-
pus glorioſo vndequaque fulgore coru-
ſcans intuita ſpeciali afficeretur ſolatio.
D Probatur tertiò: *Caro Ieſu*, inquit Au-
guſt. ſerm. de Aſſumpt. Virg. *caro eſt Ma-* D. Auguſtin.
riæ: caro enim Chriſti, quamuis gloria re-
ſurrectionis fuerit magnificata, & potenter
glorificata, eadem tamen manſit, quæ ſuſce-
pta de Maria: & D.Bernardin. ſerm. 1. de D. Bernardin. Senen.
nom. Mariæ: *Virgo*, ait, *fuit viciniſſima*
Filio Dei per carnis identitatem, quia ea-
dem caro, quæ fuit Virginis Matris, facta
eſt caro Filij Dei: & nos ſupra diximus, in
corpore Chriſti ſubſtantiam carnis ex
Maria deſumptam aſſeruatam fuiſſe, nec
per continuam caloris naturalis actio-
nem

nem fuiſſe reſolutam. Ergo conueniebat Chriſto rediuiuo corpus ſuum per glorioſam reſurrectionem gloriæ ſplendore irradiatum Matri ſuæ oſtendere, vt ipſa ſacra illa ſua pignora ad tantam gloriam euecta perſpiciens, mirum in modum exhilararetur, magiſq; raperetur ex hoc in amorem Filij ſui. Sed

Quæſtio ſuboritur. Quæres, verùm B. Virgo ſolis naturæ viribus, nulla ſuperiore virtute, aut auxilio interueniente, proprijs oculis claritatem corporis Chriſti intuita fuerit.

Ricchard. Aliqui, inter quos Ricchard. in 4. diſt. 49. art. 4. quæſt. 6. exiſtimant, lucem glorioſi corporis eſſe extra obiectum naturale oculi corporei humani, atque adeo ſine aliqua ſuperaddita virtute non poſſe à potentia noſtra viſiua in hac mortali vita conſpici illius claritatem. Adducit Ricchard. Auguſtinum 22. lib. de Ciuit. dicentem, Apoſtolos in corpore mortali non potuiſſe videre claritatem corporis Chriſti reſurgentis. Fundamentum huius ſententiæ præcipuum eſſe poteſt, ſi aſſeratur, quòd lux corporis glorioſi non eſt eiuſdem ordinis, cuius ſunt obiecta viſibilia; ergo eſt improportionata oculo corporeo, cuius virtus proportionata tantùm eſt in ſuis obiectis viſibilibus. Antecedens probatur primò: poſſibilis eſt lux diuerſi ordinis, ac ſpeciei à luce ſolis, & ignis; ergo talis lux de facto concedenda eſt perfectioribus corporibus ad perfectiorem ſtatum eleuatis. Probatur ſecundò: illa lux longè excellit lucem ſolis, vt ex Patribus, & Scriptura habetur: vel ergo talis lucis excellentia dicit perfectionem eſſentialem, & ſpecificam, & ſic habetur intentum; vel ſolùm maiorem intenſionem intra eamdem ſpeciem, & ex hoc etiam argui poteſt diuerſitas ſpecifica; etenim lux ſolis in ipſo videtur naturaliter ſummè intenſa; ergo, ſi datur alia lux in corpore beato intenſior luce ſolis, eadem erit altioris ordinis. Probatur tertiò: lux ſolis, & ignis fluit à forma corporea, tamquam proprietas eius, & ideo eſt intra ordinem obiecti viſibilis: ſed lux corporis glorioſi non promanat ab aliqua forma corporea, atque adeo nō eſt vlli corpori connaturalis, nec intra ordinem obiecti viſibilis.

Alij opinantur, lucem corporis glorioſi nō eſſe improportionatam humano oculo non glorificato. Ita D. Thomas in 4. diſt. 44. quæſt. 2. art. 4. & veriſimilior etiā videtur hæc ſententia Suar. tom. 2. in 3. par. diſputat. 48. ſect. 2. *§ ſed licet*, &c. Vnde

D. Thom.

Suar.

Solutio. Reſpondeo, probabilius mihi videri, quòd B. Virgo ſolis naturæ viribus abſ-

A que alia ſuperiori virtute, aut auxilio, claritatem corporis Chriſti rediuiui perſpexerit. Ratio eſt quia omnis lux, ſiue claritas, eſt natura ſua viſibilis; ergo debet eſſe obiectum potentiæ viſiuæ; ergo potentia viſiua Deiparæ tendere potuit in lucem corporis Chriſti glorioſi, ac rediuiui. Confirmatur primò, quia, ſi daretur aliqua potentia viſiua, quæ percipere non poſſet huiuſmodi lucem, eſſet tantùm æquiuocè potentia viſiua. Confirmatur ſecundò, quia illa lux, cùm ſit corporea, naturalis ſimpliciter dici debet; ergo cōtinetur ſub obiecto naturali viſibili ab oculo corporeo naturali. Sed

Prima obiectio. Obijcies primò: claritas ſiue lux ſolis B minor videri non poteſt ab oculo noſtro corporali; ergo neque claritas corporis glorioſi maior.

Reiectio. Reſpondeo, eſſe diſparem rationem; lux enim ſolis non ſolùm agit per ſpeciem actione intentionali perfectiua potentiæ viſiuæ, ſed etiam alteratiua per calorem, qua actione alteratiua diſſoluitur ſenſorij temperies, & diſgregatur viſus, & ſic oculus læſus impeditur à ſolis viſione. Lux verò corporis glorioſi præter actionem intentionalem perfectiuam potentiæ non habet aliam deſtructiuam naturalem, cùm ſit perfectiſſima qualitas in genere lucis ſine admixtione qualitatis contrariæ; ita enim perfectio corporis glorioſi videtur C exigere; nam cur daretur corporibus glorioſis qualitas effectrix caloris?

Obiectio ſecunda. Obijcies ſecundò: oculus noſter proportionatur ad lucem, & claritatem naturæ; ergo improportionatur ad claritatem gloriæ: ſed claritas corporis glorioſi eſt claritas gloriæ; ergo ad hanc oculus noſter improportionatur.

Confutatio. Reſpondeo, lucem corporis glorioſi eſſe quidem lucem gloriæ, ſed eſſe ſimul lucem corporalem, atque adeo contineri ſub obiecto naturali viſibili à potētia naturali viſiua. Adde, quòd lux naturæ, & gloriæ non differunt, niſi accidentaliter, ſeu cauſaliter, quatenus profluunt à diuerſis principijs; non verò eſſentialiter, D quia habent eumdem effectum formalem, qui eſt facere lucidum; ſicut calor productus ab igne, & à ſole, ſunt inter ſe eiuſdem ſpeciei eſſentialiter, quatenus habent eūdem effectum formalem, qui eſt facere calidum, licèt habeant diuerſa principia.

Obiectio tertia. Obijcies tertiò: ſi ab oculo corporeo non glorificato videri poterat claritas corporis glorioſi Chriſti rediuiui; ergo ab ijs, quibus Chriſtus rediuiuus apparuit, viſa fuit: ſed contrarium colligitur ex ſacris paginis; neque enim viſa fuit hæc claritas à Maria Magdalena, quando exiſtimans

Ioan. 20. Chriſtum hortulanum dixit ei: *Domine, ſi tu ſuſtuliſti eum, dicito mihi vbi poſuiſti eum; & ego eum tollam*: ſi enim illa in Chriſto vidiſſet rutilantem corporis glorioſi lucem, ſtatim illum eſſe Chriſtum rediuiuum agnouiſſet: & hoc idem dicendum de duobus diſcipulis euntibus in Emmaus, quibus Chriſtus in figura pere- Luc. grini comes factus eſt, Lucæ 24. Imò nec huiuſmodi corporis ſui glorioſi claritatem videndã præbuiſſe videtur Chriſtus ſuis diſcipulis: dum enim Euangeliſtæ narrant varias circumſtantias, quæ interuenerunt, dum Chriſtus illis apparuit, nullam de claritate corporis habent mentionem: Ioan. 20. *Poſt dies octo* Ioann. B *iterum erant diſcipuli eius intus, & Thomas cum eis. Venit Ieſus, ianuis clauſis, ac ſtetit in medio, & dixit, Pax vobis: deinde dicit Thomæ, infer digitum tuum huc, & vide manus meas; & affer manum tuam, & mitte in latus meum, & noli eſſe incredulus*: en quot circumſtantiæ, nihil de luce: & Lucæ 24. *Et admirantibus præ gaudio dixit, habetis hic aliquid, quod manducetur: at illi obtulerunt partem piſcis aſſi, & fauum mellis, & cum manducaſſet coram eis, ſumens reliquias dedit eis*. Imò videtur, quòd non fuiſſet neceſſe ad hoc, vt Chriſtus à Thoma tamquam verè Chriſtus rediuiuus agnoſceretur, manus, & digitos illius in latus, & reliquas plagas acC cerſi, ſi ipſe Chriſtus gloriæ ſplendoribus cinctus tunc apparuiſſet: poterat enim ex ſolo illo ſplendore facilè talis agnoſci.

Reſponſio. Reſpondeo ex eo, quòd claritas corporis Chriſti glorioſi, ac rediuiui fuerit viſibilis ab oculo humano viribus proprijs, non ſequi, quòd debuerit ab ijs videri, quibus Chriſtus rediuiuus apparebat: erat enim in poteſtate Chriſti producere, vel non producere ſpeciem, per quam illa claritas videbatur. Quare, ſi Chriſtus illam ſoli Matri ſuæ, & nemini alij videndam in terris, antequam in cælum abiret, exhibuit; fuit hoc ſingulare priuilegium ipſi Virgini, tamquam id ſupra omnes alios ſingulariter promerenti, conceſſum. D

Satisfit rationibus p prima ſentẽtia adductis. Supereſt, vt ſatisfaciamus rationibus pro prima ſententia ab initio adductis.

Reſpondeo ergo negando antecedens. Ad primam eius probationem dico, non eſſe poſſibilem lucem corporalem, cuius effectus formalis non ſit facere lucidum: quicquid autem eſt corporeum, & lucidum, eſt etiam viſibile ab oculo corporeo, vt diximus ſupra: Ad ſecundam probationem, concedo, lucem corporis glorioſi longè excedere lucem ſolis: ſed non hinc inferri poteſt, eam eſſe altioris ordi- A nis. Ad illud verò, quod ſubditur, lucem in ſole eſſe naturaliter ſummè intenſam, diſtinguo; ſi illud naturaliter dicit, quòd nulla lux intenſior ſit connaturalis corpori, tranſeat: ſi verò intelligatur, quòd nulla lux naturalis ſit intenſior luce ſolis, negatur, quia luce ſolis lux corporis glorioſi eſt intenſior: & hæc eſt etiam qualitas corporea, quia fit in corpore dependenter ab illo in eſſe, & fieri: vnde, licèt non ſit connaturalis corpori humano, ſimpliciter tamen eſt naturalis, & corporea. Ad tertiam probationem patet quid dicendum ſit ex reſponſione ad ſecundam obiectionem: ex eo enim, quòd lux corporis glorioſi non promanat B à forma corporea, argui poteſt differentia accidentalis, ſed non eſſentialis, inter ipſam, & lucem aliam, quæ à forma corporea promanat.

QVAESTIO V.

Ex quot capitibus Deipara lætata ſit in reſurrectione Filij ſui.

NOTANDVM, ita ingens fuiſſe gaudium, quo B. Virgo affecta eſt ob reſurrectionem Filij ſui, vt C humano eloquio exprimi nequeat, vt bene aduertit Anſelmus de excellentia Virginis cap. 6 addens, nec ab ipſis Angelis poſſe D. Anſelm. comprehendi. *Intendamus*, inquit, *fratres mei: ſupra, dum gaudij eius exultationem, qua replebatur in conuerſatione, ſed adhuc in carne mortali degentis, iſtius Filij ſui, conſiderare niteremur, in ipſo noſtri animi niſu defecimus, & eam vltra omnem humanum intellectum magnam, & admirandam eſſe aduertimus. Si ergo tam magna fuit tunc, cùm ipſum bene ſciret paulò poſt moriturum, quæ, vel quanta, putatis, fuit tunc, cùm ipſum, iam calcatis mortis legibus, ſciuit, reſurrexiſſe non* D *ſolùm in æternum victurum, ſed & cælo, & terra, omniq; creaturæ perenni iure dominaturum? Nolo, hanc immenſitatem gaudij eius penetrare quis laboret, quoniam quæ ipſis Angelis Dei eſt admiranda, & impenetrabilis, non facilè crediderim, quod cuiuis homini mortali poſſit eſſe penetrabilis*: hæc Anſelmus. Cum ergo non poſſimus, aut verbis explicare, aut mente complecti ſummam huiuſmodi Deiparæ lætitiam, qua in reſurrectione Filij ſui affecta eſt; videamus ſaltem, an liceat agnoſcere capita, ex quibus veluti

fonti-

fontibus, ad ipſam gaudiorum profluuia A
deriuarunt. Quare

Cõcluſio varia lætitiæ capita ſubnectens.

Dico, varia capita, ex quibus in reſur-
rectione Chriſti lætata eſt Deipara, aſſi-
gnari poſſe. Et primò quidem, ac præci-
puè exultauit Virgo ex eo, quòd vidit in
vitam reuocatum, immortalem, impaſ-
ſibilem, glorioſo ſplendore circũfuſum, &
de morte, de peccato, de mundo, ac Dæ-
mone triumphum agentem, Filium ſuum.
Patet, quia, ſi proprium eſt amantis ex
bonis amati haurire gaudium, gaudium-
que maius, quò amor intenſior, & ama-
ti bona ſublimiora; ſanè quis non iudi-
cet, Virginem, quæ magis Chriſtum,
quàm ſe ipſam, longè diligebat, ex tam
B ſublimibus Chriſti bonis ſummo gaudio
affectam fuiſſe? Secundò ineffabilem
profectò lætitiam percepit ex eo, quòd
agnouit, in reſurrectione Chriſti mi-
rum in modum elucere diuinam iuſtitiã,
cuius munus eſt exaltare eos, qui ſe pro-
pter Deum demittunt, vt in ſuo Cantico
Luc. 1. ipſa cecinerat: *Depoſuit potentes de ſede,
& exaltauit humiles*. Quia igitur Chri-
ſtus, vt Patri obſequeretur, ita ſemetip-
ſum exinaniuerat, vt formam ſerui acce-
perit, & factus fuerit obediens vſque ad
mortem, mortem autem crucis, exige-
bat diuina iuſtitia, vt exaltaretur ad glo-
rioſam reſurrectionem: in quo ſenſu ac-
cipiendum eſt illud Lucæ 23. *Non ne opor-
tuit pati Chriſtum, & ita intrare in glo-* C
riam ſuam? Tertiò gauiſa eſt Deipara
eo, quòd optimè nouerat, reſurgente
Chriſto, fidem noſtram confirmari: ſup-
poſitis enim ijs, quæ Chriſtus de ſua re-
ſurrectione prædixerat, ipſo rediuiuo, ve-
rum apparebat quod promiſerat: & in
hoc ſenſu neceſſaria fuit reſurrectio Chri
ſti ad fidem ſtabiliendam; quod indica-
ad Corinth. uit Apoſtolus ad Corinth. 15: *Si Chriſtus
non reſurrexit, inanis eſt prædicatio noſtra,
inanis eſt & fides noſtra*: & paulò poſt:
inuenimur enim & falſi teſtes Dei. Præ-
tereà in Chriſti reſurrectione vera eius
diuinitas manifeſtata eſt; ipſam enim
Ioan. 2. reſurrectionem in argumentum diuinita-
tis ſuæ propoſuerat Chriſtus Iudæis: *Sol-* D
*uite templum hoc, & in tribus diebus exci-
tabo illud*. Fuit autem reſurrectio ſignum
diuinitatis, quia Chriſtus ſe ipſum ſuſci-
tauit; vt dixerat: *Et in tribus diebus ex-
citabo illud*. Demùm fides noſtra ex Chri-
ſti reſurrectione plurimum non tantùm
roboris, ſed & nobilitatis accepit. Ete-
nim, ſicut vile, & verecundum videba-
tur credere in hominem cruci affixum,
& mortuum, ita nunc honorificum, &
glorioſum eſt credere, & prædicare Chri-
ſtum cruci affixum quidem, & mortuum,
A ſed cui mors gradus fuerit ad glorioſam
reſurrectionis exaltationem: *Gloria enim
reſurrectionis morientis iniuriam ſepeliuit*,
inquit Petrus Chryſologus ſerm. 75. Cùm Petr. Chryſol.
igitur animaduerteret Deipara, tot mo-
dis ex Chriſti reſurrectione fidem noſtrã
roborari, & nobilitari, non poterat non
lætari plurimùm, vt potè quæ vehemen-
ter Chriſtianæ fidei propagationem ad-
amabat. Quartò admirabili lætitiæ fuit
Deiparæ id, quòd optimè intelligebat,
reſurrectionem Chriſti plurimùm prodeſ-
ſe ad excitandam in hominibus ſpem
vniuerſalis reſurrectionis, & ad eorum
vitam præclarè inſtituendam. Et qui-
dem quòd reſurrectio Chriſti erigat nos
B in ſpem noſtræ reſurrectionis; ſatis li-
quet: dum enim videmus Chriſtum reſur-
gentem, qui eſt caput noſtrum, ſperamus
& nos reſurrecturos: vnde ad Philipp. 3.
ait Apoſtolus: *Saluatorem expectamus* ad Philip.
*Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, qui
reformabit corpus humilitatis noſtræ confi-
guratum corpori claritatis ſuæ*. Leo ſer-
mone 1. de reſurrectione cap. 4. dicit: Leo Papa.
*Ex hoc initium factum eſt nobis reſurre-
ctionis in Chriſto, ex quo in eo, qui pro
omnibus mortuus eſt, totius ſpei noſtræ for-
ma præceſſit*: & Gregorius [illegible]. moral. cap. D. Gregor.
27. *Sui capitis gloriam ſequentur membra.
Redemptor ergo noſter ſuſcepit mortem,
ne mori timeremus; oſtendit reſurrectio-*
C *nem, vt nos reſurgere poſſe confidamus.
Vnde & eamdem mortem non plus, quàm
triduanam, eſſe voluit, ne, ſi illa ampliùs
differretur, in nobis omni modo deſperare-
tur*. Quòd verò eadem Chriſti reſurre-
ctio multùm conferat ad mores homi-
num reformandos, docet Apoſtolus ad
Coloſſenſ. 3. *Si conſurrexiſtis cum Chri-* ad Coloſſ.
ſto, quæ ſurſum ſunt ſapite. Idem paſ-
ſim tradunt Patres: ſufficiat vnum Atha-
naſium referre ita ſermone de paſſione,
& cruce Domini dicentem: *Neceſſarium* D. Athanaſ.
*eſt, ſurgente Seruatore, conſurgere quoque
cum eo & ipſum Adamum, & omnes ex
Adamo oriundos: &, ſicut, moriente
Adam, manebamus nos per eum mortui;*
D *ita quoque, ſurgente Dominico corpore, ne-
ceſſarium erat omnes cum eo conſurgere:
hic enim intellectus eſt Pauli 1. ad Corin-
thios 15. ſcribentis: Sicut in Adam omnes
moriuntur, ita & in Chriſto omnes viui-
ficabuntur*. Cùm igitur Deipara arden-
tiſſima charitate genus humanum proſe-
queretur, eiuſq; ſalutem ſummoperè ex-
optaret, videns, Chriſti reſurrectionem
ad illam plurimùm conducere, vehemen-
ter gaudebat. Quintò non parum Dei-
param lætificauit animarum ex limbo
eductarum multitudo, quam vnà cum

Digitized by Google

Barradius.

Chriſto rediuiuo intuita fuit. Quod eleganter proſequitur Barradius tom. 4. lib. 8, cap. 8. *Magno*, inquit, *gaudio affecti ſunt Iſraelitæ, cùm Aegyptios mari rubro demerſos, ſe verò ſaluos, & incolumes ſunt intuiti. Multò maiori gaudio Virgo exultauit, cùm tartareos hoſtes rubro ſanguinis Filij ſui pelago obrutos intuita eſt, ſanctosq; Patres ex limbi penetralibus liberos, æternaq. beatitudine affectos. Vidit tunc primum parentem Adamum, vidit & Heuam, Abrahamum, Iſaac, Iacob, Dauidem, cæterosq; antiquos Patres ſumma cum lætitia intra ſuũ cubiculum, qui omnes ante Dominam ſuam proſtrati laudibus illam celebrarunt, dicentes illud Iudith 15. Tu gloria Hieruſalem, tu lætitia Iſrael, tu honorificentia populi noſtri: tu fons fuiſti totius gloria noſtræ, lætitia, & honoris*, &c. Alias rationes, ex quibus B. Virgo gaudium percepit in reſurrectione Filij ſui, aſſignabimus quæſt. ſequenti.

Collige, eos, quantum in ſe eſt, concurrere ad Deiparam lætificandam, qui ex contemplatione Chriſti rediuiui ſperant, ſe quoque cum gloria reſurrecturos; atque adeo, hoc ſibi glorioſo exẽplari propoſito, mores componunt, virtutes ſectantur, & [illegible] ſanctimoniam omni ſtudio amplectuntur, exequutioni mandantes illud Apoſtoli ad Romanos 6. *Quomodo Chriſtus ſurrexit a mortuis per gloriam Patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus.*

ad Rom.

Hic in quæſtionẽ vocari poſſet, vtrùm Deipara, quando vidit Chriſtum rediuiuum, gaudium illud delibarit, quod cum viſione diuinæ eſſentiæ eſt coniunctum: ſed, quia hoc pendet ex illo, vtrùm in hac mortali vita per modum tranſeuntis aliquando B. Virgo viderit diuinam eſſentiam, quod tomo 2. examinandum inſtitui; idcirco illuc & hanc quæſtionem diſcutiendam transfero.

QVAESTIO VI.

Vtrùm etiam reſpectu Deiparæ Virginis Chriſto debita fuerit reſurrectio.

NOTANDVM, aliquid poſſe eſſe debitum pluribus titulis, & nominibus. Vnde in re noſtra reſurrectio debita fuit Chriſto, & ratione diuinitatis corpori vnitæ (quod docet Athanaſ. orat.

D.Athanaſ.

A 2. contra Arian.) & ratione meriti; Chriſtus enim vt homo meruit ſuam reſurrectionem, vt docet D. Thom. 3. par. quæſt. 53. art. 4. ad ſecundum: & indicatur Pſal. 109. *De torrente in via bibet; propterea exaltabit caput*: & Pſalm. 40. *Tu autem Domine miſerere mei, & reſuſcita me* (vide D. Auguſt. in prædicta loca): clariùs Apoſtolus ad Hebræos 2. *Videmus Ieſum propter paſſionem mortis gloria, & honore coronatum*: & ad Philippenſes 2. *Factus obediens vſque ad mortem, mortem autem crucis; propter quod & Deus exaltauit illum.* Conſentiunt in hoc Patres: vnum audiamus Athanaſium lib. de Incarnatione verbi, vbi infert ex eo, quòd Chriſtus B morte ſua mortem vicerat, debuiſſe illum reſurgere: *Profligata enim*, inquit, *morte, quid reliquum erat, niſi vt in trophæum deuictæ mortis reſurgeret?* Licèt autem ex his titulis debita fuerit Chriſto immunitas à corruptione, & reſurrectio, adhuc tamen quæri poteſt, vtrùm etiam reſpectu Deiparæ deberetur ipſi Chriſto eadem immunitas à corruptione, & à mortuis reſurrectio. Quocirca

D.Thom.

Pſal.

D. Auguſtin.
ad Heb.
ad Philip.

D.Athanaſ.

Dico primò, debitam fuiſſe Chriſti corpori incorruptionem ex hoc etiam capite, quia Chriſtus conceptus, & natus fuerat ex Virgine. Ita D. Bernardus ſer. 35. in Cant. vbi hæc habet. *Sed recole nunc mecum vocem Filij ad Patrem loquentis in pſalmo. Non dabis, inquit, Sanctum* C *tuum videre corruptionem: haud dubium, quin de corpore dicat, quod in ſepulchro iacebat exanime: hoc enim ſanctum & Angelus, qui nunciauit Virgini, loquutus eſt dicens: Et quod naſcetur ex te ſanctum, vocabitur Filius Dei. Quo ergo pacto ſanctum fœnum poterat videre corruptionem, quod de incorrupti vteri perpetuo virore vernantibus paſcuis ortum etiam auidos Angelorum in ſe figere poſſit obtutus inſatiabiliter oblectandos? Perdat ſanè fœnum viriditatem, ſi Maria virginitatem amiſerit.* Probatur ratione: ex hoc, quòd Maria illibata virginitate concepit, & peperit Chriſtum, non fuit ille obnoxius origi- D nali culpæ, nec debito illius contrahendæ, vt notat Greg. lib. 18. moral. cap. 27. *Ille*, inquiens, *ſolus veraciter ſanctus natus eſt, qui, vt ipſam conditionem naturæ corruptibilis vinceret, ex commixtione carnalis copulæ conceptus non eſt* (vide quæ hac de re fuſiùs præmiſimus cap. de Virgine angelicã annunciationem excipiente quæſt. 32. concluſ. 2.): ſed vehiculum, vt ita dicam, ſeu occaſio corruptionis humani corporis eſt culpa originalis; ergo, ſi Chriſtus ex hoc etiam capite, quòd fuit conceptus ex Maria Virgine, fuit immu-

Concl. prim. Chriſti corpori ex hoc etiam debita fuit incorruptio, quia cõceptus, & natus ex Virg.
D.Bernard.

D.Gregor.

nis

nis à contractione, & debito peccati originalis, conſequenter etiam ex eodem capite corpus à corruptione liberum ſortitus eſt. Minor patet ex illo Geneſeos 3. *In ſudore vultus tui veſceris pane, donec reuertaris in terram, de qua ſumptus es; quia puluis es, & in puluerem reuerteris:* quæ ſententia etſi lata fuerit à Deo contra Adam, tamen eius nomine comprehenſi fuerunt omnes futuri poſteri, qui ex congreſſu maris, & fœminæ concipiendi erant: ſicut enim hi in Adam peccauerunt, atque adeo originariam culpam in conceptione contrahunt (vna Dei Matre excepta, vt diximus ſupra in capite de immaculata Conceptione), ita corpus corruptioni debitum nanciſcuntur. — Geneſ.

Obiectio. Dices, humani corporis corruptibilitatem oriri ex eo, quòd ex partibus continentibus qualitates inter ſe diſcrepantes compactum ſit; ergo non oriri ex peccato originali.

Solutio. Reſpondeo, naturali quidem ſpectato temperamento, in humano corpore corruptibilitatis ſemina reperiri; ſed ex gratia Dei ſingulari, ſi Adam non peccaſſet, ſuoſq; peccato poſteros non labefactaſſet, ab actuali corruptione ipſum humanũ corpus futurum fuiſſe immune: & hoc nobis ſufficit, qui tantùm aſſerimus, Chriſtum ex eo, quòd habuit Matrem ſemper Virginem, nec peccaſſe in Adam, nec in eam ſententiam de ſubiacẽdo corruptioni contra ipſum Adamum, & eos, qui in illo peccauerunt, latam incidiſſe; & conſequenter, ſuppoſito Dei priuilegio, fuiſſe corpus Chriſti ex hoc capite à corruptione præſeruandum.

Concl. ſec. Reſpectu etiam Deiparæ aliquo modo debita fuit Chriſto reſurrectio. D.Thom. — Dico ſecundò, reſpectu etiam Deiparæ debitam aliqua ratione fuiſſe Chriſto reſurrectionem. Probatur primò. Sicut, *quia Chriſtus propter charitatem, & obedientiam Dei ſe humiliauit vſque ad mortem crucis, oportebat,* inquit S.Thomas 3. par. quæſt.53. art.1. in corpore, *quòd exaltaretur à Deo vſque ad glorioſam reſurrectionem* (iuſtitiæ enim diuinæ eſt eos exaltare, qui ſe propter Deum demittunt): ita, quia Deipara propter charitatẽ, & obedientiam Dei ſe humiliauerat vſque ad ſæpiùs morti crucis ignominioſę offerendum Chriſtum filium ſuum, quem ſupra ſe ipſam longè adamabat, vt diximus cap. de Virgine Annunc. angel. excipiente quæſt.40. cap. de Virgine Chriſtum lactante quæſt.5. & præcedenti, quæſt.14. oportebat, vt exaltaretur à Deo in ipſo Chriſto rediuiuo: iuſtum enim videbatur exaltari Deiparam in reddita Filio vita, in cuius opprobrioſa morte ſe illa adeo demiſerat. Probatur ſecundò. Diuinæ pro- D

A uidentiæ erat eam, quam in ſui Matrem Deus eleuarat, mundo ea dignitate inſignitam manifeſtare: ſed ad hoc, vt talis manifeſtaretur, debuit Chriſtus à mortuis reſurgere; ergo Virgo etiam ſua maternitate inſurgebat tamquam ſpeciali capite, ex quo Chriſto debebatur reſurrectio. Maior probatur ex eo, quòd Dei proprium eſt ſua opera complere: ſed ad hoc, vt compleret Deus in Virgine dignitatem maternitatis Dei, quam illi contulerat, debebat efficere, vt ab hominibus tamquam Mater Dei honoraretur; ſed non poterat vt Mater Dei honorari, niſi talis agnoſceretur; ergo, &c. Probatur minor, quòd ſcilicet ad hoc, vt B. Virgo

B Dei Mater manifeſtaretur, debuerit Chriſtus à mortuis reſurgere: Chriſtus ex eo, quòd reſurrexit, Deus agnitus eſt, vt enim ait D.Thom. loco ſupra citato, *per Chriſti reſurrectionem confirmata eſt fides noſtra circa diuinitatem eius, quia, vt dicitur 2 ad Corinth. vlt. Etſi crucifixus ex infirmitate, ſed viuit ex virtute Dei:* & ipſe Chriſtus reſurrectionem ſuam, tamquam efficaciſſimum argumentum ad ſuadendam diuinitatem ſuam, Iudæis prædixit (Ioan. 2. *Soluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud*), vt diximus quęſt pręcedenti: ſed ex eo, quòd Chriſtus Deus per hoc innoteſcebat, innoteſcebat & Virgo Mater Dei; ergo, &c. — D. Thom. — Ioan.

C Collige, ex præallatis rationibus optimam inſurgere congruentiam, ob quam Chriſtus rediuiuus primò omnium Matri ſuæ debuerit apparere. Lectoris verò iudicio relinquo, quantum, ac quale gaudium ex eo perceperit Deipara, quòd reſpectu etiam ſui ipſius filium ſuum Chriſtum in vitam viderit reuocatum, & gloria reſurrectionis coronatum.

QVAESTIO VII.

Vtrùm Deipara ſuis precibus impetrauerit celeritatem reſurrectionis Chriſti.

SVPPONENDVM ex D.Thoma 3. par. quęſt.53. art.4. Chriſtum propria virtute reſurrexiſſe, iuxta illud Ioan. 10. *Nemo tollit animam meam a me; ſed ego pono eam, & iterum ſumo eam.* Hoc autem non ita intelligitur, vt anima, & corpus Chriſti fuerint reunita virtute naturę creatæ, — D.Thom. — Ioan.

A ereatæ, hoc enim fieri non poterat; ſed vt virtute diuinitatis vnitæ corpori, & animæ Chriſti, & corpus reaſſumpſerit animam, quam depoſuerat; & anima corpus. Sicut igitur propria virtute in hoc ſenſu Chriſtus reſurrexit; ita & in eius poteſtate erat citiùs, vel tardiùs reſurgere. Hoc ſuppoſito,

Concluſio affirmatiua.

Dico, Deiparam ſuis precibus obtinuiſſe, vt Chriſtus celeriter à mortuis reſurgeret, ea tamē celeritate, quę iā à Deo præfinita fuerat. Probatur: non poterat Deipara non ſummoperè exoptare celerem Filij ſui reſurrectionem, vtpotè ad diuinæ gloriæ manifeſtationem, & hominum ſalutem plurimùm conferentem; ergo & feruidiſſimis precibus id illam B poſtulaſſe pro certo habendum: ea enim, quæ ardenter deſiderantur, expoſtulari ſolent ab eo, qui & poteſt, & veriſimile eſt, quòd velit illa concedere: ſed ea, quæ Deipara à Filio ſuo poſtulabat, impetrabat ſemper; ergo, &c. Confirmatur, quia, ſi ſuis precibus Virgo obtinuit, vt Filius Dei acceleraret humanam naturam aſſumere; multò meliùs obtinuiſſe fatendum eſt, vt idem Filius Dei celeriùs à mortuis reſurgeret; erat enim B. Virgo ſanctior, & conſequenter ad id impetrandum potentior, eo tempore, quo Chriſtus ſepultus iacebat, quàm quo Verbum carnem aſſumpſit. Quàm verò inſtanter Deipara rogaret Filium ſuum, vt in vitam C rediret, indicatur ex illo Cantic. 2. *Oſtende mihi faciem tuam; ſonet vox tua in auribus meis*; vt exponit Ludouic. de Ponte lib. 5. in Cant. exhorr. 30. §. 2. cuius verba excipe. *Hic ſine dubio erat clamor ſupremæ ſponſæ, nempe Deiparæ, in triduo poſt Chriſti mortem: commorabatur enim eo triduo in cauerna ſepulchri, & in foraminibus petræ, quia ſepulchrum in petra exciſum erat, vbi Filij eius iacebat corpus mortuum, quinque vulneribus perforatum; in quibus gemens vt columba iugiter reſidebat contemplans illius horridam, & fœdam imaginem mortis, deſideransque, vt illam deponeret, & propriam, viuam, ſpecioſam, ac glorioſam faciem aſſumeret; ideoq; ad ipſum dicebat: Oſtende mihi faciem tuam; ſo*D*net vox tua in auribus meis: exurge iam gloria, exurge pſalterium, & cithara: exurge, ò Fili, qui es gloria, decor, & pulchritudo mea, & totius mundi ſplendor, gaudium, & lætitia. Sonet, ò pſalterium, & cithara, vox tua, & ſonus tuus in auribus meis, quia dulcis eſt, & iucundus, gaudiumq; annunciauit vniuerſo mundo. Audiuit Filius precationem Matris, & ſubitò die tertio apparuit illi.* Faciunt & pro noſtra concluſione verba illa Cantic. 2. *Reuertere, ſimilis* A *eſto, Dilecte mi, capreæ, hinnuloq; ceruorum ſuper montes Bethel*: quaſi diceret Deipara. Eia, Dilecte mi, qui à mundo viſibili per mortem receſſiſti, reuertere citiſsimè ad vitam ſimilis capreæ, hinnuloq; ceruorum, qui, quamuis ad ima montis deſcendant, ad ſummitatem tamen illius celerrimè recurrunt: redi ad montem Caluariæ, in cuius ſinu tumulatum requieſcit corpus tuum: regredere ad diſcipulos inter ſe nutante fide diuiſos vniendos, ac confirmandos. Fauet huic expoſitioni quòd, *montes Bethel*, idem ſonat, ac montes diuiſionis: vnde per hos montes tum intelligi poteſt mons Caluariæ, locus ſepulchri Chriſti, qui, teſte B Aranda in libro hiſpano de terra ſancta cap. 16. tunc, quando, pendente in cruce Chriſto, *terra mota eſt, & petræ ſciſſæ ſunt*, magna inter crucem Chriſti, & peruerſi latronis aperta voragine, diſſectus eſt: cùm etiam intelligi poſſunt per ipſos *montes Bethel* Apoſtoli, qui, licèt ob eminentiam ſanctitatis, & diuinæ doctrinæ, ad quam electi fuerant, montes iure appellari poſſent, iuxta illud Pſalm. *Rigans montes de ſuperioribus ſuis*, &c. tamen inter ſe ob titubationem in fide eodem paſſionis Chriſti tempore diuidi viſi fuerunt. Nobiſcum in hanc explicationem conſpirat Ludouic. de Ponte paulò ante cit. lib. 5. in Cant. exhortat. 39. §. 1.

Cantic. — Ludou. de Ponte. — Aranda. — Pſal. 103. — Ludouic. de Ponte.

C

QVAESTIO VIII.

Vtrùm, Chriſto reſurgente, phyſica relatio maternitatis in Deipara rurſus viguerit.

CAPITE præced. quæſt. 28. diximus, per mortem Chriſti Deiparam deſijſſe D terminare relationem filiationis, quæ erat eiuſdem Chriſti ad ipſam; & conſequenter patet, in ipſa ceſſaſſe phyſicam relationem maternitatis ad Chriſtum. Dico phyſicam, nam dignitas Matris Dei in Virgine moraliter conſiderata ſemper perſeuerauit, vt cum Suar. vidimus quęſt. 29. præcedentis capitis. Nūc in quæſtionem vocatur, an eadem phyſica relatio maternitatis rurſus vigere cœperit in Deipara ob Chriſti reſurrectionem; & an in Chriſto etiam rediuiuo reuixerit relatio filiationis, quam Deipara terminarit.

No-

Notandum, multa requiri ad relationem phyſicam prædicamentalem, nempe ſubiectum, fundamentum, terminum, & rationem fundandi. Subiectum dicitur id, in quo eſt relatio: fundamentum ex Fonſeca 5. metaph. c. 15. quæſt. 1. eſt id, quod ſubiecto eſt cauſa, vt referatur, licèt etiã fundamentum ſoleat vocari ſubiectum relationis immediatum: terminus eſt illud, ad quod relatiuum directè, ac primariò refertur: ratio verò fundandi, quæ & ſæpe fundamentum proximum vocari ſolet, eſt conditio quædam, ſine qua relatio non conſurgit. Patent hæc omnia in relatione maternitatis: nam eius ſubiectum eſt mulier, quæ gignit, in qua recipitur illa generatio: fundamentum eſt potentia generatiua: terminus eſt filius, ſiue ſecundùm rationem abſolutam, ſiue ſecundùm correlationem, de quo non diſputo: ratio verò fundandi eſt ipſa generatio: quibus omnibus poſitis, conſurgit maternitas. Hoc notato, pro parte negatiua poſſet aliquis ſic argumentari. Chriſtus rediuiuus exiſtit abſque vlla ratione fundandi relationem maternitatis in Deipara: ergo nec in ea cõſurgit relatio maternitatis. Antecedens patet, quia generatio eſt ratio fundandi relationem maternitatis: ſed hæc non interuenit, dum Chriſtus rediuiuus exiſtit; ergo, &c. His non obſtantibus,

Fonſeca.

Concluſio affirmatiua.

Suar.

Dico, vt probabiliſſimum ſuſtineri poſſe, quòd relatio maternitatis in Deipara, Chriſto reſurgente, rurſus vigere cœperit. Fauet huic concluſioni Suar. tom. 2. in 3. par. diſput. 12. ſect. 3. Probatur: Chriſtus rediuiuus eſt ille homo, quem Deipara genuit; ergo eſt eius filius; ergo in Deipara eſt relatio maternitatis ad talẽ Filium. Confirmatur, quia ſaluatur relatio filiationis in inclinatione effectus ad ſuam cauſam, & relatio maternitatis in inclinatione cauſę ad ſuum effectum, tamquam ad actuale bonum, vt colligitur ex iis, quæ ſuppoſuimus quæſt. 27. & 28. cap. præced. ſed hæ inclinationes, Chriſto rediuiuo exiſtente, aderant & in Filio, & in Matre; nam Chriſtus rediuiuus adhuc erat effectus productus ab hac muliere, & hæc mulier erat adhuc vera cauſa productiua talis hominis, quia per reſurrectionem verè redierat ille homo, qui fuit genitus à Virgine Maria. Quare, licèt Chriſtus rediuiuus ſecundùm vnam rationem non habeat eſſe hominis ex vi maternæ generationis, quatenus per actionem miraculoſam fuit eius corpus reunitum ipſius animæ; tamen ſecundùm aliam conſiderationem Chriſtus rediuiuus habet eſſe hominis ex vi maternæ generationis; cùm idem numero Chriſtus, qui fuit genitus à Virgine, reſurrexerit: & hoc nobis ſufficit. Affert Suar. cit. pro re noſtra hunc diſcurſum. *Si Chriſtus*, inquit, *& B. Virgo nunquam mortui fuiſſent, ſed tranſlati ad gloriam, non eſſet dubium, quin in eis perſeuerarent dictæ relationes, ſolùm quia ſemel Virgo genuit Chriſtum: ſed hoc æquè verum eſt, etiamſi extrema, inter quæ verſantur illæ relationes, interdum defuerint, & poſtea redierint; ſicut duæ albedines, quæ nunc ſunt ſimiles, retinent eamdem numero relationem ſimilitudinis, ſiue perpetuò durent, ſiue aliquando corrumpantur, & iterum producantur. Vnde non eſt, cur dicamus, de ratione filiationis eſſe, vt ſubiectum eius proxima ſeu vltima productione habuerit eſſe per generationem ex matre, ſed ſatis eſt, quòd aliquando traxerit originem ex matre: & ita, ſicut res facta, ſeu præterita non poteſt iam non fuiſſe facta, ſeu præteriiſſe; ita non eſt inconueniens, vt relatio filiationis ſemel habita amitti non poſſit, exiſtentibus eius ſubiecto, & termino: quod tandem ex modo loquendi confirmatur, quia ita nunc abſolutè loquimur de Chriſto, & Virgine, matrem, & filium ipſos appellando, prout nunc ſunt in ſtatu gloriæ*, &c. Hæc Suar. ex quibus etiam patet reſponſio ad rationem pro parte negatiua ſuperiùs adductam.

QVAESTIO IX.

An B. Virgo viderit Chriſtum aſcendentem in cælum.

PRO parte negatiua videtur eſſe primò quòd Ioãnes narrat, Virginem ſtetiſſe iuxta crucem Ieſu; ſed nec is, nec alius ex Euãgeliſtis recenſet, quòd illa interfuerit, quando Chriſtus ad cælos aſcendit: nec in Act. Apoſtol. vbi Chriſti aſcenſio enarratur, quicquam de Virgine dicitur. Secundò, ſi B. Virgo interfuiſſet, Angeli, qui cum Apoſtolis locuti ſunt, eam etiam, vt potè ipſorum Reginam, fuiſſent alloquuti.

Concluſio affirmatiua.

Dico, piè, & magna cum probabilitate credi poſſe, quòd Deipara Chriſtum ad cælos aſcendentem præſens viderit. Probari poteſt primò auctoritate nonnullorum Patrum, inter quos, teſte Carthag. tomo 2. lib. 5. homil. 8. eſt S. Odilius Cluniacenſis. Diuus etiam Bernardus ab eodem Carthag. relatus eodem tomo, & libro

Carthag.

S. Odilius Cluniac.

D. Bernard.

bro hom.9. ait: *Toties denique Maria Filium audiuit non modò turbis loquentem in parabolis, ſed & diſcipulis ſeorſum regni Dei myſteria reuelantem; vidit miracula facientem, vidit deinde in cruce pendentem, vidit ſpirantem, vidit reſurgentem, vidit & aſcendentem.* Teſtatur hoc idem luculenter D. Anſelmus de excellētia Virg. cap. 6. *Eia*, aiens, *ſi gaudium habuit, eodem ſuo Filio ſecum in carne degente; ſi gaudium habuit, eodē Filio ſuo, calcata morte, ab inferis reſurgente; non minori gaudio exultauit, ipſo ſuo Filio in ea carne, quam de ſe aſſumptam nouerat, coram oculis ſuis cælos penetrante. Quis hoc dixerit, imò quis gaudium eius omnibus, quæ illud præceſſerunt, gaudijs eius omnibus non crediderit eminere? Bonæ matres ſolent magnificè in hoc mundo exhilarari, cùm vident filios ſuos terrenis honoribus ſublimari; & iſta Mater procul dubio bona non ineffabili gaudio lætaretur, quando Filium ſuum vnigenitum omnes cælos dominandi iure penetrare, ac in Dei omnipotentis vidit conſeſſum aſcendendo pertingere.* Sequuntur Recentiores, è quibus placet vnum Ludouici à Ponte teſtimonium, vt pote viri non minùs doctrina, quàm pietate celebris, recenſere: ait igitur meditationum par. 4. meditat. 18. de Aſcenſione Domini puncto 1. *Exiſtentibus omnibus diſcipulis, & ſacratiſſima Virgine in monte oliuarum, apparuit illi Chriſtus Dominus noſter vultu ſplendidiore, & beneuolentiore, quàm alias*: & paulò poſt: *Acceſſerit procul dubio omnium prima ſacratiſſima eius Mater, quæ nomine, & titulo matris oſculata eſt vulnus lateris*, &c. Secundò nec deſunt rationes, quibus huius rei probabilitas palam fit. Etenim conueniebat ſanè, vt B. Virgo, vt potè Magiſtra fidei, perfectiſſimo modo de Chriſti myſterijs inſtrueretur: ergo debuit proprijs oculis Chriſtum ad cælum aſcendentem intueri, vt tamquam teſtis ocularia de hoc ipſo myſterio fideles poſſet certiores facere. Præterea par erat, vt non priuaret Chriſtus dilectiſſimam Matrem ea lætitia, quam ipſa percepit videndo Filium, quem genuerat, ad cęlum triumphali pompa aſcendentem. Et quidem quòd viſio Chriſti abeuntis in cælū maximè lætificaret Deiparam, patet tum ex eo, quòd gloriā ipſius ſummoperè adamabat; cùm etiam quia æternæ gloriæ, quàm certò ſe aſſequuturam ex diuina reuelatione præuouerat, tali oblata occaſione recordata iucundiſſimè recreabatur: de qua re audiendus Anſelmus lib. de excell. Virg. cap. 7. *Quapropter*, ait, *adhuc in ſpeculatione gaudij eius verba vertamus, & mentes noſtras ipſius dulcedine aliquantiſper enutriamus. Perpendamus itaque, cum tanti gaudij magnitudo impleuerit intima piiſſimæ Dominæ huius, ex his, quæ iam paululùm intuendo, prout potuimus, prælibauimus, vtrùm ei ſuper illa adhuc adijcere aliquid gaudij potuerit id, quod, reuelante Spiritu ſancto, remota omni ambiguitate, ſciebat, ſe, decurſo labentis vitæ ſpatio, in beatitudinem regni cæleſtis aſcenſuram, & Filium ſuum, omnipotenti Deo Patri in ſua deitate coæqualem, ſicut eſt, in indeficienti contemplatione viſuram; ſeq; poſt eum omni creaturæ cæleſtium, terreſtrium, & infernorum, perenni iure dominaturam.* Demùm eædem ferè rationes, quibus ſupra quæſt. 1. probauimus, Chriſtum rediuiuum apparuiſſe primò omniū Matri, ad præpoſitæ hic concluſionis cōfirmationem reuocari poſſunt, vt prudentia lectoris animaduertet.

D. Anſelm.

Ludou. de Ponte.

D. Anſelm.

Ad primam rationem pro aduerſa opinione adductam reſpondeo, nec in Euangelio, nec in Actis Apoſtolorum expreſſam mentionem factam eſſe de omnibus, quæ ad Virginem pertinebant, vt etiam diximus quæſt. 1. huius capitis. Neque eſt contra nos, quòd Ioānes recenſuerit Virginem ſtantem iuxta crucem; imò retorqueo, & dico, idcircò de Virgine aſcēſioni Chriſti præſente expreſsè non fuiſſe ſcriptum, quia ſuperfluum quodammodo videri poterat illam triumpho Chriſti recenſere præſentem, quæ eiuſdem conſtantiſſimè aſtiterat martyrio, quaſi non omnibus conſtaret, quòd Deus ſuarum participes tribulationum, participes ſuæ vult & gloriæ.

Satisfit rationibus pro aduerſa parte adductis.

Ad ſecundam dico, quòd varias ob rationes Angeli alloquuti ſunt Apoſtolos: primò quia Apoſtoli oculis corporeis videre non poterant Chriſtum cælos penetrantem; ac, ne aliqua in illis dubitatio de hoc remanſiſſet, angelicis verbis confirmari debuerunt: ſecundò ita expedijt, vt iidem inſtruerentur ad Chriſtum in cælū aſcendentem fide potiùs, quàm viſu corporeo ſequendum: tertiò vt per hoc ſignificarent Angeli, Chriſtum ad immutabilē ſtatū, & æternitatis conſortium aſcēdiſſe: quod innuitur illis verbis: *Sic veniet, quēadmodum vidiſtis eum euntem*, ideſt in eadē gloria, & maieſtate, & cum eadem anima, & corpore, quæ omnia nullo tēporis decurſu imminui, aut labefactari poterunt. Verùm hę rationes in Virgine locum non habebāt: neque enim erat illa ab Angelis in fide confirmanda, vt potè quæ fide prędita eſſet eminentiſſima, & incōcuſſa: nec ab eiſdē de immutabili Chriſti ſtatu erat inſtituenda, quæ hoc perfectiſſimè, & multa alia meliùs, quàm ipſi Angeli, nouerat.

Act. 1.

QVAE.

QVAESTIO X.

Cur B. Virgo vnà cum Chriſto non fuerit in cælum aſſumpta, ſed diu in terris ſuperſtes relicta.

Aſſeruntur rationes.

DICO, plures rationes aſſignari poſſe, ob quas decuit B. Virginem poſt Chriſti aſcenſionem in terris remanere ſuperſtitem. Prima ſit, quam affert D. Anſelm. de excell. Virg. cap. 7. vbi, poſtquam ſimilem huic quæſtionem excitauit dicens: *Sed, ô bone Ieſu, iſtius tuæ dulciſſimæ Matris filius, quomodo potuiſti pati, vt, te in regnum tuæ gloriæ remeante, illam quaſi orbatam in miſerijs huius mundi relinqueres, & non eam ſtatim tecum regnaturam aſſumeres?* Reſpondet: *Fortaſſis, Domine, ne tua cæleſtis curia veniret in dubium, cui potiùs occurreret, tibi, videlicet, Domino ſuo, regnum ſuum in aſſumpta carne petenti, an ipſi Dominæ ſuæ, ipſum regnum iam ſuum materno iure effectum aſcendenti. Nam vt in partes ſuo occurſu diuideretur, quatenus pars tibi, & pars illi in primo aduentu obſequeretur, non deceret, exiſtima, præſertim cum tota ſit tua, totaq. per te eadem cæleſtis curia ſua. Prudentiori ergo, & digniori conſilio vſus, præcedere illam volebas, quatenus ei locum immortalitatis in regno tuo præparares, ac ſic comitatus tota curia tua feſtiuus ei occurreres, eamq. ſublimius, ſicut decebat tuam Matrem, ad te ipſum exaltares.* Suffragatur Anſelmo Petrus Damianus ſerm. de Aſſumpt. Virg. his verbis: *Attolle iam oculos ad Aſſumptionem Virginis, & ſalua Filij maieſtate, inuenies occurſum huius pompæ non mediocriter digniorem, quam ſit in Chriſti Aſcenſione: ſoli quippe Angeli Redemptori occurrere potuerunt; Matri verò cælorum palatia penetranti Filius ipſe cum tota curia, tam Angelorum, quam iuſtorum, ſolemniter occurrens, euexit ad beatæ conſiſtorium ſeſſionis.* Item Guaric. Abb. ſerm. de Aſſumpt. vbi ſic Chriſtum loquentem introducit: *Ego ſum, qui patrem, & matrem honorandas commendaui: ego, vt facerem quod docui, & exemplo eſſem alijs, vt patrem honorarem, in terram deſcendi; nihilominus, vt matrem honorarem, in cælum reaſcendi.* Secunda ratio, ob quam debuit Deipara poſt Chriſti aſcenſum in hac mortali vita perſeuerare,

D. Anſelm.

Pet. Damian.

Guar. Abb.

A fuit, vt Apoſtolos, & fideles inſtrueret doctrina, & virtutum exemplo. Ita reuelatum habetur ab ipſa Virgine, vt videre eſt in lib. 5. Reuelationum S. Brigittæ cap. 61. & ſerm. angel. cap. 19. hæc habentur: *Aſcendente Filio ad ſuum regnum, Virgo Maria in hoc mundo ad bonorum conſolationem, & errantium correctionem permanere permiſſa eſt. Erat enim Magiſtra Apoſtolorũ, Confortatrix Martyrum, Doctrix Confeſſorum, clariſſimum Speculum Virginum, Conſolatrix in coniugio viuentium, ſaluberrima monitrix, atque omnium in fide catholica perfectiſſima roboratrix. Apoſtolis namque ad ſe venientibus omnia, quæ de Filio ſuo perfectè non* B *nouerant, reuelabat, & rationabiliter declarabat: Martyres quoque ad tribulationes pro Chriſti nomine ſufferendas animabat*, &c. Hoc idem tradunt Patres. S. Antoninus 4. par. tit. 15. cap. 42. ſerm. 1. de Aſſumpt. Mariæ: *Voluit*, inquit, *Filius, vt poſt aſcenſionem remaneret ad tempus in mundo Doctrix, & Illuminatrix Apoſtolorum; vnde quandoque ipſa determinabat quæſtiones de factis Dei, & morum, ſi quæ oriebantur in Eccleſia primitiua.* Sophronius ſerm. de Aſſumpt. Deip. *Eximius ille Apoſtolorum chorus poſt Domini aſcenſionem non deſeruit eam, inter quos ipſa poſt reſurrectionem intrans, & exiens, familiarius contulit de Incarnatione, tantò* C *ſiquidem veriùs, quantò ab initio pleniùs per Spiritum ſanctum cuncta didicerat.* D. Anſelm. loco cit. Virginem alloquens ait: *Erat vtilis, & neceſſaria fidei noſtræ conuerſatio tua poſt aſcenſionem Chriſti Domini inter Apoſtolos eius.* Pro hac eadem re vide Hildephonſ. ſerm. 6. de Aſſumpt. Metaphraſt. orat. de vita, & dormit. Deip. Auctorem ſupplementi Gabrielis in 4. diſt. 49. quæſt. 4. art. 3. dub. 2. Tertia ratio ex præcedenti infertur, & hæc eſt: voluit Chriſtus, Deiparam poſt aſcenſum ſuum in terris eſſe ſuperſtitem, vt mundo innoteſceret quàm eminens eſſet in Deipara charitas, illa, inquam, charitas, quæ *non quærit, quæ ſua ſunt*; D dum illa ſponte patiebatur cæleſti priuari gloria, vt in tenera adhuc Eccleſia ſaluti fidelium verbis, & exemplo conſuleret. Egregiè hoc adnotat Guilhel. explicans illa verba Cantic. 1. *Trahe me poſt te. Non dixit*, inquit, *Virgo, trahe me tecum, ſed poſt te, quò charitatem ſuam erga genus humanum clariſſimè manifeſtat. Non petit cum Filio cælum aſcendere, quia, licèt multo tædio in terris ſe afficiendam ſciret abſente Filio; ſua tamen Eccleſiæ commodis poſtponebat, & nolebat adhuc rudi deeſſe ſermonibus ſuis de myſterio*

Reuel. S. Brigittæ.

B. Virginis nobiles Antonomaſiæ.

S. Antonin.

Sophronius.

D. Anſelm.

S. Hildephõſ. Metaphraſt. Author ſupplem. Gab.

Guilhelm.

Incarnationis plenius informanda, & exẽplis ad ſpiritualem profectum excitanda. Tres alias huius rei rationes adducit B. Laurent. Iuſtin. ſerm. de Aſſumpt. vbi in perſona Chriſti Deiparã ſic affatur: *Satis vota tua diſtuli, ſatis te a regno meo abeſſe permiſi, non vt te negligerem, nec vt deſideria tua contemnerem, ſed vt cumularem merita, affectum accenderem, potenſq; exemplum patientiæ alijs monſtrarem.* Circa quod perpendendum primò ly *vt merita cumularem.* Si enim qui bona temporalia propter nomen Domini relinquit, meretur centuplum, & gloriam cæleſtem, iuxta illud Matth. 19. *Et omnis qui reliquerit domum, vel fratres, aut ſorores, aut patrem, aut matrem, aut vxorẽ, aut filios, aut agros, propter nomen meum, centuplum accipiet, & vitam æternam poſſidebit:* quiſnam intellectus humanus, vel etiam angelicus comprehendere poterit magnitudinem, ac multitudinem meritorũ, quæ Deipara cumulauit poſt Chriſti aſcenſum ad cęlos, dũ tot annorum ſpatio voluit, vt animarũ ſaluti cooperaretur, carere cæleſti gloria, eaq; adeo ingenti, vt dignæ Dei Matri congrueret? Secundò ponderandum illud, *affectum accenderem*, quo innuitur admirabile ingenium amoris, quo Chriſtus in Matrem ferebatur; dum ipſe Chriſtus in cælis exiſtens ſua à terris abſentia, veluti nouo quodam flabello, ardentem in ſe Matris amorem magis ac magis accendebat; cùm veriſſimum illud ſit, quòd perfectus amor ex abſentia obiecti amati augetur, vt probauimus ſupra cap. de Virgine exquirente, & inueniente Chriſtum in Templo. Tertiò ad trutinam conſiderationis reuocandum vltimum illud, *potenſq; exemplum patientiæ alijs monſtrarem.* Aptius futurum fuiſſe videtur in exẽplum patientiæ Deiparam proponere ſtantem iuxta crucem Ieſu, nullum maledictũ in Filij perſequutores, & carnifices iactantem, nil conquerentem, licèt verſaretur illi ob oculos proprius Filius verberibus afflictus, ſpinis cruentatus, ſputis deturpatus, cruci affixus, felleque, & aceto potatus. Sanè fuit, eritq; ſemper hæc Deiparę admirabilis ſæculis omnibus patientia. Verùm, ſi quis ſatis perpendere valeat quantum ſpes, quæ differtur, affligat animum, quantum excruciet amati abſentia, quàm ardens fuerit Deiparæ amor in Filium, quàm vehemens deſideriũ illum in cæleſti gloria videndi; is etiam noſcere poterit quantæ illi moleſtiæ eſſent hæ induciæ: ſed planè inacceſſum hoc arbitror humano ingenio. Si enim amantem illam ob ſponſi, quem carnaliter tãtùm amabat, abſentiam, ſic querentem

B. Laurent. Iuſtin.

Matth.

A introducit ille Poeta noſtri temporis celebris:

Si credis amanti,
Quolibet in ſpatio ſæcula mille traho;

quis ſe aſſequuturum putet quàm moleſta, & diuturna Virgini videretur illius abſentia, quem & naturali, & ſupernaturali amore ſummoperè diligebat?

Franciſcus Raimondus in Eleg.

Collige primò amoris Chriſti in Virginem vehementiam. Si enim, vt ait Guaric. Abb. ſerm. 2. de Aſſumpt. Chriſtus ex eo, quòd Mater ſecum non glorificaretur in cælo, gloria aliqua accidentali viduabatur; & tamen, ne illam, vt ſupra vidimus ex B. Laurentio, altiori meritorum cumulo priuaret, ſic pati voluit abſentem;
B ſanè nonniſi amori hoc tribuendum eſt vehementiſſimo. Verba Guarici audi Chriſtum ſic cum Virgine Matre loquentem introducentis. *Veni igitur, electa mea, & ponam in te thronum meum, non imprimam labia labijs, ſed ſpiritum ſpiritui, oſculo perpetuo, & indiſſolubili, qui concupiui ſpeciem tuam etiam deſiderantius, quam tu meam; nec ſatis glorificatus videbor mihi, donec tu glorificeris.*

Quàm ardẽs amor Chriſti in Virginẽ. Guaric. Abb.

Collige ſecundò, ſi tam ardens fuit B. Virginis charitas, vt, ne aliquod in tenella adhuc fidelium Eccleſia perfectionis deliquium pateretur, pati maluerit tam longam Filij ſui, quem ſupra ſe ipſam tenerrimè diligebat, abſentiam, gloriæque adeo eminentis priuationem; C collige, inquam, qualem ex hoc arrham habeamus, quòd eadem Virgo modò in cęlis glorioſa pro noſtræ ſalutis tutela omnem lapidem ſit motura.

Quã ſtudioſa noſtræ ſalutis B. V.

QVAESTIO XI.

Vtrùm B. Virgo profuerit Diſcipulis, & Apoſtolis ad recipiendum Spiritum ſanctum.

D DICO, Beatæ Virginis orationem, hortatum, & exemplum plurimùm cõtuliſſe Apoſtolis ad Spiritum ſanctum in Pentecoſte recipiendum. Colligitur ex illo Actuum 1. *Et, cùm introiſſent in cœnaculum, aſcenderunt vbi manebant Petrus, & Ioannes, Iacobus, & Andreas, Philippus, & Thomas, Bartholomæus, & Matthæus, Iacobus Alphæi, & Simon Zelotes, & Iudas Iacobi: hi omnes erant perſeuerantes vnanimiter in oratione cum mulieribus, & Matre Ieſu, & fratribus eius.*

Affirmatur.

Act.

Et

A Et quidem quòd B. Virginis preces gratiam Diſcipulis,& Apoſtolis obtinuerint, per quam ad dignè recipiẽdum Spiritum ſanctum ſe diſponerent, nemini dubium eſſe debet: hoc etenim poſtulabat ardentiſſima Virginis ipſius in illos charitas, exigebat hoc Eccleſię neceſſitas, hoc requirebat honor Spiritui ſancto debitus: quibus etiam rationibus ſuadetur, quòd eadẽ Virgo ipſos Diſcipulos, & Apoſtolos hortata ſit ad petendum Spiritus ſancti aduentum feruida, & perſeueranti oratione, illis in memoriam reuocans, diuinas promiſſiones media oratione impleri ſolitas, & Spiritum bonum dari de cælo illum petentibus,mirumq; in modum vnanimem precantium concordiam B conferre, vt poſtulata quæcunque à Deo obtineantur. Veriſimile quoque videtur, quòd Virgo admirabiles Spiritus ſancti virtutes (vt potè quas optimè non ſolùm ſpeculatiua, ſed & experimentali ſcientia nouerat) recenſuerit, vt ad eiuſdem Spiritus ſancti aduentum ardentiùs deſiderandum, & feruidioribus poſcendum ſuſpirijs Apoſtolos excitaret. Quantum verò huiuſmodi narratio potuerit illos ad hoc extimulare, ex eo facilè intelligi poteſt,quòd Cãtic.5. cæleſtis Sponſa ſtatim, atque pulchritudinem Dilecti ſui deſcripſit, illius quærendi deſiderium audientiũ animis iniecit;vnde ſtatim dixerunt: *Quò abijt Dilectus tuus, ò pulcherrima mulierum? Quò declinauit Dilectus tuus, & quæremus eum tecum?* Demùm B. Virginem C virtutum, quæ ſummoperè in ipſa elucebant, efficaci exemplo Diſcipulos, & Apoſtolos ad varios virtutum actus eliciendos, maximè prouocaſſe, atque hoc etiam modo ad Spiritum ſanctum dignè recipiendum iuuiſſe, non eſt quòd in diſcrimen adducatur.

Cantic.

Collige primò quàm eminenter à Virgine adiuti fuerint Apoſtoli, cùm non ſolùm in eos deſcenderit Spiritus ſanctus, ſed omnes prorſus repleuerit: *Et repleti ſunt omnes Spiritu ſancto*, ait ſacer textus.

B. V. Magiſtra Apoſtolorum. Idiota, S. Antonin. S.Brigitta.

Collige ſecundò quàm benè B. Virgo à Patribus appelletur *Magiſtra Apoſtolorum.* Ita enim illam vocat Idiota lib. contemplat.de B.Maria cap.2. & D. Antoninus 4. par. ſummæ tit.15. quod etiam confirmat S.Brigitta de Virgin.excell.orat.1.

Spiritum ſanctum ſibi illabi cupientibus confugiendum ad Virginem.

Collige tertiò, ijs, qui Spiritum ſanctũ vnà cum ſuis donis ſibi illabi cupiunt, ad Virginem eſſe confugiendum, cùm Spiritus ſanctus eos, pro quibus Virgo rogat, non dedignetur.

QVAESTIO XII.

Quibus de cauſis debuit B.Virgo vnà cum Apoſtolis,& Diſcipulis orare, vt mitteretur Spiritus ſanctus, eiuſq. aduentui intereſſe.

SVPPONO primò, B. Virginẽ feruidiſſimis precibus Spiritus ſancti aduẽtum expoſtulaſſe: quod colligi poteſt ex 1. & 2. cap. Actuum Apoſtolorũ. Act.

Suppono ſecundò, B. Virginem ſimul cum Apoſtolis,& Diſcipulis fuiſſe in eodẽ cœnaculo, in quo Spiritus ſanctus apparuit. Conſtat item ex 1.& 2.cap. Act. Apoſtolorum. Nã in 1.cap.narrat Lucas, Apoſtolos,& Diſcipulos in ipſo cœnaculo *cum Matre Ieſu vnanimiter* fuiſſe *perſeuerantes in oratione*: & cap.2.ſubdit: *Et,cùm complerentur dies Pentecoſtes, erant omnes pariter in eodem loco*, ſcilicet in cœnaculo: omnes ij,quos retulit cap. antecęd.

Concluſio.

Dico,duplici potiſſimùm ex capite maximè decuiſſe Deiparam preces fundere cum Apoſtolis, & Diſcipulis pro aduentu Spiritus ſancti, & adeſſe,cùm ille aduenit. Primum ſic vt opus cooperandi humanæ redemptioni in Deipara ex omni parte ſe proderet abſolutum. Etenim,ſicut à conſenſu ipſius Virginis Verbum in aſſumenda carne pro humana ſalute voluit pendere; ipſaq; etiã præſente Chriſtus paſſus eſt mortem crucis, vt ſic pro noſtris culpis ſatisfaciens humanam compleret redemptionem eadem adſtante, & conſentiente: ita rationi conſentaneum erat,vt, Virgine etiam præſente,& orante, adueniret Spiritus ſanctus,cuius aduẽtus erat, vt vltimam manum imponeret, ac omninò perficeret mundi redemptionem,quatenus ipſe Spiritus ſãctus promouit opus, quod Chriſtus inceperat,exhibens munus protectoris, conſolatoris, & magiſtri, vt D conſtat ex Ioan. 14. *Ego rogo Patrem, & alium Paracitum dabit vobis, vt maneat vobiſcum in æternum:* & paulò poſt: *Paraclitus autem Spiritus ſanctus, quem mittet Pater in nomine meo,ille vos docebit omnia, & ſuggeret vobis omnia quæcunque dixero vobis:* & ex Apoſtolo ad Romanos 8. *Poſtulans pro nobis gemitibus inenarrabilibus*; quia nimirùm eſt aduocatus, & interceſſor in noſtris neceſſitatibus; noſq; impellit, & promouet ad orandum, & petendum magno cum feruore quod nobis expedit. Secundò Spiritus ſanctus,

Ioann.

ad Rom.

qui per excellentiam appellatur *Donum Dei altiſſimi*, eſt enim omnium donorum maximum, & eorum fons, & origo, datus eſt mundo, Deipara poſtulante, & adſtante, vt intelligeretur, gratiam, charitatem, cæteraſq; virtutes ſupernaturales, & ſeptem dona ipſius Spiritus ſancti, ipſumq; Spiritum, principium, & cauſam reliquorum, non niſi eadem Virgine, quæ modò in cælis regnat, intercedente, nobis concedendum. Fauent nobis Germanus Cõſtantinopolitanus encomio in adorationem venerandæ zonæ Deiparæ cap. 11. *Nemo eſt*, aiens, *cui donum concedatur, niſi per te, ô caſtiſſima*: & D. Bernard. ſerm. de Natiuit. B. Virginis: *Si quid ſpei in nobis eſt, ſi quid gratiæ, ſi quid ſalutis, ab ea nouerimus redundare*.

German. Cõſtantinop.

D. Bernard.

QVAESTIO XIII.

Vtrùm B. Virgo, aduueniente Spiritu ſancto, ſeptem illius dona receperit.

D. Thom.

SVPPONO, dona Spiritus ſancti, ex D. Thoma 1. 2. quæſt. 58. art. 3. eſſe habitus, quibus homo perficitur ad promptè obediendum Spiritui ſancto, &, ſicut virtutes humanæ perficiunt hominem ſecundùm quòd homo natus eſt moueri per rationem in his, quæ interiùs, vel exteriùs agit: ita dona Spiritus ſancti diſponunt, & perficiunt hominem, vt diuinitùs moueatur, ſeu vt efficiatur promptè mobilis ab inſpiratione diuina, vt docet idem D. Thomas quæſt. cit. art. 1. Septem autem eſſe huiuſmodi dona, patet ex Iſaiæ 11. donum, ſcilicet, ſapientiæ, intellectus, conſilij, fortitudinis, ſcientiæ, pietatis, & timoris Domini. Porrò munus ſapientiæ eſt ſuggerere nobis rationes, quæ nos ſuauiter alliciant ad bona cæleſtia, & retrahant à terrenis, efficiantque, vt illorum amore accendamur, iſta verò prorſus faſtidiamus. Munus intellectus eſt diuinitùs quibuſdam immiſſis illuſtrationibus mentem humanam ita irradiare, vt, pulſa omni dubietatis in fide, & titubationis caligine, animum reddat alacrem, facilemq; ad credendum, ſperandum, & operandum. Munus conſilij eſt ſuppeditare nobis rationes, quibus in repentinis caſibus non præcipites, ſed honeſtè, ſanctèq; nos gerere poſſimus. Munus fortitudinis eſt cõferre robur, vireſq; ſupernaturales ad quaſcumque temporales moleſtias, terrenarumve rerum iacturam æquo animo tolerandam, vt ſpiritualium bonorum detrimentum euitetur. Munus ſcientiæ eſt quoſdam menti lucis diuinæ radios immittere, quibus ſatanici aſtus, ac verſutiæ, perſonatæq; carnis, ac mundi inſidiantis fallaciæ detegantur. Munus pietatis eſt miſericordem quemdam affectum cordi communicare, quo iis etiam facilè compatiamur, quorum iniurijs ad iram, & vindictam fuimus laceſſiti. Munus timoris Domini eſt diuino lumine veritates quaſdam nobis aperire, quibus, de diuinis iudicijs timore concepto, arrogantia, atque temeritas noſtra reprimatur, atque adeo ſummiſſi, pauidi, ac ſolliciti ſanctificationem noſtram operemur.

Iſai.

Dico primò, ante diem illum Pentecoſtes, quo Spiritus ſanctus de cælo in igne deſcendit, Deiparam ſeptem eiuſdem Spiritus ſancti donis fuiſſe ditatam. Hæc concluſio ex ijs conſtat, quæ diximus cap. de Virgine Annunciationem Angelicam excipiente quæſt. 10. concluſ. 3. vbi aſſeruimus, tunc, quando Angelus dixit Virgini, *Aue gratia plena*, indicaſſe, illam fuiſſe tunc Spiritus ſancti donis repletã. Probari verò adhuc poteſt auctoritate Patrum, qui hæc ipſa dona in Deipara nunquam non fuiſſe teſtantur, vel certè ad nullum determinatum tempus reſtringunt. Idiota de contemplat. Deip. cap. 4. interpretatus de Virgine illud Prouerb. 9. *Sapientia ædificauit ſibi domum, excidit columnas ſeptem*, hæc habet: *Sapientia ædificauit ſibi domum, idest te, Virgo Maria, vt in te habitaret per humanæ naturæ aſſumptionem; & ſtatim te glorioſiſſimam Virginem Mariam ædificauit in domum ſolidam, & fortem, quæ nullo modo vacillare poſſet; ideo excidit columnas ſeptem ad te fortiter, & ſublimiter ſuſtentandam: ſeptem columnæ, quibus firma ſemper ſtetiſti, ſunt ſeptem dona Spiritus ſancti, quæ requieuerunt in te, & nunquam te deſeruerunt, per quæ ſtetiſti firmiter, & perſeueranter in omni virtute*. Andreas Hieroſolymitanus explicans verba illa, *Benedicta tu in mulieribus*: *Benedicta*, inquit, *tu, quam Zacharias, vir diuiniſſimus, aureum candelabrum ſeptem vidit lychnis ornatum, nimirum ſeptem illis Spiritus ſancti donis clarum, & lucidum*. S. Hildephonſus ſerm. 2. de Aſſumpt. Deip. *Spiritus ſanctus*, ait, *eam repleuit, & ornauit immenſis largitatis ſuæ muneribus*. Probatur ſecundò ratione: ſeptem dona Spiritus ſancti ſunt cum gratia, & charitate ita coniuncta, & colligata, vt ab eis ſeparari non poſſint: ergo, cùm

Cõcl. prima. B.V. ſeptem Spir. ſancti donis ditata ante aduētũ eiuſdem Spiritus ſancti ad Apoſtolos.

Idiota.

And. Hieroſ.

S. Hildephõſ.

cùm Deipara ſemper, & gratia, & charitate maxima fuerit plena, conſequenter etiam donis Spiritus ſancti fuit locupletata. Confirmatur, quia, cùm Spiritus ſanctus in ſpiritualis hominis generatione cum tribus theologicis virtutibus, fide, ſpe, & charitate, ſimul infundat iuſtis ſeptem ſua dona, vt potè quæ neceſſaria ſunt ad vtramque iuſtitiæ, & ſanctitatis partem conſeruandam, declinare nimirum à malo, & ſequi bonum, præcipuè in rebus arduis, & difficilibus, quæ in hac mortali vita occurrunt, vt patet ex muneribus ipſorum donorum, quæ ſupra attulimus, & rectè probat D. Thom. quæſt. cit. art. 2. neceſſariò fatendum erit, & B. Virginem, quando fuit ſanctificata, prædictis etiam ſeptem donis fuiſſe ornatã.

Concluſio ſecunda. B. Virg. ſeptẽ dona Spiritus ſancti primo Conceptionis momento collata.

Dico ſecundò, præmiſſa ſeptem Spiritus ſancti dona fuiſſe Virgini communicata primo eius Conceptionis momento. Hæc concluſio eſt veluti corollarium eorum, quæ pro pręcedenti adduximus. Etenim, ſi hæc dona à diuina gratia nunquam poſſunt eſſe diſiuncta, & à primo Conceptionis ſuæ exordio Virgo diuina gratia fuit donata, vt fusè probauimus cap. de Concept. ſequitur, quòd & eodem momento, quo fuit concepta, ſeptem illi Spiritus ſancti dona fuerint collata.

Concl. tert. Septem dona Spiritus ſancti in B. Vir. die Penteco. ſtes mirum in modum aucta. Petrus Lintrenſ.

Dico tertiò, die Pentecoſtes, Spiritu ſancto adueniente, mirum in modum ipſa Spiritus ſancti dona in Deipara fuiſſe aucta. Fauet nobis Petrus Lintrenſis in Act. Apoſtol. exponens verſic. 1. cap. 2. expreſsè enim ibi ait, tunc Deiparam donorum Spiritus ſancti incrementum ſuſcepiſſe. Probatur ratione, quia Spiritus ſanctus eo die maximè ſe communicare exoptabat Deiparæ, vt potè quæ maximè ſe diſpoſuerat ad nouum ipſius illapſum recipiendum; ergo per huiuſmodi donorum ſuorum incrementum ſe illi magnoperè cõmunicaſſe, nemini dubium eſſe poteſt.

QVAESTIO XIV.

Die ne aduentus Spiritus ſancti, an antea, B. Virgini collatæ fuerint omnes gratiæ gratìs datæ.

ad Corinth.

SVPPONO primò, quòd ab Apoſtolo 1. ad Corinth. 12. nouem numerantur virtutes, ſeu gratiæ gratis datæ: *Sermo ſapientiæ, ſermo ſcientiæ, fides, gratia ſanitatum, operatio virtutum, prophetia, diſcretio ſpirituum, genera linguarum, interpretatio ſermonum.* Sermo ſapientiæ, & ſermo ſcientiæ ſunt facultates quædam diuinitùs conceſſæ ad explananda, & confirmanda fidei myſteria; quod, quando fit per rationes ſuperiores, & altiſſimas cauſas, eſt ſermo ſapientiæ; quando verò fit per rationes inferiores, eſt ſermo ſcientiæ. Fides eſt habitus quidam cælitùs inditus, quò redditur homo promptus, & facilis ad proponendas res fidei, & difficultates circa illam occurrentes explanandas. Gratia ſanitatum eſt facultas conferendi ſanitatem infirmis, nullo medicamine naturali applicato, ſed ſola diuina interueniente virtute. Operatio virtutum eſt facultas patrandi miracula. Prophetia eſt notitia diuinitùs conceſſa, per quam futura præuidentur, ac prædicuntur. Diſcretio ſpirituum eſt internum lumen à Deo immiſſum, per quod homo interiores alieni cordis ſenſus, ac cogitationes cognoſcit, & motiones animi, ac ſuggeſtiones tam in ſe, quàm in alijs excitatæ, dignoſcit, à bonone, vel malo ſpiritu manauerint. Genera linguarum eſt facultas à Spiritu ſancto communicata, qua homo diuerſarum nationum calet idiomata. Interpretatio ſermonum eſt, qua per illuſtrationem Spiritus ſancti aperiuntur alicui ſacrarum Scripturarum arcana; quæ quidem gratia ad talem quandoq; communicatur perfectionem, vt is, cui ſic communicatur, oraculum fiat ipſius Spiritus ſancti, & quæ ſcribit, inter canonica ſcripta poſſint connumerari.

Suppono ſecundò, quòd, licèt communiter teneatur, huiuſmodi gratias conſiſtere in vſu, non implicat tamen, quin diuinitùs alicui concedi poſſint per modum habitus facultates quędã pro libito vtendi talibus gratijs.

Suppono tertiò, has gratias B. Virgini fuiſſe perfectiſſimo quodam modo diuinitùs conceſſas. Liquet hoc ex ijs, quæ præmiſimus cap. de Virgine Annunciation. Angel. excipiente quæſt. 10. concluſ. 4. & probari rurſus poteſt ex illo Eccleſiaſtici 24. *In me omnis gratia viæ, & veritatis*; quod B. Virgini tribuitur ab Eccleſia: ſi enim omnis gratia fuit in Virgine; ergo & gratiæ gratis datæ. Suffragantur multi Patres. D. Bernard. ſerm. 4. in *Salue Regina*: *Maria Dei genitrix*, inquit, *quæ ſola totam Spiritus ſancti gratiam poſſediſti, quam alij habuere per partes.* Expreſſiùs Rupertus lib. 7. in Cantica explicans illud *Delitijs affluens*: *Iure*, ait, *miremur quantis, vel qualibus delitijs affluat. Delitijs gratiarum, quæ manifeſtantur*

Eccli.

D. Bernard.

Rupertus.

ſtantur ad vtilitatem, videlicet ſermone ſapientiæ, ſermone ſcientiæ, fide, gratia ſanitatum, operatione virtutum, prophetia, diſcretione ſpirituum, generibus linguarum, interpretatione ſermonum. Baſilius Seleuciæ Archiepiſcopus orat. de Annunciat. quæ habetur tom. 2. Bibliothecæ Patrum optimo argumento probat, in Deipara fuiſſe gratiam miraculorum. *Si Chriſtus,* inquit, *ſeruis ſuis tantam gratiam contulit, vt ſolo contactu, imò verò ſola corporis vmbra, ægris præſidium afferre poſſent nam, vt Actorum liber exponit, infirmi in plateas eiecti vmbra tantum Petri contacti liberati à morbis euadebant: non deerant quoque qui, linteo, quo Apoſtolus Paulus corporis ſudorem exterſerat, accepto, infeſtos Dæmones profligarent; qualem tum aduerſus omne morborum genus Virgini Matri collatam fuiſſe putandum eſt? An non multò maiorem, quam cæteris Chriſti imperio ſubiectis? res clara eſt.* Hoc quidem Baſilij argumentum æquè militat de alijs gratijs gratis datis: ſi enim hæ alijs fuerunt conceſſæ, vt omnibus conſtat, valet, vt ſupra, inferre, quòd *res clara eſt,* multò maiores fuiſſe B. Virgini conceſſas. His ſuppoſitis,

Baſilius Seleuciæ Archiep.

Dico primò, ante aduentum Spiritus ſancti B. Virginem omnibus gratijs gratis datis fuiſſe donatam. Hæc concluſio ſic vniuerſalis non admittitur ab omnibus: Diuus enim Antoninus 4. par. tit. 15. cap. 19. §. 8. putat, die Pentecoſtes donum linguarum B. Virgini fuiſſe collatum, ita enim ſcribit: *Quia B. Maria fuit cum Apoſtolis, quando receperunt Spiritum ſanctum, credendum eſt, quòd & hoc donum* (ſcilicet linguarum) *recepit cum eis.* Verùm probatur quod concluſimus primò ex oraculo Gabrielis, qui ante, quàm Verbum ex Virgine carnem aſſumeret, affirmauit, illam eſſe plenam gratia; quibus verbis, vt probauimus cap. de Annunc. q. 10. cõcluſ. 4. declarauit, Virginem plenam fuiſſe etiam gratijs gratis datis. Probatur ſecundò teſtimonio ipſius Virginis, quæ, quando inuiſit ſanctam Eliſabeth, inter alia, quæ magnificans Deum cecinit: *Fecit,* inquit, *in me magna qui potens eſt:* quo innuit, innumerabilia ſibi priuilegia, ac gratiarum omnium, virtutumq; dona Deum fuiſſe largitum: vide ea, quæ prædiximus cap. de Virgine inuiſente S. Eliſabeth q. 18. Probatur tertiò, quia multis gratijs gratis datis vſa eſt ipſa Virgo ante Spiritus ſancti aduentum. Vſa eſt prophetia in ſuo Cantico, in quo diuino afflata Spiritu prædixit, ſe beatam ab omnibus generationibus acclamandam: *Ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes.* Quod egregiè perpendens D. Hieronym. in Iſaiam: *Quidam,* ait, *Prophetiſſam ſanctam Mariam interpretantur, quam Prophetam fuiſſe non eſt dubium: ipſa enim loquitur in Euangelio: Ecce enim amodò beatam me dicent omnes generationes:* & D. Baſilius in expoſit. illorum verborum Iſaiæ 8. *Acceſſi ad Prophetiſſam,* &c. *Quòd Maria Prophetiſſa fuerit, ad quam proximè per ſpiritus prænotionem acceſſerit Iſaias, nemo contradixerit, qui ſit memor verborum Mariæ, quæ prophetico afflata Spiritu eloquuta eſt: Magnificat anima mea Dominum.* D. etiam Auguſt. 17. de ciuit. Dei cap. vlt. *Vbi* (ſcilicet in Euangelio) *ipſa,* ait, *Virgo Mater Domini, ante Ioannē prophetaſſe inuenitur.* Vſa eſt & ante interpretatione ſermonum B. Virgo: ſi enim conſiſtit hæc gratia in quadam Spiritus ſancti illuſtratione, per quam aperiuntur alicui arcana ſacræ Scripturæ, & redditur interdum ille aptus ad canonicam ſcripturam conficiendam; ſanè vtrumque Virgini datum fuit deſuper. Cùm enim adhuc infantula eſſet in templo, & diuinæ vacaret contemplationi, non eſt dubium, quin in tali contemplatione vteretur intelligentia ſcripturarũ, & multorum myſteriorum notitia, quæ in ipſis ſacris paginis figurarum & ænigmatum inuolucris obteguntur; ex tali enim intelligentia, & notitia fit, vt plurimùm excitetur, & promoueatur humanus animus in rerum diuinarum amorem. Fauet nobis Origen. homil. 6. in Lucam his verbis: *Habebat Maria legis ſcientiam, & erat ſancta, & Prophetarum vaticinia quotidiana meditatione cognouerat:* & D. Auguſt. ſerm. 9. de tempore: *Reuolue,* aiens, *Mariæ propheticam lectionem; neque enim te ſcientia diuinorum poteſt præterire librorum.* Liquet præterea, eam, quæ B. Virgini conceſſa eſt, Spiritus ſancti illuſtrationem ad eã deueniſſe perfectionem, vt datum illi fuerit canonicam conficere ſcripturam, admirandum, ſcilicet, illud Canticum: *Magnificat anima mea Dominum,* &c. quod non ſolùm eſt ſcriptura canonica, quia Euangeliſta Lucas teſtatur, à Deipara illud fuiſſe prolatum; ſed etiam quia ſingula illa verba, dictante Spiritu ſancto, fuerunt ab ipſa pronunciata, vt rectè adnotat Suar. tom. 2. in 3. par. diſput. 20. ſect. 1. Diſcretionem ſpirituum exercuiſſe, tamquam probabile, aſſeruimus cap. de Annunciat. quæſt. 16. in principio, quando *cogitabat qualis eſſet* Angeli *ſalutatio.* Paſſim verò per ſpirituum diſcretionem cognouiſſe B. Virginem, internas ſuas motiones à Spiritu ſancto procedere, atque adeò abſque vlla mora

Cõcl. prima. Gratijs gratis datis donata fuit B. V. ante aduentum Spiritus ſancti. D. Antonin.

Luc. 1.

D. Hieron. D. Baſilius. D. Auguſtin. Origenes. D. Auguſtin. Suar.

inter-

interpoſitione illis ſe ſubieciſſe, non eſt, quòd in quæſtionem adduci debeat. Clarè hoc teſtatur D. Bernardin. tom. 3. ſerm. 11. art. 1. cap. 1. *In Virgine Beata nullum fuit omninò retardatiuum, proinde rota volubilis fuit ſecundùm omnem Spiritus ſancti nutum*. Dixi quò ad internas motiones, quia an exterius potuerit tentari à malo ſpiritu, ſicut tentatus fuit Chriſtus, alibi diſcutiemus. Credibile item eſt, à B. Virgine per eamdem ſpirituum diſcretionem triduo illo à morte Chriſti adiutos fuiſſe eos fideles, qui fidei tentationibus agitabantur; qua etiam diſcretione in expectatione Spiritus ſancti ad illum recipiendum diſpoſitos fuiſſe Apoſtolos, ac Diſcipulos veriſimile duxerim. Quòd ſi huius quoque doni munus eſt cogitationes alieni cordis agnoſcere, hoc etiam Virgini videtur fuiſſe conceſſum tunc maximè, cùm in nuptijs Canæ Galilææ, deficiente vino, & rogato ad ſubueniendum Chriſto, viſum eſt ipſi Virgini innoteſcere quid Chriſtus cogitaret, dum præcepit miniſtris, vt quicquid ſibi à Chriſto iniunctum fuerit exequerentur: *Quodcunque dixerit vobis facite*: neque enim videtur, quòd ſic miniſtros alloquuta fuiſſet, ni præſenſiſſet quid cogitaret, & vellet facere Chriſtus. Fauet D. Antonin. 4. par. tit. 15. cap. 19 §. 4. aiens: *Quia præſcientia futuri miraculi ſciebat aquam in vinum conuertendam*. Gratiam generum linguarum adhibuiſſe B. Virginem omninò veriſimile exiſtimo tunc maximè, quãdo Magos excepit; vt etiam quando in Aegyptum cum Filio migrauit. Sermone ſapientiæ, & ſermone ſcientiæ, ac fide vſam fuiſſe Virginem ſatis probabile eſt, quando triduo Chriſti demortui in fide fideles confirmauit, ac præcipuè Nicodemum, vt prædiximus cap. præcedenti. Reſtat ergo tantùm, Beatam Virginem ante Spiritus ſancti aduentum vſam non fuiſſe gratia ſanitatum, & miraculorum, quæ ad vnum reducuntur, cum ſanitas, quæ præter ordinem naturæ confertur, miraculum quoddam ſit: verùm probabile eſt, quòd & huiuſmodi facultate patrandi miracula non caruerit, quamquam illam non exercuit. Sicut enim hoc plurimùm ad dignitatem, honorem, & eminentiam ipſius Virginis conferebat, ita de facto illi à Deo fuiſſe collatum non ſine probabilitate affirmari poteſt.

D. Bernardinus. — Ioan. 6. — D. Antonin.

Concl. ſec. B. V. à momẽ Cõceptionis collatas fuiſſe gratias gratis datas, ſatis credibile.

Dico ſecundò, ſatis credibile eſſe, B. Virgini à primo ſuæ Conceptionis momento omnes gratias gratis datas per modum habitus à Deo fuiſſe collatas. Suaderi poteſt primò hæc ex nonnullis Scripturæ locis, in quibus ſatis indicari videtur quod concluſimus. Apocal. 21. *Fundamenta muri ciuitatis omni lapide pretioſo ornata*. Per hanc ciuitatem ſignificatur B. Virgo, per fundamenta eius Conceptio, vt præmonſtrauimus cap. de immaculata Conceptione quæſt 3. Aptè igitur ita exponi poſſunt hæc verba, vt fundamenta huius ciuitatis omni lapide pretioſo ornata dicantur, quia gratijs, virtutibus, donisq. omnibus exornata fuerit ab ipſa Conceptione Deipara. Pſal. 41. *Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei*; ac ſi dicat regius Vates: abſque vllo repagulo, abſque vlla reſtrictione, aut obice, flumen omnium cæleſtium donorum, ac gratiarum, in Virginem (animatam Dei ciuitatem) ſtatim, atque per Conceptionem habuit eſſe, rapidiſſimi torrentis in ſpeciem, erupit. Fuit autem Virgo ab initio Conceptionis verè ciuitas Dei, cùm ex tunc electa fuerit in illius Matrem. Fauet aliqua ratione huic expoſitioni S. Vincentius Ferrerius ſerm. 1. de Natiuit. quatenus hanc ipſam ſententiam affert ad probandum, quòd B. Virgo in vtero matris ſuper omnes Sanctos, ac ſuper omnes Angelos fuerit ſanctificata. Iſaiæ 2. *Et erit præparatus mons domus Domini in vertice montium*. Huius montis nomine B. Virginem deſignari teſtatur D. Gregor. lib. 1. Reg. cap. 1. per alios verò montes indicari reliquos Sanctos magni nominis, quia montium inſtar inter homines ſanctitate, gratijs, ac priuilegijs inſignes ſurgunt, nemo eſt, qui ignoret. Senſus ergo Prophetæ eſſe poteſt, quòd prima Virginis ſanctificatio, qua à primo Conceptionis momento decorata fuit, adeo eminens futura erat, vt ſanctitatem, gratias, & priuilegia cæterorum eximiè ſanctorum altiori, ac perfectiori modo contineret. Ex quo inſuper inferre poſſumus, quòd, ſi reliquis Sanctis gratiarum gratis datarum vſus fuit tantum conceſſus, B. Virgini non ſolùm vſus, ſed & facultas pro libito illis vtendi ſtatim conceptæ collata fuerit. Pſal. 86. *Glorioſa dicta ſunt de te, ciuitas Dei*. Hæc verba de Virgine accipiuntur à Germano Conſtantinopolit. de zona Deiparæ cap. 1. Perpendendum igitur, quòd Spiritus ſanctus tantùm dixit, glorioſa de Virgine prædicanda eſſe; ſed quæ glorioſa? ſanè, dum nihil expreſſit, intelligi voluit, omnia, quæ glorioſa eſſent, verè de Virgine viatrice prædicari poſſe: ſed glorioſum eſt ab ipſo Conceptionis momento alicui creaturæ infundi gratias gratis datas; ergo & hoc verè de Virgine prædicari poteſt. Verba præcitati Germani hæc ſunt. *Nobis diuinus Dauid ce-*

cinit

Apocal. — Pſal. — S. Vincent. Ferrer. — Iſai. — D. Gregor. — Pſal. — German. Cõſtantinop.

tinit in ſpiritu, re vera ciuitatem, de qua glorioſa dicta ſunt, vocari ciuitatem magni Regis. Quanam ea eſt? exiſtimo, eam manifeſtiſſimè, & ſine vlla contradictione dicere eam, quæ verè eſt electa, & omnibus ſuperior, non domorum excellentia, ſed ſublimium virtutum magnitudine, & puritate omnibus antecellentem Mariam, &c.

Reg.

3. Regum 8. ſtatim, atque abſolutum fuit Templum Domini, dicitur, quòd impletum fuit gloria Domini: *Impleuerat enim gloria Domini domum Domini*. Tritiſſimum eſt apud Patres, Templum illud B. Virginis figuram extitiſſe. Porrò, ſicut eiuſmodi Templum ſtatim, atque fuit extructum, impletum fuit gloria Domini: ita & Virgo ſtatim, atque fuit eius corpus organizatum, animaq. rationali informatum, repleta eſt gloria Domini, hoc eſt virtutibus, priuilegijs, chariſmatibus, donis, ac gratijs omnibus etiam gratis datis, illuſtrata, quibus gloria Dei in illa, tamquam in auguſtiſſimo templo, pro dignitate appareret. Vnde ad hoc fortè alludens Andreas Cretenſ. orat. in Annunciat. Deigenitricis gratulabundus ſic Virginem affatur: *Gaude, ornatiſſimum diuinæ gloriæ Templum*. Aduerte autem, ſacrum textum loco ſupracit. declarare, gloriam hanc, qua impletum fuit Templum, ſub ſpecie nebulæ in illo apparuiſſe. Ex quo auſim dicere, voluiſſe nobis Spiritum ſanctum indicare, glorioſas haſce gratias, & virtutes, quibus decorata, & repleta fuit Deipara ſtatim concepta, multorum intellectualibus oculis nebulæ figuram præ ſe laturas: verè enim aliqui fuere, quibus nebula quædam id viſum eſt, quod planè erat gloria Domini. Fuere, inquam, qui talia, ac tam grandia de Virgine aſſerere non ſunt auſi, quia diuinæ prouidentiæ diſpoſitione factum eſt, vt adeò ingens myſterium, maioris fortè venerationis ergo, non ita palàm omnibus innoteſceret; atque adeò tamquam nebula obtectum remanſerit. Verùm eluceat nunc tandem è nebula gloria Dei: non ſit impoſterùm qui prædicare dubitet ad diuinæ gloriæ oſtenſionem, omnia dona, virtutes, priuilegia, chariſmata, & gratias etiam gratis datas Virgini ſtatim conceptæ fuiſſe communicatas: non ſit, inquam, qui tanta myſtico huic templo deneget ornamenta. Nonne plus vmbræ, quàm corpori, plus typo, quàm archetypo, plus inanimi templo, quàm animato, tribuere dedecet? Quid ni igitur, ſi vetuſtum illud Tēplum gloria Dei fuit repletum ſtatim elaboratum, nos B. Virginem, animatum diuinitatis Templum, gloria Dei à Conceptionis exordio repletam fuiſſe aſſentiamur? Non parùm patrocinatur huic noſtrę cōcluſioni Idiota de contemplat. Virg. cap. 2. inquiens: *Tota pulchra es, ò pluſquam glorioſa Virgo Maria; tota pulchra es, & macula non eſt in te. Tota pulchra es in anima per virtutum, & chariſmatum omnium perfectam pulchritudinem: tota pulchra es in tua Conceptione ad hoc ſolum effecta, vt Templum eſſet Dei altiſſimi: tota pulchra es in generatione diuini Verbi, quod eſt ſplendor paternæ gloriæ. Tuæ glorioſæ animæ nihil vnquàm adfuit turpitudinis, vitij, aut peccati, & nihil defuit ſpiritalis pulchritudinis, gratiæ, ac virtutis: tot enim habuiſti pulchritudines, quot virtutes, & ſingulas in altiori gradu, quam conceſſum fuerit poſt Filium tuum ſuperbenedictum*.

B.V. ornatiſſimum diuinæ gloriæ Templum. Andr. Cret.

Idiota.

Perpende potiſſimùm ad rem noſtram illud, *nihil vnquam adfuit turpitudinis, & nihil defuit ſpiritalis pulchritudinis, gratiæ, ac virtutis*. Placet & huic veritati nouum adhuc probationis robur afferre. Potuit Deus prædictas gratias à primo Cōceptionis momento tribuere Virgini, & maximè hoc decuit: ergo tribuiſſe affirmari poteſt. Quòd Deus potuerit, extra dubium eſt; nulla enim aſſignari poteſt implicantia, vt ſecundo loco ſupra ſuppoſuimus. Quod maximè decuerit, probatur primò: ſicut Chriſtus primo eo momento, quo in vtero Virginis de Spiritu ſancto fuit conceptus, gratijs omnibus gratis datis per modum habitus fuit decoratus; &, licèt aliqua ex illis non fuerit vſus (non enim exercuit gratiam linguarum, quia non prædicauit, niſi Iudæis, vt notat D. Antonin. 4. par. tit. 15. cap. 19. §. 8.) non tamen fruſtra illam habuit, quia ad eius excellentiam conferebat: ita cur non decebat, vt & Virgini ab exordio Conceptionis eædem gratiæ conferrentur, quæ electa erat in Chriſti Matrem, & cuius omnis excellentia, honor, & dignitas in Filium redundabat? Suffragatur nobis D. Hieronym. epiſt. 55. dicens: *In Mariam verò totius gratiæ, quæ in Chriſto eſt, plenitudo venit, quamquam aliter*. Nec obſtant hæc vltima verba, *quamquam aliter*: plenitudo enim gratiæ, prout inuoluit gratiam habitualem, & virtutes infuſas, collata fuit Chriſto ad connaturaliter operandum, non quia ipſius Chriſti humanitas illius indigeret, vt eſſet ſancta, & grata Deo, per vnionem enim hypoſtaticam altiori modo fuit ſanctificata, & grata Deo reddita; nec ad ſatiſfaciendum, vel merendum pro nobis, quia ad hoc ſufficiebat perſona increata. Beatæ autem Virgini plenitudo gratiæ, prout inuoluit gratiam habitualem, & virtu-

D. Antonin.

D. Hieronym.

virtutes infuſas, conceſſa fuit, vt per illam eſſet ſancta, & Deo grata, plurimumq. mereri poſſet. Rurſus plenitudo gratiæ, provt includit gratias gratis datas, data fuit Chriſto, primò quia Caput eſt Eccleſiæ, *in quo*, teſte Auguſt. epiſtol. 57. *vigere debent omnes ſenſus, vt ex eo influxus omnis ad membra deriuetur:* ſecundò quia Doctor fuit Eccleſiæ, & Euangelij prædicator, ad quem pertinebant omnes gratiæ gratis datæ, vt pro dignitate Doctoris munus exercere poſſet: tertiò ad excellentiam ipſius, vt diximus. Virgini vero plenitudo gratiæ, provt includit gratias gratis datas, collata fuit primò non vt capiti, ſed vt collo, per quod à capite gratiarum influxus ad membra prolabitur: ſecundò non vt Doctrici, & Magiſtræ publicæ, ſed vt priuatæ; priuatim enim Apoſtolos, & alios inſtruxit, vt videbimus: tertiò ad dignificandam, ac nobilitandam perſonam ipſius Virginis. Quare patet quo in ſenſu intelligenda ſint verba Hieronymi, *quamquam aliter.* Cæterùm multùm cõfert ad noſtræ concluſionis comprobationem huius Doctoris ſententia, dum vniuerſaliter dicit, in Mariam totius gratiæ, quæ in Chriſto eſt, plenitudinem veniſſe. Fauet etiam nobis D. Anſelm. de excell. Virg. dum inquit: *Omnia tibi* (Virginem alloquitur) *ſecum poſſibilia donauit.* Nec ſilentio hic prætereundum eſt quod ait D. Thomas de Villanoua ſerm. 2. de Natiuit. in noſtræ concluſionis patrocinium. *Quid amplius quæris? quid vltra requiris in Virgine? Sufficit tibi, quòd Mater Dei eſt. Quænam, obſecro, pulchritudo, quænam virtus, quæ perfectio, quæ gratia, quæ gloria Matri Dei non congruit? Solue cogitationibus habenas, dilata intellectui fimbrias, & deſcribe apud te in animo Virginem quandam puriſſimam, prudentiſſimam, pulcherrimam, deuotiſſimam, mitiſsimam, omni gratia plenã, omni ſanctitate pollentem, omnibus virtutibus ornatam, omnibus chariſmatibus decoratam, Deo gratiſsimam. Quantum potes, tantum auge; quantum vales, tantum adde: maior eſt iſta Virgo, excellentior eſt hæc Virgo, ſuperior eſt Virgo iſta. Non eam Spiritus ſanctus litteris deſcripſit, ſed tibi eam animo depingendam reliquit, vt intelligas, nihil illi gratiæ, aut perfectionis, aut gloriæ, quam animus in pura creatura concipere poſſit, defuiſſe.* Pondera pro re noſtra hæc poſtrema. Probatur ſecundò. Si ponatur, quòd Deus largitus ſit Virgini ab initio eius Conceptionis omnes gratias gratis datas per modum habitus, maximè elucet liberalitas, & amor ipſius Dei erga Virginem: ergo non ſine probabilitate ita factum eſſe affirmatur. Confirmatur, quia talis gratiarum largitio ita accelerata, vtpotè magis Virgini grata (gratia enim, quæ fieri properat, grata magis) futura erat efficacius quoddam flabellum Virgini ipſi ad Deum magis, magiſq. redamandum: ergo rationi ſatis conſentaneum eſt, quòd diuina Sapientia huiuſmodi medium non prætererit. Probatur tertiò ea ratione, quam affert D. Thomas 3. p. quæſt. 27. a. 5. ad probandum, quòd Beata Virgo per primam ſanctificationem aſſequuta ſit plenitudinem gratiarum; quæ huiuſmodi eſt. Quò magis aliquid appropinquat principio in quolibet genere, eò magis participat effectum ipſius principij: Chriſtus autem eſt principium gratiæ ſecundùm diuinitatem auctoritatiuè, ſecundùm humanitatem inſtrumentaliter: ſed Virgo propinquiſſima fuit Chriſto, vtpotè eius Mater; ergo perfectiſſima, & vberrima gratiæ plenitudo in illam debuit illabi: ſed, ſi ponantur omnes gratiæ gratis datæ in Virgine ſtatim concepta, vberrima, & perfectiſſima quædam gratiarum plenitudo illi tribuitur; ergo, &c.

D. Auguſtin. | D. Anſelmus. | B. Thomas de Villanoua. | D. Thom.

A | B | C | D

Concluſio tertia. Gratię gratis datæ die Pentecoſtes in B. V. mirum in modum auctæ. Act.

Dico tertiò, gratias gratis datas, adueniente die Pentecoſtes Spiritu ſancto, mirum in modum Virgini fuiſſe auctas. Probatur ex illo Actorum 2. *Repleti ſunt omnes Spiritu ſancto:* ſed ij omnes ſunt illi, de quibus facta fuit mentio ſuperiùs cap. 1. illis verbis: *Hi omnes erant perſeuerantes vnanimiter in oratione cum mulieribus, & Maria Matre Ieſu:* ergo B. Virgo cum Apoſtolis, & alijs Spiritu ſancto fuit repleta; & conſequenter augmentum virtutum, donorum, & gratiarum gratis datarum recepit. Quod ex eò liquet, quia vnuſquiſq. illorum, qui tunc aderant, prout erat capax, & diſpoſitus, donis, & gratia Spiritus ſancti locupletatus fuit (quicquid enim recipitur per modum recipientis recipitur): ſed B. Virgo capax erat, & diſpoſita ad recipiendum per nouum Spiritus ſancti illapſum augmentum donorũ, virtutum, & gratiarum gratis datarũ; ergo tale augmentum, adueniente die Pentecoſtes Spiritu ſancto, recepit. Maior liquet. Minor etiam conſtat, quia B. Virgo non erat quidem capax recipiendi virtutes, dona, & gratias gratis datas die illo Pentecoſtes (illis enim antea repleta fuerat, vt præmiſimus in præcedentibus concluſionibus) ſed fuit certè capax recipiendi illorum omnium augmentum: quandiu enim fuit viatrix, creſcere potuit gratia,

virtutibus, donis, & gratijs gratis datis, vt fusè tomo 2. demonſtrabo: ſunt enim hæc omnia participationes quædam diuinitatis, quæ ſemper perfectiori, ac perfectiori modo puræ creaturæ poſſunt cõmunicari. Porrò quàm eminenter B. Virgo diſpoſuerit ſeſe ad nouum Spiritus ſancti illapſum recipiendum die Pentecoſtes, ille ſolus agnoſcere poterit, qui altiſsimam eius ſanctitatem cogitatione attingere, ac feruidiſsimas, quas fundebat, preces, dum vnanimiter cum alijs in cœnaculo orabat, mente valebit concipere.

Quàm eminenti in gradu ſe Spiritus ſanctus B. Virgini cõmunicauerit die Pentecoſtes.

Collige ex dictis in hac, & præcedenti quæſtione, quàm eminenti in gradu Spiritus ſanctus ſe Virgini communicauerit. Etenim, ſi illam *ſtatim conceptam*, vt ait Petrus Damian. ſerm. de Annunc. *totam ſibi rapuit Spiritus ſanctus*, ſuiſq. donis ex tunc repleuit, vt ſupra probauimus, licèt ipſa nullam tunc præmiſerit ad id diſpoſitionem; quantò abundantiorem fuiſſe dicemus illam aliam communicationem, qua in Filij Conceptione ab ipſo Spiritu ſancto dignata eſt, cùm ad illam ſeſe tot ipſa annos, quibus in Templo permanſit, tantaq. perfectione diſpoſuerit? Quòd ſi hæc tanta, tamq. exuberans fuit communicatio; quibus, Deus Immortalis! influxibus, quaue ſuperabundantia, credendum erit, quòd ſeſe in Pentecoſte

Petr. Damianus.

A infuderit Virgini ipſe Spiritus ſanctus; cùm tunc illa tantis in perfectione, tamq. eminentibus aſſurrexiſſet incrementis? Fatendum profectò eſt, omne humanum ingenium in tanti pelagi vaſtitate naufragum, quo ipſæ etiam Angelicæ mentes abſorbentur. Nemini dubium eſt, quòd in aduentu Spiritus ſancti plus de illo Virgini fuerit communicatum, quàm omnibus ſimul ſumptis Apoſtolis, Diſcipulis, & cæteris adſtantibus. Conati ſunt Patres hanc diuini Spiritus in Virginem ſuperaffluentiam varijs metaphoris inſinuare. D. Bernardin. Senenſ. tom. 3. ſerm 11. art. 2. cap. 3. illam vocauit *Fornacem, ac officinam Spiritus ſancti*. Chry- B ſippus Presb. *Pratum totius fragrantiæ Spiritus ſancti*. Theophanes hymno in Annunc. Deiparæ. *Animatum Templum aduentus ſanctiſsimi Spiritus*. Andr. Cretenſ. orat. in Annunc. Dei Genitr. *Nouam Dei arcam, in qua Dei Spiritus conquieſcit*. D. Gregor. Nyſſ. homil. 13. in Cant. *Splendorem Spiritus ſancti*. Methodius in Hypop. *Spiritus ſancti vmbraculum*; & ſubijcit: *In te perbenignus ille Conditor feruentiſsimæ charitatis flammas, quaſi confertos quoſdam ſolis radios, eſt eiaculatus*. Quæ quidem Patrum dicta varias admitterent ponderationes, quas alijs relinquo.

Antonomaſtica de Beata Virgine. D. Bernardinus, Chryſippus. Theophanes, Andr. Cretenſ.

D. Gregor. Nyſſ. Methodius.

FINIS.

Hic inſtituerat Auctor quæſtiones alias quaſdam proſequi, quæ circa res Deiparæ Virginis extremò geſtas, eiuſq. interitum meritò excitari poterant. Sed, peſtifero morbo Bononiæ repentè exorto, illuc ad eos infirmos, vt Religionis ſuadebat inſtitutum, iuuandos (amittendæ vitæ diſcrimine ex charitate contempto) conuolauit. Vbi diu ſanctiſſimo eo miniſterio detentus intentum abſoluere nequiit. Ne autem diutiùs operis euulgatio differretur, qualecunq. eſſet, Amici publicandum curarunt. Habebuntur tamen quæ hic deſunt, Tomo ſecundo, qui poſt huius publicationem quàm citius fieri poterit, prodibit in lucem.

PATRO-

PATROCINIVM IMMACVLATAE DEIPARAE VIRGINIS CONCEPTIONIS

Ex ſingulis Primi Tomi ab Adm. R. P. Io. Baptiſta Nouato in ipſius Virginis laudes pijſſimè æquè, ac doctiſſimè euulgati capitibus exactum per Epigrammata.

A Io. Amedeo Rota Religionis Clericorum Regularium Miniſtrantium Infirmis Profeſſo.

LECTORI

De Immaculata Deiparæ Conceptione piè ſentienti.

EPIGRAMMA I.

CVNCTA Marianæ coeunt myſteria vitæ,
Vt pro principio militet omne ſuo.
Virgineum prima Conceptum labe carentem
Vnumquodq. probat: lis pia, Lector, adeſt.
Nec mirere; nouum nihil eſt: natura coegit,
Si caput vllum auſit pungere, membra queri.

SVFFRAGATVR IMMACVLATÆ CONCEPTIONI CAPVT I,

De Prædeſtinatione Virginis.

EPIGRAMMA II.

CONCILIVM vocat Empyreo placatus in Orbe
Vno qui trinum Numine Nomen habet.
Seligit & Mariam diuina Prolis in Aulam:
Dic modò communem hic nidificaſſe luem.

SVFFRAGATVR CAPVT II.

De Genealogia, & Parentibus Virginis.

EPIGRAMMA III.

STIRPS per magnanimos claret Salomonia Reges;
Et regale vetus complet origo decus.
Illuſtres Abraham, Iacobq. Iſaacq. Parentes
Huic telæ primas appoſuere manus.
Cætera, propitijs Suada cum Marte, Propago
Geſta per illuſtres auxit auita gradus.
Tanta ſub hoc Generis ſudauit pondere Virtus,
Surgere vt hinc poſſet digna Tonante Parens.
Prodijt, Heroes: labor aſt heu fluxit inanis;
Vix genitam primis mancipat ille malis.

SVFFRAGATVR CAPVT III.

De Immaculata Virginis Conceptione.

EPIGRAMMA IV.

MISSVS ab excelſo prolabitur Ales Olympo,
Nunciat & Ioachim, prolis adeſſe diem.
A longe natura ſilet: quæ neſcia fœtus
Viſcera diu fuerant, gignere docta tument.
Stat Deus, & partem hic nulli dat habere, nec ipſi
Naturæ: Antiquis ſordibus ergo locus?

SVFFRAGATVR CAPVT IV.

De fauſto Virginis Natali.

EPIGRAMMA V.

SALVE, ò qui noſtro, ſol aureæ, naſceris orbi,
Aureaq. immerito ſæcla reducis, Aue.
Te ſolem in ſacris Numen ſpirabile chartis
Nuncupat: ipſa dabit lux oritura fidem.
Ergo quis hanc radijs diuini nudat amoris?
Sol eſt, cui primo in limine lumen abeſt?
Te ſolem perhibet Numen, negat iſte: quid inde?
Debita, cui longè eſt fallere, certa fides.

SVF-

SVFFRAGATVR CAPVT V.

De Præſentatione Virginis trimulæ in Templo.

EPIGRAMMA VI.

EN vt ſe teneris Templo ſacrare ſub annis
Pergit ſolicito Virgo tenella pede!
Aduolat elatas, nullo ducente, ſub aras;
Et celeri ſcandit celſa anabatra gradu.
Ditis mortiferos vnum hoc euaſerat vngues
Inſigne; antiquo vulnere dum caruit.
Ne mirere igitur: meritò ſe conſecrat aris
Debita plane aris, nempè anathema tholo.

SVFFRAGATVR CAPVT VI.

De Sponſalibus Virginis cum Sancto Ioſepho.

EPIGRAMMA VII.

PRODIBAT iungenda pari ſacra Virgo marito,
Cùm demiſſa tener tinxerat ora rubor.
Nullus erat, dotes qui proderet vſque Puellæ;
Nec poterat laudes ipſa aperire ſuas.
Cœpit muta loqui tandem pro Virgine virga,
Virga aſt, cui radix nulla, vel humor erat.
Viſa repentinos pro linguis promere flores,
Promere Virgineas viſa Clientis opes.
Sed nimis ah facunda aperit; maiora reuelat;
Eſt nimis ah, tacitæ dum ſit imago, loquax.
Nam ſolita radice carens dum viuida floret,
Primaua Mariam labe carere liquet.

SVFFRAGATVR CAPVT VII.

De Annunciatione Virginis.

EPIGRAMMA VIII.

NOVERAT, in Matrem ſe electam Virgo Tonantis,
Cùm ſe humili ancillam flexilis ore vocat.
Aduolat in puram dilecta Virginis aluum
Verbum, cui pennas applicat ales amor.

Virgi-

Virginea de carne caro, de ſanguine ſanguis
Fit Chriſti: ſolium fit ſinus ipſe Deo.
Ergo quis hanc primo turpem vult crimine? credam,
Sedes ſi eſſe Deo, & ſordibus vna poteſt.

SVFFRAGATVR CAPVT VIII.

De Viſitatione Virginis.

EPIGRAMMA IX.

PER montana volans cognatam inuiſit Eliſam,
Candida & effætis applicat ora genis
Maria. Diuino præcordia Pneumate feruent,
Fitq. Panomphæi Vatis Eliſa tripus.
Qui hac, ait, electa prodibit ab arbore fructus
Aeterno torquet Numine cuncta potens.
Cuncta poteſt? pudet oh præſcribere cuncta potenti
Radicis læſa ex arbore principium.

SVFFRAGATVR CAPVT IX.

De Virgine Vterum geſtante.

EPIGRAMMA X.

GESTANT Vnigenam ſuperum ſacra viſcera Regem;
Nec ſolitum fœtus experiuntur onus.
Nec tibi, Virgo, grauis fuit Adæ culpa: quid eſſe
Auſit, nec Domino quippe grauante, graue?

SVFFRAGATVR CAPVT X.

De Virgine Chriſtum parturiente.

EPIGRAMMA XI.

NASCITVR humano de Virgine ſeptus amictu
Vnica ſupremi, Chriſtus, Imago Patris.
Regia fit veſtis caro Virginis, inclytus aſtris
Quam, domita, ſurgens intulit ille, ſtyga.
Quiſquis in hac veterem confingis carne reatum
Adſis, ipſum lis afficit iſta Deum.
Dicite cæleſtes Aquilæ, quæ lumina in illo
Magnanima lucis mergitis oceano.

Vllane

Vllane carnalem Verbi labecula veſtem
Fuſcat? turpe aliquid lumina veſtra ferit?
Nil, nihil omne ſonat Cæli, terraq. theatrum:
Nil Chorus ætherius, oraq. mille nihil.
Nunc caue, quot voces caro Chriſti eſt nacta patronas,
Nititur & Mariæ tot caro cauſidicis.

SVFFRAGATVR CAPVT XI.

De Virgine Chriſtum lactante.

EPIGRAMMA XII.

HAVRIT Virgineum Mariano ex vbere nectar
Chriſtus: (nobilior guttus, an humor erit?)
Dem Mariæ fatale nefas? Suſpecta veneni
Pocula Rex nunquam faucibus applicuit.
Si purgata mones; minimo, caue, tanta periclo
Maieſtas Regis non ſinit eſſe locum.

SVFFRAGATVR CAPVT XII.

De Virgine cooperante Chriſti Circumciſioni.

EPIGRAMMA XIII.

IAM poſt Virgineum exierat lux ſeptima partum,
Cùm gladius Pueri membra tenella ferit.
Proſilit innocui (pietas!) leuis vnda cruoris.
Heu iam ſic tenero ex hoſte triumphat amor?
Eſt amor, aſt Matris: prior iſte hanc elicit vndam:
Debitius huic primus iure triumphus erat.
Hanc Deus electam primo decorarat ab ortu:
Soluis & hoc primo, Chriſte, cruore decus.
Ornatum cruor iſte dedit: maculamne reliquit
Antiquam? nimia ah vis erat huic minio.

SVFFRAGATVR CAPVT XIII.

De Virgine Magos Chriſti adoratores excipiente.

EPIGRAMMA XIV.

ADSVNT Memnonio vigiles è littore Reges,
Quos ſydus nati Solis ad ora trahit.
Succedunt alacres humilis penetralibus antri:
Mox generoſa ferit lumina agreſte ſolum.
Aſt his Virgineus rapuit vix lumina vultus,
Cùm ſubitò ad Pueri procubuere pedes.

Scilicet

Digitized by Google

Scilicet hac ſpeculum diuina viſa figura eſt;
Plena Deo facies, oraq. viſa Dei.
O verax ſpeculum! hic maculæ putet eſſe quis vmbram,
Dum ſic viua Magis prodis imago Deum?
Te apparente, cadunt: eſto, credaris habere
Tu maculam, iſti inter ſi poſuere moram.

SVFFRAGATVR CAPVT XIV.

De Purificatione Virginis, & Præſentatione Chriſti in Templo.

EPIGRAMMA XV.

PASSA quaterdenos Chriſti Natalia ſoles
Iam fuerant: Templum prouida Virgo ſubit,
Profert diuinum tenui cum munere Partum:
Non ceſſura alto geſtijt Ara polo.
Exultare procul viſum eſt hoc pignore Templum,
Claraq. lætitiæ prodere ſigna ſua.
Tuq. Domum veteris furi patuiſſe reatus
Dic modò, cui fructus creditus hic fuerat.

SVFFRAGATVR CAPVT XV.

De Virgine cum Puerulo Ieſu in Ægyptum fugiente.

EPIGRAMMA XVI.

IN primo terris vix Vita effulſerat ortu,
Cùm Vitæ ſtuduit terra parare necem.
Inſtruit inſidias teneris ceruicibus amens
Herodes: Vitæ nempè inimicus erat.
Sedula niliacas migrat cum Prole ſub oras
Virgo parens: tacita luditur arte furor.
(Quam Deus ergo hominis leuiore tyrannide læſam
Nec voluit, ſtygiæ ſubdere num pudeat?)
Vix igitur profugi libarant arua Canopi,
Cùm reſonante Deum turba fragore ruit.
Orcus erat: victum ſe ſcit, cùm paruula Virgo,
Ecquid, ait, nobis grandior iſta parat?
Nos pede calcauit Victrix? fugiamus: & ipſos
Nos quoq. nunc pedibus vincere nempè iuuat.

SVF-

De Virgine Puerum Ieſum in ſolemnitate amittente, & inueniente.

EPIGRAMMA XVII.

FESTVM tempus erat, cùm ſacram plurima ad Arcem
Gens ab Idumæo fluxerat orbe recèns
Conuenit huc ſummum ſimul oratura Tonantem
Virgo, nec à læua nobile Pignus abeſt.
Hinc, feſto, ad patrios, completo ex more, Penates
Vt rediјt, Puerum ſenſit abeſſe: dolor!
Proh dolor, vbertim rorantia lumina gemmant,
Virgineaſq. ornat gemma caduca genas.
Vertitur heu charum non aſpectura Puellum;
Nil videt, ambiguum fertq. refertq. pedem.
Mox amor ad ſacram retrahit præferuidus Vrbem,
Nec tenet occiduo lux propè merſa ſinu.
Quæ mihi ſors miſera vitam rapit, inquit, amara?
ARA refert lucus proximus; ARA refert.
Quis ſonus ARA refere, inquit; nonne affuit aris,
Victimaq. vt cecidit, riſit, & arctor, ait?
Nunc quid agit? feſſum quæ culcitra ſtrata ſoporat?
ORAT bis geminis vocibus Echo refert.
Vidi ego tendentem teneras ad ſydera palmas,
Cùm ſacra thuriferis ſplenderet ara focis.
Aſt, vbi decretis ceſſerunt feſta diebus,
Maternæ ah potuit non meminiſſe caſæ?
Quot me heu cernetis dulci ſine pignore luces,
Vos ſolymæ Matres? TRES leuis Echo ſonat.
Interea ſanctæ ſuccedit mœnibus Vrbis,
Circuit, & lachrymis tecta, foroſq. madens.
Heu non cognatis ſe credidit ædibus Inſans,
Non conſanguineos viſus adire lares.
Ter naſcens Matris naſcentem terq. dolorem
Vidiſti, occiduum non ita, Phœbe, cadens.
Treſq. à Virgineis noctes procul exul ocellis
Delitio es quæſitus, ſomne, carere tuo.
Saucia crudeli ſqualebant ora dolore,
Panis eratq. dolor, potus eratq. dolor.
Aſt cur tam duro maceras te, Diua, dolore?
Cur vis heu tenero in pectore ſæua furit?
Ne quis, ait, longè me vnquam vixiſſe Tonanti
Iudicet, abſentem en me propè cura necat.

SVFFRAGATVR CAPVT XVII.

De his, quæ geſſit Deipara cum Chriſto prædicante.

EPIGRAMMA XVIII.

LVSTRAT Idumæos Chriſtus cum Virgine fines,
Tartareum victor pellat vt inde iugum.
Aſt cur cum Matre? ah video: ſpes optima: ab ipſo
Vitæ aditu exuuias Ditis vterq. tenet.

SVFFRAGATVR CAPVT XVIII.

De geſtis, & doloribus Virginis, patiente Chriſto.

EPIGRAMMA XIX.

HEV fluit innocuus diuino è corpore ſanguis,
Excurrensq., ſalus, murmurat vnda, ſalus.
Lapſa per hanc proprias detergunt ſæcula ſordes,
Ipſaq. declinant ſæcla futura ſuas.
Qua, velut vnda fugax, diſcretus hic affluit humor,
Cuncta micant prima candidiora niue.
Quæ priùs infandis ſordebant pectora noxis,
Excelſum hoc claudunt lota cruore Deum.
O ſacer, o purus puro de corpore riuus,
Qui & fontem pura viſcera Matris habet!
Det quicumque tuo maculam, puriſsime, fonti,
Nil mihi tale tuus ſuaſerit iſte nitor.

SVFFRAGATVR CAPVT XIX.

De Geſtis Virginis à Chriſti Reſurrectione vſque ad mortem.

EPIGRAMMA XX.

IAM micat, abſterſa mortis fuligine, Chriſtus
Cinctus nobilibus Corpora luminibus.
Nec mora: demerſam lachrymarum flumine Matrem
Viſit, & amplexu languida colla premit.
Nec mirere, ferat quòd gaudia prima Parenti,
Vel quòd in hoc omnem cogat abeſſe moram.
Nil prius illa Deo ex vtero concepta recepit,
Ad nullum ex tumulo vadit, & ille priùs.

PA-

ELENCHVS
LOCORVM SACRAE SCRIPTVRAE
QVIBVS AVTHOR IN HOC TOMO VSVS EST.

PRIOR NVMERVS CAPITA BIBLIORVM LIBRORVM, POSTERIOR VOLVMINIS HVIVS PAGINAS SIGNIFICAT.

EX VETERI TESTAMENTO.

Geneſeos.

C. 2 *NON eſt bonum hominem eſſe ſolum: faciamus illi adiutorium ſibi ſimile.* Pag. 107. b
Ib. *Replete terram, & ſubiicite eam, & dominamini piſcibus maris, & volatilibus cœli, & vniuerſis animantibus, quæ mouentur ſuper terram.* 148. b
3 *Nequaquam morte moriemini: eritis ſicut Dij.* 337. b
Ib. *Maledicta terra in opere tuo.* 255. d
Ib. *Inimicitias ponam inter te, & Mulierem; & ſemen tuum, & ſemen illius.* 45. d
Ib. *Et ipſa conteret caput tuum.* 70. c
8 *Odoratusq. eſt Dominus odorem ſuauitatis, & ait: nequaquam vltra maledicam terræ propter homines.* 54. c
12 *Egredere de terra tua: faciam te in gentem magnam, & benedicam tibi, & magnificabo nomen tuum: benedicam benedicentibus tibi, & maledicam maledicentibus tibi; atque in te benedicentur vniuerſæ cognationes terræ.* 307. c
17 *Statuam pactum meum inter me, & te, & inter ſemen tuum poſt te in generationibus tuis fœdere ſempiterno, vt ſim Deus tuus, & ſeminis tui poſt te.* 238. d
Ib. *Maſculus, cuius præputij caro octauo die circumciſa non fuerit, delebitur anima eius de populo ſuo.* 270. b
18 *Cucurrit in occurſum eorum, feſtinauit in tabernaculum ad Saram, dixitq. accelera, tria ſata ſimilæ commiſce: ipſe verò ad armentum cucurrit, & tulit inde vitulum tenerrimum, & optimum, deditq. puero qui feſtinauit, & coxit illum.* 199. a
22 *Per me metipſum iuraui, dicit Dominus, quia feciſti hanc rem, & non pepercisti vnigenito tuo propter me, benedicam tibi, & benedicentur in ſemine tuo omnes gentes.* 238. c
Ib. *Rebeccæ occurrit ſeruus Abraham, & ait; pauxillum aquæ mihi ad bibendum præbe de hydria tua; quæ reſpondit, bibe, Domine mi; celeriterq. depoſuit hydriam ſuper vlnam ſuam, & dedit ei potum.* 199. b
27 *Det tibi Dominus de rore cœli, & de pinguedine terræ, abundantiam frumenti, vini, &c.* 158. c
Ib. *Frumento, & vino ſtabiliui eum; tibi vltra quid faciam?* 159. b
30 *Da mihi liberos, alioquin moriar.* 38. a
32 *Dimitte me; iàm enim aſcendit aurora.* 79 b
49 *Pinguis eſt panis eius, & præbebit delicias Regibus.*

Exodi.

C. 1 *Et nomen meum Adonai non indicaui eis.* 93. a
3 *Ego ero tecum; hoc habebis ſignum.* 161. a
4 *Obſecro, Domine; mitte quem miſſurus es.* 208. c
6 *Accepit autem Aaron vxorem Eliſabeth filiam Aminadab ſororem Naſon, qui tunc principatum tenebat in tribu Iuda.* 32. c
Ib. *Redimam in brachio excelſo.* 230. d
12 *Factum eſt autem in noctis medio, percuſſit Dominus omne primogenitum in terra Aegypti.*

Aegypti, 114. b
13 *Sanctifica mihi omne primogenitum, quod aperit vuluam in filijs Iſrael.* 302. c
Ib. *Cùmq. introduxerit te Dominus in terram Chananæi, ſicut iurauit tibi, & patribus tuis, & dederit tibi eam, ſeparabis omne, quod aperit vuluam, Domino.* Ibid.
Ib. *Omne primogenitum hominis de filijs tuis pretio redimes.* Ibid.
15 *Cantemus Domino; glorioſè enim magnificatus eſt.* 213. b
21 *Si Dominus dederit ancillam ſuam in vxorem, & pepererit filios, & filias, mulier, & liberi eius erunt Domini ſui.* 258. c
24 *Sub pedibus eius quaſi opus lapidis ſapphirini, & quaſi cælum, cùm ſerenum eſt.* 60. d
25 *Duos quoque Cherubim aureos, productiles facies ex vtraq. parte oraculi: Cherubim vnus ſit in latere vno, & alter in altero: vtrumq. latus propitiatorij tegant expandentes alas, & operientes oraculum, reſpiciantq. ſe mutuò, verſis vultibus in propitiatorium.* 38. a

Leuitici.

C. 2 *Cum autem obtuleris ſacrificium coctum in clibano de ſimila, panis ſcilicet abſque fermento, &c.* 97. a
12 *Mulier, ſi, ſuſcepto ſemine, pepererit maſculum, immunda erit ſeptem diebus iuxta dies ſeparationis menſtruæ: & die octauo circumcidetur infantulus: ipſa verò triginta diebus manebit in ſanguine purificationis ſuæ.* 295. b
21 *Sacerdotis filia, ſi deprehenſa fuerit in ſtupro, & violauerit nomen patris ſui, flammis exuretur.* 103. a
Ib. *Cùmq. expleti fuerint dies purificationis ſuæ, pro filio, ſiue pro filia deferet agnum anniculum in holocauſtum, & pullum columbæ, ſiue turturem pro peccato.* Ibid.
Ib. *Quod ſi non inuenerit manus eius, nec potuerit offerre agnum, ſumet duos turtures, vel duos pullos columbarum, vnum in holocauſtum, & alterum pro peccato, orabitq. pro ea ſacerdos, & ſic mundabitur.* Ibid.

Numerorum.

C. 6 *Loquutuſq. eſt Dominus ad Moyſen dicens: Loquere Aaron, & filijs ſic: Benedicetis filijs Iſrael, & dicetis eis. Benedicat tibi Dominus, & cuſtodiat te: oſtendat Dominus faciem ſuam tibi, & miſereatur tui: conuertat Dominus vultum ſuum ad te, & det tibi pacem.* 304. c
7 *Turgentibus gemmis, eruperant flores, qui folijs dilatatis, in amygdalas deformati ſunt.* 98. c
14 *Dimiſi iuxta verbum tuum: viuo Ego, & implebitur gloria Domini vniuerſa terra.* 224. b
17 *Virga Aaron figura Deiparæ.* 47. a
25 *Phinees filius Eleazari filij Aaron Sacerdotis auertit iram meam à filijs Iſrael.* 223. c
Vlt. *Nubant quibus volunt, tantùm vt ſuæ tribus hominibus, ne commiſceatur poſſeſſio filiorum Iſrael de tribu in tribum. Omnes viri ducent vxores de tribu, & cognatione ſua, & iunctæ de eadem tribu maritos accipient, vt hæreditas permaneat in familijs, nec ſibi miſceantur tribus, ſed ita maneant, vt à Domino ſeparatæ ſunt.* 31. a

Deuteronomij.

C. 7 *Non erit apud te ſterilis.* 106. b
16 *In tribus vicibus per annum apparebit omne maſculinum tuum in conſpectu Domini Dei tui in loco, quem elegerit: in ſolemnitate azymorum, in ſolemnitate hebdomadarum, & in ſolemnitate tabernaculorum: nõ apparebit ante Dominum vacuus.* 315. a
21 *Si non eſt in puella inuenta virginitas, lapidibus obruent illam viri ciuitatis illius.* 112. a
23 *Ammonites, & Moabites etiam poſt decimã generationem non intrabunt Eccleſiam Domini in æternum; quia noluerunt occurrere cum pane, & aqua, quando egreſſi eſtis de Aegypto; & quia conduxerunt contra te Balaam filium Beor de Meſopotamia Syriæ, vt malediceret tibi.* 35. b
35 *Et omnino indigens, & mendicus non erit inter vos.* 317. c

Iudicum.

C. 1 *Hoc ſolum mihi præſta, quod deprecor; dimitte me, vt duobus menſibus circumeam montes, & plangam virginitatem meam.* 165. b
6 *Dominus tecum. Obſecro, mi Domine, ſi Dominus nobiſcum eſt, &c.* 126. a
16 *Quomodo dicis, quòd amas me, & ter mentitus es mihi?* 245. b

Ruth.

C. 2 *Dominus vobiſcum.* 126. a

Regum I.

C. 10 *Et dixit ei patruus ſuus, indica mihi quid dixerit tibi Samuel; & ait Saul ad patruum ſuum; indicauit nobis, quia inuentæ ſint aſinæ. De ſermone autem regni non indicauit ei, quem locutus fuerat ei Samuel.* 245. b
14 *Guſtato fauo mellis, illuminati ſunt oculi eius.*

Digitized by Google

eius. 234. *e*

15 *Cùm eſſes paruulus in oculis tuis, Caput in tribubus Iſrael factus es.* 245. *d*

20 *Suſcitat de puluere egenum, & de ſtercore eleuat pauperem, vt ſedeat cum Principibus, & ſolium gloriæ teneat.* 232. *a*

22 *Et conuenerunt ad eum qui erant in anguſtia conſtituti, & oppreſſi ære alieno, & amaro animo, & factus eſt eorum Princeps; fueruntque cum eo quaſi quadringenti viri.* 157. *d*

24 *Nunc quia ſcio, quòd certiſſimè regnaturus ſis, & habiturus in manu tua regnum Iſrael, iura mihi in Domino, ne deleas ſemen meum.* 157. *b*

Regum II.

C. 5 *Filius triginta annorum erat Dauid, cùm regnare cœpiſſet, & quadraginta annis regnauit. In Hebron regnauit ſuper Iudam ſeptem annis, & ſex menſibus; in Hieruſalem autem regnauit triginta tribus annis ſuper omnem Iſrael, & Iudam.* 157. *d*

Regum III.

C. 3 *Dixit autem Mulier, cuius filius erat viuus, ad Regem (commota ſunt quippe viſcera eius ſuper filio ſuo); obſecro, mi Domine, date illi infantem viuum, & nolite interficere eum.* 342. *e*

5 *Præcepit Rex Salomon, vt tollerent lapides grandes, lapides pretioſos in fundamentum templi, & quadrarent eos.* 66. *d*

Ib. Si enim cælum, & cæli cælorum te capere non poſſunt, &c. 125. *b*

Ib. Impleuerat enim gloria Domini Domum Domini. 424. *a*

18 *Ecce nubecula parua quaſi veſtigium hominis aſcendebat.* 74. *c*

Regum IV.

C. 11 *Ioſaba abſcōdit Ioas à facie Athaliæ in necem filiorum Ochoziæ furentis, eratq. cum ea ſex annis in Domo Domini.* 99. *a*

Paralipom. I.

C. 8 *Ner autem genuit Cis.* 261. *d*

Paralipom. II.

C. 6 *Non eſt homo, qui non peccet.* 50. *a*

22 *Ioſabeth autem, quæ abſconderat eum erat filia Regis Ioram, Vxor Ioiadæ Pontificis, ſoror Ochoziæ.* 32. *c*

Tobiæ.

C. 10. *Heu, heu me fili mi, vt quid te miſimus peregrinari, lumen oculorum noſtrorum, baculum ſenectutis noſtræ, ſolatium vitæ noſtræ, ſpem poſteritatis noſtræ, omnia ſimul in te vno habentes te non debuimus dimittere à nobis.* 318. *a*

12 *Quia acceptus eras Deo, neceſſe fuit, vt tentatio probaret te.* 372. *c*

Iudith.

C. 14 *Percuſſit bis in ceruicem eius, & abſcidit caput eius.* 48. *d*

Iob.

C. 5 *Qui ponit humiles in ſublime.* 272. *a*

6 *Dominus ſoluat manum ſuam, & ſuccidat me, & hæc ſit conſolatio mea, vt affligens me dolore non parcat.* 319. *b*

13 *Manum tuam longè fac à me.* 257. *b*

14 *Quis poteſt facere mundum de immundo conceptum ſemine?* 47. *d*

22 *Qui humiliatus fuerit, erit in gloria.* 232. *b*

29 *Humilem ſpiritu ſuſcipit gloria.* *Ibid.*

39 *Struthio duratur ad filios ſuos quaſi non ſint ſui.* 260. *c*

Pſalmorum.

C. 1 *Beatus vir, cuius voluntas in lege Domini.* 218. *a*

2 *Poſtula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & poſſeſſionem tuam terminos terræ.* 147. *c*

3 *Tu autē, Domine, ſuſceptor meus es.* 238. *a*

Ib. Ego dormiui, & ſoporatus ſum, & exurrexi, quia Dominus ſuſcepit me. 402. *b*

4 *A fructu frumenti vini, & olei tui multiplicati ſunt.* 159. *c*

8 *Conſtituiſti eum ſuper opera manuum tuarum.* 21. *a*

9 *Propter miſeriam inopum, & gemitum pauperum nunc exurgam.* 208. *b*

11 *Dominus in templo ſancto ſuo veniet.* 303. *d*

15 *Non dabis ſanctum tuum videre corruptionem.* 402. *b*

17 *In Deo meo tranſgrediar murum.* 229. *a*

18 *In ſole poſuit tabernaculum ſuum.* 72. *b*

Ib. In omnem terram exiuit ſonus eorū 231. *a*

21 *In te proiectus ſum ex vtero.* 188 *d*

Ib. Ego ſum vermis, & non homo, opprobrium hominum, & abiectio plebis. 216. *b*

Ib. Tu es, qui extraxiſti me de vtero matris meæ. 257 *a*

Ib. Foderunt manus meas, & pedes meos. Diuiſerunt ſibi veſtimenta mea. 231. *b*

29 *Ego dixi in abundantia mea, non mouebor in æternum. Auertiſti faciem tuam à me,*

à me, & factus ſum conturbatus ad horam. 226. d
Ib. *Quæ vtilitas in ſanguine meo, dum deſcendo in corruptionem?* 402. b
35 *Vouete, & reddite.* 109. a
Ib. *Non veniat mihi pes ſuperbiæ: ibi conciderunt qui operantur iniquitatem.* 229. d
37 *Iniquitates meæ, ſicut onus graue, grauatæ ſunt ſuper me.* 227. c
39 *In capite libri ſcriptum eſt de me, vt facerem voluntatem tuam: Deus meus volui, & legem tuam in medio cordis mei.* 187. b
Ib. *Ego autem mendicus ſum, & pauper.* 317. b
40 *Tu autem, Domine, miſerere mei, & reſuſcita me.* 412. a
41 *Speciosus forma præ filijs hominum.* 87. b
Ib. *Fluminis impetus lætificat Ciuitatem Dei.* 423. a
Ib. *Quemadmodum deſiderat Ceruus ad fontes aquarum; ita deſiderat anima mea ad te, Deus.* 232. b
44 *Adducentur Regi Virgines poſt eam, proximæ eius afferentur tibi in lætitia, &c.* 98. a
45 *Sanctificauit tabernaculum ſuum Altiſſimus.* 4?. c
Ib. *Venite, & videte opera Domini, quæ poſuit prodigia ſuper terram, auferens bella vſque ad finem terræ.* 59. b
Ib. *Deus in medio eius non cõmouebitur.* 67. b
Ib. *Suſceptor noſter Deus Iacob.* 238. b
47 *Glorioſa dicta ſunt de te, Ciuitas Dei.* 47. c
Ib. *Magnus Dominus, & laudabilis nimis in Ciuitate Dei noſtri.* 213. b
Ib. *Ecce in iniquitatibus conceptus ſum.* 43. a
50 *Et in peccatis concepit me mater mea.* 36. d
Ib. *Super niuem dealbabor.* 269. a
57 *Sicut aſpidis ſurdæ, & obturantis aures ſuas, quæ non exaudiet vocem incantantium & venefici incantãtis ſapienter.* 93. d
67 *Paraſti in dulcedine tua pauperi, Deus.* 234. b
68 *Dederunt in eſcam meam fel, & in ſiti mea potauerunt me aceto.* 231. b
71 *Dominabitur à mari vſque ad mare, & à flumine vſque ad terminos orbis terrarum.* 147. c
75 *Factus eſt in pace locus eius.* 66. c
76 *Nunquid in æternum proÿciet Deus, aut non apponet, vt complacitior ſit adhuc, aut in finem miſericordiam ſuam abſcindet?* 224. d
77 *Panem cæli dedit eis, panem Angelorum manducauit homo; cibaria miſit eis in abundantia.* 101. c
Ib. *Elegit Dauid ſeruum ſuum, & ſuſtulit eum de gregibus ouium: de poſt fœtantes accepit eum.* 232. a
Ib. *Poſuit in Ægypto ſigna ſua, & prodigia ſua in campo Taneos.* 308. d
78 *Salutare tuum da nobis.* 208. b
83 *Quàm dilecta tabernacula tua, Domine! concupiſcit, & deficit anima mea in atria tua.* 232. b
Ib. *Cor meum, & caro mea exultauerunt in Deum viuum.* 344. c
84 *Viſita nos in ſalutari tuo.* 208. b
86 *Homo, & homo natus eſt in ea.* 206. b
Ib. *Glorioſa dicta ſunt de te, Ciuitas Dei.* 423. c
87 *In laboribus à iuuentute mea.* 226. d
88 *Thronus eius ſicut Sol.* 72. b
90 *Qui habitat in adiutorio Altiſſimi, &c. Cadent à latere tuo mille, & decem millia; ad te autem non appropinquabit.* 337. c
93 *Deus vltionum Dominus; Deus vltionum liberè egit.* 223. b
100 *Memoriam fecit mirabilium ſuorum miſericors, & miſerator Dominus; eſcam dedit timentibus ſe.* 236. c
102 *Qui coronat te in miſericordia, & miſerationibus.* 12. d
103 *Draco iſte, quem formaſti ad illudendum ei.* 269. a
Ib. *Rigans montes de ſuperioribus ſuis.* 414. b
105 *Stetit Phinees, & placauit, & ceſſauit quaſſatio.* 223. c
109 *De torrente in via bibet; propterea exaltabit caput.* 412. a
111 *Beatus vir, qui timet Dominum; in mandatis eius volet nimis.* 218. b
Ib. *Miſericors, & miſerator, & iuſtus.* 223. [illegible]
113 *Cælum cæli Domino; terram autem dedit filijs hominum.* 125. d
116 *Laudate Dominum omnes gentes, &c.* 113. b
117 *Vtinam dirigantur viæ meæ ad cuſtodiendas iuſtificationes tuas.* 232. c
118 *Beati immaculati in via.* 218. b
122 *Supra dorſum meum fabricauerunt peccatores.* 69. a
126 *Ecce hæreditas Domini filij, merces fructus ventris.* 194. b
131 *Iurauit Dominus Dauid veritatem, & non fruſtrabitur eum: de fructu ventris tui ponam ſuper ſedem tuam.* 239. d
135 *Confitemini Domino, quoniam bonus; quoniam in ſæculum miſericordia eius.* 224.
144. *Generatio, & generatio laudabunt opera tua, & potentiam tuam pronunciabunt & magnificentiam gloriæ ſanctitatis tuæ loquentur.* 204. a
Ib. *Miſerationes eius ſuper omnia opera eius.* 223. b

Prouerb.

C. 2 *Lætantur, cùm male fecerint, & exultant in rebus peſſimis.* 345. b
3 *Honora Deum de tua ſubſtantia.* 293. a
8 *Dominus poſſedit me in initio viarum ſuarum.* 19. b
Ib. *Ab æterno ordinata ſum.* 155. d
Ib. *Quando præparabat cælos, aderam, &c. Cum eo eram cuncta componens.* 126. c
Ib. *Ludens coram eo omni tempore.* 383. c

Ib. Mea-

Ib. *Mea eſt prudentia.* 63. a
11 *Per me Reges regnant, & legum conditores iuſta decernunt.* 199. a
13 *Venite, & comedite panem meum, & bibite vinum, quod miſcui vobis.* 189. a
16 *Vniuerſa propter ſeipſum operatus eſt Dominus.* 19. a
17 *Melior eſt buccella ſicca, &c.* 234. b
31 *Non extinguetur in nocte lucerna eius.* 400. b

Eccleſiaſtis.

C. 5 *Auarus non implebitur pecunia, & qui amat diuitias, fructum non capiet ex eis: & hoc ergo vanitas.* 237. b
7 *In toto corde tuo honora patrem tuum, & gemitus matris tuæ ne obliuiſcaris: memento quoniam niſi per illos natus non fuiſſes, & retribue illis.* 25. b
11 *Si ceciderit lignum ad Auſtrum, aut ad Aquilonem, in quocumque loco ceciderit, ibi erit.* 36. d

Cantic.

C. 1 *Oſculetur me oſculo oris ſui.* 97. b
Ib. *Ecce tu pulchra es amica mea; Ecce tu pulchra es.* 87. b
Ib. *Oleum effuſum nomen tuum.* 200. b
Ib. *Indica mihi vbi paſcas, vbi cubes in meridie.* 215. c
Ib. *Lætabimur in te memores vberum tuorum.* 261. d
Ib. *Faſciculus myrrhæ Dilectus meus mihi.* 374. b
Ib. *Nolite me conſiderare, quòd fuſca ſim; quia decolorauit me ſol.* 53. c
2 *Ego flos cāpi, & lilium conuallium.* 109. b
Ib. *Dilectus meus mihi, & ego illi.* 71. d
Ib. *Ego dilecto meo, & ad me conuerſio eius.* 74. b
Ib. *Oſtende mihi faciem tuam; ſonet vox tua in auribus meis.* 414. c
Ib. *En ipſe ſtat poſt parietem noſtrum reſpiciens per feneſtras, proſpiciens per cancellos.* 71. b
Ib. *Vox turturis audita eſt in terra noſtra.* 379. c
Ib. *Sicut lilium inter ſpinas, ſic amica mea inter filias.* 384. a
Ib. *En dilectus meus loquitur mihi: ſurge, propera, amica mea, columba mea.* 202. a
Ib. *Iam hyems tranſijt, imber abijt, & receſſit; flores apparuerunt in terra noſtra, tempus putationis aduenit.* 109. c
Ib. *Adiuro vos filiæ Hieruſalem, ne ſuſcitetis, neque euigilare faciatis Dilectam, donec ipſa velit.* 197. a
3 *Quæ eſt iſta, quæ aſcendit per deſertum, ſicut virgula fumi, ex aromatibus myrrhæ, & vniuerſi pulueris pigmentarij?* 88. b
Ib. *Inueni quem diligit anima mea, tenui eum, nec dimittam, donec introducam illum in Domum matris meæ.* 406. c
Ib. *En lectulum Salomonis ſeptuaginta fortes ambiunt.* 31. d
Ib. *Egredimini, & videte, filiæ Syon, Regem Salomonem coronatum in diademate, quo coronauit eum mater ſua in die deſponſationis, & lætitiæ.* 155. d
4 *Quàm pulchra ſunt mammæ tuæ, ſoror mea ſponſa.* 15. a
Ib. *Vulneraſti cor meū, ſoror mea ſponſa.* 74. b
Ib. *Dilectus meus mihi, & ego illi, qui paſcitur inter lilia, donec aſpiret dies.* 163. d
Ib. *Duo vbera tua, ſicut duo hinnuli Capreæ gemelli.* 199. c
Ib. *Sicut turris Dauid collum tuum, quæ ædificata eſt cum propugnaculis: mille clypei pendent ex ea, omnis armatura fortium.* 401. d
Ib. *Emiſſiones tuæ paradiſus malorum punicorum cum pomorum fructibus, cypri cum nardo; nardus, & crochus, fiſtula, & cinnamomum, cum vniuerſis lignis Libani, mirrha, & aloe cum omnibus primis vngentis.* 383. a
Ib. *Hortus concluſus ſoror mea ſponſa, hortus concluſus, fons ſignatus.* 161. c
Ib. *Veni, coronaberis, de capite Amana, de vertice Sanir, & Harmon, de cubilibus leonum, de montibus pardorum.* 318. c
Ib. *Vadam ad montem mirrhæ, & ad collem thuris.* 97. c
5 *Expoliaui me tunica mea, quomodo induar illa? laui pedes meos, quomodo inquinabo illos?* 318. b
Ib. *Peſſulum oſtij mei aperui Dilecto meo; at ille declinauerat, atque tranſierat. Anima mea liquefacta eſt, vt loquutus eſt. Quæſiui, & non inueni illum: vocaui, & non reſpondit mihi. Inuenerunt me cuſtodes, qui circumeunt Ciuitatem, percuſſerunt, & vulnerauerunt me, tulerunt pallium meum mihi cuſtodes murorum. Adiuro vos, filiæ Hieruſalem, ſi inueneritis Dilectum meum, nuncietis ei, quia amore langueo.* 318. c
Ib. *Quò abijt Dilectus tuus ò pulcherrima mulierum; quò declinauit Dilectus tuus, & quæremus eum tecum?* 419. b
Ib. *Caput eius aurum optimum.* 227. a
Ib. *Bibi vinum cum lacte meo.* 266. c
6 *Pulchra es, amica mea.* 15. a
Ib. *Vna eſt columba mea, perfecta mea, vna matri ſuæ, electa genitrici ſuæ.* 33. c
Ib. *Quæ eſt iſta, quæ progreditur quaſi aurora conſurgens, pulchra vt luna, electa vt ſol?* 72. b
Ib. *Auerte oculos tuos à me, quia ipſi me auola-*

auolare fecerunt. 215. d
7 *Quàm pulchri ſunt greſſus tui in calceamentis, filia Principis.* 296. b
Ib. Vmbilicus tuus crater tornatilis, nunquam indigens poculis. 60. a
Ib. Statura tua aſſimilata eſt palmæ. 363. a
8 *Soror noſtra parua, & vbera non habet. Ego murus, & vbera mea turris, ex quo facta ſum coram eo quaſi pacem reperiens.* 104. a
Ib. Fuge, Dilecte mi, aſſimilare Capreæ, hinnuloq. Ceruorum. 318. d
Ib. Innixa ſuper Dilectum ſuum. 127. c
Ib. Aquæ multæ non potuerunt extinguere charitatem. 350. d
Ib. Sub arbore malo ſuſcitaui te; ibi corrupta eſt mater tua. 390. a

Sapientiæ.

C. 2 *Vox turturis audita eſt in terra noſtra...* 166. c.
4 *Raptus eſt, ne malitia mutaret intellectum eius.* 7. a
6 *Initium illius veriſſima diſciplina concupiſcentia. Concupiſcentia igitur ſapientiæ deducit ad Regnum.* 232. a
9 *Miſereris omnium, quia omnia poteſ.* 230. a
Quoniam tamquam momentum ſtateræ, ſic eſt ante te orbis terrarum, & tamquam gutta roris antelucani. 92. a
16 *Pro quibus Angelorum eſca nutriſti populum, & paratum panem de cælo præſtiſti eis.* 236. c
Sortitus ſum animam bonam. 263. b

Eccleſiaſtici.

C. 1 *Ipſe creauit illam, in Spiritu ſancto vidit, dinumerauit, & menſus eſt eam.* 46. b
3 *Gloria hominis ex honore patris ſui.* 38. c
Ib. Quantò maior es, humilia te in omnibus. 191. d
Ib. Sicut qui theſaurizat, ita qui honorificat matrem ſuam. 203. a
11 *Sapientia humiliati exaltabit caput illius.* 232. b
24 *Ex ore Altiſſimi prodiui primogenita ante omnem creaturam.* 14. d
Ib. Quaſi oliua ſpecioſa in Campis. 200. b
Ib. Quaſi Cedrus exaltata ſum in Libano. 48. b
Ib. Quaſi balſamum non mixtum odor meus. 60. a
Ib. Sicut cinnamomum, & balſamum aromatizans odorem dedi. 88. b
Ib. Et flores mei fructus honoris, & honeſtatis. 98. c
Ib. In me omnis gratia viæ, & veritatis, in me omnis ſpes vitæ, & virtutis. 125. c
Ib. Ego quaſi vitis fructificaui. 159. b
Ib. Tranſite ad me omnes, qui concupiſcitis me, & à generationibus meis adimplemini. 173. b
Ib. Qui edunt me, adhuc eſurient. 234. a

Iſaiæ.

C. 1 *Cognouit bos poſſeſſorem ſuum, & Aſinus Præſepe Domini ſui.* 236. b
2 *Et erit præparatus mons Domus Domini in vertice montium.* 59. c
5 *Dicit bonum malum, & malum bonum...* 224. c
6 *Vidi Dominum ſedentem ſuper ſolium...* 67. d
Ib. Seraphim ſtabant ſuper illud; ſex alæ vni, & ſex alæ alteri. Et volauit ad me vnus de Seraphim, & in manu eius calculus, quem forcipe tulerat de altari, & tetigit os meum. 149. d
Ib. Et clamabant alter ad alterum: Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus Sabaoth. 129. a
7 *Ecce Virgo concipiet, & pariet.* 160. c
9 *Super ſolium Dauid, & ſuper Regnum eius ſedebit.* 147. c
11 *Egredietur virga de radice Ieſſe, & flos de radice eius aſcendet.* 47. b
Ib. Qui ſtat in ſignum populorum, ipſum gentes deprecabuntur, & erit ſepulchrum eius glorioſum. 21. d
Ib. Requieſcet ſuper eum Spiritus Domini. 124. c
12 *Ecce Deus Saluator meus.* 139. b
14 *Aſcendam ſuper altitudinem nubium, ſimilis ero Altiſſimo.* 191. c
15 *Delectabitur Infans ab vbere.* 265. d
16 *Præparabitur in miſericordia ſolium Agno dominatori terræ, & ſedebit ſuper illud in veritate.* 223. a
Ib. Emitte Domine Agnum dominatorem terræ de petra deſerti. 67. d
18 *Ite, Angeli veloces ad gentem expectatricem, quia hæc dicit Dominus: quieſcã, & conſiderabo in loco meo & deferetur in illo tempore munus ad locum Nominis mei ad montem Sion.* 243. c
19 *Ecce Dominus aſcendet ſuper nubem leuem, & ingredietur Aegyptum, & commouebuntur ſimulachra Ægypti à facie eius.* 306. a
25 *Rorate cæli deſuper.* 144. a
35 *Germinans germinabit ſicut lilium, & exultabit lætabunda, & gaudens.* 250. c
40 *Omnes gentes, quaſi non ſint, ſic ſunt coram eo, & quaſi nihilum, & inane reputatæ ſunt ei. Ecce gentes quaſi Stilla ſitulæ, & quaſi momentum ſtateræ reputatæ ſunt.* 92. a
51 *In brachio meo gentes ſperabunt.* 226. c

Para-

Digitized by Google

52 *Parauit Dominus brachium ſanctum ſuum in oculis omnium gentium.* 226.d
63 *Torcular calcaui ſolus.* 359.c
64 *Antequam parturiret, peperit, & antequam proueniret partus eius, peperit maſculum.* 249.b

Ieremiæ.

C. 8 *Nunquid qui cadit, non reſurget, & qui verſus eſt, non reuertetur? Quare auerſus eſt populus iſte auerſione contentioſa?* 227.d
10 *Quis non timebit te, ô Rex Regum?* 224.c
13 *Suſcitabo Dauid. germen noſtrum, & regnabit Rex.* 147.c
17 *Solium gloriæ altitudinis.* 289.b
22 *Non erit de ſemine eius qui ſedeat ſuper ſolium Dauid, & poteſtatem habeat vltrà in Iuda.* 147.c
23 *Cælum, & terram ego impleo.* 125.b
31 *Inebriabo animas Sacerdotum pinguedine, & populus meus abundabit pane.* 256.c
Ib. *In charitate perpetua dilexi te; ideò attraxi te miſerans tui.* 239.a
32 *Fœmina circundabit virum.* 174.c

Threnorum.

C. 1 *Attendite, & videte, ſi eſt dolor ſicut dolor meus.* 361.b
2 *Cui comparabo te, vel cui aſſimilabo te, filia Ieruſalem? Cui exæquabo te, & conſolabor te, Virgo filia Sion? Magna enim eſt velut mare contritio tua: quis medebitur tibi?* 350.d
4 *Sed & lamia nudauerunt mammas ſuas, lactauerunt catulos ſuos: filia populi mei crudelis quaſi ſtruthio in deſerto.* 260.b
Vlt. *Conuertimini ad me, & ego conuertar ad vos.* 74.d

Baruch.

C. 3 *Magnus eſt, & non habet finem; excelſus, & immenſus.* 125 b

Ezechielis.

C. 1 *Quaſi aſpectus lapidis ſapphiri ſimilitudo throni* 60.a
10 *Quaſi lapis ſapphirus, quaſi ſpecies ſimilitudinis ſolis.* 60.a
28 *Tu ſignaculum ſimilitudinis; plenus ſapientia, perfectus decore, in delitijs Paradiſi fuiſti. Eleuatum eſt cor tuum in robore tuo.* 292.c
44 *Porta hæc, clauſa erit non aperietur, & vir non tranſibit per eam; quoniam Dominus Deus Iſrael ingreſſus eſt per eam, eritq. clauſa Principi.* 160.a
46 *Cùm autem fecerit Princeps ſpontaneum holocauſtum, aut pacifica voluntaria Domino, aperietur ei porta, quæ reſpicit ad Orientem.* 54.d

Danielis.

C. 4 *Conſilium meum placeat tibi, peccata tua eleemoſynis redime; forſitan ignoſcet Deus delictis tuis.* 226.a
7 *Thronus eius ſicut flamma ignis.* 248.a

Oſee.

C. 2 *Ducam eam in ſolitudinem, & loquar ad cor eius.* 306.b
11 *Ex Aegypto vocaui Filium meum.* 306.b

Ioelis.

C. 3 *Ipſe eſt fons patens.* 256.c
Ib. *Veruntamen quid mihi, & vobis, Tyrus, & Sydon?* 426.b

Michææ.

C. 7 *Perijt Sanctus de terra, & rectus in hominibus non eſt: Præcoquas ficus deſiderauit anima mea.* 89.d
Ib. *Væ mihi, qui factus ſum ſicut qui colligit racemos in autumno.* 366.d

Aggæi.

C. 2 *Factum eſt verbum Domini ad Aggæum Prophetam & dixit. Quis in vobis relictus eſt, qui vidit domum iſtam in gloria ſua prima? Adhuc modicum, & veniet deſideratus cunctis gentibus, & implebo domum iſtam gloria, dicit Dominus: magna erit gloria iſtius nouiſſimæ plusquam primæ.* 304.c

Zachariæ.

C. 6 *Exulta ſatis filia Syon, iubila filia Hieruſalem: Ecce Rex tuus veniet tibi iuſtus, & Saluator.* 34.c
11 *Et contracta eſt anima mea in eis.* 242.d

Malachiæ.

C. 1 *Si ego Dominus, vbi eſt timor meus?* 224.c
Ib. *Pones montes eius in ſolitudinem, & hæreditatem eius in dracones.* 5.a
3 *Statim veniet ad Templum ſanctum ſuum Dominator, quem vos quæritis, & Angelus teſtamenti, quem vos vultis.* 303.d

Digitized by Google

Machab. II.

C. 7 *Supra modum autem mater admirabiliter, & bonorum memoria digna, quæ pereuntes ſeptem filios ſub vnius diei tempore conſpiciens, bono animo ferebat propter ſpem, quam in Deum habebat, & ſingulos eorum hortabatur voce paterna fortiter repleta ſapientia, & femineæ cogitationi animum maſculinum inferens.* 342. b

Ib. Fili mi, miſerere mei, quæ te nouẽ menſibus in vtero portaui, & lac triennio dedi. 102. a

EX TESTAMENTO NOVO.

Matthæi.

C. 1 *Liber generationis Ieſu Chriſti.* 31. c

Ib. Ieſſe autem genuit Dauid Regem, Dauid autem Rex, &c. 34. a

Ib. Iacob autẽ genuit Ioſeph, virũ Mariæ. 32. b

Ib. De qua natus eſt Ieſus. 36. b

Ib. Cùm eſſet deſponſata Mater eius Maria Ioſeph &c. Noli timere accipere Mariam coniugem tuam. Exurgens autem Ioſeph à ſomno fecit ſicut præcepit ei Angelus Domini, & accepit Coniugem ſuam. 105. c

Ib. Quod enim in ea natum eſt, de Spiritu ſancto eſt. 244. c

Ib. Ioſeph autem non cognoſcebat eam, donec peperit Filium ſuum. 248. a

Ib. Inuenta eſt in vtero habens de Spiritu ſancto. 248. b

Ib. Vocabis nomen eius Ieſum; ipſe enim ſaluũ faciet populum ſuum à peccatis eorũ 28. d

Ib. Hoc autem totum factum eſt, vt adimpleretur quod dictum eſt à Domino per Prophetam dicentem: Ecce Virgo in vtero habebit, & pariet filium. 161. a

2 *Herodes mittens illos in Bethleem dixit: Ite, & interrogate diligẽter de puero.* 287. b

Ib. Intrantes domum, inuenerunt Puerum cum Maria Matre eius. 227. b

Ib. Et procidentes adorauerunt eum, & apertis theſauris ſuis, obtulerunt ei munera, aurum, thus, & myrrham. 289. c

Ib. Tunc Herodes videns, quòd illuſus eſſet à Magis, &c. Qui cùm receſſiſſent, ecce Angelus Domini apparuit in ſomnis. 313. b

Ib. Occidit omnes pueros, qui erant in Bethleẽ, & in omnibus finibus eius à bimatu, & infra, ſecundùm tempus, quod exquiſierat à Magis. 287. a

Ib. Defuncto autem Herode, ecce Angelus Domini apparuit in ſomnis Ioſeph dicens: Surge & accipe Puerum, & Matrem eius, & vade in terram Iſrael. 313. c

3 *Hic eſt Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui.* 171. a

4 *Et ecce Angeli acceſſerunt, & miniſtrabant ei.* 101. b

Ib. Dominum tuum non tentabis, ſed illi ſoli ſeruies. 112. b

5 *Qui ſolem ſuum oriri facit ſuper bonos, & malos.* 71. b

Ib. Beati qui eſuriunt, & ſitiunt iuſtitiã. 232. c

10 *Qui perſeuerauerit vſque in finem, ſaluus erit.* 11. d

11 *Tollite iugum meum ſuper vos, & diſcite à me, quia mitis ſum, & humilis corde.* 216. c

12 *Adhuc eo loquente ad turbas, ecce Mater eius, & fratres eius ſtabant foris quærentes loqui ei.* 330. b

Ib. Quæ eſt mater mea, & qui ſunt fratres mei? (& extendens manus in Diſcipulos ſuos dixit): ecce Mater mea, & fratres mei: quicumq. enim fecerit voluntatem Patris mei qui in cælis eſt, ipſe meus frater, & ſoror, & mater eſt. 331. b

13 *Veniens in patriam ſuam docebat eos in ſynagogis eorum ita, vt mirarentur, & dicerent: Vnde huic ſapientia hæc, & virtutes? Nonne hic fabri filius? Nonne mater eius dicitur Maria, & fratres eius Iacobus, & Ioſeph, & Simeon, & Iudas? Et ſorores eius nonne omnes apud nos ſunt?* 330. d

Ib. Vos eſtis ſal terræ. 92. b

16 *Qui vult venire poſt me, abneget ſemetipſũ, tollat crucem ſuam, & ſequatur me.* 285. c

Ib. Super hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduerſus eam. 400. d

18 *Venit Filius hominis quærere, & ſaluum facere, quod perierat.* 17. a

Ib. Serue nequam, omne debitum dimiſi tibi, quoniam rogaſti me. 200. b

19 *Sinite paruulos, & nolite eos prohibere venire ad me.* 98. c

Ib. Et omnis, qui reliquerit domum, vel fratres, aut ſorores, aut patrem, aut matrem, aut vxorem, aut filios, aut agros propter nomen meum, centuplum accipiet, & vitam æternam poſſidebit. 418. c

20 *Sedere ad dexteram meam, vel ſiniſtram, non eſt meum dare vobis, ſed quibus paratum eſt à Patre meo.* 2. d

21 *Multi ſunt vocati, pauci verò electi.* 2. d

Ib. Ite in Caſtellum, quod contra vos eſt, & ſtatim inuenietis aſinam alligatam, & pullum cum ea: ſoluite & adducite mihi. Et ſi quis vobis aliquid dixerit, dicite, quia Dominus his opus habet. Hoc autem totum factum eſt vt adimpleretur quod dictũ eſt per Prophetam dicentem: Dicite filiæ Sion: ecce Rex tuus venit tibi manſuetus. 148. a

25 *Simile eſt Regnum cælorum decem Virginibus, quæ exierunt obuiam ſponſo, & ſponſæ.* 154. a

Ib. Cùm venerit Filius hominis in maieſtate ſua, & omnes Angeli eius cum eo. 219. a

Ib. Quamdiu feciſtis vni ex his fratribus meis minimis, mihi feciſtis. 293. a

Digitized by Google

Ib. Venite benedicti Patris mei. 159.b
26 Omnes vos ſcandalum patiemini in me in nocte iſta. 401.d
Ib. Etſi omnes ſcandalizati fuerint in te, ego nunquam ſcandalizabor. Etſi oportuerit me mori tecum, non te negabo. 225.b
27 Nihil tibi, & iuſto illi. 326.b
Ib. Tenebræ factæ ſunt ſuper vniuerſam terram. 400.b
28 Et ecce Ieſus occurrit illis dicens, auete. 407.b
Illæ autem acceſſerunt, & tenuerunt pedes eius. 407.d
Ib. Data eſt mihi omnis poteſtas in cælo, & in terra. 147.b
Vl. Ecce ego vobiſcum ſum vſque ad conſummationem ſæculi. 400.d

Marci.

C.3 Et veniunt Mater eius, & fratres, & foris ſtantes miſerunt ad eum vocantes eũ 330.c
Ib. Quæ eſt Mater mea, & fratres mei? (& circũſpiciens eos qui in circuitu eius ſedebãt, ait): Ecce Mater mea, & fratres mei: qui enim fecerit voluntatẽ Patris mei, hic meus frater, & ſoror mea, & mater eſt. 331.c
6 Nonne hic faber, filius Mariæ, frater Iacobi, & Ioſeph, & Iudæ, & Simonis? Nonne & ſorores eius hic nobiſcum ſunt? 34.a
8 Filius hominis non venit miniſtrari, ſed miniſtrare, & dare animam ſuam, redemptionem pro multis. 17.a
14 Audacter introiuit ad Pilatum, & petijt corpus Ieſu. 398.a
16 Cum publicanis, & peccatoribus manducat Magiſter veſter. 68.b
Ib. Maria Magdalene, & Maria Iacobi, & Salome emerunt aromata. 34.b
Ib. Surgens autem mane prima Sabbati apparuit primò Mariæ Magdalenæ, de qua eiecerat ſeptem dæmonia. 404.a
Ib. Reſpicientes viderunt reuolutum lapidem. 217.d

Lucæ.

C.1 Fuit in diebus Herodis Regis Iudææ Sacerdos quidam nomine Zacharias de vice Abia, &c. 32.d
Ib. Vxor tua Eliſabeth pariet tibi filiũ. 189.b
Ib. Miſſus eſt Angelus à Deo in ciuitatem Galilææ, cui nomen Nazareth. 109.b
Ingreſſus Angelus ad eam dixit: Aue gratia plena, Dominus tecum; benedicta tu in mulieribus. 117.c
Ib. Inueniſti gratiam apud Deum. Ecce concipies in vtero & paries Filium, & vocabis nomen eius Ieſum. Hic erit magnus, & Filius Altiſſimi vocabitur. 132.c
Ib. Quæ cùm audiſſet, turbata eſt in ſermone eius, & cogitabat qualis eſſet iſta ſalut. 129.a
Ib. Dabit illi Dominus Deus ſedem Dauid patris eius, & regnabit in Domo Iacob, & Regni eius non erit finis. 147.a
Ib. Spiritus ſanctus ſuperueniet in te, & virtus Altiſſimi obumbrabit tibi. 119.c
Ib. Ideoq; & quod naſcetur ex te ſanctum, vocabitur Filius Dei. 168.c
Ib. Et ecce Eliſabeth cognata tua, & ipſa concepit filium in ſenectute ſua. 163.a
Ib. Ecce ancilla Domini; fiat mihi ſecundùm verbum tuum. 173.c
Ib. Exurgens autem Maria abijt in montana cum feſtinatione in Ciuitatem Iuda, & intrauit in domum Zachariæ, & ſalutauit Eliſabeth. 197.a
Ib. Et factum eſt, vt audiuit ſalutationem Mariæ Eliſabeth, exultauit infans in vtero eius. 202.b
Ib. Et repleta eſt Spiritu ſancto Eliſabeth, & exclamauit voce magna, & dixit: benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus ventris tui. 203.c
Ib. Magnificat anima mea Dominum. 213.a
Ib. Et exultauit ſpiritus meus in Deo ſalutari meo. 214.c
Ib. Quia reſpexit humilitatẽ ancillæ ſuæ. 216.a
Ib. Ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes. 217.b
Ib. Quia fecit mihi magna qui potens eſt, & ſanctum Nomen eius. 221.c
Ib. Et miſericordia eius à progenie in progenies. 222.a
Ib. Timentibus eum. 224.a
Ib. Fecit potentiam in brachio ſuo; diſperſit ſuperbos mente cordis ſui. 227.b
Ib. Depoſuit potentes de ſede, & exaltauit humiles. 231.c
Ib. Eſurientes impleuit bonis. 232.b
Ib. Et diuites dimiſit inanes. 237.a
Ib. Suſcepit Iſrael puerum ſuum recordatus miſericordiæ ſuæ: ſicut locutus eſt ad Patres noſtros, Abraham, &c. 278.c
Ib. Per viſcera miſericordiæ Dei noſtri in quibus viſitauit nos oriens ex alto. 206.c
2 Aſcendit Ioſeph in Bethleem, vt profiteretur cum Maria deſponſata ſibi vxore. 105.a
Ib. Completi ſunt dies, vt pareret, & peperit Filium ſuum primogenitum. 255.b
Ib. Et pannis eum inuoluit, & reclinauit eum in præſepio. 249.d
Ib. Facta eſt cum Angelo multitudo cæleſtis exercitus. 119.a
Ib. Et venerunt feſtinantes, & inuenerunt Mariam, & Ioſeph, & Infantem poſitum in præſepio. 272.b
Ib. Et poſtquam conſummati ſunt dies octo, vt circumcideretur puer. 272.b
Ib. Vocatum eſt nomen eius Ieſus. 273.b
Ib. Tulerunt eum in Hieruſalem, vt ſiſterent illum Domino, ſicut ſcriptum eſt in lege Domini, quia omne maſculinum adaperiẽs vuluam ſanctũ Domino vocabitur. 303.a

Ib. Nunc dimittis ſeruū tuum, Dñe, ſecundùm verbū tuum in pace. Quia viderunt oculi mei ſalutare tuū. Quod paraſti, &c. 304. a
Ib. Tuam ipſius animam doloris gladius pertranſibit. 304. a
Ib. Et erant pater eius, & Mater mirantes ſuper his, quæ dicebantur de illo: & benedixit illis Simeon. 304. e
Ib. Et, vt perfecerunt omnia ſecundùm legem Domini, reuerſi ſunt in Galilæam in Ciuitatem ſuam Nazareth. 287. c
Ib. Ibant Parentes eius per omnes annos in Hieruſalem in die ſolemni Paſchæ. Et cùm factus eſſet annorum duodecim, aſcendentibus illis Hieroſolymam ſecundùm conſuetudinem diei feſti, conſummatisq. diebus, cùm redirent, remanſit puer Ieſus in Hieruſalem. 315. d
Fili, quid feciſti nobis ſic?
Ib. Pater tuus, & ego dolentes quærebamus te. 201. b
Ib. Quid eſt, quòd me quærebatis? neſciebatis, quia in his, quæ Patris mei ſunt, oportet me eſſe? 321. a
Ib. Et ipſi non intellexerunt verbum, quod loquutus eſt ad eos. 321. e
Ib. Et deſcendit cum eis, & venit in Nazareth, & erat ſubditus illis. 258. c
3 Anno autem quintodecimo Imperij Tiberij Cæſaris, &c. & ipſe Ieſus erat incipiens quaſi annorum triginta. 78. a
Ib. Filius Ioſeph, qui fuit Heli. 32. b
5 Exi à me, quia homo peccator ſum. 129. c
7 Qui habet duas tunicas, det non habenti, & qui eſcas habet, ſimiliter faciat. 294. b
Ib. Accepit omnes timor, & magnificabant Deum. 129. d
8 Venerunt autem ad illum Mater, & fratres eius, & non poterant adire eum præ turba. 330. b
Ib. Mater mea, & fratres mei ſunt, qui verbum Dei audiunt, & faciunt. 331. c
Ib. Ipſe iter faciebat per Ciuitates prædicans, & euangelizans. Cum illo & mulieres aliquæ, quæ erant curatæ à ſpiritibus malignis, & infirmitatibus: Maria, quæ vocatur Magdalena, de qua ſeptem Dæmonia exierant, & Ioāna vxor Cuſæ Procuratoris Herodis, & Suſanna, & aliæ mulieres, quæ miniſtrabant ei de facultatibus ſuis. 331. b.
10 Omnia mihi tradita ſunt à Patre meo. 147. b.
11 Extollens vocem quædam mulier de turba dixit illi: beatus venter, qui te portauit, & vbera, quæ ſuxiſti. 103. a
Ib. Quinimmo beati qui audiunt verbum Dei, & cuſtodiunt illud. 205. c
Ib. Nolite timere, puſillus grex, quia complacuit Patri veſtro dare vobis Regnum. 5. b.
14 Compelle intrare. 132. e
15 Cùm adhuc longè eſſet, vidit illum pater ipſius, & miſericordia motus eſt, & accurrens cecidit ſuper eum. 199 b
17 Decem viri leproſi leuauerunt vocem dicentes; Ieſu præceptor, miſerere noſtri. Ieſus dixit illis: Ite oſtendite vos Sacerdotibus. Et factum eſt, dum irent, mundati ſunt, &c. Nonne decem mundati ſunt? Nō eſt inuentus, qui rediret, & daret gloriam Deo, niſi hic alienigena. 140. d
21 Reſpicite, & leuate capita veſtra. 117. d
22 Ego rogaui pro te, vt non deficiat fides tua. 403. b
23 Neque tu times Deum. 225. a
Ib. Nonne oportuit pati Chriſtum, & ita intrare in gloriam ſuam? 411. b
Ib. Pater, dimitte illis; non enim ſciunt quid faciunt. Ieſus Nazarenus Rex Iudæorum. 157. e
Et admirantibus præ gaudio dixit; habetis hic aliquid, quod manducetur? At illi obtulerunt partem piſcis aſſi, & fauum mellis, & cum manducaſſet coram eis, ſumens reliquias dedit eis. 410. b

Ioannis.

C. 1 Hic venit in teſtimonium, vt teſtimonium perhiberet de lumine, vt omnes crederent per illum. 115. d
Ib. Et dedit eis poteſtatem filios Dei fieri, qui ex Deo nati ſunt. 3. c
Ib. Verbum caro factum eſt. 142. e
Ib. Vidimus gloriam eius, gloriam quaſi vnigeniti. 228 b
Ib. De cuius plenitudine omnes accepimus gratiam pro gratia. 203. a
2 Vinum non habent. 324. b
Ib Quid mihi, & tibi, Mulier? 218. b
Ib. Nondum venit hora mea. 326. a
Ib. Opera, quæ dedit mihi Pater vt faciam, 227. d
Ib. Soluite templum hoc. 230. c
3 Sic Deus dilexit mūdum, vt Filium ſuum, &c. 17. b
Ib. Scimus, quia à Deo veniſti magiſter; nemo enim poteſt hæc ſigna facere, quæ tu facis; niſi fuerit Deus cum eo. 329. b
4 Meus cibus eſt vt faciam voluntatem Patris mei. 205. e
Ib. Miſit Filium ſuum, propitiationem pro peccatis noſtris. 17. b
5 Hic eſt, qui venit per Aquam, & Sanguinem, Ieſus Chriſtus, non in aqua ſolum, ſed in aqua, & ſanguine. 395. d
Ib. Ecce ſanus factus es, iam noli peccare, ne deterius aliquid tibi contingat. 226. b
Ib. Sciens Ieſus, quia venturi erant, vt raperent eum, & vngerent, Regem, fugit in montem ipſe ſolus. 157. e
6 Qui manducat meam Carnem, & bibit meum Sanguinem, habet vitam æternam,

& ego

Digitized by Google

& ego reſuſcitabo eum in nouiſſimo die.
142. c
Ib. Niſi manducaueritis Carnem, &c. 142. c
Ib. Qui manducat hunc panem, viuet in æternum. 235. a
Ib. Et qui manducat me, & ipſe viuet propter me. 234. a
Ib. Spiritus eſt, qui viuificat; caro non prodeſt quidquam. 142. c
Ib. Nemo poteſt venire ad me, niſi Pater traxerit eum: propterea dixi vobis, quia nemo poteſt venire ad me, niſi ei fuerit datum à Patre meo. 218. a
Ib. Vt cognoſcat mundus, quia diligo Patrem, &, ſicut mandatum dedit mihi Pater, ſic facio. 226. d
7 Nemo miſit in eum manus, quia nondum venerat hora eius. 327. c
8 Vos ex patre diabolo eſtis, & deſideria patris veſtri vultis facere. 46. a
Ib. Magiſter, hæc mulier modò deprehenſa eſt in adulterio; in lege autem Moyſes mandauit nobis huiuſmodi lapidare, &c. Nec ego te condemnabo; Vade, & iam noli amplius peccare. 223. c
10 Ego ſum Paſtor bonus. Fur non venit, niſi vt furetur, mactet, & perdat; Ego veni, vt vitam habeant, &c. 19. b
Ib. Fiat vnum ouile & vnus paſtor. 270. b
12 Nunc princeps huius mundi eÿcietur foras. 231. d
Ib. Et ego, ſi exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me ipſum. 381. d
14 Alium Paracletum dabit vobis, vt maneat vobiſcum. 124. c
Ib. Ego rogo Patrem, &c. Paraclitus autem Spiritus ſanctus, quem mittet Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia quæcumq. dixero vobis. 419. d
15 Non vos me elegiſtis; ſed ego elegi vos, vt eatis, & fructum afferatis. 5. d
17 Pater, venit hora. 327. c
18 Cùm dilexiſſet ſuos, in finem dilexit eos.
335. b
Ib. Regnum meum non eſt de hoc mundo.
Ib. Rex es tu? Tu dicis, quia Rex ſum ego.
19 Stabant autem iuxta Crucem Ieſu Mater eius, & ſoror Matris eius Maria Cleophæ.
33. d
Ib. Mulier, ecce Filius tuus: Deinde dicit Diſcipulo: ecce Mater tua. 387. a
Ib. Et inclinato capite, tradidit Spiritum.
367. b
Ib. Ad Ieſum autem cùm viniſſent, vt viderunt eum iam mortuum, non fregerunt eius crura; ſed vnus militum lancea latus eius aperuit, & continuò exiuit ſanguis, & aqua, & qui vidit, teſtimonium perhibuit, & verum eſt teſtimonium eius, & ille ſcit, quia vera dicit. 395. b
Ib. Erat diſcipulus, occultus autem propter metum Iudæorum. 358 a
20 Domine, ſi tu ſuſtuliſti eum, dicito mihi vbi poſuiſti eum. 398. a
Ib. Aſcendo ad Patrem meum, & Patrem veſtrum; Deum meum, & Deum veſtrum.
171. b.
Ib. Vade ad Fratres meos. 34. b
Ib. Exÿt ergo Petrus, & ille alius Diſcipulus; & cum ſe inclinaſſit, vidit poſita linteamina, &c. Venit ergo Simon Petrus ſequens eum, & introiuit in monumentum, & vidit linteamina poſita, & ſudarium, quod fuerat ſuper Caput eius, non cum linteaminibus poſitum, ſed ſeparatim inuolutum in vnum locum. 398. b
Ib. Et cùm hoc dixiſſet, inſufflauit, & dixit eis, accipite Spiritum ſanctum. 145. b
Ib. Poſt dies octo iterum erant diſcipuli eius intus, & Thomas cū eis. Venit Ieſus, ianuis clauſis, ac ſtetit in medio, & dixit, Pax vobis. Deinde dicit Thomæ: Infer digitum tuum huc, & vide manus meas, & affer manum tuam, & mitte in latus meum, & noli eſſe incredulus. 410. b
Ib. Nemo tollit animam meam à me; ſed ego pono eam, & iterum ſumo eam. 413. d

Actuum Apoſtolorum.

C. 1 Sic veniet, quemadmodum eum vidiſtis euntem in Cælum. 119. b
Ib. Et cùm introiſſent in cœnaculum, aſcenderunt vbi manebant Petrus, & Ioannes, Iacobus, & Andreas, Philippus, & Thomas, Bartholomæus, & Matthæus, Iacobus Alphæi, & Simon Zelotes, & Iudas Iacobi. Ij omnes erant perſeuerantes vnanimiter in oratione cum mulieribus, & Matre Ieſu, & fratribus eius. 418. d
Ib. Tu Domine, qui corda noſti omnium, oſtende quem elegeris. 108. a
2 Et cùm complerentur dies Pentecoſtes, erant omnes pariter in eodem loco. 419. b
5 Ibant gaudentes à conſpectu Concilÿ, quoniam digni habiti ſunt pro nomine Ieſu contumeliam pati. 350. b
10 Pertranſÿt benefaciendo. 67. a
13 Crediderunt quotquot præordinati erant ad vitam æternam. 11. b

Epiſtolæ B. Pauli Apoſt. ad Rom.

C. 1 Non eſt diſtinctio Iudæi, & Græci; nam ipſe Dominus eſt omnium. 170. b
3 Per fidem in ſanguine ipſius. 277. d
5 Propterea, ſicut per vnum hominem peccatum in hunc mundum intrauit, & per peccatum mors; & ita in omnes homines mors pertranſÿt, in quo omnes peccauerunt. 42. c

Chari-

Ib. *Charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per Spiritum ſanctum.* 203. *d*
Ib. *Comendat ſuam charitatem Deus in nobis, quoniam, cùm inimici eſſemus, Chriſtus pro nobis mortuus eſt.* 382. *b*
6 *Omnes peccauerunt, & egent gloria Dei.* 224. *b*
Ib. *Quomodo Chriſtus ſurrexit à mortuis per gloriam Patris; ita & nos in nouitate vitæ ambulemus.* 412. *b*
Ib. *Gratia Dei vita æterna.* 6. *d*
7 *Sentio aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ.* 357. *c*
Ib. *Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius?* 65. *a*
8 *Accepiſtis ſpiritum adoptionis filiorum: ſi autem filij, & hæredes.* 74. *d*
Ib. *Omnia cooperantur in bonum his, qui ſecundùm propoſitum vocati ſunt ſancti.* 5. *a*
Ib. *Quos præſciuit, & prædeſtinauit conformes fieri imagini Filij ſui.* 21. *b*
Ib. *Quos prædeſtinauit, hos & vocauit.* 6. *d*
Ib. *Poſtulans pro nobis gemitibus inenarrabilibus.* 419. *d*
9 *Cuius vult, miſeretur, & quem vult, indurat.* 218. *b*
Ib. *Volens notam facere potentiam ſuam, ſuſtinuit in multa patientia.* 230. *a*
Ib. *Vt oſtenderet diuitias gloriæ ſuæ in vaſa miſericordiæ ſuæ, quæ præparauit in gloriam.* 2. *b*
Ib. *Antequam quidquam boni, aut mali egiſſent, vt ſecundùm electionem propoſitum Dei maneret, non ex operibus, ſed ex vocante dictum eſt, quia maior ſeruiet minori, ſicut ſcriptum eſt: Iacob dilexi, Eſau autem odio habui.* 5. *a*
12 *Sicut enim in vno corpore multa membra, omnia autem membra non eundem actum habent; ita multi vnum corpus ſumus in Chriſto.* 400. *c*

Ad Corinthios Primæ.

C. 2 *Oculus non vidit, quæ præparauit Deus ijs, qui diligunt illum.* 2. *b*
Ib. *Hoc miniſterium prædeſtinatum eſt ante ſæcula in gloriam noſtram.* 19. *d*
3 *Vnuſquiſque autem propriam mercedem accipiet ſecundùm ſuum laborem; Dei enim ſumus adiutores.* 370. *d*
5 *Omnia veſtra ſunt, vos Chriſti, Chriſtus autem Dei.* 21. *c*
10 *Vnum corpus ſumus omnes, qui de vno pane participamus.* 235. *c*
Ib. *Bibebant autem de ſpiritali conſequente eos petra, petra autem erat Chriſtus.* 67. *b*
12 *Sermo ſapientiæ, ſermo ſcientiæ, fides, gratia ſanitatum, operatio virtutum, prophetia, diſcretio ſpirituum, genera linguarum, interpretatio ſermonum.* 421. *d*
15 *Caſtigo corpus meum, & in ſeruitutem redigo.* 217. *c*
Ib. *Deo gratias, qui dedit nobis victoriam per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum.* 382. *d*
Ib. *Nouiſſimè autem inimica deſtruetur mors: omnia enim ſubiecit ſub pedibus eius: cùm autem ſubiecta fuerint illi omnia, tunc & ipſe Filius ſubiectus erit ei, qui ſubiecit ſibi omnia.* 258. *a*
Ib. *Cùm autem dicat; omnia ſubiecta ſunt ei; ſine dubio præter eum, qui ſubiecit ei omnia.* 147. *d*
Ib. *Nunc autem Chriſtus reſurrexit, primitiæ dormientium.* 406. *a*
Si Chriſtus non reſurrexit, inanis eſt prædicatio noſtra, inanis eſt & fides noſtra, &c. Inuenimur enim & falſi teſtes Dei. 411. *c*

Ad Corinthios Secundæ.

C. 1 *Sicut ſocij eſtis paſſionum, ità eritis & conſolationum.* 375. *a*
5 *Eum, qui non nouerat peccatum, pro nobis peccatum fecit, vt nos efficeremur iuſtitia Dei in ipſo.* 225. *b*
7 *Perficientes ſanctificationem in timore Dei.* 225. *b*

Ad Galatas.

C. 1 *Qui dilexit me, tradidit ſemetipſum pro me.* 215. *b*
Ib. *Viuo autem iam non ego; viuit verò in me Chriſtus.* 359. *c*
3 *Chriſtus nos redemit de maledicto legis factus pro nobis maledictum.* 370. *b*
4 *Miſit Deus Filium ſuum, factum ex muliere, vt eos, qui ſub lege erant, &c.* 17. *b*
Ib. *Quanto tempore hæres paruulus eſt, nihil differt à ſeruo, cùm ſit dominus omnium.* 144. *d*

Ad Epheſios.

C. 1 *Benedictus Deus, & Pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui benedixit nos in omni benedictione ſpirituali in cæleſtibus, in Chriſto.* 159. *a*
Ib. *Prædeſtinauit nos per Ieſum in ipſum.* 21. *c*
Ib. *Elegit nos in ipſo ante conſtitutionem mundi, vt eſſemus ſancti.* 4. *d*
Ib. *Et omnia ſubiecit ſub pedibus eius.* 147. *d*
Ib. *Vt ſciatis, quæ ſit ſpes vocationis eius, & quæ diuitiæ gloriæ hæreditatis eius in Sanctis.* 199. *b*
5 *Auarus, quod eſt idolorum ſeruitus.* 237. *a*
6 *Omnia poſſum in eo, qui me cõfortat.* 229. *a*

Ad

Ad Philippenſes.

C. 2 Factus obediens vſque ad mortem, mortem autem crucis. 369. d
Ib. Propter quod & Deus exaltauit illum, & dedit illi nomen, quod eſt ſuper omne nomen, vt in nomine Ieſu omne genu flectatur cæleſtium, terreſtium, & infernorum. 369. d
3 Saluatorem expectamus Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, qui reformabit corpus humilitatis noſtræ configuratum Corpori claritatis ſuæ. 411. b

Ad Coloſſenſes.

C. 1 Qui eſt imago Dei inuiſibilis. 192. a
2 Circumciſi eſtis circumciſione non manu facta in expoliatione corporis carnis, ſed circumciſione Chriſti, conſepulti ei in Baptiſmo. 274. e
3 Quodcumq. facitis, ex animo operamini, ſicut Domino, & non hominibus, ſcientes quòd à Domino accipietis retributionem hæreditatis. [illegible]. e
Ib. Si conſurrexiſtis cum Chriſto, quæ ſurſum ſunt ſapite. 411. e

Ad Thimoth. Primæ

C. 2 Deus vult, omnes ſaluos fieri. 3. d
Ib. Vnus eſt mediator Dei, & hominum homo Ieſus Chriſtus. 370. a
3 Vt ſcias quomodo oportet te conuerſari in Domo Dei, quæ eſt Eccleſia viui, columna, & firmamentum veritatis. 40[illegible]. e
5 Vidua eligatur, quæ fuerit vnius viri vxor. [illegible]. e

Ad Thimoth. Secunda.

C. 1 Vocauit nos vocatione ſua ſancta, non ſecundum opera noſtra. 11. a
VI. Diuitibus huius ſæculi præcipe facile tribuere. 29[illegible]. a

Ad Titum.

C. 2 Expectantes beatam ſpem, & aduentum gloriæ magni Dei, & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti, qui dedit ſemetipſum pro nobis, vt redimeret ab omni iniquitate. 370. b
3 Non ex operibus iuſtitiæ, quæ fecimus nos, ſed ſecundum ſuam miſericordiam ſaluos nos fecit. 11. d
Ib. Vt iuſtificati gratia ipſius hæredes ſimus ſecundum ſpem vitæ æternæ. 3. e

Ad Hebræos.

C. 1 Splendor Patris, & figura ſubſtantiæ eius. 192. b
Ib. Quem conſtituit hæredem vniuerſorum. 149. a
2 Ecce ego, & pueri, quos dedit mihi Deus. Quia ergo pueri communicauerunt carni, & ſanguini, & ipſe ſimiliter participauit eiſdem, vt per mortem deſtrueret eum, qui mortis habebat imperium, & liberaret eos, qui timore mortis per totam vitam obnoxij erant ſeruituti. Nuſquã enim Angelos apprehendit, ſed ſemen Abrahæ apprehendit: vnde debuit per omnia fratribus ſimilari, vt fieret miſericors. 17. e
Ib. Vidimus Ieſum propter paſſionem mortis gloria & honore coronatum. Decebat enim eum, propter quem omnia, & per quem omnia, qui multos filios in gloriam adduxerat, authorem ſalutis eorum per mortem conſummari. 21. d
3 Chriſtus verò tamquam filius in domo ſua, quæ domus ſumus nos. 100 e
4 Non eſt vlla creatura inuiſibilis in conſpectu eius; omnia enim nuda, & aperta ſunt oculis eius. 125. d
6 Chriſtum iterum crucifigentes. 366. b
7 Sanctus, innocens, impollutus, & ſegregatus a peccatoribus 291. e
Ib. Sine vlla contradictione minor benedicitur a maiori. 301. b
9 Statutum eſt hominibus ſemel mori; poſt hoc autem iudicium. 36. b
Ib. In ſecundo tabernaculo ſemel in anno ſolus Pontifex non ſine ſanguine introibat. [illegible]. d
Ib. Quantò magis ſanguis Chriſti? 257. d
10 Corpus autem adaptaſti mihi. 265. d

Iacobi.

C. 1 Suſcipite inſitum verbum, quod poteſt ſaluare animas veſtras. 186. b
2 Nonne Deus elegit pauperes in hoc mundo, diuites in fide, & hæredes. quod Regni promiſit Deus diligentibus ſe? 2. e
Ib. In multis offendimus omnes. 50. a

Petri Primæ.

C. 1 Non corruptibilibus auro, & argento, ſed pretioſo ſanguine 227. d
2 Chriſtus paſſus eſt pro nobis, vobis relinquens exemplum, vt ſequamini veſtigia eius. 382. e
5 Humiliamini igitur ſub potenti manu Dei, vt vos exaltet. 232. e
9 Fortes in fide reſiſtite diabolo. 402. b

Digitized by Google

Ioannis Epiſtolæ primæ.

C. 1 *Sanguis Ieſu Chriſti, filij eius, emundat nos ab omni peccato.* 277. *d*
3 *Qui facit peccatum, ex diabolo eſt; quoniam ab initio diabolus peccat.* 46. *b*

Apocalypſis.

C. 1 *Princeps Regum terræ.* 147. *b*
3 *Tene, quod habes, ne alius accipiat coronam tuam.* 2. *d*
5 *Vidi agnum tamquam occiſum in medio throni.* 188. *b*
Ib. *Ecce vicit Leo de tribu Iuda, radix Dauid aperire librum, & ſoluere ſeptem ſignacula eius: & vidi, & ecce in medio throni, & quatuor animalium agnum ſtantem.* 223. *a*
Ib. *Dignus es, Domine, accipere librum, & aperire ſignacula eius; quoniam occiſus es, & redemiſti nos Deo in ſanguine tuo.* 370. *b*
8 *Stetit Angelus ante altare habens thuribulum aureum in manu ſua: & data ſunt ei incenſa multa, quæ ſunt orationes Sanctorum.* 291. *a*
12 *Mulier amicta Sole, & Luna ſub pedibus eius, & in capite eius corona ſtellarum duodecim; & in vtero habens clamabat parturiens, & cruciabatur, vt pariat.* 250. *b*
Ib. *Et peperit Filium ſuum maſculum; qui recturus erat omnes gentes.* 250. *c*
Ib. *Mulieri data ſunt alæ duæ, & mulier fugit in ſolitudinem, vbi habebat locum paratum à Deo.* 96. *a*
13 *Agnus occiſus ab origine mundi.* 207. *c*
15 *Magna, & admirabilia ſunt opera tua.* 129. *d*
Ib. *Habebat ſcriptum in femore, Rex Regum, & Dominus dominantium.* 147. *b*
21 *Fundamenta muri Ciuitatis omni lapide pretioſo ornata.* 66. *a*
Ib. *Fundamentum primum Iaſpis.* 47. *b*

FINIS.

INDEX

INDEX
COPIOSIOR RERVM,
Quæ in hoc Tomo notatu digniores viſæ ſunt.

PRIOR NVMERVS PAGINAM, POSTERIOR COLVMNAM DESIGNAT.

A

ABSENTIA amati perfectum amorem vehemẽtiùs accendit. pag. 318. columna 2. littera a.
Abſentia Chriſti dumtaxat querelas ex ore B. Virginis potuit extorquere. 320. c. 1. b
Academiç immaculatç B.V. Cõceptionis propugnatrices quot, & quç. 50. c. 1. d
Actus à voluntate eliciti non omnes liberi. 345. c. 2. d
Adiutrix Redemptionis dicta B. Virgo, & quare. 388. c. 1. a
Adrianus Imperator cur tantoperè vini potationi deditus. 263. c. 2. d
Aduerſa, dummodo nobis Chriſtus non aduerſetur, libenter toleranda. 308. c. 2. c
Ædis Lauretanæ encomium. 111. c. 2. a
Ægyptus, antequam in illam cum puero Ieſu ſe reciperet B. Virgo, vitiorum baratrum. Poſt ſanctimoniæ quam felix theatrum. 308. c. 1. c
Ægypti Ciuitates præcipuas luſtrauit B. Virgo cum infantulo Ieſu. 314. c. 2. b
Ægyptij in idolorum cultu quàm ſuperſtitionibus dediti. 308. c. 1. c
Ætas B. Virginis, quando matrimonium cum S. Ioſepho contraxit, qualis. 111. c. 2. a
Æthiopes quantùm colãt Deiparam Virginem. 220. c. 1. d
Affectus B. Virginis in Chriſtum filium tempore ipſius paſſionis qualis. 365. c. 1. b
Affectum maternum quàm mira fortitudine in ſe cohibuerit Beata Virgo tempore Chriſti paſſionis. 388. c. 1. d
Affectus B. Virginis virtus Diuina moderabatur. 310. c. 1. a
Affectum quẽdam mutuum, maternum, ac filialem indidit Chriſtus Mariæ, ac Ioanni per illa verba: *Mulier, ecce Filius tuus, &c.* 389. c. 1. d
Affectus maternus B. Virginis in fideles quàm perfectus. 391. c. 2. a
Afflictiones in hac mortali vita quàm clarum ſint diuini amoris argumentum. 312. c. 2. b
Agnus cur in veteri lege præceperat Deus, ne in matris lacte coqueretur. 388. c. 2. b
Alexandri Magni Macedonis quanta pietas in matrem. 245. c. 2. d
Amantibus perfectis vitam pro alterutro effundere iucundum. 364. c. 2. d
Amazonum quàm eximia animi fortitudo. 388. c. 2. d
Amato præſente, licèt amara, dulceſcunt omnia. 320. c. 1. b
Amici amore vehementi ſe inuicem proſequuti qui. 350. c. 2. b
Amor, quo B. Virgo Chriſtum proſequebatur, quàm eminens. 308. c. 1. a, 344. c. 2. c, 359. c. 1. c, 363. c. 1. d, 367. c. 1. b
Ex quibus capitibus penderet. 364. c. 1. d
Amor, quo B. Virgo Chriſtum lactabat, quantus. 265. c. 2. b
An ſuperaret charitatem, qua omnes martyres ſimul ſumpti ſanguinem effuderunt. 266. c. 1. c
Amor B. Virginis in Chriſtum ex abſentia illius, cùm triduo in Templo duodennis remanſit,

manſit, quàm auctus. 318. c. 1. c

Amoris diuini in Beatam Virginem quanta intenſio. 57. c. 2. b
p.126.c.1.c, p.214.c.2.d, p.215.c.2.c, p.275. c.2.d, p 363.c.2.a, p.418.c.2.a

Amor diuinus B. Virginis Zelotypus. 40.c.2, c, & p. 46 c.2. b

Amoris diuini in homines perfectio. 215.c.1 a, p.333.c.2.a, p.362.c.1. d

Amor, quo Deus amat creaturam, & amor, quo ipſe amatur à creaturis, quomodo differant. 51. c.1.c

Amor pro nobis dura patiendi in Chriſto quàm ingens. 307. c.2. d

Amor B. Virginis adeo inuincibilis, vt hominum quantumuis prophana corda, ſi reſipiſcant, non dedignetur. 269.c.1.c

Amor amantem in amatum transfert. 358.c.1.d

Amor nil inter amatum, & amantem ſecretum patitur. 245. c.1.a, & p.328.c.1.d

Amor laborem leuat, & difficilia quæque explanat. 227.c.1. a

Amor, qui in arduis non probatur, ſuſpicione non caret. 308.c.1. a

Amor, ſi verus, neſcit eſſe otioſus. 56. c.2. d

Amor quàm ſuaue rerũ condimentũ. 265.c.2.c

Amor menſura doloris. 349.c.1.c

Amor matris in filios quantus. 275.c.2 a
Major amore patris, & quare. 258.c.1. c

Amore quomodo infirmetur corpus, & temperamentum ad proſperam valetudinem neceſſarium diſſoluatur. 353.c.2. b

Angelus cur potiùs ad Virgin annunciandam incarnationem miſſus, quàm alius ex hominibus ſanctus. 116.c.1. a

Angeli Gabrielis dictis annuẽs B.V. plus meruit, quàm vniuerſæ creaturæ tàm humanæ, quàm angelicę, in omnibus ſuis actionibus. 193.c.2.a
Meruit de congruo humani generis ſalutem. 194. c.1. a

Angeli complures Beatam Virginem, dum geſtabat Ieſum in vtero, cuſtodiebant. 343.c.1.a

Angelus, qui Chriſtum in horto mœrentem ſolatus eſt, ad Virginem etiam eodem tempore acceſſit conſolationis gratia. 376.c.2.a

Angelorum cuſtodia parentibus B. Virginis numquam defuit. 137.c.2. b

Angeli, dùm B. Virginẽ inuiſebãt, ab illa ob virtutũ eminentiã recedere neſciebant. 97. c.2.b

Angeli quomodo vniãtur corporibus. 117.c.1.b

Angeli quomodo appareant. 116. c.2. c

Angelus in corpore aſſumpto, ſi lædatur, non dolet, & quare. 344.c.1. a

Angelicam Salutationem inceſſanter decantant in cælis ſeraphici Spiritus. 129. c.1. a

Angelicam ſalutationem deuotè proferentibus quanta proueniat gratia. 128.c.2.a

Angelicam ſalutationem frequentantes cæleſtis Regni arrham poſsident in terris. 129.c.1.b

Anima Chriſti dependenter aliquo modo à *Fiat* B. Virginis obtinuit viſionis beatificæ poſſeſſionem. 186.c.2. d

Anima, & corpus Chriſti priùs non prioritate temporis, ſed quaſi formali, fuerunt vnita Verbo, quàm inter ſe. 181.c.2. c

Animam B. Virginis ab ipſo conceptionis inſtanti ſanctificatam Angeli aſsiduè cuſtodiebant. 45.c.2. c

Animam ſi inueniret Deus in terris ad patiendum optimè diſpoſitam, omnes in illam tribulationes congereret. 319. c. 1. d

Animæ an quò ad naturalem perfectionem omninò in hominibus ſint æquales. 89. c.2. b

D. Anna Ioachim coniuge ſanctior. 39.c.1.d

D. Anna omnipotentis Dei gazophylacium dicta. 37. c. 1. c

D. Annæ vbera Angelorum miniſterio fabricato lacte tumeſcebant. 401.c.2. d

DD. Annæ, & Ioachim cultus Deiparæ gratiſsimus. 40.c.1. a

Apoſtolis plurimum contulit B.V. ad Spiritum ſanctum in Pentecoſte recipiendũ. 418.c.2. d

Apoſtoli poſt aduentum Spiritus ſancti à B. Virgine inſtruebantur, & in acceptis ſenſibus confirmabantur. 292.c. 2.b

Apoſtoli quibus laudibus B. Virginem celebrauerint. 218.c.2. a

Apoſtoli tempore Chriſti paſsionis, ac mortis non omninò in fide defecerunt. 401.c.1. d

Appetitus ſenſitiui, & rationalis effectus qui. 343. c. 1. d.

Inter Appetitum rationalem, & ſenſitiuũ quanta conſenſio, & ſympathia. 344.c.1. b

Appetitus vterq. B. Virginis rationalis, & ſenſitiuus Chriſti paſsione doluerunt. 343.c.2. b

Appetitus ſenſitiuus in B. Virgine quomodo ſubiectus fuerit voluntati, dum illa viatrix erat. 355.c.1.c, & 356.c.1.a

Appetitus ſenſitiuus voluntatis imperio ſubiectus fuiſſet in ſtatu innocentiæ. 355.c.1.c

Aqua ex Chriſti latere à ſanguine diuiſa profluxit. 396.c.1.d

Arabia, ex qua venerunt Magi Chriſti adoratores, Bethleem quantum diſtet. 288.c.1. b

In Arcanis ſacræ Scripturæ clariùs cognoſcendis meditatione vtebatur B.V. 322.c.2. c

Ariſtoteles quomodo interijt. 349. c. 1. c

Aſſumptionis Virgineæ occurſus è cælo dignior, quàm in Chriſti Aſcenſione. 417. c.1. c

Auarities inſatiabilis, & quàm ingens homini malum. 235.c.2. c

A V E, primum verbum ſalutationis Angelicæ, quid ſibi velit. 121.c.1.a

Authores immaculatam aſſerentes B. Virginis conceptionem penè innumerabiles. 50.c.1. c

B

BAptiſmus per aquam ex Chriſti latere manantem ſignificatus. 396.c.2. a

Beatitudo an detur in terris, qualis, & in quo poſita. 217.c.2. c

Beati-

Beatitudine, quæ datur in hac mortali vita, beatiſsima ſuper omnes alios fuit B.V. 218.c.1.a
Beati abſque vlla abſtractione à ſenſibus diuinam eſſentiam in cælo poſt corporis reaſſumptionem ſpeculabuntur. 198.c.1.a
Beati neceſſariò amant Deum. 345.c.2.d
Beata meritò acclamata in ſacro Euangelio vbera Beatæ Virginis. 261.c.2.d
Benedicta tu in mulieribus, quos ſenſus admittat. 127.c.2.c
Benedictio Sacerdotalis à Simeone Deiparæ collata, ſed non ſub formula verborum conſueta. 305.c.1.a
Beneficia hominibus impendere proprium Dei eſt. 335.c.2.b
Beneficia quot, & quanta ratione ſpiritualis maternitatis à B.Virg. recipiamus. 391.c.1.c
Beneficij magnitudo vnde arguenda. 374.c.2.b
Biblia vulgatæ editionis reliquis omnibus anteferenda. 296.c.2.d
Blaſphemantes Deiparam quàm ſeuerè puniant Æthiopes. 220.c.2.a
Bona, quæ per Sacramentum Euchariſtiæ conferuntur, quot, & quæ. 233.c.1.a
Per Brachium Verbum incarnatum intellexit B.V. in ſuo Cantico. 226.c.2.c
Brentius Hæreticus quàm veſanus, ac temerarius in accuſanda Deipara Virgine. 326.c.1.c
Bullingerij Hæretici in ijs arguendis, qui de doloribus à B. V. in paſſione Filij perlatis mentionem habent, ſumma temeritas. 341.c.1.a

C

Calceamēta ſymbolum libertatis. 291.c.2.b
Calceamenta ſoluere quid ſignificaret apud antiquos. 371.c.2.c
Calceamēta ſoluere cur mādauerit Deus Moyſi ad rubum incombuſtum acceſſuro. 371.c.2.b
Caligula Imperator humani ſanguinis ſitientiſſimus, & quare. 263.c.2.d
Caliphus Babylonis Rex in quas ob auaritiem deuenerit calamitates. 237.c.2.b
P. Camillus de Lellis moribūdos quomodo proprio exemplo docuerit adiuuandos. 368.c.2.c
Canonicus quidam, quia horas Canonicas B. V. decātare ſolitus, ab inferis reuocatus. 36.c.1.a
Carnem humanam diligit Deus, tamquā Chriſti ſororem, poſt diuinā incarnationem. 232.c.1.d
Caro in prima generatione accepta in viuente non deſtruitur, ſed integra vſque ad extremum vitæ perſeuerat. 285.c.1.c
Caro, quàm Chriſtus ex ſubſtantia virgineorum viſcerum aſſumpſit, ferè integra in eo vſque ad mortem aſſeruata eſt. 285.c.1.b
Caſtitatis ſeruandæ gratiam faciliimè concedit Deus ijs, qui per Virginis interceſſionem illam depoſcunt. 58.c.2.a
Caſtitati humilitas adiungenda. 200.c.2.a
Cauſa finalis omnium creaturarū eſt B. V. poſt diuinitatem, & Chriſti humanitatē. 155.c.2.a
Cauſa noſtræ lætitiæ quo in ſenſu dicatur B. V. 193.c.1.c
Cedrus, ſi ob ſolis ardorem areſiat, quomodo ab interitu vindicetur. 336.c.1.d
Celeritatem ſibi habere debet adiunctam perfecta miſericordia. 199.c.1.d
Charitas B.V. quàm eminens. p.278.c.2.b, p.320.c.2.a, p.394.c.1.a, p.325.c.1.a, p.393.c.1.b
In tenellam adhuc Eccleſiam. 418.c.2.b
Charitate B.V. quantum Chriſtus in eius vtero exiſtens delectaretur. 242.c.2.b
Chriſtus prædeſtinatus, vt finis creaturarum, Caput, atque Exemplar omnium prædeſtinatorū, cauſaq. meritoria omnis gratiæ, dependenter à peccato Adami præuiſo. 226.c.2.a
Chriſtus vt homo habuit ſupremam Regni poteſtatē in omnes Reges, ac Principes. 147.c.2.a
Ius altum in omnibus rebus creatis. 148.c.1.b
Dominium vniuerſale in omnes creaturas. 148.c.2.c
Dum vixit inter homines, regiam vix exercuit poteſtatem. 149.c.2.c
Chriſti Corpus nō ſpatio cęterorum fętuū conſueto, ſed vnico tēporis momento perfectiſſimè in vtero Virginis organizatū. 174.c.2.a
Chriſtus à primo inſtanti, quo fuit conceptus, ad mortem hora à diuino decreto pręfixa ſubeūdam Patri æterno ſe obtulit. 187.c.2.b
Chriſtus vtero Virginis incluſus paſsionis ſuæ ſimulachrū in eius corde impreſsit. 188.c.2.d
Chriſtus genitus fuit à Virgine propenſus ad obediendum æterno Patri in ſubeunda morte. 193.c.1.c
Chriſto infantulo vterus Virginis delitioſus. 241.c.2.a
Chriſtus, cùm momento fuiſſet conceptus, cur voluerit in vtero Virginis nouem menſibus, vt cæteri partus, immorari. 242.c.2.a
Chriſtus vtero incluſus Virgini Matri per vmbilicarem venam coniungebatur. 245.c.2.c
Chriſtus, clauſis Virginitatis clauſtris, ex vtero Virginis prodijt. 252.c.1.b
Chriſtus natus ex Virgine, vt Virginitatis amorē in animis hominum excitaret. 252.c.2.a
Chriſtum ſtatim natum cur in præſepio B.V. reclinauit. 256.c.1.b
Chriſtus ſtatim natus, humili licèt in præſepio iaceret, ineffabili tamen ſplendore irradiabat. 256.c.1.d
Chriſtus ſub patria Virginis Matris poteſtate quo in ſenſu fuerit, & in quo non. 159.c.1.c
Chriſtus infantulus quibus de cauſis proprio lacte à Virgine lactandus fuit. 260.c.2.d
Chriſtus quantùm in ſugendis Virgineis vberibus delitiaretur. 265.c.1.d
Chriſto infantulo, dùm à Virgine lactabatur, dulcis erat felis, & aceti, quo in paſsione potandus erat, recordatio. 266.c.1.c
Chriſtus Ieſu nomen priùs non ſuſcepit, quàm cęperit exercere. 271.c.2.b
Chriſtus opus humanæ redemptionis conſummare noluit, niſi per paſsionem, ac mortem, & quare. 278.c.2.b

Chriſtus infantulos in omnibus puerorum more ſe gerebat. 290.c.2.c
Chriſti infantis in Dæmone profligando eximium ſtratagemma. 309.c.1.c
Chriſtus legi præſentationis in Templo non adſtrictus, immò ex verbis ipſius legis excluſus. 303.c.1.b
Chriſtus tribus diebus, quibus in Templo, inſcijs parentibus, remanſit, ex emendicato viuebat. 317.c.2.b
Chriſtus etiam in conuiuijs futuræ ſuæ paſſioni intentus. 327.c.2.d
Chriſtus cur voluerit transfigurari. 333.c.1.b
Chriſtus mortem oppetijt ob id etiam, vt verum ſe Mariæ filium demonſtraret. 336.c.1.d
Chriſtus, applicitis externo ſenſui obiectis iucundis, vel afflictiuis, poterat delectari, vel non delectari, affligi, vel non affligi. 355.c.2.d
Chriſtus in paſſione ſua omni ſolatio, quo dolor imminui poſſet, diuinitùs deſtitutus. 360.c.1.d
Chriſtus non ſolùm vt Patri, verùm etiam vt Matri obediret, mortem oppetijt. 369.c.1.d
Chriſtus, dum per mortem dolores paſſionis euaſit, Matrem pro ſe in illis ſubſtituit. 362.c.2.b
Chriſtus dolore maternæ compaſſionis quàm affligeretur. 362.c.2.d
Chriſtus ob amorem B. Virginis præcipuè vulnera, & dolores paſſionis ſuſtinuit. 363.c.2.a & 365.c.2.a
Chriſtus, ſecluſa per impoſsibile Patris voluntate, vt Matri tantùm pareret, morti ſe ſubiecisset. 369.c.2.b
Chriſtus in ſua paſſione ad maiorem ſui afflictionem elegit Matris præſentiam. 367.c.2.c
Chriſtus in paſſione magis patiendi cupidum ſe oſtendit, quàm eſſent Iudæi ipſum nouis dolorum inuentis excruciandi. 367.c.2.c
Chriſtus ita dolores ſuæ paſsionis paſſus eſt, vt ad maiores anhelaret. 373.c.2.d
Chriſtus, dum patiebatur, quantùm in ſuperiori parte lætaretur. 382.c.2.b
Chriſtus ideo Virginem moriturus in Cruce mulieris, & non matris nomine compellauit, vt inſinuaret mentis ſuæ eſſe, vt illa affectum omnem maternum ad fideles conuerteret. 387.c.1.c
Chriſtus quomodo fuit è Cruce depoſitus. 397.c.2.a
Chriſtus à mortuis rediuiuus primò omnium apparuit Virgini matri. 404.c.1.c
Et ſæpiùs, ante quàm ad cælum aſcenderet, illam inuiſiſſe, probabile. 406.c.1.c
Chriſtus rediuiuus glorioſum ſui Corporis clarorem maternis oculis ſuſpiciendum exhibuit. 408.c.2.a
Viderit ne B. V. huiuſmodi claritatem ſolis naturæ viribus, nulla ſuperiori virtute interueniente. 409.c.1.a
Chriſtus cur filium hominis ſe ſæpiùs vocitabat. 388.c.1.c
Chriſtus quò ad corporis formam per omnia Virgini matri ſimilis. 86.c.1.c
Chriſti aſpectus diuinitatis; neſcio quid præſeferebat. 87.c.2.a
Chriſtus ex hoc etiam ſanctus dictus ab Angelo, quòd ſanctè concipiendus à Virgine. 169.c.2.c
Chriſtus ex hoc ſpeciali capite quòd erat Filius Mariæ, dignoſci poterat habens humanitati coniunctam diuinitatem. 270.c.1.d
Chriſtus non ſolùm vt homo, ſed vt Deus etiam matrizabat. 169.c.1.b
Chriſtus cur non dicatur ab Angelo, quòd Filius æterni Patris vocandus ſit, ſed Dei. 170.c.2.b
Chriſtus cur inclinato capite emiſerit Spiritum. 115.c.1.a, & 369.c.2.a
Chriſto, quod in paſsione pro hominibus præſtitit, totum debent vniuerſi, & totum ſinguli. 215 c.1.c
Chriſtus debitor Beatæ Virginis, & quomodo. 211.c.2.c
Chriſtus carnem ſuſcipientis Euchariſtiam reputat velut peculiari titulo ſuam. 135.c.1.c
Chriſtus quantùm Virgini Matri obſequi cuperet. 259.c.1.d
Chriſtus quicquid per preces B. Virginis nobis donat, Matri ſe donare putat. 259.c.2.b
Chriſtus quantum rogante ſe Matre gaudeat. 252.c.2.b
Chriſtus in cælum aſcendit ob id etiam, vt Matrem honoraret. 259.c.2.c
Chriſtus quàm vehementer cupiat nobis ſe donare per manus B. Virginis. 304.c.1.d
Chriſtus potentiam, & gloriam ſuam mundo aperire noluit, niſi dependenter à Virginis interceſsione. 329.c.2.c
Chriſtus multò magis dilexit Virginem ob ſpiritualem, quàm ob carnalem maternitatem. 332.c.1.c
Chriſtus etiam tempore tribulationis amandus. 368.c.1.c
Chriſtus, ſi amiſſus eſt, quanto ſtudio, ac diligentia ſit exquirendus. 320.c.1.c
Chriſti, & Mariæ vna caro. 42.c.1.d
Chriſti anima reſpectu ſubſtantiæ non perfectior anima Iudæ. 90.c.1.b
Cibo ſapientiſsimè, & temperatè vtebatur B.V. 86.c.1.c
Circumciſio ad quid à Deo Iudæis fuerit iniuncta. 270.c.1.b
Circumciſionis lex eos tantùm afficiebat, qui ex ſemine Abraham per Iſaac trahebant originem. 272.c.1.b
Circumciſioni non tenebatur Chriſtus. 270. col. 2.b
Vbi fuerit circumciſus; & quibus de cauſis decuerit illum circumcidi. 271.c.1.c
Circumciſio Chriſti fuit arrha copioſioris ſanguinis in paſsione fundendi. 271.c.2.a

Circumciſioni Chriſti præſens fuit Beata Virgo. 275. c. 1. d
Quænam cum Chriſto tunc ſpiritualiter haberet racitæ mentis colloquia. 275. c. 2. c
Quanta perfunderetur ſimul cum dolore lętitia. 235. c. 2. d
Circumciſioni Chriſti quàre debuit B. Virgo cooperari. 272. c. 1. a
Circumciſionis primus Sanguis effuſus à Chriſto, vt deſiderio, quo tenebatur B. V. humanæ redemptionis per Chriſti ſanguinem conſummandæ, ſatisfaceret. 173. c. 1. d
Circumciſio ſpiritualis corporali apud Chriſtifideles ſucceſsit. 274. c. 1. b
In Circumciſione Chriſti quale nobis relictum humilitatis exemplum. 285. c. 2. a
Ciuitas Iuda, ad quam perrexit B. Virgo poſt Angeli Annunciationem, quæ. 200. c. 2. b
Claritas corporis Chriſti glorioſi fulgorem reliquorum glorioſorum corporum quàm excedat. 408. c. 2. a
Claudiæ Virginis Veſtalis probata Virginitas. 297. c. 2. a
Clauos, dum Chriſtus è Cruce deponeretur, ſinu reuerenter excepit B. Virgo; ſed poſtea diuinæ morem gerens diſpoſitioni ſepeliri permiſit. 398. c. 1. d
Clementia B. Virginis in homines quàm eminens. 269. c. 2. c
Clerici Regulares Miniſtrantes Infirmis moribundis quomodo opitulentur. 368. c. 1 d
Clericus quidam B. Virgini paſsione Filij ſui mœrenti pio affectu compati ſolitus, quidnam in huius præmium exercitij ab ipſa Virgine reportauerit. 375. c. 2. c
Cognationi carnali præferenda ſpiritualis. 332. c 1. b
Cognitio aliqua à phantaſmatibus independens admittenda in B. Virgine. 358. c. 1. a
Colloquia quænam cum infantulo Chriſto miſceret B. Virgo, dum illum lactabat. 261. c. 2. b
Compaſsio B. Virginis patienti Filio quàm Deo grata, quàmq. eminenter eleuata. 362. c. 2. c
Columba ſimplicitatis, & charitatis ſymbolum. 301. c. 2. b
Compaſsionem ſuam, Chriſto pro humana ſalute patiente, applicuit Deipara pro peccatoribus. 370. c. 2. c
Conceptio B. Virginis à peccato originali immunis. p. 36. c. 2. c, p. 45. c. 2. a, p. 37. c. 2. c, 38. c. 2. a, p. 125. c. 1. b, p. 214. c. 1. a, p. 218. c. 2. d, p. 222. c. 2. c. p. 230. c. 2. c, p. 231. c. 2. a, p. 264. c. 2. d, p. 291. c. 2 b, p. 339. c. 2. d, p. 372. c. 1. a,
Conceptio B. Virginis ab Angelo Ioachim prænunciata. 38. c. 1. d
Conceptionem B. Virginis immunem fuiſſe à labe originaria, an de fide poſsit definiri. 50. c. 1. a
Conceptio B. Virginis immaculata quando cępetit innoteſcere. 52. c. 1. c
Conceptionem B. Virginis immaculatam corde, & ore probantes, quantum in ipſis eſt, liberant ipſam Virginem à morte animæ, & liberaliter primo illo momento, quo fuit concepta, donant illi vitam ſpiritualem. 52. c. 1. a
Conceptio B. V. quantæ fuerit lætitiæ D. Annæ Matri. 81. c. 1. a
Concilia, in quibus de laudibus B. Virginis actum eſt, quæ. 219. c. 2. c
Concubitus, quo B. Virgo fuit progenita, abſque vlla immoderata carnis delectatione. 41. c. 2. c
Concupiſcentia per Euchariſtiæ refectionem ſedatur. 234. c. 2. a
Conformitas cum diuina voluntate in B. Virg. quàm eminens. p. 291. c. 2. b, p. 320. c. 1. a, p. 321. c. 1. b, p. 323. c. 1. a, p. 325. c. 1. c, p. 331. c. 2. b, p. 342. c. 2. b, p. 372 c. 2. b,
Conformitas noſtræ cum diuina voluntate in ſingulis actionibus perfectè ſeruanda. 291. col. 2. b
Conſeruatio Chriſti ad extremum paſsionis fuit vltra naturæ leges. 209. c. 2. b
Conſolatrix afflictorum quàm meritò ab Eccleſia appelletur B. Virgo. 310. c. 2. b
Conſolatione quanta affici debeant fideles ex hoc, quòd eamdem, quam Filius Dei, Matrem habeant Mariam. 391. c. 1. a
Conſolatio à quocumque etiam ſapientia, vel prudentia inferiori, libenter excipienda. 378. c. 2. c
Conſolationibus noſtris potiùs, quàm proximi commodis, detrahendum. 334. c. 2. c
Conſtantia B. Virginis adhuc infantulæ admirabilis. 102. c. 1. c
Conſtantia B. Virginis tempore Chriſti paſsionis quàm eminens. 347. c. 2. d, & 353. c. 1. b
Conſtantiæ quantum Deus hominibus conferat per B. Virginem. 398. c. 1. a
Contemplatio B. Virginis in hac mortali vita eminentior fuit quacumque ecſtaſi, vel raptu reliquis Sanctis conceſſo. 198. c. 1. b
Contemplatio eminentiſsima B. Virginis viatricis fuit ſine deliquio partis ſenſitiuæ. 198. col. 1. c
Contemplationi quantùm vacaret B. Virgo. 100. c. 2. a
Contemplatiua vita contentus eſſe non debet, qui ſe gratum in omnibus Deo præſtare cupit. 198. c. 2. a
Cooperata eſt B. Virgo in conceptione Filij, vt prompta, & facilis redderetur eiuſdem paſsio ſalutaris. 193. c. 1. c
Cooperatio humanæ redemptioni communis Angelis, & hominibus. 370. c. 1. d
Cooperatio ſaluti animarum quàm Deo accepta. 198. c. 2. b
Cooperatio B. Virginis humanæ ſaluti quàm eminens. 279. c. 1. c
Corpus Chriſti priùs prioritate quaſi materiali fuit vnitum animæ, quàm Verbo. 182. c. 2. a
Corpus Chriſti, prout dicit formas partiales, priùs non prioritate temporis, ſed naturæ,

Verbo

Digitized by Google

Verbo fuit vnitum, quàm anima rationalis. 182. c. 1. c
Corpus Chriſti poſt reſurrectionem quale. 408. c. 1. d
Corpus B. Virginis fuit eo die, qui feſto eius Conceptionis ſacer eſt, in Matris vtero organizatum, animaq. rationali informatum. 55. c. 1. d
Corpus B. Virginis ex ſemine Ioachim, & Annæ per diuinam charitatem efformatum eſt. 56. c. 1. c
Corpus B. Virginis an ſuaueolentiam emitteret. 87. c. 2. a
Corpus totum B. Virginis in hac mortali vita aliquando viſibili fulgore ſplenduit. 247. c. 1. a
Corpus B. Virginis dotibus corporis glorificati cœpit in hac mortali vita illuſtrari. 88. c. 2. d
Corpus idem circumſcriptiuè eſſe in pluribus locis, non implicat. 281. c. 2. c
Corpus Euchariſtiam ſuſcipientis quibus bonis ſaginetur. 234. c. 1. d
Corpora, quæ ab Angelis in apparitionibus aſſumuntur, ex quo conſtent. 117. c. 2. a
Creaturæ per Mariam ab indigna ſeruitute vindicatæ. 82. c. 2. b
Creatura non poteſt acquirere ius perfectum in rem promiſſam à Deo. 239. c. 1. a
Cur Deipara Virgo ex alia Virgine non fuit progenita. 58. c. 1. b
Cur ex parentibus ſterilibus nata eſt B. V. 440. c. 2. b

D

DÆmonum imperium deſtruxit Chriſtus. 231. c. 1. d
Dauid cur ſolus Rex appelletur in Chriſti genealogia à Matthæo conſcripta. 34. c. 2. b
Debitum pietatis filiorum erga parentes quale. 258. c. 1. a
Decretum diuinum dandi gloriam, & merita prædeſtinatis totum gratuitum. 12. c. 1. d
Defectus humanæ naturæ quos in ſe admiſerit Chriſtus. 264. c. 1. c
Definitionem Apoſtolicam immaculatæ B. Virginis Conceptionis à Summo Pontifice enixè expoſtularunt complures Eccleſiæ cum ſuis Præſulibus, 50. c. 1. d
Delectatio, & dolor an ſint puræ paſsiones appetitus, vel operationes ab illo effectiuè procedentes. 344. c. 2. b
Delectari, vel triſtari, poſito amore, vel odio, an ſit in noſtra poteſtate. 346. c. 1. c
Delitiæ, quas Chriſtus vtero inclusus Matri communicabat, quantæ. 292. c. 2. a
Depoſitioni Chriſti de Cruce cooperata eſt B. V. & quomodo. 397. c. 1. a
Deſideriũ, quo tenebatur in paſsione Chriſtus, maiora pro humani generis ſalute patiendi; quàm ingens. 362. c. 2. d
Deſiderium, quo tenetur B. V., nobis virtutes ſuas communicandi, quantum. 268. c. 2. c
Deſiderium alieni damni ex quantitate non damni, ſed affectus conſiderandum. 386. c. 2. d
Deus quibus modis ſit in creaturis. 125. c. 2. c
Deus in vtero Virginis, tamquàm in aula regia, gloriam ſuam animæ humanitatis Chriſti manifeſtauit. 127. c. 2. a
Deus velociùs nonnunquam nobis ſuccurrit, inuocato nomine Mariæ, quàm inuocato nomine Ieſu, & quare. 94. c. 1. c
Deus ſolus Mariæ magnitudinem metiri poteſt. 91. c. 2. a
Deus tali modo Beatam Virginem induit, & in Virgine indutus eſt, vt meliori non poſſet. 126. c. 2. c
Deus quantus ſit ſatis ignorat, qui Deiparæ Virginis mentem non ſtupet, animum non miratur. 194. c. 1. b
Deus poſt aſſumptam à Virgine carnem quàm propenſus ad exercendam miſericordiam. 223. c. 1. d
Deus ante incarnationem quàm velox ad puniendum. 223. c. 1. c
Deus quomodo videatur aliquando magis miſericors, quàm iuſtus, & è contra. 223. c. 1. a
Deus prædeſtinatos ſpeciali quodam affectu ante præuiſa merita proſequitur. 12. c. 1. d, & p. 218. c. 2. a
Deus quos amat, tribulationibus carere non patitur. 319. c. 1. a
Deus efficacia deſideria eodem, quo effectus ipſos, præmio compenſare ſolet. 374. c. 2. b
Deum, tamquam ſummum bonum, cognouit, & amauit B. V. ſtatim concepta. 74. c. 1. b
Deo quidquid bonorum operum offertur, Mariæ commendandum, & per illius manus offerendum. 186. c. 1. a
Diabolus quàm ſatagat, vt moribundi Chriſti ſanguinis pretij obliuiſcamur. 368. c. 2. b
Die eodem, quo à Virgine conceptus fuit Chriſtus, fuit, & in Cruce mortuus. 187. c. 2. a
Dignitas maternitatis Dei aliquo in ſenſu infinita. 205. c. 1. b
Dignitas maternitatis Dei ſecundùm moralem exiſtimationem in Deipara, etiam mortuo Chriſto, perſeuerauit. 394. c. 2. b
Dignitas, ad quam euehimur, dum in B. Virginis filios adoptamur, quanta. 391. c. 1. b
D. Dionyſius Areopagita ob diuinitatis fulgorem, quem in B. Virgine agnouit, illam vt Deum adoraſſet, niſi catholica illum fides continuiſſet. 290. c. 1. a
Diſpenſatum ſæpiùs in diuinis legibus per Virginis Deiparæ merita. 35. c. 2. c
Diuina exercitia, & ſpiritualia munera curis parentum anteponenda. 331. c. 2. d
Diuinitatis tantum B. Virgini communicatum fuit in conceptione Chriſti, vt neceſſarium fuerit vmbraculum Spiritus ſancti, tùm vt ipſa ſuſtinere poſſet, cùm etiam ne vt ſupremum Numen adoraretur. 167. c. 1. d

Diuini-

Diuinitatis quantum eluceret in B. Virgine. 290.c.2.c

Diuitiæ humanæ fragilitati ſæpiſſime cadendi occaſio. 237.c.1.a

Dolendum ijs quàm meritò ſit, qui Chriſtum ſua culpa amiſerunt. 320.c.1.c

Dolor Chriſti in eius paſſione duplex. 364.c.2.d

Dolorem internum quomodo in ſua paſſione moderabatur Chriſtus, ne vitam ſibi criperet. 360.c.2.a

Dolor paſſionis Chriſti dolorum omnium huius vitæ maximus. 360.c.2.a

Dolor Chriſti interior in paſſione ex quibus penderet. 360.c.2.a

Dolores Chriſti ſinguli B. Virginem intimè excruciarunt. 358.c.2.c

Dolor, quem pertulit Deipara in paſſione Filij ſui, tantus fuit, vt, ſi in omnes creaturas, quæ dolorem pati poſſunt, diuideretur, omnes ſubitò interirent, & quare. 349.c.2.c

Dolor, quem B.V. percepit ex Chriſti paſſione, omnia omnium Martyrum tormenta ſuperauit. 350.c.1.c

Dolor, quo B.V. in compaſſione angebatur, à gaudio, quo eodem tempore perfundebatur, non imminutus. 351.c.1.a

Dolores B. Virginis ex Filij paſsione fuerunt actus eliciti ab vtroq. appetitu rationali, & ſenſitiuo. 345.c.2.a

Dolor appetitus ſenſitiui ex paſsione Chriſti in B. Virgine fuit arbitrarius. 357.c.1.d

Dolor B. Virginis Chriſto in paſsione compatientis maior quo in ſenſu dici poſsit dolore ipſius Chriſti. 361.c.1.b

Dolor B. Virginis quantùm ex hoc, quòd maternum nullum officium in Filij patientis leuamen præſtare poſſet, augeretur. 365.c.2.c

Doloris B. Virginis ex Chriſti paſsione magnitudo ex quibus capitibus colligi poſsit. 364.c.1.b

Dolore maximo, quo in paſsione Filij afflicta fuit, interijſſet Deipara, niſi diuina virtus obſtitiſſet. 349.c.1.d

Dolor, & gaudium fuit in B.V. ex paſsione Chriſti ſub diuerſis formalibus motiuis. 381.c.1.c

In Doloribus B. Virginis meditandis quomodo nos gerere debeamus. 375.c.2.d

Dolores, quos B.V. ex Chriſti paſsione pertulit, ſæpiùs mente recolenti quanta proueniat gratia. 375.c.1.a

Dolor vehemens eſt ſine lachrymis. 346.c.2.d

Dolor animi quomodo mortem inferre poſsit. 349.c.1.b

Dolore animi vehementi qui interierunt. 349.c.1.b

Dolor ex læſa aliqua corporis parte quomodo, ad alias transfundatur. 361.c.2.a

Dolor peccatorum actus liber. 345.c.1.b

Dominus tecum quo in ſenſu à Gabriele fuerit prolatum. 126.c.1.a

Dona ſeptem Spiritus ſancti Virgini Deiparæ ſtatim conceptæ in prima ſanctificatione conceſſa. 61.c.2.d

Donum perſeuerantiæ, & confirmationis in gratia poſſedit B. Virgo à primo conceptionis inſtanti. 66.c.2.c

Donum euitandi omnia venialia B. Virgini in prima ſanctificatione conceſſum in quo conſiſteret. 70.c.2.d

Dona Dei quantò magis humanæ conſuetudini inaudita, tantò magis Mariæ dignitati congrua. 222.c.1.d

Dona nobis diuinitùs conceſſa non facilè aperienda. 245 c.1.c

Dromedarij quàm in itinere veloces. 290.c.2.c

Dulcedo, qua in Chriſti partu affluebat Deipara, quàm ingens. 250.c.2.c

Dulcedo ex Euchariſtiæ ſumptione quanta in ritè diſpoſitos proueniat. 234.c.1.d

E

Eccleſia viſibilis deficere nõ poteſt. 400.c.2.d

Eccleſia in vno indiuiduo nequit conſiſtere. 400.c.2.c

Eccleſia ſanguine, & aqua è Chriſti latere profluente fundata. 395.c.1.d

Eccleſia plures veritates de B. Virgine definiuit, licèt de illis nullam haberet Scripturæ expreſſam mentionem. 50.c.2.b

In Eccleſiæ periculis præcauendis vigilantiſſima fuit B. Virgo. 317.c.1.c, 337.c.2.c

Ecſtaſis quid, & quomodo eueniat. 197.c.2.b

Educatio quantum habeat in filio. 261.c.1.d

Effectus quinam ſubſecutus fuerit illa Chriſti verba: *Mulier, ecce filius, &c.* 389.c.1.d

Electio B. Virginis ad maternitatem Dei, & ad gloriam per merita conſequendam, ea fuit, vt nec Deus voluerit illi gloriam, & maternitatem ſine meritis, nec merita ſine gloria, & maternitate, ſed per modum vnius. 13.c.1.d

Electio B. Virginis ad maternitatem Dei, & prædeſtinatio eiuſdem ad gloriam præuiſionem peccati non anteceſſit. 20.c.2.b

Eleemoſyna à B. Virgine proprio exemplo commendata. 293.c.1.d

Eleemoſyna quomodo teneamur erogare. 294.c.1.a

Eliſabeth matri Ioannis Baptiſtæ per B. Virginem à Deo conceſſa fœcunditas. 173.c.1.d

Epiſtola D. Dionyſij Areopagitæ ad D. Paulum de Deipara Virgine quæ. 290.c.1.a

Euangelium illud: *Extollens vocem quædam mulier de turba dixit*, &c. cur in feſto Virgineæ Præſentationis legat Eccleſia. 103.c.1.b

Euangeliſtæ à B. Virgine plura reſurrectionis Chriſti miracula didicerunt. 399.c.1.a

Euchariſtia ad quid à Chriſto inſtituta. 336.c.2.b

Euchariſtiæ virtus quàm admirabilis. 308.c.2.d, & 335.

& 335.c.1.c, 336.c.2.b, 337.c.2.c
Euchariſtiæ effectus per cibi corporalis comparationem demonſtrantur. 154.c.1.c
Euchariſtia præſeruat à peccatis mortalibus, & quibus modis. 337.c.1.c
In Euchariſtia caro Mariæ reperitur, & quomodo. 339.c.1.c, 235.c.2.a
Euchariſtiæ Sacramentum ex hoc ſpeciali capite, quòd in illo aſſeruatur ſubſtantia, quam ex Virgine Verbum habuit, aliquid in ſe peculiaris continet excellentiæ. 339.c.2.c
Per Euchariſtiæ ſuſceptionem quæ vnio inter carnem Chriſti, & carnem ſuſcipientis ſequatur. 235.c.1.b
Euchariſtiam frequentantes pluribus titulis tenentur mores Chriſti, & Virginis in ſe exprimere. 268.c.1.a
Qui Euchariſtia veſcuntur quo amore in B. Virginem, eiuſque honoris defenſionem ferri debeant. 268.c.1.c
In Euchariſtiæ ſumptione largior in nos gratia proueniet, ſi precibus ad Deiparam confugerimus. 340.c.1.a
Euchariſtiam pura mente, mundoq. corde ſuſcipiendam quomodo docuit Deipara. 398.c.1.b
Per Euchariſtiæ ſumptionem quantum cupiat Deipara Virgo nos Chriſto, & nobis Chriſtũ vniri. 268.c.1.b
Euchariſtiæ quorũ effectuum capax erat Beata Virgo. 337.c.1.b
Euchariſtiam ſpiritualiter mira cum dulcedine manducabat ſępiùs B. Virgo, etiam ante illius inſtitutionem. 236.c.2.d
Euchariſtia quomodo ſpiritualiter ſumi poſſit. 334.c.2.a
Euchariſtia etiam ab antiquis Patribus veteris legis ſpiritualiter ſumpta; vnde bona illis multa prouenerunt. 236.c.2.b
Euchariſtiæ ſpiritualiter ſumendæ prima Chriſti fidelibus Magiſtra fuit B. Virgo. 334.c.2.b
Euſtatius hæreticus negans in Templis Deum eſſe excolendum, exemplo Deiparæ damnatur. 317.c.1.c
Expectationem diuini partus celebrantes Angelos imitantur, & rem præſtant gratiſſimam B. Virgini. 243.c.1.b
Exul dici non poteſt, qui cum Chriſto exulat. 308.c.2.d

F

Facies B. Virginis, dum Filium ſuum geſtabat in vtero, fulgoris radiis emicabat. 248.c.1.a
Facem vnam accenſam, extinctis reliquis, cur retineat Eccleſia in officio hebdomadę Sãctę. 402.c.2.d
Fallacias, & aſtus ſatanicos effugere, ac illudere cupienti cõfugiendum ad Virginem. 260.c.1.a
Fama quàm cautè integra eſt ſeruanda. 112.c.1.a
Fœlicitas Deiparę Virginis obſeruatorum quanta etiam in terris. 202.c.2.b
Feſtinationis B. Virginis in Montana ad inuiſendam Eliſabeth, quæ cauſa. 198.c.2.c
Feſtinatio iis neceſſaria, qui metam perfectionis ſtudent attingere. 199.c.2.d
Feſtum Marianæ conceptionis celebrauerunt Angeli in cælis ſtatim, atque in inſtanti concepta, & ſanctificata fuit Maria. 49.c.1.b
Fiat B. Virginis in Annunciatione quantæ excellentiæ. 59.c.1.b
Fiat B. Virginis neceſſarium, vt anima quæcumque ſaluetur. 187.c.1.a
Fiat B. Virginis ſemper ſecum trahit, & factum eſt. 195.c.1.a
Fiat B. Virginis prolato in Annunciatione pariter ad obediendum fuit Deus, quam lux, cùm dixit Deus *fiat lux*. 195.c.2.d
Fideles omnes Virgini in Ioanne filios ſubſtituit Chriſtus moriturus in Cruce. 309.c.2.d
Fidelitas B. Virginis in Chriſtũ quãta. 331.c.1.a
Fides B. Virginis quàm eminens. 325.c.1.c
Fides Chriſtiana tempore Chriſti paſsionis, & mortis in pluribus non defecit. 401.c.1.a
Fides B. Virginis firma adeo, atque inconcuſſa in paſsione, ac morte Chriſti elucebat, vt ab illa fideles detinerentur Apoſtoli. 401.c.1.a
Fides Deiparæ Virginis tempore Chriſti paſsionis adeo nitebatur, vt ſi fides reliquuorum fidelium illa titubaſſet hęc prorſus defeciſſet. 402.c.2.c
Fides de futura Chriſti reſurrectione explicita adeò tempore ipſius paſsionis, & mortis in B. Virgine conſtans, & immota perſtitit, vt eius comparatione in aliis tunc temporis in terra degẽtibus defeciſſe videretur. 402.c.1.c
Fides Chriſti, ex ipſius reſurrectione ſolidata, ac nobilitata eſt, & quomodo. 411.c.1.c
Fidei tentationibus agitatis ad Mariam confugiendum. 403.c.1.a
De fide vt aliquid credendum definiatur, quid requiritur. 50.c.1.a
Filius emancipatus non eximitur à debito præſtandi obſequia parentibus. 258.c.1.b
Filiis dolentibus condolere quàm naturalis matribus affectus ſit. 342.c.1.b
Fœtus in vtero quomodo alatur. 245.c.2.a
Fomes peccati quid, & in quo conſiſtat. 59.c.1.a
Fomes peccati à primo conceptionis momento extinctus in Deipara Virgine. 59.c.2.b
Fons veluti eſt B. Virgo, ex quo in homines verum gaudium promanat. 202.c.2.a
Fortitudinis virtus quam eminẽs fuerit in Beata Virgine. 352.c.2.a, 397.c.2.d
D. Franciſcus Xauerius in animarum ſalute inueſtiganda noſtris temporibus admirabilis.
Fulbertus Epiſcopus Carnotenſis quàm piè in Deiparam affectus, & quomodo ab eadem remuneratus. 268.c.2.b

G

Gabriel ad Virginem Miſſus cuius ex cæleſtibus ordinis. 118.c.1.c

Gabriel diuinæ incarnationis nuncius non idem ac ille, qui ad inferiora miniſteria legitur miſſus apud Danielem. 120 c.1.b
Gabriel corporali viſione Virgini apparuit, dum nunciauit illi incarnationem diuinam, & quare. 117.c.2. b
Gabrielis eſſentiam vidit B.V. dum ſibi nunciauit verbi incarnationem. 120.c.2. b
Gabrielem cur interrogauit B. V. *quomodo fiet iſtud, &c.* 164.c.2. c
Gaudium, quibus potiſsimum de cauſis mundo attulerit Natiuitas B. Virginis. 82.c.2. b
Gaudium B. Virginis ex Magorum ad Chriſti infantuli pedes aduentu quàm ingens. 288. c. 2. b
Gaudij motiua quænam fuerint in B. Virgine tempore Chriſti paſsionis. 381.c.1. c
Gaudium, quo in paſsione Filij Deipara perfundebatur, paſſionis dolorem in ipſa non imminuit. 384.c.1.a
Gaudium, quod in paſſione filij percepit, aditū non permiſit Deipara in appetitum ſenſitiuum. 384.c.1.a
Gaudium in ſuperiori parte B. Virginis maius, quàm dolor ex Chriſti paſſione. 335.c.1.b
Gaudium, quo in Chriſti Reſurrectione exultauit B.V. quam ingens. 410.c.2.b
Gaudium, & dolor quomodo poſsint ſimul eſſe in eodem ſubiecto. 381. c.1. a
Gemitus in ijs, qui vitam agunt contemplatiuam, duplex eſſe debet. 381.c.1.d
Duplex item ijs competit, qui actiuæ vitæ partes ſequuntur. 301.c.2. a
Genealogiæ Hebræorum ſumma diligentia conſcriptæ Hieroſolymis aſſeruabantur. 31 c.1. b
Gloria Chriſti ex opere Redemptionis quanta. 372.c.1. c
Gloriæ eminentem altitudinem tenet B.V. propter peccatores. 20.c.2. b
Gloriam primam meruit B. V. per actum conuerſionis in Deum ab inſtanti ſuæ Conceptionis elicitum. 75.c.2.b
Gloria ex cooperatione humanæ redemptionis quanta in Deiparam prouenerit. 372.c.1. c
Gloria Chriſti cum Matre communis, & eadem. 42.c.1. d
Gloriam poſſet Deus de potentia abſoluta alicui velle, licet merita nulla habenti. 10.c.2.a
Gloriatur Deus poſt incarnationem exercitio miſericordiæ. 224.c.1. a
Gratiæ nomē quotupliciter vſurpetur. 122.c.2.b
Gratia quomodo diuidatur. 123. c.1. a
Gratiæ B.Virginis admirabilis eminentia. 156. c.2. a, p.125.c.1.a
Gratia plena ab Angelo Virginem ſalutante prolatum quo in ſenſu ſit accipiendū. 123.c.2.b
Gratiam, quàm omnes creaturæ perdiderunt inuenit B.V. 132.c.1.b
Gratiæ quantum receperit B. V. dum diuinæ in ſuis Viſceribus incarnationi, Gabriele nuncio, conſenſit. 193.c.2.a
Gratiæ totius, quæ in Chriſto eſt plenitudo, in Deiparam velit, licèt aliter. 424. c.2. c
Gratiæ eminentiam in Deipara Virgine humano intellectu aſſequi non datur. 425.c.1. b
Gratiam Spiritus ſancti totā ſola poſſedit Virgo, quàm alij habuere per partes. 421.c. 2. d
Gratiæ gratis datæ quot, & quales. 421.c.1.d
Gratiæ gratis datæ an concedi poſsint per modum habitus. 421.c.2. d
Gratiæ plenitudo, prout includit gratias gratis datas, Chriſto quomodo, & quas ob cauſas conceſſa. 425.c.1.a
Gratiæ gratis datæ Deiparæ Virgini qua in perfectione conceſſæ. 421.c.2.c
A conceptionis momento, & ſatis credibiliter per modum habitus. 423.c.1.d
Gratiæ gratis datæ die Pentecoſtes in Virgine mirabiliter auctæ. 425. c.2. b
Gratias, & dona quomodo habuit à Deo B. V. 132.c.1. a
Gratiam efficacem potuiſſet Deus abſoluta ſua potentia alicui conferre, cuius virtute in ſanctitate vitam finiret, licèt noluiſſet illi dare gloriam. 10.c.1. d
Gratitudo B.Virginis admirabilis in æternum Patrem. 193.c.1.a
Gratitudo in diuina beneficia quàm eluxerit in B.Virgine. 299.c.1.c
Gratitudo optima gratiæ conciliatrix. 375.c.1.d
Quàm grato in Deiparam animo eſſe debemus. 373.c.2.b, & 374.c.2.a
Gregorius Papa XV. opinionem immaculatæ Deiparæ Conceptionis aduerſantem ità reſtrinxit, vt nemini liceat nec publicè nec priuatim illam tueri. 53.c.1. a

H

Habitus quomodo meritorij. p.345. c. 2. a
Hæreſis deſtructioni electa à Deo B.V. 272.c.1.b, & 324.c.1.a
Hæretici quàm ſtultè in Deiparam garriant. 321.c.2. d, & 326. c.1.c
Hæretici in accuſanda Deipara ſibi inuicem contrariantur. 319. c.1. c
Hæretici, quas laudes tribuant B.Virg. 220.c.2.c
Harmonia, quam B. V. præſens Chriſti paſſioni ex dolore ſimul, & gaudio efformabat, quàm ſuauis. 379.c.2.a
Heuæ quàm benè ſe correctricem oſtendit B. V. 328.c.2. c
Homini mors quæ. 349.c.1. c
Homo nō facilè in ijs debet ſe ingerere, quę diuina prouidētia immediatè dirigūtur. 245.c.1.d
Homines infimæ conditionis ſolet interdum Deus ad ſublimes dignitatum gradus euchere, & quam in hoc eluceat diuina miſericordia. 231.c.2.d
Homini ex Chriſti paſſione quanta inducta neceſſitas ſe à peccatis alienū conſeruandi. 382. c. 1. c

Honor diuinus per peccata hominum læſus fuit. ſuperabundenter Chriſti paſſione reparatus. 386.c.1. a
Honorem Virginis Matris quàm cordi ſemper habuerit Chriſtus p.202.c.1.a, p.212.c.1.b, p.274.c.2.a, p.280.c.2.a, p.321.c.1.d, & p.319. c.2.b
Honor omnis Deiparæ Virgini delatus redundat in filium. 202.c.1.d
Honore dignum quomodo poſſit ſe aliquis exiſtimare abſque humilitatis detrimento. 221. c.1.d
Hortus balſami inter Babylonem, & Heliopolim paruulo fonte irrigatur, in quo fertur B.Virgo Ieſum infantem lauiſſe, panniculoſq. eius mundaſſe, dum erat in Ægypto. 312. c.2.a
Humanitas Chriſti quibus titulis impeccabilis. 265.c.1. d
Humanitas Chriſti habuit omnipotentiam ſibi aſſiſtentem, & paratã ad quoſcumq. effectus quos Chriſtus imperaſſet, præſtandos. 229. c. 2. a
Humilitas, & obedientia quàm Deo accepta. 193. c.1.c
Humilitas B. Virginis quàm eminens. p. 200. c.1.d, p.216.c.2.c, p.240.c.2.a, p.291.c.2.b, p.298.c.2.b, p.299.c.2. b, p.320.c.2. a, p.372. c.2. d, p 407.c.1.d
Humilitatis actum cur præmiſit Beata Virgo verbum conceptura: *Ecce Ancilla, &c.* 191.c.2. a
Humilitatis gloriam docuit nos Chriſtus ſtatim natus ex Præſepio. 288.c.2. a
Humilitas vera numquam à gloriæ ſplendore disiuncta. 256.c.1. d
Humilitatis exercendæ occaſio nulla prætermittenda, licet videatur nobis aliquantulum poſſe noſtra fama periclitari. 321.c.2. b
Ab Humanitate in ſtatu quantumcumq. excelſo non recedendum. 291.c.2. b
Humilis ad ſuas laudes admiratur. 121.c 1.c
Humiles non ſolum in Cælis, ſed & in Terris extollere proprium Dei eſt. 232.c.1. a
Ab Hypocriſi homines retrahere voluit Chriſtus, dum Circumciſioni ſe ſubiecit. 271.c.2.d

I

IDola Ægypti, ingrediente cum puero Ieſu illuc B.Virgine, diruta corruerunt. pag.310. c.1. c
Ieſu ſacroſanctum nomen quàm pretioſum. 271.c.2. b
Ieſu nomen deuotè inuocans, & adorans non Deo tantum, & Sacræ Chriſti humanitati, ſed & Deiparæ honorem defert. 139. c.2. d
Ieſus cum Maria conquirendus. 289. c.1. b
Ieſus Ieſu munus dependenter à Virgine obire delectatur. 139.c.1.b
Imago Chriſti in corde cuiuſdam Martyris reperta. 189.c.1.a
Imaginationem phantaſiæ in ſe excitatam poterat B.V. retinere, ne progrederetur ad abſolutum illud iudicium, quo poſito, mouetur appetitus ſenſitiuus. 356.c.2. b
Imaginatio parentum quantum vim habeat in generatione. 192.c.2. a
Imperatores, à quibus publicis monumentis comendata fuit B.V. qui. 220.c.1.a
Imperio Virginis omnia famulantur, & Deus. 153.c.2. d
In ſtatu innocentiæ ſexus prolis pependiſſet ex arbitrio parentum. 192.c.2.b
Incantandi modus per nomen Mariæ licitus. 95.c.1. a
Incarnationem Filij Dei, quòad ſubſtantiam, nullus purus homo ſiuè de condigno, ſiuè de congruo promeruit. 206.c.2.c
Incarnationis accelerationem de congruo meruit B.V. 211.c.1. a
Incarnationem verbi gemitibus, ac ſuſpiris die noctuq. orando à Deo expoſtulabat B.Virgo. 211.c.1. b
Incorruptio Chriſti Corpori debita, quia conceptus, & natus ex Virgine. 412.c.2. b
Infideles quinam B.Virginis laudes ſuis ſcriptis poſteritati conſignarunt. 220.c.1.c
Ingratitudo à B. Virgine tempore Chriſti paſſionis præuiſa in futuris fidelibus, quantam ipſi triſtitiam attulerit. 366.c.2.a
Inimicos quomodo dilexerit B.V. 372.c.2.d
Inſpirationum diuinarum cælerrima executrix B.V. 202.c.1.a
Intellectus, dum cognoſcit elicit actionem. 345.c.2. c
Intellectus in pueris tenellæ ætatis cur ad intellectionem inhabilis. 71.c.2. d
Intellectus humanus an, & quomodo operari poſſit abſque conuerſione ad phantaſmata. 358 c.1. a
Intellectu ſummiſſo acquieſcendum in ijs, quæ diuini ſunt beneplaciti. 323. c.2.a
Inſtitutum populos ſacræ fidei rudimentis imbuendi quàm nobile. 293.c.1.b
Inſtitutum eorum, qui moribundis in agone adiuuandis præſto ſunt, approbauit B.V. ſtans iuxta Crucem filij. 368.c.1.b
Quàm gratum ipſi Virgini. 369.c.1. b
Inter B Virginem, & reliquos Sanctos quantum diſcrimen. 132.c.1.d
Inter æternam, & temporalium Chriſti generationem aliqua ſimilitudo, & quæ. 144. c.1.c
Inuentum diuini amoris in B. Virginem admirabile. 304.c.1.d
Inueniſti gratiam apud Deum, (Angeli ad B.Virginem) quos ſenſus admittat. 131. c.2.c
Inuocatio nominis Ieſu ad gratias impetrandas efficaciſſima. 140.c.1.b

D. Ioannes Apoſtolus Euangelij, & Prophetarũ vertex dictus. 290.c.1.b
D. Ioſephi Sponſi Deiparæ Virginis Mariæ quanta dignitas. 106. c.1. d
D. Ioſephi antequam matrimonium cum B. Virgine induret voto virginitatis obſtrinxerat. 107. c.2. a
D. Ioſeph; dum vterum Virginis Sponſæ tumeſcentem animaduertit, nihil inhoneſti in illam ſuſpicatus eſt. 244. c.1. b
D. Ioſeph ob timorem reuerentialem à Virgine vterum geſtante recedere cogitabat. 244.c.2. d
D. Ioſepho priuilegium imponendi Chriſto nomen Ieſu conceſſum propter Mariam. 280.c.2. a
D. Ioſephi Patrem cur Lucas vocet Heli, Matthæus autem Iacob. 32.c.2. c
Ioſeph ab Arimathia B. Virginis hortatu inductus ad petendum à Pilato Corpus Chriſti. 347.c.1. a
Iter B. Virgini cum puero Ieſu in Ægyptum an terreſtre, vel Maritimum. 310.c.1. c
Iudæi B. Virginis laudatores. 220.c.2. b
Iudæorum obſtinata durities. 366.c.2. d
Iudicium proprium mortificandum. 323. c. 1. a
Iuſtitiæ originalis quot, & qui erant effectus. 64.c.1. c
Iuſtitia originali à primo Conceptionis momento decorata fuit B.V. quatenus dicit ſanctificationem, & ſubiectionem partis ſuperioris hominis Deo phantaſiæ, intellectui, & appetitus ſenſitiui voluntati. 65. c.2. b
Iuſtitia, & miſericordia non ſuſcipiunt in Deo magis, & minus. 223.c.1.a
Iuſtificatio, ac ſanctificatio animarum nulla ſequitur niſi annuente B. Virgine. 202. c.2.d
Iuſtificatio peccatoris maius opus eſt, quàm creatio Cæli, & Terræ. 230.c.1. b
Iuuentutis florem Deo dicare quàm acceptum. 95.c. 1.2

L

Labor amantibus dulcis. pag.221.c.1.b
Lac quid, & quomodo fiat. 260.c.2.c
Lac Deiparæ quàm dulce, & ſaporoſum. 265. c.2. a
Lac, quo Deipara Chriſtum aluit non diuinitùs ſed naturaliter concreatum. 262.c.2.d
Lac, qua intentione Chriſto ſuppeditabat B. V. 266.c.1. a
Lactis Deiparæ aliquid aſſeruatur in terris, & quibus potiſsimum in locis. 268. c.1. d
Lactis ſui partem cur voluerit Deipara apud nos remanere. 268. c.2. a
Lac ex imaginibus nonnullis B. Virginis prodigioſe effluxit. 269.c.2.c
Lac maternum magis nutritium, quàm aduenticium extraneæ nutricis. 261. c.1.d
Lac etiam in viris poteſt generari. 262. c.2. a
Lactatio mutuum in nutrice, & nutritio amorem ingenerat, & quare. 260.c.2. a
Lachrymæ vulnerum animi ſangnis. 348. c. 1. a
Lachrymarum quantam copiam effunderit B.V. in paſsione Filij. 347.c.1.c
Lachrymas ſanguineas à Deipara in paſsione Filij effuſas, teſtantur aliqui. 348.c.1. b
Lachrymas ob peccata hominum quantas ſudit B. V. 348.c.1. d
Lachrymas à ſe ſuper Filij paſsione effuſas an Deo obtulerit B.V. vt faciliùs nobis peccata condonaret. 348.c.2.b
Lachrymæ B. Virginis quàm efficaces ad diuinam iram placandam. 348.c.2. b
Lachrymæ B. Virginis in quibuſdam Eccleſijs reperiuntur, & à fidelibus è valdè coluntur. 348.c.1.b
Lachrymæ ſuper Chriſti paſsione, & noſtris culpis, quàm meritò nobis effundendæ. 348. c.2.d
Lachrymæ doloris leuamentum. 346.c.2.c
Lætitia B. Virginis quanta in Conceptione Filij Dei. 194.c.2. b
Lancea qua Chriſti iam demortui latus animam Virginis pertranſiuit. 362. c.1. b
Latus Chriſti fons omnium Eccleſiæ Sacramentorum. 396.c.1.a
Laudes Mariæ Deiparæ cur præmiſerit Gabriel, antequam diuinam illi Incarnationis legationem aperiret. 121.c.1. c
Laudant magis Deiparam, qui immaculatam prædicant eius Conceptionem, quàm qui reliqua celebrant ipſius priuilegia, prærogatiuas, & gratias gratis datas. 51.c.2. d
In Laudibus Deiparæ inueſtigandis, atque eunlgandis emulandum. 332.c.2. d
Legis verba quomodo accipienda. 296.c.2. c
Legis Moſaicæ approbatricem ſe prodidit B.V. 268.c.2. c
Legis latores, & Principes legibus à ſe promulgatis exemplo Chriſti vi directiua obtemperare debent. 304.c.1. c
Leo Imperator de immaculata B. Virginis orationem compoſuit. 220.c.1. a
Libidinis ardor in actu generandi nullus futurus erat in ſtatu innocentiæ. 41. c.2. b
Lilium lætitiæ ſymbolum. 379.c.1. a
Locus, in quo nata eſt B.V. qui. 80.c.1. a
Locus, in quo Angelus annunciauit Virgini Diuinam incarnationem, qui. 115.c.1.b
Locus quem Chriſtus ſtatim natus primo tetigit, qui. 255.c.2.a
Loquacitas mulieribus in conuiuijs præſertim vitanda. 326.c.1. b
Luna cur dicatur ſub pedibus iacere Beatæ Virginis. 308.c.2. a
Lutherus Hæreticus quibus laudibus commendet B. Virginem. 220.c.2. c

Lux ſolis cur non patiatur humanum oculum in ſe defigi. 409. c. a. d

M

MAgi Chriſti adoratores quo in loco, & quot poſt Natalem Domini diebus à B. Virgine excepti. 287. c. 1. & 2.

Magi à Deipara miſteria Incarnationis ſanctiſſimæ Trinitatis, futuræ Chriſti mortis, Reſurectionis, Aſcenſionis, &c. edocti. 293. c. 1. d

Magis ad hoc, vt ſtatim ante Chriſti pedes adorabundi procumberent efficaciſſimum fuit medium intueri Mariam diuinitatis fulgore irradiantem. 289. c. 2. a

Magi cur ab Euangeliſta Reges non appellentur. 288. c. 2. d

Magnanimitas, & coſtantia Chriſti dolores paſſionis eius non leniuit. 360. c. 1. c

Magnanimitas B. Virginis quàm eminens. 221. c. 2. a

Magnus quo in ſenſu annuncietur ab Angelo Chriſtus B. Virgini. 142. c. 2. b

Maledictio Euæ in benedictionem Mariæ mutata. 128. c. 1. b

Malum maius fuiſſet Virgini Deiparæ priuari per momentum gratia ſanctificante, qua ab inſtanti Conceptionis donata eſt, quam carere reliquis omnibus prærogatiuis, & donis. 51. c. 2. b

Mamas binas cur natura mulieribus conceſſerit. 260. c. 1. a

Manſuetudo B. Virginis quàm eminens. 308. c. 2. c

Maria Virgo Deipara ex regia Salomonis Stirpe. 31. c. 1. a

Maria à Sacerdotali etiam ſtirpe originem duxit. 32. c. 1. b

Maria Deipara filia vnica D. Annæ, 33. c. 2. b

Maria proprio actu conuerſionis in Deum ex auxilio gratiæ fuit in vtero Matris ſanctificata. 74. c. 1. a

Maria in prima ſanctificatione ita in bono confirmata, vt numquam venialiter peccaret. 68. c. 1. a

Maria à primo ſuę Conceptionis momento potuit verè nominari Vniuerſi Domina, hominumq. atque Angelorum Regina. 154. c. 2. d

Maria omnibus modis ſancta. 61. c. 1. a

Maria non fuit obſtricta communi naſcendi modo. 8. c. 2. b

Maria qua ætate, & quas ob cauſas in Templo Hieroſolymitano eſt præſentata. 96. c. 1. b

Maria ſtatum Sanctimonialium fundatrix, & Vexillifera. 98. c. 1. a

Maria qua in parte Templi Hieroſolymitani habitauerit. 99. c. 2. c

Maria in Templo ab Angelis viſitata, & enutrita. 100. c. 2. a

Maria ſponte Annæ mammillas reliquit, vt ad Templi ingreſſum properaret. 101. c. 2. c

Maria cum Templum Infantula eſt ingreſſa iam omnium Angelorum ordines, atque ſanctorum ſanctitate excedebat. 102. c. 2. c

Maria ab ineunte ætate adeo ſancta, vt ex tunc digna Mater Dei aliquo modo videretur. 103. c. 2. a

Maria diuinæ Incarnationis petitioni vltimam manum impoſuit. 97. c. 1. c

Maria ex ſingulari priuilegio, etiam dum dormiebat, contemplabatur. 358. c. 1. c

Maria quo altioribus laudibus extollebatur, eo profundius ſe dimittebat. 121. c. 2. a

Maria ad omnem Spiritus ſancti nutum veluti rota volubilis. 124. c. 1. d

Maria Deo familiarior erat antequam Chriſtum conciperet, quàm ipſi Angeli. 126. c. 2. d

Maria ad æternam beatitudinem prædeſtinatam ſe nouerat. 218. c. 1. d

Maria omni benedictionum genere repleta. 128. c. 1. a

Mariæ figuræ, ſimilitudines, ac typi complures Arca Dei pag. 202. c. 2. c, Balſamũ p. 48. c. 2. b, Cedrus p. 48. c. 1. b, p. 256. c. 2. d, Cypreſſus p. 48. c. 1. c, Cinamomum p. 48. c. 2. b, Aurora p. 211. c. 2. a, Solium viſum ab Iſaia p. 213. c. 2. a, Scala Iacob p. 156. c. 1. a, Nubes 213. c. 2. d, Sol p. 213. c. 2. d, Templum Salamonium p. 66. c. 2. d, Vnus ex duobus Cherubim arcæ fœderis p. 226. c. 1. a, Spes p. 264. c. 2. d, Saphyrus p. 289. c. 2. b, Turribulum aureum Apochalyp. p. 291. c. 1. a, Eua p. 292. c. 2. d, Turtur p. 301. c. 2. c, Luna p. 299. c. 2. a, Iudith p. 48. c. 2. d, Platanus p. 48. c. 2. b, Palma p. 48. c. 1. d, Mons p. 333. c. 2. b, Dauid p. 401. c. 2. d, Rubus incombuſtus p. 37. d, Mulier amicta Sole in Apocal.

Maria encomia varia antonomaſtica, quibus à Patribus poriſſimum, vel Eccleſia celebratur. Maria Ciuitas Dei animata p. 47. c. 1. c, Sanctuarium Dei, Domus Sapientiæ, Reliquiarium Spiritus, Vrna mannæ cæleſtis p. 61. c. 1. a, Remedium aduerſus Dæmones p. 79. c. 1. a, Reuocatrix Euæ p. 78. c. 1. c, Renouatrix humanæ naturæ ibid. Miraculorum effectrix Paradiſus voluptatis, Pelagus gaudij inexauſtum p. 82. c. 1. b, Diſpenſatrix Gratiarum p. 84. c. 1. b, Totius naturæ venuſtas p. 88. c. 1. c, Fornax diuini amoris, Officina Spiritus ſancti p. 124. c. 2. a, Totius Trinitatis nobile tridineum p. 127. c. 1. b, Diuinum, ac Viuum mundi ſimulacrum p. 127. c. 2. a, Gratiæ abyſſus p. 132. c. 1. d, Reparatrix perditi Orbis p. 132. c. 2. a, Mater, & Domina rerum p. 153. c. 2. b, Diuinum inter Deum, & homines conciliationis profugium p. 158. c. 1. c, Regina miſericordiæ p. 158. c. 1. d, Virginitatis corona p. 166. c. 1. b, Regina totius caſtitatis p. 166. c. 1 b. Virginum ſignifera p. 166. c. 1. b, Virginitatis primiceria p. 166. c. 1. b, Viua, & Diuina Imago Dei p. 169. c. 2. a, Totius Trinitatis complementum p. 172. c. 1. a, Thronus Cheru-

Cherubim ſublimior p.288.c.1.c, Vas diuinitatis p.198.c.1.c, Fomes Pietatis p.200.c.1.d, Arca ſanctificationis p. 203.c.1. a, Magnificentia Dei p.213.c.1.c, Opus Domini mirabile p.213. c.2.b, Solum opus Incarnationis Dei p.214.c.2 b, Magiſtra virtutum p. 217. c.1.b, Cæleſte prodigium p.222.c.2.a, Miraculorum miraculum p.222.c.2.a, Miraculorum officina p.222.c.2.a, Clibanus intellectualis Euchariſtici panis p.233.c.1.c, Cælum thronus, & Crux p.266.c.1.b, Contritio prauitatis hæreticæ p.272. c.1.b, Captiuorum Redemptrix p.273. c.1. c, Titulus humanæ libertatis nobiliſſimus p.273. c.1.c, Exemplũ perfectionis p.273. c.2.a, Fortitudo Martyrum p.273. c.2. c, Dei indumentum p. 279. c.1.c, Theſaurus diuinus p.279.c.1.c, Mamma Eccleſiæ p.280.c.1.c, Terra paradiſiaca p.28. c.1.c, Propitiatorium vniuerſæ Terræ p.288. c.2.c, Templum diuinæ gloriæ ornatiſſimum p.289.c.2.a, Tabernaculum gloriæ Dei p.289. c.2.b, Thronus ſaphirinus p.289. c. 2. b, Solium gloriæ altitudinis p.289.c 2.b, Forma Dei p.290.c.1.c, Cooperatrix, & mediatrix conuerſionis omnium gentium p.290.c.2.b, Liber vitæ p.291.c.1.c, Charta diuiniſſima p.291. c.1.d, Magiſtra Apoſtolorum p. 292. c.2.b, Eccleſiæ fundatrix p.292. c.2. d, Spes deſperantium p.229 .c. 2. a, Secundi Adami paradiſus p.336.c.1.c, Martyrum decus p.351. c.1.c, Pluſquam Martyr p.351.c.1.d, Cælum exultans, & ſine flatibus vllis affectus p.353. c.1.c, Vena Miſericordiæ p.369.c.1.a, Mariæ gratiæ Aquæductus p. 291. c. 1. a, Adiutrix Redemptionis p.371. c.1. d, Omnium ſalus p.371.c.1. d, Mediatrix glorioſiſſima p.471. c.1.d, Pax, & Salus Mundi p.371.c.1. d, Vniuerſi terrarũ Orbis conciliatrix p.371.c.1. d, Autrix ſalutis p.371. c.2. a, Paradiſi Scala p.371.c.2.b, Inuentrix mundi p.371. c.2. b, Dei, atque hominum veriſſima mediatrix p.371. c.2. b, Expultrix tenebrarum p. 371. c.2.b, Reparatrix Adæ p.371.c.2.b, Fons immortalitatis p.371.c.2.b, Corruptionis interitus p. 371. c.2. b, Lampas inextinguibilis p.400.c.2. b, Fidelium Turris p.402.c.1. c, Fidelium pax p.402.c.1.c. Fidei Magiſterium p.402.c.2.c, Magiſtra, & illuminatrix Apoſtolorum, Confortatrix Martyrum, Doctrix Confeſſorum, ſpeculum clariſſimum Virginũ, Conſolatrix in coniugio viuentium, roboratrix perfectiſſima omnium in fide Catholica p.417.c.2.a, Pratum totius fragantiæ Spiritus ſancti p.425.c.1.c, Animatum templus Spiritus ſancti. 425.c.2. a

Mariæ eſt omnis ſanctitas, & excellentia collata, quæ conueniebat Matri Dei. 128. c.1. c

Maria affectum quaſi infinitum habuit erga Virginitatem. 165. c.1. c

Maria ad altiſſimum Dei ſimilitudinem eleuata per ſuperuentionem Spiritus ſancti in Conceptione Chriſti. 168.c.1. c

Maria tanto amore in Conceptione Filij per ſuperuentionem Spiritus ſancti inflammata, vt ſi pro impoſſibile ille Filius Dei non fuiſſet futurus, fuiſſetq. in poteſtate ſua Filium Dei illum conſtituere, talem libentiſſimè conſtituiſſet. 170.c.2. a

Maria ſtatim atque conſenſit, vt Filius Dei in ſuis viſceribus carnem aſſumeret, conſenſit ſimul vt hora à diuino decreto ſtatuta mortem Crucis ſubiret. 187.c.1. d

Maria quantùm angeretur ex prophetica contẽplatione futuræ Chriſti paſſionis. 250.c.1. a

Maria quando conſenſit Verbi Incarnationi ſimul conſenſit futuræ inſtitutioni Euchariſtici Sacramenti. 189.c.2.b

Maria immediatè priùs ſe Matrem ſpiritualem profeſſa eſt, quam fieret naturalis Mater Dei. 206.c.1. a

Maria quo affectu, quibusq. intenta cogitationibus verbum concepit. 191.c.1. a

Maria in gignendo Filio ſuo cum æterno Patre conuenit ſecundum quid. 192.c.1. a

Maria actiuè concurrit ad efformationem Corporis Chriſti, & quomodo. 134.c.2. c

Maria in Conceptione Filij humanitatem, & obedientiam in illum, quantum in ſe fuit influxit. 192.c.1. c

Maria nùm in Conceptione Filij ob nimiam lætitiam interijſſet ni in vita diuina virtute fuiſſet detenta. 194.c.2.d

Idem dum peperit. 251.c.1. d

Maria ad maternitatem Dei electa, vt peccatoribus ſubueniret. 196.c.1. a

Maria verè, & propriè Mater Dei nominari poteſt. 203.c.2. c

Maria pluris facienda ob ſpiritualem, quàm ob naturalem Chriſti maternitatem. 205.c.2. d

Maria meruit verbi Incarnationem quoad circumſtantiam perſonæ. 210.c.2. d

Maria adeò perfectè à Chriſto redempta, & ad tantam Sanctitatem per ipſius merita fuit eleuata, vt ipſa ſola videretur ſufficiens finis Dominicæ Incarnationis. 215.c.2. b

Mariæ grauis non fuit fœtus. 241. c.1. a

Maria actiuè concurrit ad parturiendum Chriſtum. 255.c.1. a

Maria orationi, & contemplationi vacabat, dum Chriſtum peperit. 251. c.2. b

Maria ex eo, quòd peperit Chriſtum, nullum proprium imperium, aut ſuperioritatem in eum naturaliter acquiſiuit. 258.c.1. d

Per Mariam aquæ diuinitatis nobis dulciores factæ ſunt. 280. c. 1. c

Maria quomodo illatam Euæ à ſerpente iniuriam vlta ſit. 256. c. 2. c

Maria per lactationem in egregium Chriſti indolem influxit. 264.c.2. a

Maria maximo ſemper ardebat deſiderio maiorem in Chriſto erga ſe amorem excitandi. 260. c. 2. b

Maria ex hoc purior poſt partum eſſe debebat, quia Chriſtum lactatura. 265. c.1. a
Maria per beatitudinem Chriſti concurrit ad copioſam humani generis Redemptionem, & quomodo. 265. c.1. c
Maria plus meruit lactando Chriſtum, quàm Martyres omnes ſimul ſumpti effundendo ſanguinem. 266.c.2.a
Maria dum lactabat Chriſtum præſcia futuræ eius paſsionis, altiſsimum, & eminentiſsimum martyrij genus ſuſtinebat. 266.c.2. c
Maria dum Chriſtum lactabat fidelibus ſimul lac præbebat ſpiritualis alimonis, & quomodo. 267.c.1. e
Maria Chriſtum lactando faciliorem in nos reddebat diuinæ miſericordiæ fluxum. 267. c.2.b
Maria nihil circa Chriſtum infantulum agebat, niſi à Spiritu ſancto edocta. 272.c.2. c
Maria cooperando Chriſti circumciſioni concurrit ad actionem, & oblationem ſufficientem ad ſatisfaciendum pro peccatis humani generis, immò etiam includentem ſatisfactionem altioris ordinis, quàm quælibet peccati iniuria. 273.c.2.a, p.277.c.1.& 2.b
Maria quot annis celebrationis azimorum aderat in Templo Hieroſolymitano. 315.c.2. c
Poſt reditum ab Ægypto non ſolum Azimorum, ſed & Pentecoſtis, & Tabernaculorum ſolemnitatibus cum puero Ieſu interueniebat. 317.c.1. a
Maria antequam Chriſtus prædicationem ſuam exordiretur, eorum omnium, quæ ab illo prædicanda, & præcipienda erant, approbatricem ſe declarauit, & quomodo. 328.c.2.a
Maria intimi Chriſti cordis arcana penetrabat. 328.c.1.a
Maria prius fecit, quàm doceret. 328.c.2. d
Maria Chriſtum ad diuerſa loca prædicationis gratia ſe conferentem ſectata eſt. 330 c.1.c
Maria ob paſsionem Chriſti quantum doluit. 332.c.2.c
Maria magis doluit peccatis hominum, quàm Chriſti corporalibus pœnis. 367. c. 1. b, & p. 341.c.1. b
Maria tempore Chriſti paſsionis quàm ardenti deſiderio teneretur mortem cum illo oppetendi. 352.c.1. a
Maria electa ad ſatisfaciendum deſiderio, quo tenebatur Chriſtus cruciatus, & amore, & non odio illatos proferendi. 364. c.1. a
Maria in conſortio æterni Patris aſſumpta ad filium nobis pro Redemptione donandum. 304.c.2. a
Maria eo quod pro filij amore mori non potuit, quantum doluerit. 364. c.1. a
Maria magis Chriſti vulneribus doluit, quàm ſi ipſa vulnera ſibi eſſent inflicta, & quomodo. 367.c.1. b
Maria cur ſeptem gladijs pectori infixis pingatur. 367.c.1.d
Maria approbatricem Chriſti Paſsionis ſe demoſtrauit, & quomodo. 367. c.2. d
Maria Chriſtum patientem tamquam victimam acceptabilem ęterno Patri in humani generis redemptionem præſens litauit. 367. c.3. d
Maria compatiendo Chriſto humanæ Redemptioni cooperata eſt. 370.c.2. a
Maria in oblatione vitæ, & ſanguinis Chriſti pro humana Redemptione vnius fuit cum ipſo Chriſto voluntatis. 371.c.1. b
Maria omnem compaſsionis triſtitiam ſupplenit, quàm omnes, pro quibus Chriſtus paſſus eſt ſentire debuiſſent. 373.c.1. b
Maria in paſsione Chriſti ità doluit, vt maiores etiam dolores ſentire exoptaret. 373.c.1. b
Maria tempore Chriſti paſsionis, eorum, quæ ipſe patiebatur conſiderationem numquam interrupit. 384. c.2. a
Maria dum Chriſto compatiebatur, ea omnia, quibus dolor in ſe augeri poterat toto mentis conatu conſiderabat. 334. c.2. d
Maria ex eo quod Chriſto patienti compaſſa eſt quantum meruerit. 374.c.2.b
Maria quàm grata ſit iis, qui ſuos compaſsionis dolores pia ſæpius meditatione recolunt. 375.c.2. a
Maria dum Chriſtus patiebatur non ſolum doluit, ſed & gauiſa eſt. 378.c.2. c
Maria nomine mulieris, & non Matris appellauit Chriſtus moriturus in Cruce, vt ſponte ſe priuaret illo honore, qui ſibi, vt tantæ Matris filio deferendus videbatur. 388.c.1.c
Maria fidelium omnium Mater propè Chriſti Crucem effecta eſt, & quomodo. 389 c.2. d
Maria reliquas mulieres Chriſti aſſeclas tempore eius paſsionis, & mortis in fide roborabat, ac confirmabat. 401.c.2. b
Maria tumulto Chriſti Corpori affectu ſemper adhæſit. 399. c.2. b
Corporaliter non ità à Sepulchro receſsit, vt illud videre non poſſet. 400.c.1. a
Maria ſuis precibus obtinuit, vt Chriſtus celeriter à mortuis reſurgeret. 414.c.1. a
Maria Chriſti ad Cælos aſcenſui fuiſſe præſentem probabile. 415. c.2. d
Maria quas ob rationes non fuerit eodem tempore, quo Filius in Cælum aſſumpta. 418. c.1.a
Maria quantum meriti adepta ſit ex dilatione ſuæ Aſſumptionis in Cælum. 418.c.1. a
Mariæ anima quoad perfectionem ſubſtantialem cæteris animabus non fuit perfectior. 90.c.2. c
Maria nemini illuſtrium Sanctorum ſecunda in priuilegijs gratiæ. 41. c.2. a
In Maria omnia admirabilia, & naturę vires excedentia. 82. c.1. c
Maria adeò Sancta, vt in ea magis, quàm in omnibus alijs Sanctis imago Dei repræſentetur. 212.c.1. d
In Maria, tamquam in exemplum elucebat virtutum

Digitized by Google

tutum omnium perfectio, etiam in ipſo vultu, exterioribusq. actionibus. 357.c 1.a
Maria in virtutum exercitio ex habitibus perfectiſſimis operabatur. 381.c.2.d
Maria ſummo conatu operata eſt diuinæ gratiæ in exercitio virtutum. 194.c.1.a
Maria eos, quibus cum verſabatur admirabili puritatis amore accendebat. 400.c.1.c
Maria Deiformis à S. Dionyſio appellata. 290.c.1.b
Maria rota volubilis fuit ſecundum omnem Spiritus ſancti nutum. 413.c.1.a
Maria omnipotens quomodo dicta. 95 c.1.a
Maria Dei ſocia in exercitio omnipotentiæ. 126.c.1.c
Maria pluſquam Deus dicta, & quo in ſenſu. 388.c.1.a
Mariæ verè, & propriè Regina Cæli, & Terræ hominum, atque Angelorum. 151.c.1.b
In Mariæ poteſtate, eſt diuinæ Iuſtitiæ manus, ne ad vindictam peccatoribus infligendam procedant cohibere. 256. c. 2. b
Maria ad Diaboli caput conterendum electa. 308.c.2. c
Mariæ quantum diſpliceat obſtinatorum peccatorum exitium. 279.c.1. a
Maria inuenta, inuenitur omne bonum. 83. c.2.c
Maria humanæ ſalutis amantiſsima. 308.c.1.a, & 199.c.2. b
Maria quam prompta, & propenſa ſit ad ſubueniendum miſerijs. 373.c.1.d, p.388.c.1.a, & 199.c.2. c
Maria Chriſtum concepit, lactauit, & nutriuit, vt mortem pro humani generis ſalute obiret. 209.c.2. d
Per Mariam gentes, & peccatores ducti ad pœnitentiam. 325.c.2. b, & 203.c.1.b
Maria quantum pro humana ſalute vigilauerit. 252.c.1. a
Maria humanæ ſaluti cooperata. 273.c.1.c
Maria neminem à ſua elemoſyna repellit. 288. c.2. d
Maria in ſuis interceſsionibus quàm eminenter miſericors, & efficax. 327.c.2.a
Maria non modo ſupplicantes exaudit, ſed & ſupplicare volentes præuenit. 329.c.1.b
Maria vt adiutrix, & Mater ſpiritualis, moribundis fidelibus aſsiſtit. 368.c.1.b
Quo affectu protegit. 390.c.2.d
Maria in munere moribundis adiuuandi magiſtra. 368. c.2. a
Maria nomen ſuum retinentes non ſinet expaueſcere in puncto mortis. 95.c.1.c
Ad Mariam quanta cum fiducia confugere poſſimus pro redemptionis humanæ fructibus percipiendis. 372.c.1.b
Maria, quos non poteſt Deus ſaluuare per iuſtitiam, per ſuam ſaluat miſericordiã. 388.c.1.a
Maria fideles quotidie parturit in Eccleſia. 390.c.2. b
Maria plena, quæ in ipſa refluxit mirabiliter diuina gloria. 213.c.2.c
Maria quot titulis beatitate imperfecta huius vitæ frueretur. 218.c.1.b
De Maria quantò magis humanæ conſuetudini inaudita dicuntur, tanto magis illius dignitati congrua. 81.c.1.c
Maria magis lętabatur, quòd ſuæ perfectiones Deum magnificarent, quàm quòd in ſui vtilitatem redundarent. 214.c.1.b
Maria ob humilitatem voluit nonnumquam in ſacris paginis vltimo loco nominari. 215. c.2.b
Maria cur prior reliquis mulieribus nominatur ab Euangeliſta, dùm ſtabat iuxta Crucem. 215. c.2. b
In Maria, dùm adhuc viatrix erat, ea omnia ſaluanda quæ naturæ humanæ in creato ſuppoſito ſubſiſtenti ſunt propria. 355. c.1.a
Maria aeris intemperiem, viarũ labores, famis, ſitisq. cruciatus, &c. reluctante naturali inclinatione, patiebatur. 355.c.2. a
Maria toto vitæ decurſu ab omni ægritudine propriè dicta, & contagione fuit immunis. 86.c.1.d
Maria in ærumnis gloriabatur diuinæ voluntati in omnibus perfectè conformis. 250.c.2.d
Mariam, deficientibus tribulationibus ipſe Chriſtus afflixit. 319.c.1.a
Maria non ſolum Virginibus, ſed coniugatis perfectè viuendi normam præſcripſit. 113. c.2.b
Mariam inter, & Euchariſtico pane dignè veſcentem aliqua vnio moralis intercedit. 235.c.1.d
Maria cur à Veſperis diei Veneris vſque ad extremum Sabbathi peculiariter excoli ſoleat. 402. c.2. d
Maria Ægyptia Mariæ Deiparæ interceſſione à ſceleſtiſsima ad ſanctiſſimam vitam reuocata. 35.c.1. d
Martyres in cruciatibus pro Chriſto perferendis, quibus affluerent delitijs. 350.c.2.b
Maſculinus fœtus quot dies requirat ad animationem. 54. c.2. b
Materiam in vtero D.Annæ collectam, ex qua formandum erat Corpus B.Virginis plus diligebat Deus, quàm omnia humana corpora à viro, & fęmina generata, & generanda. 56. c.2. c
Mater gratiæ, quò in ſenſu dicatur B. Virgo. 203.c.1. a
Mater maior in ratione maternitatis fieri non poteſt, neque per abſolutam Dei potentiam, quàm Mater Dei. 205.c.1. c
In Matres, quæ non proprio lacte alunt puppos ſuos inuectio. 260.c.1.b
Imitandam illis eſſe Deiparam. 261.c.2. a
Maternitas Dei in B. Virgine perfectiſsima. 204.c.2. a
Maternitatis Dei excellentiſsima dignitas. 205. c. 1. a

Mater-

Maternitas Dei tantam in ſe continet dignitatem, quantam nec ipſa Virgo valet præcipere, niſi contempletur Diuinam eſſentiam. 205.c.1.b

Maternitas Dei quàm intrinſicè reſpiciat vnionem hypoſtaticam humanitatis ad Verbum. 405.c.1.b

Maternitas Dei, quo in ſenſu ſit, & in quo non ſit ſuprema excellentia B. Virginis. 205.c.2.a

Maternitatem Dei non de condigno, ſed de congruo, modo etiam ſingulari, & valdè perfecto meruit B. Virgo. 208.c.2.a

Maternitas ſpiritualis quàm eminens in B. Virgine. 330.c.1

Maternitate Dei ſpirituali multo beatior Deipara Virgo, quàm carnali. 103.c.1.d

Matrimonium inter B. Virginem, & Sanctum Ioſephum verum, & proprium matrimonium. 105.c.1.b

Matrimonium, qua conditione iuierit B. Virgo cum S. Ioſepho. 107.c.1.b

Matrimonium antequam iniret B. V. an diuinitùs fuerit præmonita, quòd S. Ioſeph numquam ab ea carnalem copulam exegiſſet. 107.c.1.d

Matrimonium contraxit B. Virgo ex diuina reuelatione. 108.c.1.c

Matrimonium B. Virginis quoad eſſentiam ante verbi incarnationem celebratum. 109.c.2.d

Matrimonium, quibus de cauſis inijt B. Virgo. 111.c.2.c

D. Matthæus Apoſtolus cur ſic repente telonium Chriſtus ſequuturus reliquit. 290.c.1.d

Media ſæpe, quibus vtimur ad noſtri humiliationem, dirigit Deus ad exaltationem. 300.c.2.b

Membra, & ſenſus omnes B. Virginis Diuinæ tantum voluntati intenta. 89.c.1.b

Memoria Deiparæ Virginis quàm dulcis. 202.c.2.b

Mens B. Virginis quàm eminenter à Deo illuſtrata. 71.c.1.c

Menſura gratiarum donorum, & priuilegiorum B. Virginis, eſt diuina omnipotentia. 101.c.1.b

Materia Chriſti non tantum fuerunt cauſa finalis, ſed etiam meritoria, & efficiens meritorum B. Virginis, & Sanctorum Patrũ. 207.c.2.c

Miniſteria à B. Virgine, dùm in Templo Hieroſolymitano degebat, exercita, quæ. 99.c.2.c

Miſericordia quàm Deo grata. 200.c.2.d

Miſericordia Chriſti victoriam reportare ſolita de humana miſeria, & malitia. 230.c.1.b

Miſericordia diuina quomodo aliquando ab obſtinata malitia vinci dicatur. 230.c.2.b

Miſericordia B. Virginis etiam non rogata miſeris præſto eſt. 200.c.1.b

Miſericordiæ opera celeriter proximis impendenda. 199.c.2.d

Modeſtia in Deipara Virgine quàm eximia. 325.c.1.c

Modus, quo Deus inhabitabat in Virgine, perfectiſſimus. 126.c.2.b

Modus communis reperiendi Dominum eſt illum quærere cum Deipara Virgine. 127.c.2.b

Modus, quo Deipara cooperata eſt humanæ Redemptioni, quam eminens, & quomodo nulli ex alijs creaturis competat. 371.c.1.c

Modus in maioribus, quas poſſimus, Deo grati animi vicibus pro eius in nos beneficijs rependendis, qui tenendus. 374.c.2.c

Momento eodem temporis, & Corpus Chriſti fuit organizatum in vtero Virginis, & anima eius creata ipſiq. corpori vnita. 177.c.1.b

Monialis quædam per viſum poſt mortem apparens quid de vtilitate Salutationis Angelicæ effata ſit. 128.c.2.c

Mora in peccato admiſſo, quàm grauc malum. 199.c.2.b

Mora quæcumque licet leuis, in exequendis diuinis inſpirationibus periculoſa. 202.c.1.a

Mores animi temperamentum corporis conſequuntur. 263.c.2.a

Mori pro Chriſto Chriſtum amanti quàm dulce. 365.c.1.a

In Moribundis adiuuandis, qui modus tenendus. 368.c.2.b

Mors ob nimiam lætitiam quomodo homini obueniat. 194.c.2.c

Morte ex nimio gaudio repentina ſublati, qui. 194.c.2.d

Moyſes diuinam eſſentiam in hac mortali vita aliquando intuitus. 121.c.1.a

Mulier nulla in parte periclitatur, ſuper quam piè, & ſubmiſſè Mariæ auxilium imploratur, & dies conceptionis eius celebratur. 52.c.1.c

Mulier poſt partum, quare impura cenſeatur. 296.c.1.a

Munera à magis Chriſto infantulo oblata in pauperes diſtribuit B.V. 293.c.2.c

Myſterium Dominicæ Incarnationis completè cognoſci non poteſt, niſi cognito myſterio Sanctiſſimæ Trinitatis. 292.c.1.b

N

NAta ne fuerit B. V. abſque dolore Diuæ Annæ Matris ſuæ. pag. 80.c.2.a

Natalis Domini in diem Dominicus incidit. 287.c.2.b

Natiuitas B. Virginis quo tempore contigit. 78.c.1.c

Natiuitas B. Virginis, quibus prodigijs illuſtrata. 82.c.1.c

Natiuitas B. V. initiũ verorum gaudiorum; Angelis, Sanctis, ipſiq. Deo iucũdiſſima. 47.c.2.b

Natura humana per B. Virginem firmiſſimo pacis, & concordiæ vinculo cum diuina vnita eſt. 186.c.2.a

Neronis cineres Deiparæ monitu Romæ in eo loco, vbi nunc ſitum eſt Altare maius Eccleſiæ S. Mariç de Populo, inuenti, atque in Tyberim proiecti. 69.c.1.b

Nobi-

Nobilitas quædam noua,& perfectio per Virginem adiuncta eſt rebus omnibus in Mundo exiſtentibus. 3.c.1.a
Nomen Ieſus dulces reddidit martyribus cruciatus. 273.c.2.b
Nomen Ieſu Chriſti à Virgine impoſitum,& cur ab illa decuerit imponi. 279.c.2.c
Nomen Mariæ quanta veneratione, ac cultu efferendum. 91.c.2.c
Nomen Mariæ ex diuina reuelatione Virgini à parentibus fuit impoſitum. 91.c.1.a
Nomen Marię de diuinitatis Theſauro depromptum. 91.c.1.c
Nomen Mariæ à Sybilla Eritræa, & ab oraculo Delphici Apollinij pronunciatum. 92.c.1.a
Nomen Mariæ Angelis iucundum, Animabus in Purgatorio igne detentis ſalutare, Dæmonibus formidabile, & tutum peccatorum profugium. 94.c.2.b
Nomen Mariæ deuotè ipſum proferentibus,quę bona conferat. 91.c.2.d,& 92.c.1.c
Nomen Mariæ diuinis benedictionibus, & gratijs omni ex parte refertum. 94.c.2.d
Nomen Mariæ piè prolatum an ex opere operato conferat ad ſalutem. 94.c.2.c
Nomen Mariæ certis in ſingulos dies præcationibus honorantis cuiuſdam Monaci inſigne prodigium. 95.c.2.c
Nominis Mariæ ſignificationes variæ. 91.c.2.d,& 92.c.1.c
Nominum DD.Annæ,& Ioachim etymologia. 37.c.1.c
Nomina Deorum omnia ferè ex Ægypto prodierunt. 309.c.1.d
Normam viuendi,quam ſibi ſtatuiſſet B.V. dum degit in Templo. 100.c.2.a
Nuptiæ à Chriſto approbatæ. 324 c.2 a
Nuptias dum Virgo contraxit cum S. Ioſepho, non conſenſit in actualem obligationem copulæ maritalis, ſed in illius aptitudinalem obligationem. 107.c.2.b
Nuptias nulli periculo ſuæ Virginitati futuras diuinitus prænouit B.V. 109. c.2. a
Nutrix mores proprios cum lacte inſtillat infanti. 263.c.2.b
Nutrix vt probè educetur infans, qualis eligenda. 263. c.2. c

O

OBedientia B.Virginis verè fuit nobis felicitatis Mater. pag. 192.c.2.d
Obedientiæ cultrix.& Magiſtra B.V. 306.c.2.a, & 298.c.2.c, p.328.c.2.c, p.272.c.2.b
Obedientiam B.Virginis tamquam communi noſtrum omnium Matri quomodo præſtare poſſimus. 391.c.1.c
Obiectum peccati deſtructio Dei in propria natura. 386.c.2.b
Oblatio Chriſti infantis in Templo obſes quodammodo fuit futuræ eiuſdem oblationis in Cruce. 303.c.2.d
Oblatio, & operatio Chriſti in Circumciſione non ſolum ex ſe ſufficiens ad ſatisfaciendum pro peccatis in infinitum multiplicatis, ſed etiam excedens. 278.c.1.c
Oblationi ſui ipſius licèt adhuc trimula B.V. aſſenſit quando in Templo à parentibus fuit præſentata. 73.c.1.c
Obſeruatorum ſui quàm ſollicita ſit B. Virgo. 317.c.1.c
Obſeruatores B. Virginis,qua intentione ſuperioribus parere debeant. 318.c.2.d
Obſtinatio humanæ libertatis laborioſum reddit opus redemptionis. 227.c.2.d
Occaſionem virtutis exercendæ nullam prætermittebat B.V. 275.c.2.c
Oculi,& aures B. Virginis cum turpe aliquid, aut illicitum ſibi videndum, aut audiendum obijciebatur, illicò claudebantur. 89.c.1.b
Oliua typus Mariæ. 48.c.2.a
Omnipotentia fuerit ne communicata humanitati Chriſti. 218.c.1.c
Onera quæcumque leuia fiunt Deum ſpiritaliter in corpore portanti. 241.c.1.d
Opera Chriſti ſingula infiniti valoris, & ſufficientia ad ſatisfaciendum pro peccatis hominum. 276.c.1.b
Opera B.Virginis habuerunt quantum ſatis eſt ex qualitate, & valore operis ad merendam maternitatem filij Dei de condigno. 212. c.2.a
Opera omnia,& exercitationes, in quibus de Deo,& cum Deo agitur,ab oratione inchoandæ. 251.c.2.d
Opera ſupererogationis non deſpicienda. 272.c.2.b
Operibus ſupererogationis quantum abundaret B.V. 317.c.1.b
Opera ſua Deo offerens per manus Mariæ quamdam habet prædeſtinationis arrham. 291.c.2.a
Operis excellentia ex affectu pendet. 12. c 2. b
Opus Dominicæ Incarnationis ad B.Virginem, tamquam ad præcipuum ſcopum à Deo directum. 214.c.2.c
Opus Incarnationis opus miſericordiæ ritè appellatur. 238.c.2.d
Opus Incarnationis ex fidelitate à Deo fuiſſe adimplendum, non ex Iuſtitia rigoroſè ſumpta. 239.c.1.a
Opus nullum eſt præter aſſumptam à verbo naturam humanam,in quo magis diuinæ glorię maieſtas eluceat, quàm in Virgine. 83.c.2.a
Opus quam heroicum ſit remotas mundi plagas pro animarum ſalute exquirenda peragrare. 308.c.2.d
Orare cur debuit B.V.vna cum Apoſtolis,& Diſcipulis in Cœnaculo ad impetrandum Spiritum ſanctum. 419.c.2.b
Orationem Dominicalem: *Dimitte nobis debita noſtra*,quomodo,& ad quid recitaret B.V.

Non cum

cum nulla vnquam peccati labe fuerit maculata. 69.c.1.a
In Orbe nouo multi viri mammas habent lacte turgentes. 262.c.2.b
Originem niſi traxiſſet Deipata ex tribu Iuda, ex tribu Iuda non fuiſſet Chriſtus. 31.c.2.c
Oſculum ſignũ tecognitionis beneficij accepti. 408.c.1.a

P

POenitentiæ Sacramentum ſubiecto diſpoſito ſemper, quantum eſt ex ſe, confert gratiam remiſſiuam peccati, licèt actu non remittantut peccata. [illegible].c.[illegible]
Parentum B. Vitginis nomen cur non expreſſerint Euangeliſtæ. 36.c.2.c
Patentes B. Virginis prolem ſanctiſſimam precibus, & lachrymis à Deo obtinuerũt. 38.c.1.c
Parentum B. Vitginis eximia conformitas diuino beneplacito in expoſcenda prole. 38.c.2.a
Patentes B. Virginis votum emiſiſſe, ſi quæ proles ſibi concederetur, illam Diuino cultui dicandi, probabile. 40.c.1.d
Parentes B. Virginis moti maluiſſent, quàm carnali voluptate conuenire. 41.c.2.c
Partes aliquæ ſunt in Corpore Chriſti, in quibus anima Virginis, tamquam forma, præfuit. 137.c.1.a
Pattus Deiparæ abſque dolore. 249.c.1.a
Pattus Deiparæ ſine vllis ſordibus, aut ſanguinis emiſſione. 253.c.2.b
Sine ſecundinis. 254.c.2.b
Paſſio Chriſti ſæpius mente verſanda. 368.c.1.b
Paſſiones Chriſti meditandæ methodus optima vna cum filij dolotibus Matris triſtitiam perpendere. 359.c.2.c
In Paſſionis Chriſti meditatione aridis, quò confugiendum. 373.c.1.b
Pati pro Chriſto occaſiones quo animo amplectetetur B.V. 310.c.2.c
Patientię vittus quàm eluxerit in B.V. 321.c.1.b
Patria libétiſſimè pro Chriſto delerẽda. 307.c.2.b
Patriæ quantus amor. 307.c.2.c
Patrium ſolum quàm promptè pto Chriſto reliquetit B Virgo. 307.c.2.c
Patrum, & Doctorum ex omni Natione, qui de B. Virginis laudibus eximia ſcripſerunt, Cathalogus. 220.c.1.b
Paucitas ſaluandotum pet Chriſti paſſionem, quàm affligetet B. Virginem filij ctuciatibus præſentem. 366.c.2.d
D. Paulus Apoſtolus diuinam eſſentiã, dum vitã adhuc viueret mortalem, intuitus. 121.c.1.a
Paulus V. quid circa Immaculatam B. Virginis Conceptionem ſtatuerit. 51.c.1.a
Paupertas exẽplo Chriſti cõmendata. 317.c.2.b
Paupettatis quàm ardẽs amattix B.V. 293.c.2.a
Pauperes loco Chriſti eſſe ſubſtitutos primanos docuit B.V. 294.c.1.a
Peccandi libettatem, quæ adimant. 67.c.2.c
Peccatum Originale quid, & in quo vere conſiſtat. 44.c.1.d
Peccatũ originale quàm ingens malũ. 269.c.1.a
Peccatum originale nec defectus ex ipſo pullulantes contraxit Chriſtus. 264.c.1.b
Peccatum quàm graue onus. 227.c.1.b
Peccatum veniale nullum vnquam ex ſpeciali priuilegio commiſit B. V. & eſt de fide credendum. 67.c.2.d
Peccatum veniale pet Euchariſtiæ ſuſceptionẽ remittitur. 233.c.1.c, & 336.c.2.b
Peccatum mortale an per accidens tollatur per Euchariſtiam. 233.c.2.a
Peccatum Iudæorum, aliorumq. in paſſione, ac morte Chriſti delinquentium quanto fuerit dolori B. Virgini. 366.c.1.a
Peccatum obſeruatoribus B. Vitginis ex hoc ſpeciali capite fugiendum, ac deteſtandum, quia illam tantopere tempore Chriſti paſſionis aſſlixit. 362.c.1.d
Peccatores cur admiſſi in Chriſti, & Mariæ genealogiam. 35.c.1.b
Peccatores etiã nequiſſimi quanta cum fiducia confugete poſsint ad Deiparam Virginem. 159.c.2.c, 310.c.2.c, 329.c.1.d, 369.c.2.d
Peccatorum conuerſiones innumeræ fiunt per preces, & virtutem B. Virginis. 290.c.2.c
Perſecutiones in hac vita neceſſariò tollerandę. 307.c.1.b, 303.c.1.a
Petra propè Bethleem, guttula lactis Deiparæ Virginis ſuper ipſam decidenti, mollis, & candida effecta.
D. Pettus Apoſtolus fidem Chriſti tempote eius paſsionis, ac mottis non amiſit. 401.c.1.b
D. Philippus Netius vidit diuinitùs Angelos aſſiſtentes duobus è Religione Clericorum Regularium Miniſtrantium Infirmis cuiuſdã animæ commendationi intentis, autibusq. quæ dicenda forent ſuggetentes. 369.c.1.c
Pius V. quomodo piæ opinioni de Immaculata Conceptione fauerit. 51.c.1.a
Plagas quinque ſuæ paſſionis præcipuas poſt Reſurrectionem retinuit Chriſtus. 407.c.1.b
Quare. 408.c.1.b
Plagas Chriſti rediuiui oſculatam eſſe Deiparam, probabile. 407.c.1.c
Pontifices Romanæ Eccleſiæ quibus laudibus otnatint B. Virginem. 219.c.2.d
Poſt Deum maiot gloria hominum, & maius gaudium de Maria eſt. 83.c.2.a
Poteſtas patrandi opera ſupernatutalia, condonandi peccata, & conferendi gratiam cur fuerit in Chriſto. 227.c.2.d
Poteſtas perpetrandi tes ſupernaturales habuerit ne Chriſtus, vt Deus, vel vt homo. 228.c.1.a
Poteſtas pattia quid ſit. 257.c.2.a
Prædeſtinatos ante præuiſa metita peculiari affectu, & beneuolentia proſecutus eſt Deus. 12.c.1.d
Prædeſtinato voluiſſe Deum metita, & gloriam per modum vnius, probabilius. 11.c.1.b

Præpu-

Præputium an reaſſumpſerit Chriſtus in Reſurrectione. 281.c.1.b
Præputium Chriſti aſſeruauit B.V. vſque ad mortem, & cui tunc illud reliquerit. 281.c.1.c
Præputium idem numero in Corpore Chriſti in Cælis glorioſo, & in Terris reperitur, & quomodo. 281.c.1.a
In Corpore Chriſti glorioſo anima rationali informatum viuere, & in terris eſſe inanime, quomodo ſaluetur. 383.c.1.d
Præputium ſuum cur voluerit Chriſtus apud nos remanere. 285.c.2.a
Prima poſt Chriſtum prioritate dignitatis, & eminentiæ electa B.V. ad maternitatem Dei, & prædeſtinata ad gloriam. 14.c.2.e
Priuilegia, prærogatiuæ, & dona à Deo B.Virgini conceſſa quàm magna. 221.c.2.d
Priuilegia reliquis Sanctis conceſſa B.V. habuit in ſe congeſta. 120.c.2.d
Priuilegium, quo B.V. ita in bono à primo Conceptionis inſtanti fuit confirmata, vt nec venialiter peccaret, non ademit illi libertatem peccandi. 70.c.1.a
Prodigium peregrini cuiuſdam. Salutationis Angelicæ ſtudioſiſſimi. 128.c.2.c
Propenſio B. Virginis ad res diuinas maxima. 102.c.1.c
Prophetiæ Spiritu quàm eminenter illuſtrata Deipara. 89.c.1.b
Prophetę præteritum non numquam ponunt pro futuro, & quare. 230.c.2.d
Prudentia in B. Virgine quàm eminens. 325.c.1.d
Pulchritudine corporis maxima decorata fuit B.V. 86.c.2.a
Pulchritudo, & venuſtas corporea B. Virginis adeò eminens, vt diuinitatis aliquid ſpirare videretur. 88.c.1.c
Pulchritudo, quę creaturis omnibus ſparſim fuit diſtributa, tota collecta in B.Virgine. 87.c.1.d
Pulchritudo B.Virginis non naturæ tantum, ſed & miraculo tribuenda eſt. 87.c.2.a
Puritas B.Virginis ea fuit, vt maior ſub Deo nequeat intelligi. 42.c.1.a
Puritatis amor quantus in B. Virgine. 299.c.1.b
Puritatem immaculatam B.Virginis quantum amarit Deus. 244.c.1.c
Purificationis lege non tenebatur Beata Virgo. 296.c.1.b
Idem de lege Præſentationis. 303.c.1.2
Purificationis legem adimpleus Beata Virgo nouos puritatis gradus aſſecuta eſt. 300.c.1.b
Etiam in humano Conceptu. 300.c.2.a

Q

Quanta paſſa fuerit B.V. antequam Chriſtum pareret. pag.250.c.1.c
Quare permiſerit Deus, nonnullos, etiam Sanctos, de Immaculata B.Virginis Conceptione dubitare. 50.c.2.e, & 53.c.2.a
Quare Angelus dixerit B.Virgini: *Ecce concipies, & paries filium*; & non addiderit, tibi, vel tuum. 189.c.1.b
Quare S. Eliſabeth antequam diceret: *Et vnde hoc mihi, vt veniat Mater Domini, &c.* præmiſerit. *Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus ventris tui.* 206.c.1.c
Quare voluerit Chriſtus Cruci affixus nomen Ieſu ſuper caput ſuum inſcriptum retinere. 140.c.1.a

R

Rationis vſus quando pueris ſoleat illuceſcere. pag.316.c.2.b
Redemptio humani generis conuenientiori modo fieri non poterat, quàm per Chriſti paſſionem, & mortem. 382.c.1.a
Redemptio Mariæ modo ſpeciali, & ab aliorum redemptione diſtincto peracta. 214.c.1.d
Redemptionis opus quomodo dicatur laborioſum, cum fuerit opus amoris. 227.c.1.a
Reges quomodò antiquitùs fœdus inter ſe inirent. 337.c.2.d
Regina Cæli, Terræ, hominum, atque Angelorum, coronata quomodo dicatur B. V. tunc, quando fuit in Cælum Aſſumpta. 156.c.1.d
Regnaturus in domo Iacob cur potiùs annunciatur Chriſtus, quàm alius Patriarchæ. 158.c.2.b
Regnum ſpirituale animarum, & Angelorum aſſequuta eſt B.V. aſſiſtendo Chriſto in Cruce pendenti. 153.c.1.d
Regnum excellentius habuit B. V. ſecundum quid, quàm ipſe Chriſtus. 153.c.2.c
Regnum B. Virginis miſerorum confugium. 158.c.1.c
Regnum Dauid in multis repræſentatiuum Regni Chriſti. 157.c.1.d
Relatio an detur, & quid. 392.c.1.c
Relatione maternitatis per Chriſti mortem deſtituta fuit B.V. 392.c.2.d
Deſijt, & terminare relationem filiationis Chriſti ad ipſam. 394.c.1.a
Relatio maternitatis, Chriſto reſurgente, in Deipara rurſus vigere cœpit. 415.c.1.e
Religionis virtus quàm eminens in B. Virgine. p.273.c.1.c, p.304.c.1.b, p.316.c.1.a, p.305.c.1.c, p.397.c.2.c, p.398.c.2.c
Religio Clericorum Regularium Miniſtrantium Infirmis anteſignanam habet Deiparam Virginem. 368.c.1.e
Die, qui Immaculatæ ipſius Virginis Conceptionis eſt ſacer prima ſolemnis profeſſionis iecit fundamenta, & quare. 368.c.2.d
Religionem abſque conſenſu parentum ingredi poſſunt filij familias. 317.c.2.c

Reſurrectio à mortuis ex quot capitibus Chriſto debita. 412. c.1.d
Reſurrectio reſpectu etiam B. Virginis competebat Chriſto. 413.c.1.c
Reſurrectio Chriſti quàm ingens beneficium. 250.c.1.d
Reſurrectio Chriſti certiſſimum vniuerſalis Reſurrectionis argumentum. 406. c.1.a, & 41.c.2.b
Reſurrectio Chriſti quantum conferat ad mores hominum reformandos. 411.c.2.c
Reuelationes S. Brigittæ à pluribus Pontificibus, & Concilijs fuerunt approbatæ. 50.c.2.d
Ruth Moabita cur in Chriſti, & Mariæ genealogiam admiſſa. 35.c.2.c

Sacerdos quo in ſenſu dicatur B.V. 191.c.1.b, & 334.c.2.d
Sacræ Scripturæ ſcientia, quàm eminenter illuſtrata fuerit B.V. 187.c.2.d, & 306.c.1.a
In Sacræ Scripturæ arcanis inueſtigandis ſæpè nobis proprium iudicium mortificandum. 302.c.1.a
Sacræ Scripturæ myſteria per meditationem eruenda. 322.c.2.c
Sacramenta omnia nouæ legis vim habent conferendi gratiam non ponentibus obicem. 233.c.2.c
Sacramentum Euchariſtiæ quot nominibus appelletur. 267.c.2.c
Sacramentum Euchariſtiæ magis pro ſola Beata Virgine, quàm pro omnibus alijs inſtitutum. 233.c.1.b, & 335.c.1.b
Sacramentum Euchariſtiæ à Chriſto ideircò peculiater inſtitutum, vt B. V. per illius frequentationem moras ſuæ beatitudinis eo tempore, quo poſt filij aſcenſionem in terris fuit ſuperſtes, faciliùs ferre poſſet. 336.c.1.b
Sacramentum Euchariſtiæ ſpiritualiter manducauit B.V. eo tempore, quo fuit inſtitutum. 322.c.2.d
Per Sacramentum Euchariſtiæ firmatum fuit inter Chriſtum, & B. Virginem altiſſimo modo fœdus amoris. 337.c.2.c
Sacramentum affectu verè materno nobis tum à Chriſto, tùm etiam à B. Virgine exhibetur. 268.c.1.a
Per Sacramenti Euchariſtici ſumptionem Chriſti, atque etiam B. Virginis indoles, ac mores in noſtrans funduntur. 267.c.2.d
In Sacramento Euchariſtiæ cur voluerit Chriſtus reperiri corpus ſuum principaliter, & ex vi verborum; animam verò tantùm ratione vnionis, & diuinitatem concomitanter. 338.c.2.a
Sacramentum Euchariſtiæ diuini honoris fuit reſtauratio, & quomodo. 337.c.2.a
Salus nullus fit, niſi per Virginem Deiparam. 259.c.1.b
Sancta Sanctorum ingredi datum eſt B. Virgini, dùm in Templo Hieroſolymitano permanſit. 98.c.2.a
Sanctitas DD. Annæ, & Ioachim quanta, & ex quot capitibus dignoſcatur. 37.c.1.a
Sanctitate creſcente, creſcit, & deſiderium maioris ſanctitatis. 232.c.2.c
Sanctificatio primogeniti in Veteri lege impoſita quomodo intelligenda. 302.c.1.c
Sanctimoniales quàm tenere à Deipara diligantur. 96.c.1.d
Sanguis aliquis fuit à Verbo immediatè aſſumptus. 276.c.2.b
Sanguinis Chriſti quælibet guttula infiniti valoris. 277.c.1.c
Sanguinem à Chriſto effuſum in Circumciſione B. V. collectum reuerenter cuſtodiuit, & quandiu. 285.c.2.d
Sanguinem, & aquam ex aperto pendentis in Cruce Chriſti latere profluentem collegit. 395.c.1.c
Sed alterum ab altera ſeparatum. 396.c.2.d
Sanguinis à Chriſto effuſi in paſſione nihil fuit corruptum. 285.c.2.c
Sapientia Dei quàm admirabilis, & ingenioſa apparuerit in inueniendis honorandæ Deiparæ Virginis occaſionibus. 259. c.2.a
Sapientiam edentes, quomodo ſemper eſurire dicantur. 232.c.2.a
Sapphirus typus Deiparæ Virginis. 66.c.1.b
Scandalum, quod tempore Chriſti paſſionis paſſi ſunt Apoſtoli, & Diſcipuli quantum afflixerit B.Virginem. 366.c.1.b
Scandalum paſſiuum an, & quando euitari debeat. 68.c.2.b
Scientia, quæ dicitur infuſa, donata fuit B. V. 322. c.2.c
Secundina an fuerit inuolutus Chriſtus in vtero Virginis. 253.c.2.d
Quid poſtea de illa fuerit. 254. c.2. d
Semen humanum, ex quo fiat, & quomodo. 135.c.1.b
Senſorium tactus perfectiſsimum ſecundum æqualitatem ad pondus habuit B. Virgo. 85.c.1.c
Seraphim aliquando ad homines mitti à Deo. 118.c.2.c
Siclis quinque cum à B.Virgine redimi voluerit Chriſtus. 304.c 1.d
Signum probabile, & propinquum æternæ damnationis eſt horrere, attædiari, & negligere ſalutationem Angelicam. 129.c.1.[illegible]
Simile ſacrificium cur in veteri lege Deo tantopere eſſet acceptum. 236.c.1.c
Soles duo quomodo interdum eſſe videantur in cælo. 211.c.2.[illegible]
Vt Sol electa quomodo dicatur B.V. 213.c.2.d
Solitudo ad Diuinæ gratiæ fluxus excipiendos aptiſsima. 98.c.1.d
Solitudo Ægypti quot, & quantis perfectionis euangelicæ luminibus claruerit. 308.c.1.d

Spaſmus

Digitized by Google

Spaſmus quid, & quotuplex. 352.c.1.c
Spaſmum nullius generis paſſa eſt in paſſione Chriſti B.V. 352.c.1.& 2.
Species corporis ſimulacrum eſt mentis, 86. c.2.c
Speculum iuſtitiæ, quo in ſenſu dicta B. Virgo. 214.c.1.a
Spinæ, quibus Chriſti Caput transfixum fuit quot. 374.c.1.c
Spiritus ſanctus Virginem Deiparam à Deo electam totam ſibi rapuit. 46.c.2.c
Spiritu ſancto adeò iam ante Chriſti Conceptionem plena erat B.Virgo, vt non niſi ſuperuenire in illam poſſet. 167.c.2.a
Spiritus ſanctus Deiparę Virgini quàm eminenter ſe in Pentecoſte comunicauerit. 426.c.1.a
Spiritus ſanctus vnicus magiſter ritè laudandæ Virginis Deiparæ. 203.c.2.a
Spiritus ſanctus ſtatim, ac animæ illabitur, illam excitat ad cultum B.Virginis. 203.c.1.d
Spiritum ſanctum vnà cum ſuis donis ſibi illabi cupientibus confugiendum ad B. Virginem. 419.c.1.d
Spiritus ſanctus cur frater verbi appellari non poſſit. 168.c.2.c
Stabulum, in quo natus eſt Chriſtus, figuram Eccleſiæ præſeferebat: & quis ibi Pontifex, qui tronus, & quod Altare. 289.c.2.c
Struthio in proprios fœtus quàm crudelis. 260.c.1.c
Subſtantia, quam verbum ex Virgine habuit, ad infinitam quamdam eminentiam eleuata, & quomodo. 338.c.1.b
Superbia initium omnis peccati. 229.c.2.d
Superbos ad ima deijcere ſolet Deus. 231.c.2.a
Supererogationis opera Deiparæ cultoribus libenter amplectenda. 317.c.1.d
Superiores à Spiritu ſancto directi. 206.c.2.b
Superioribus, quamuis ſcientia, vel cæteris dotibus inferioribus, obtemperandum. 206. c.2.b
Superioris increpationes, licet abſit culpa, ſine excuſatione æquanimiter audiendæ. 321. c.2.b
Sybillæ à quibus celebrata eſt Beata Virgo, quæ. 214.c.1.a

T

Temperamentum Corporis Chriſti optimum. pag. 360.c.2.c
Temperamentum ad pondus aliquando fuit in B. Virgine ſecundum aggregationem omnium partium corporis. 85.c.1.d
Ad Temperantiam in conuiuijs ſeruandam quantum proderit B.Virginis præſentiam nobis ob oculos ponere. 324.c.2.a
Templum dum trimula ingreſſa eſt B.V. quid potiſſimum meruerit. 98.c.2.b
Temporis ne eodem momento, quo in vtero Virgineo fuit formatum Chriſti Corpus, eiuſq. anima creata, & infuſa; ſimul etiam hæc omnia vnita fuerint verbo. 177.c.2.a
Timor Domini quotuplex, & qui optimus. 224.c.2.a
Timor Sanctus, & humilis quàm neceſſaria ſit diſpoſitio ad perfectionem. 225.c.2.d
Timor ſeruilis quando bonus, & quando malus; quando cum charitate, & quando ad illam diſponens. 225.c.1.a
Timor humanus, cùm de diuino agitur cultu exemplo Deiparæ negligendus. 317.c.1.c
Titus Imperator cur aduerſa continuò valetudine laboraret. 263.c.2.d
Tribui Iuda permiſit Deus promiſcua connubia, vt Chriſtus etiam originem traheret à Sacerdotali ſtirpe. 31.c.2.a
Tribulationes, quo animo exemplo Virginis perferendæ. 371.c.1.d
Tribulationum pondere grauatis Mariæ nomen inuocandum. 94.c.2.c
Tribulationibus à Deo afflictis meritò gaudendum, & quare. 319.c.1.a
Tribulationes ſi delicta noſtra ad memoriam reuocemus leuiùs perferemus. 373.c.2.a
Trinitas Sacroſancta per B. Virginem mundo innotuit. 292.c.1.c
Turbatio B. Virginis in Annunciatione fuit ob laudis, qua ab Angelo celebrata fuit, excellentiam. 130.c.1.a
Turtur mortificationis, & caſtitatis ſimbolum. 301.c.2.b
Turtures ne, an columbas obtulerit B.V. in præſentatione filij cur non expreſſerit Euangeliſta. 301.c.1.c

V

VBera B.Virginis Chriſto infantulo dulciſſima, & quare. pag.265.c.2.b
Vbera per viſum apparens B.V. ex ſuis cultoribus nonnullis præbuit, & quibus. 268.c.2.b
Vbera à B. Virgine Chriſto in Cælis oſtenſa quantam vim habeant ad intercedendum. 261.c.1.a
Vberum B.Virginis quàm dulcis ſit recordatio. 262.c.2.d
Vbera B. Virginis antonomaſtica. 267.c.2.c
Veneficiorum effectus vndè procedant. 72. c.1.a
Verbum diuinam carnem paſſibilem aſſumpſit, vt Redemptor dependenter à peccato. 16. c.2.d
Verbum, ſecluſa præſenti præuiſione carnem impaſſibilem non aſſumpſiſſet. 17.c.1.c
Verbum, quo tempore carnem aſſumpſerit. 114.c.1.b
Verbum quo temporis momento conceptum à B.Virgine. 174.c.1.a
Verbum pendere cur voluerit à conſenſu Virginis in aſſumenda carne. 185.c.2.a
Verbum æternum ſuaui quodam Mariæ virtutum

tutum

tutum concentu ad carnem aſſumendam attractum. 411.c.2.a
Verbum incarnatum quomodo dicatur à S.Eliſabeth fructus ventris Mariani. 210.c.2.d
Verbum magis pro Virgine redimenda, quàm pro omnibus alijs incarnatum. 214.c.2.a
Verbum noluit carnem à Virgine ſumere, niſi dante, & conſentiente ipſa. 185.c.2.a, & 225.c.1.c
Verba quibus inuentum in Templo puerũ Ieſum B.Virgo allocuta eſt, Fili, quid feciſti nobis ſic, quomodo ab hęreticis nonnullis accipiantur. 319.c.2.c
Verba ſacræ Scripturæ quomodo accipienda. 305.c.1.a
Verbera, quæ Chriſto in flagellatione fuerunt inflicta quot. 384.c.1.a
Veſtitus B.Virginis quàm pauper. 293.c.2.a
Via perfectionis quàm ijs facilis ſit, ac ſuauis, qui B. Virginem Matrem, & magiſtram ſibi elegerunt. 268.c.2.d
Viam lacteam quomodo in Cælis apertam fabulentur Poetæ. 268.c.2.d
Viles, & contemptibiles quomodo ſe indicarent Chriſtus, & B.Virgo. 236.c.2.a
Vilitas, & abiectio creaturæ duplex, 215.c.1.d
Virga in manu S. Ioſeph quomodo effloruit, 108.c.2.b
Virginis Deiparæ verus amator non eſt, qui renuit colere diem eius Conceptionis. 56.c.1.d
Virginem fuiſſe Mariam ante partum, in partu, & poſt partum de fide credendum. 160.c.1.d, 188.c.1.a, & 194.c.2.a
In Virginibus mulieribus lac ad alendum aptum an generari poſſit. 262.c.2.d
Virginitatis excellentia. 166.c.1.d
Virginitatem quàm magno in pretio habebat B.V. [illegible]
Virginitas Mariæ quàm eminens. [illegible]
Virginitatis opprobrium abſtulit B. V. per votum à ſe illius ſeruandæ emiſſum. 166.c.1.a
Virginitatis Mariæ cur mentionem non fecit Angelus, cùm dixit: *Ecce concipies, &c.* 162.c.1.d
Virginitas Deiparæ ex partu, quo Chriſtus editus, aucta fuit. 252.c.1.c
Virginitatis illibatum candorem ſeruare quàm facilè ijs, qui B.Virginis ſibi proponunt exemplum. 269.c.1.a
Virtutum Theologicarum cultores beatitate aliqua etiam in terris fruuntur. 217.c.2.d
Virtutes Fidei, Spei, & Charitatis B. Virgini in prima ſanctificatione infuſæ. 61.c.2.c
Item virtutes morales acquiſitæ. 62.c.2.a
Item morales infuſæ. 63.c.2.d
Virtus quot, ac quantæ emineant in conſenſu, quem præſtitit B.V. annunciatæ ſibi ab Angelo Dominicæ Incarnationi. 187.c.2.b
Virtutum exercitium B. Virgini quàm iucundum. 382.c.2.d
Viſio Chriſti aſcendentis in Cælum quanti B. V. fuerit lætitiæ. 416.c.1.d
Vitam mixtam duxit B. V. in Templo Hieroſolymitano, ſed intenta potiſsimum contemplationi. 100.c.1.c
Vltrix Dei manus non tantopere ijs extimeſcenda, qui à Virgine proteguntur. 260.c.1.a
Vnio hypoſtatica duplex, ad animam altera, altera ad corpus terminata. 182.c.2.d
Vnio hypoſtatica in genere doni, quod Deus creaturis conferre poſſit, maximum. 185.c.2.c
Vnionem hypoſtaticam B. V. vt cauſa inſtrumentalis à Deo eleuata effectiuè attigiſſe, probabiliſsimè aſſeritur. 184.c.1.a
Vniuerſitates, quæ neminem laureola Doctoratus inſigniunt, niſi præuio Iuramento immaculatæ B. Virginis Conoeptionis non oppugnandæ, quot, & quæ. 50.c.1.c
Vocatis à Deo ad religionem ſine mora feſtinandum. 102.c.2.d
Voluntas B.Virginis, exiſtenti phantaſia actuali, & abſoluto iudicio de conuenientia, vel diſconuenientia obiecti, non poterat imperare appetitui ſenſitiuo, ne circa ipſum obiectum operaretur. 355.c.2.c
Voluptas carnalis mortua erat in DD. Anna, & Ioachim, quando Virginem progenuerunt. 42.c.1.a
Votum Virginitatis à primo Conceptionis momento à B.Virgine fuiſſe emiſſum, probabiliſſimum eſt. 93.c.2.d, 162.c.1.b
Renouatum tunc quando in Templo fuit pręſentata. 98.c.1.c
Votum Virginitatis prima emiſit B.V. ſaltem affectu erga illam eminenti. 165.c.2.c
Vrbanitas B.Virginis quanta. 324.c.1.c
Vſus rationis B.Virgini à primo Conceptionis momento illuxit, & ſemper indè perdurauit. 72.c.1.a
Vteri Virginei laudes. 122.c.2.b, & 241.c.2.a
Vterus Virgineus ſepulchro Chriſti æquiparatus. 188.c.2.b

X

XIſtus Papa IV. quid de Immaculata B. Virginis Conceptione decreuerit. 51.c.1.a

F I N I S.

Errata, prout curſim animaduerti potuerunt, ſic corrige.

Errata	*Corrige,*	
Omnibes	omnibus	Pag. 26. Col. 2. c
fincia	ſcientia	26. c. 2. d
Matthei	Matthæi	31. c. 1. a
Galileus	Galilæus	32. c. 2. a
hictis	dictis	36. c. 1. c
cum	eum	36. c. 1. b
quæſlo	quæſtio	36. c. 2. a
Gazophylacium	Gazophilacium	37. c. 1. c
tipus	typus	37. c. 1. d
Benedictu	Benedictus	39. c. 1. d
exbibantur	exhibebantur	39. c. 2. c
Nazaret	Nazareth	115. c. 1. b
tatio	ratio	117. c. 1. a
myniſterium	miniſterium	119. c. 2. b
celeſtium	cæleſtium	120. c. 1. a
præſtantiſſimus	præſtantiſſimus	120. c. 1. a
ſanctiſſima	ſanctiſſimæ	42. c 1. b
cognoſcentrs	cognoſcentes	42. c. 1. b
factebant	faciebant	42. c. 1. b
infernali	infernalis	46. c. 2. a
coecua	coæua	49. c. 1. d
redeptionis	redemptionis	49. c. 2. b
malus	maius	52. c. 1. a
maium	malum	ibid.
fectum	feſtum	54. c. 1. c
conſcltutiones	conſtitutiones	Pag. 52. Col. 2. c
eggrederetur	egrederetur	54. c. 1. c
Augudinus	Auguſtinus	56. c. 2. d
cuctodia	cuſtodia	71. c. 1. a
ad	ab	71. c. 1. a
ſantiſſimam	ſanctiſſimam	71. c. 1. a
diſpoſitiouibus	diſpoſitionibus	72. c. 2. a
ſmeper	ſemper	82. c. 1. a
emiſiſſe	emiſiſſe	88. c. 1. d
Hæc	hæ	89. c. 1. a
rægula	regula	95 c. 2. a
reccdere	recedere	47. c. 2. d
quanti	quantum	98. c. 1. c
intuebantur	innuebantur	121. c. 2. a
exprcſsè	expreſsè	124. c. 2. a
Domiuus	Dominus	129. c. 1. a
ſignum	ſignum	131. c. 1. b
rudlice	radice	168. c. 2. b
ſpenſus	ſponſus	166. c. 1. c
commeſſationibus	comeſſationibus	237. c. 1. c
abeandum	obeundum	279. c. 2. d
ſecendo	ſecundo	292. c. 1. d
muneri	muneris	403 c. 2. a
poſſuut	poſſunt	406. c. 1. b

REGESTVM.

✠ ✠✠ ✠✠✠

ABCDEFGHIKLMNOPQRSTVXYZ.

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Sſ Tt Vu Xx Yy Zz.

Aaa Bbb Ccc Ddd Eee Fff Ggg Hhh Iii Kkk Lll Mmm Nnn.

Omnes ſunt Duerniones.

ROMAE.

APVD PAVLVM MASOTTVM. MDCXXXII.

SVPERIORVM PERMISSV.

Digitized by Google